


C 649.7.5

www.libtool.com.cn



www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

DOCTORIS ECSTATICI

www.libtool.com.cn

D. DIONYSII

CARTUSIANI

OPERA OMNIA

IN UNUM CORPUS DIGESTA

AD FIDEM EDITIONUM COLONIENSIIUM

CURA ET LABORE

MONACHORUM SACRI ORDINIS CARTUSIENSIS

FAVENTE PONT. MAX. LEONE XIII

TOMUS XXXVI

OPERA MINORA

IV

TORNACI

TYPIS CARTUSIÆ SANCTÆ MARIÆ DE PRATIS

MDCCCXVIII

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

**DOCTORIS ECSTATICI
DIONYSII CARTUSIANI
OPERA OMNIA**

IMPRIMI POTEST

in festo S. P. N. Brunonis, anno 1908.

Fr. RENATUS-MARIA, Prior Cartusiæ.

IMPRIMATUR

Tornaci, 4^a Novembris 1908.

V. CANTINEAU, Canonicus, Censor librorum.



DOCTORIS ECSTATICI
D. DIONYSII
CARTUSIANI
OPERA OMNIA

IN UNUM CORPUS DIGESTA
AD FIDEM EDITIONUM COLONIENSIVM
CURA ET LABORE
MONACHORVM SACRI ORDINIS CARTUSIENSIS

FAVENTE PONT. MAX. LEONE XIII

36

OPERA MINORA
IV

TORNACI
TYPIS CARTUSIÆ S. M. DE PRATIS
MDCCCCVIII



www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn



DOCTORIS ECSTATICI

www.libtool.com.cn

D. DIONYSII

CARTUSIANI

OPERA MINORA

TOMUS QUARTUS

EX EDITIONIBUS COLONIÆ
SIGILLATIM IN VOLUMINE ANNUMERATIS.

C649.7.5

✓

www.libtool.com.cn



OPUSCULA HUIUS VOLUMINIS

De Dignitate et laudibus B. V. Mariæ libri quatuor, pag. 11.

De Mutua cognitione Beatorum in patria, pag. 175.

De Modo agendi processiones Sanctorumque veneratione, pag. 195.

Contra Vitia superstitionum quibus circa cultum veri Dei erratur,
pag. 211.

Contra Perfidiam Mahometi libri quatuor, pag. 231.

Dialogus disputationis inter Christianum et Sarracenum, pag. 443.

Epistola ad Principes catholicos, pag. 501.

De Auctoritate summi Pontificis et generalis concilii libri tres,
pag. 525.

www.libtool.com.cn

DE DIGNITATE
ET LAUDIBUS B. V. MARIÆ
LIBRI QUATUOR

www.libtool.com.cn

REVERENDIS, VENERABILIBUS EXIMIISQUE VIRIS, DOMINIS AC MAGISTRIS, D. JOANNI SCHOENRAIDT DECANO, CETERISQUE CANONICIS OMNIBUS INSIGNIS ECCLESIE BEATÆ MARIE AQUENSIS, GERARDUS CALCIFICIS AB HAMONT PROCURATOR, ET THEODORICUS LOER A STRATIS VICARIUS CARTUSIÆ COLONIENSIS, S. P. D.

QUANDO misericors et miserator Dominus, miseram conditionem humani generis in varias calamitates et ærumnas elapsi miseratus, hominem per Unigeniti sui mortem e faucibus Erebi eripere statuisset, incarnando Filio suo talem delegit, quin potius condidit matrem, quæ esset omni laude dignissima : nempe Genitricem Dei, Reginam cœli, Dominam mundi. Quæ benedicta inter omnes mulieres adeoque omni gratia fuit plena, ut nec primam similem visa sit, nec habere sequentem. Erat equidem tanto munere dotata, ut mater simul esset atque incorrupta et intacta virgo, omni viro prorsus incognita, ante partum, in partu simul atque post partum illibata in perpetuum permansura : quæ solo Spiritu Sancto in se superveniente et virtute Altissimi sibi obumbrante concepit, quem suis castis visceribus nobis edidit, Redemptorem mundi. Hanc Deus ab æterno prædestinatam tantum dilexit, tantoque divino complexus est amore, ut nulli unquam creaturæ (excepta humanitate quam ab ea Christus assumpsit) majorem copiosioreve contulerit vel gratiam in præsentī vita, vel gloriam in illa superna patria, huic secum regnanti Virgini. Hinc singularissimum Dei templum facta est, sacrarium Spiritus Sancti, et dulcissimum Filii sui reclinatorium, ut abunde devotissimi auctores multis adstruunt auctoritatibus et rationibus : quorum de hujus sanctissimæ Virginis præconiis, dignitate et laudibus, quæ nunquam suo Creatori displicuit, quæ a nullo (secundum Damascenum) illustrium vincitur, quæ tota pulchra est, dulcis, mitis et amabilis, fidelis et misericors, tam lucida, evidentia et præclara sunt testimonia, ne mei putem esse officii quidpiam omnium notissimis adjicere. Verum, licet hæc sacratissima Virgo ab æterno fuerit Mater Dei prævisa, in figuris variis designata, Prophetarum oraculis prænuntiata quod esset a regia stirpe David ac de tribu Juda proditura, quæ virgo illibata permanens, Spiritu Sancto cooperante Filium Dei conciperet, plena gratia et virtutibus, quas omnes in summo assequeretur (multa benedictione) gradu ; habuit tamen semper cacodæmone malignoque spiritu actos homines, qui ejus laudibus mirum in modum insidiarentur. Cujusmodi fuere inter cetera infelicissima sectarum monstra, Nestorius, Helvidius, Jovinianus, Vigilantius, Waldenses, Piccardi, Lollardi, Wicleffistæ. Quorum errores nunc sub auras ab Orco revocavit Lutherus, Zwinglius, Butzerus, Ecolampadius, Grubnesyus, et alii Sanctorum osores, qui nedum ceteros Beatos insectantur, sed et ipsi virgini Mariæ dignos detrahunt honores : quum tamen ejus tanta sit laus, gloria et honor, ut nulla prorsus creatura, præter unici Filii sui humanitatem, ullatenus cum ea comparari queat, ut prælibavimus. Verum contra hujusmodi perniciosissimos nebulones et blasphemos cœlitum deturpatores,

Dominus e diverso excitavit semper suæ augustissimæ Matris præcones, qui ipsius gloriam et honorem, ut par est, multa dexteritate propugnarent : ut non pauca dignissimæ auctoritatis de ipsius laudibus habeamus veterum auctorum monumenta, etiam si neotericos, qui multo labore in hac palæstra desudarunt, silentio transire voluerimus, quod eorum studia satis sese commendent.

Et proinde, quod nostri instituti impræsentiarum est, curavimus, viri præclarissimi, hisce diebus, inter cetera D. Dionysii a Rickel monachi Ordinis nostri devotissima opera, quatuor ejus libros de Laudibus beatissimæ virginis Mariæ, cum alio quodam ejusdem de Cognitione Beatorum in patria non ingrato opusculo, excudendos : in quibus videre licet quanta Auctoris in eandem et Sanctos devotio sit. Cujus exemplo simul et doctrina, omnes vere fideles haud injuria ad tantæ Virginis et Matris Dei, ac Sanctorum, inflammabuntur amorem pariter et devotionem, modo eos qua oportet legerint atque relegerint attentione et diligentia : id quod res magis probabit quam nostris opus sit pollicitationibus. Hos autem libros multa ratione sub vestro patrocinio evulgandos putavimus Procurator noster et ego, olim vestri Collegii ut humiles ita fidelissimi clientuli : Procurator quidem ille noster, Geræardus Calcificis ab Hamont, vir (citra adulationem loquor) non minus Deo ac B. Mariæ devotus, quam Domui nostræ supra plerosque antecessores suos utilis et accommodus, qui in octavum jam annum mira dexteritate et prudentia suo fungitur apud nos officio, ut nihil miri sit, quod olim, dum ejus famulatio Collegium vestrum in Notariatus officio uteretur, ipsum in pretio tanto haberet, quatenus ei spem certam faceretis futuræ provisionis in ecclesiasticis beneficiis, si non maluisset mecum ad Christi doctrinam Apostolorum vestigia æmulari, ut relictis omnibus, abnegaret semetipsum, et pœnitentiæ crucem assumens, in paupere Cartusiana religione pauperem sequeretur in jugi disciplina Christum. In qua adeo pauperem ducimus vitam, ut nihil nobis reliquum sit unde vobis venerabilibus Dominis nostris gratificari possimus, quam devotis orationibus et studiis nostris, quibus impræsentiarum multo labore et gravibus amicorum et honorum virorum expensis, nitimur ad operum Dionysii nostri (quæ non pauciora sunt atque ipsius Augustini) editionem. Quemadmodum igitur aliquando vestri ambo fideles Notarii fuimus, ita nunc quoque communi consensu nostro, in gratitudinis pignus, ne tantæ in nos benevolentia vestræ immemores videremur, visum nobis erat, hujus Dionysii opera de Beatissimæ Virginis laudibus, et Cognitione Beatorum in patria, vobis nuncupanda, ut sub vestro titulo et nomine in publicum edantur. Tum quippe omnibus gratiora fore speramus, si a tantis tamque omnifariam doctissimis viris, in sacris litteris, utroque jure, philosophia et artibus liberalibus consummatissimis, benigne excepta intelligantur. Quis enim non acceptum haberet, quod tot tantique eruditi juxta et Deo ac beatissimæ virgini Mariæ devotissimi viri, non modo commendarint, sed et sub sua tutela et patrocinio tanquam veri Mæcenates in lucem prodire paterentur ? Porro, nemini non constat quam insigne ac solenne sit hoc vestrum Collegium, cujus Cæsarea majestas glorietur sese Canonicum esse, qui in duabus suis Vicariis jugiter beatissimæ Dominæ vobiscum famuletur ; et in quo nullus nisi in egregia quapiam facultate promotus, admittitur, et qui omni honestate et probitate refulgeat ; ne modo ex pretiosissimis divorum exuviis, quæ

plurimæ apud vos reconditæ servantur, inter exteros præclarissima fama habeatur nominatissimum, sed etiam a vobis ipsis vivis templi lapidibus, nomenclaturam domus vestra sortita sit non infamam. Quare et nos tum speramus Dionysii nostri opera adversus æmulos tutiores fore, quando intellexerint, beatissimæ virginis Mariæ servos, qui eidem jugi cultu deserviunt diurnis nocturnisque horis in hoc solenni Collegio, provinciam assumpsisse defensandi libros in honorem Mariæ editos. Quod si in hac re voti nostri nos compotes senserimus, non est quominus majorem spem capiamus vestri patrocinii in ulterioribus vobis consecrandis. Valete. Ex Agrippinensi nostra Cartusia, ipsis divinæ virginis Mariæ feriis, anno MDXXXI.

www.libtool.com.cn

DE

www.libtool.com.cn
DIGNITATE ET LAUDIBUS

B. V. MARLÆ¹

LIBER PRIMUS

DE PRÆCONIIS AD SACRATISSIMUM PRÆCLARISSIMÆ VIRGINIS
CORPUS POTISSIME SPECTANTIBUS.

PROŒMIUM.

QUÆ est ista quæ progreditur quasi
aurora consurgens, pulchra ut luna,
electa ut sol, terribilis ut castrorum acies
ordinata? Cant. vi, 9.

Deus majestatis immensæ non solum
incomprehensibilis nobis est in hac vita,
secundum quod in se ipso æternaliter in-
variabiliterque subsistit, sed in suis quo-
que operibus tam gloriosus est et præ-
clarus, ut nec excellentiam sapientiæ ac
omnipotentiae ejus in illis satis admirari
aut comprehendere valeamus, nec ipsa
opera ejus ac creaturas plene intelligere
aut satis possimus mirari. Ideo Salomon

Eccle. i, 8. dixit : Cunctæ res difficiles, nec potest
eas homo explicare sermone ; itemque :

Ibid. iii, 11. Mundum tradidit Deus disputationi homi-
num, ut non inveniatur opus quod
operatus est Deus ab initio usque in fi-
nem. Hinc ait Scriptura : Difficile æsti-

Sap. ix, 16. mamus quæ in terra sunt ; et quæ in pro-
spectu sunt, invenimus cum labore : quæ
autem in cælis sunt quis investigabit ?
Quod quum ita se habeat in operibus na-

A turæ, quanto magis in operibus gratiæ,
maxime vero in operibus gloriæ ?

Porro, inter universa gratiæ opera ex-
cellentissimum est hoc quod Deus excel-
sus et sanctus operatus est in gloriosis-
sima Virgine, in qua ipsemet auctor
naturæ, fons gratiæ distributorque gloriæ,
naturam assumpsit humanam, suoque esse
personali increato, æterno et incircum-
scripto immediate univit eandem, unione
utique hypostatica, incomprehensibili om-
ni menti creatæ. Hoc est summum my-
sterium, omni admiratione, incessabili gra-
tiarum actione, ardentissima dilectione
dignissimum, in electissimæ ac sacratis-
simæ Virginis utero prorsus mundissimo
celebratum.

Denique, post præstantissima ac excel-
lentissima gratiæ dona et opera assumptæ
humanitati a Verbo æterno ac adorando
collata, primum excellentiæ gradum sor-
tita sunt munera gratiarum sacrosanctæ
Virgini desuper condonata : quæ tam in
donis gratiæ gratis datæ quam in mune-
ribus, habitibus atque operibus gratiæ
gratum facientis, in donis quoque gloriæ

¹ Ex editione Coloniensi Joannis Soteris, 1532.

ac salutis æternæ, post unigenitum Filium suum gloriose ineffabiliterque præfulget. Quemadmodum enim decentissimum fuit, ut illam naturam quam Creator sublimis ac infinitus voluit suæ personæ ac deitati personali conjunctione immediate unire, hanc omni charismate gratiæ ac gloriæ, omni virtute perfecta ac dono Spiritus Sancti summe et incomparabiliter decoraret eodem instanti quo eam assumpsit; ita omnino condecens fuit, ut Virginem illam quam sibi ab æterno in matrem elegit, ex cujus substantia purissimisque sanguinibus naturam assumere humanam decrevit, post ipsam assumptam humanitatem universis gratiæ ac gloriæ charismatibus inenarrabiliter excellentius munificentiusque ornaret, quantum sine dubio decuit Matrem Dei præ ministris ornari, exaltari atque deificari. Etenim, sicut non decuit naturam humanam nisi præfacto modo pulcherrime ac incomparabiliter decoratam assumi a Verbo æterno, et immediate uniri divinæ et increatæ naturæ; ita nullatenus decens fuit personam humanam effici Dei Matrem, incarnatumque Deum intra se gerere ac nutrire, nisi præfacto modo speciosissime, gratiosissime ac gloriosissime perornatam.

Hinc Spiritus Sanctus de inæstimabili hujus beatissimæ Virginis excellentia, in divinis Scripturis multa et magna, mira atque sublimia, imo altissima et incomprehensibilia est locutus, et diu antequam ipsa nata est prælocutus in Prophetis, Psalmis et Canticis, præsertim in Canticis canticorum. Inter quæ unum est quod nunc pro

Cant. vi, 9.

thematè est inductum: Quæ est (inquiens) ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? etc. Nempe sacratissima hæc Puella, ex utero suæ venerandæ ac sanctæ matris egressa, mox ut ratione uti incepit, instar auroræ pulcherrimæ consurrexit ab imis ad summa, et Christum, qui splendidissimus dies est animarum fidelium, parumper præcessit: sicque progrediebatur a via ad patriam, a fide ad speciem, ab

A infantia ad adolescentiam nubilemque ætatem, celerrime incomparabiliterque proficiens in omni sapientia et virtute, in omni supernaturali caritate ac illustratione interna atque inflammatione divina. « Pulchra ut luna »; et certe corporali luna in sua sphæra fulgente, incomparabiliter pulchrior mentè: nihilo minus aliquo modo pulchra ut luna illa. Quemadmodum namque luna præest ac radiat nocti, et post solem clarius splendet in cœlo; sic illustrissima Virgo post solem justitiæ, Dominum Jesum Christum, eminentius micat in omni militanti ac triumphanti Ecclesia, militanti quoque Ecclesiæ, quæ comparatione Ecclesiæ triumphantis nocti assimilatur et sedet in tenebris, specialiter præsidet. Insuper, pulchra est ut luna, id est Ecclesia: quoniam diversæ gratiæ ac virtutes quæ in variis Ecclesiæ membris fuerunt hinc inde dispersæ et imperfectæ, fuerunt et sunt in ea collectæ ac nimis perfectæ. « Electa ut sol »: quia post Christum, intelligentiæ solem, elegantissima comprobatur, ac electissima esse censetur; sicque supersplendidissimo Salvatore simillima perhibetur. Quemadmodum etiam cuncta sidera ac planetas sol quantitate, luminositate et causalitate excedit; sic divinissima Virgo, post unicum sui benedicti uteri fructum, universos Sanctos in omni perfectione, sapientia, pulchritudine et fecunditate transcendit, utpote Genitrix veri Dei, salvatrix mundi, innumerabilium quoque perditissimorum reparatrix ac reductrix ad gratiam et salutem. D Hinc rite asseritur « terribilis ut castrorum acies ordinata »: terribilis, inquam, adversariis potestatibus, malignis spiritibus, prout hoc infra clarius ostendetur.

ARTICULUS PRIMUS.

De intentione, processu ac titulo hujus opusculi.

QUI elucidant me, vitam æternam habebunt. Si Deum excelsum et gloriosum in Sanctis ejus laudare jubemur,

Gen. 1, 16.

Eccli. xxiv, 31.

Ps. cx. 1. juxta illud Psalmi, Laudate Dominum in Sanctis ejus : quanto magis in hac Sancta Sanctarum, omniumque Sanctorum sanctissima Domina ac Regina, Deum laudare debemus ? Et si accepta est Creatori piissimo ministrorum suorum laudatio qua laudantur a nobis in isto exilio : quanto amplius complacet ei suæ præstantissimæ commendatio Genitricis a devotis exhibita famulis et ancillis ? Præterea, quum hortetur Scriptura et Sapiens dicat, Laudemus viros gloriosos et parentes nostros ; multo plus gloriosissimam istam, omnium nostrum benignissimam ac præcellentissimam spiritualemque Matrem, laudare et glorificare nos congruit. Certe non ignoramus quam libenter boni filii suos audiant collaudari parentes : quanto magis superbonus et optimus ille æterni Patris ac Virginis Matris unigenitus Filius, delectatur in suæ dilectissimæ Matris præconiis devote humiliterque exhibitis ?

Eccli. xlv. 1.

Insuper, quo hæc incomparabilis ac inviolatissima Virgo in se ipsa melior, sanctior honorabiliorque consistit, eo justius C atque decentius est ejus præconiis immorari. Præterea, quanto majora ac plura per eam et ab ea beneficia sumus sortiti, et adipisci confidimus atque optamus, eo frequentius et ardentius laudibus ejus intenti esse debemus. Rursus, quo amplius incessabilibus ac gratiosissimis ejus adjutoriis indigemus, eo affectuosius ejus commendationibus oportet nos inhærere, ipsamque invocare, venerari et exaltare. Item, quo fructuosius atque salubrius nobis est ipsam assidue cum omni reverentia D collaudare, eo instantius ejus laudibus insistamus.

Hinc itaque ego, quantumlibet defectuosus, indignus et vilis, hanc amabilissimam Virginem, præclarissimam Dominam, Deiferam Matrem totis opto præcordiis collaudare, extollere, contemplari, totisque viribus venerari, alios quoque ad hæc eadem excitare. Hinc, de Dignitate et laudibus Virginis gloriosæ, opusculum istud reor intitulum : quod ad superbeatis-

simæ Trinitatis gloriam et honorem in quatuor dividam partes. In quarum prima, tangentur præconia ad præclarissimæ Virginis corpus dignissimum specialiter suo modo spectantia ; in secunda, de sapientia, scientia et prudentia sanctissimæ animæ ejus mentio fiet ; in tertia, de virtutibus ejus ; in quarta, de beatitudine ejus in anima et corpore erit tractatus.

Laudemus ergo hanc amantissimam Dei, quæ nobis totius nostræ genuit reparatorem et causam salutis, per quam a jugo peccati, a servitute diaboli, a damnatione perpetua sumus erepti. Glorificemus hanc beatissimam creaturam, in cujus manu est salus nostra, per quam ad æternæ beatitudinis reducimur fontem, atque ad lucem miserationum Dei deducimur : quæ nos dilectissimo ac unico Filio suo, vero Deo, Domino ac judici, salvatori creatorique nostro, potentissima est reconciliare, unire, ac semper tueri in ipso.

ARTICULUS II.

Qualis esse debeat contemplator et laudator præstantissimæ Virginis.

SI bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ad Hebræos scriptum est hoc. Bestia est homo carnalis, immundus, partem sequens brutalem, et bestialiter vivens : qui, ut etiam Aristoteles contestatur, brutis decies millies pejor viliorque consistit. Porro mons est Virgo altissima, universis tanto sublimior quanto humilior. Hanc ergo si bestialis homo intueri, laudare, accedere et tangere insipienter præsumpserit : nonne despici ac repelli magis quam accipitari et exaudiri meretur, præsertim quum non sit speciosa laus in ore peccatoris ? Denique, Virgo ista purissima, totius sanctitatis simulacrum ac universæ forma munditiæ, norma justitiæ, honestatis atque sinceritatis exemplar, purificato mentis oculo contemplanda est et laudanda, omni immunda imaginatione exclusa, omnique foeda et indecenti cogitatione et affectio-

Hebr. xii, 20 ; Exod. xix, 12, 13.

Eccli. xv, 9.

ne, motu et occupatione repulsis. Etenim cognitio per assimilationem quamdam efficitur. Laudans quoque et contemplans, laudato ac contemplato aliquo modo conjungitur. Conjunctio autem omnino dissimilium inconueniens esse agnoscitur : propter quod inter eos qui uniuntur, proportionem esse oportet.

Tu ergo qui per contemplationem et laudem purissimæ Virgini, sanctissimæ Genitrici, divinissimæ Imperatrici te unire desideras, approximare conaris, adhærere contendis, tuam purifica mentem, carnalitem abhorre, puritati castitæque stude ; coram tantæ puritatis Matre ac Domina erubescere apparere mente immunda. Quod si nondum purificati es cordis, de tua carnalitate pœnitens ingemisce, atque pro emendationis gratia, pro castitatis virtute, Reginam clementiæ cordialiter ac jugiter deprecare. Si nondum fide formata spiritualique caritate eam accedis, utpote in mortali vitio jacens ; saltem fide informi ac naturali amore, cum emendationis proposito et turpitudinis odio, accede et invoca eam. Tanta est namque bonitas ejus ac puritas, tam inæstimabiliter grandis est honestas ejus ac probitas, ut immundi quoque et vitiosi accendantur ipsius amore. Insuper tam ineffabilis est pietas ac misericordia, humilitas atque dignatio benedictissimæ Virginis, ut invocantem et laudantem se, quantumlibet sordidum et iniquum, non penitus aspernetur aut deserat, dummodo de sua doleat fœditate, emendationem proponens, et supernæ pietatis auxilium per ipsam

Interea perpendamus quemadmodum illustres principissæ, reginæ ac dominæ sæculi hujus, non nisi nobiles, decoros factosque pueros ac ministros ornatos coram se stare ac sibi servire permittant : quanto magis Reginam cœli, Dominam angelorum, Matrem Altissimi et omnium Dominam sæculorum, non nisi a mundis, et per virtutes vere nobilibus, castitate fra-

grantibus, morum probitate fulcitis, contemplari, laudari ac honorari, justum condecensque censetur ? Verumtamen a laude et cultu illius, immundi et impii non desistant, quoniam laus et cultus illorum exhibiti benignissimæ Virgini, ad impetrandam misericordiam ejus aliquo modo disponunt. Quemadmodum enim supermisericordissimus Deus nullum bonum, quamvis extra caritatem factum, deserit irremuneratum ; sic deiformis Domina, piissima virgo Maria nullum obsequium sibi impensum relinquit impræmiatum.

ARTICULUS III.

Quam formidolose ac reverenter, quam amorose atque hilariter ad contemplandum, laudandum ac invocandum sacratissimam virginem Mariam debeamus semper procedere.

IN omni animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua conserva vias illius ; et continens factus, ne derelinquas eam : inventies enim requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem. Si rite intueamur nostras defectuositates, impurities et vitia, excellentias quoque Virginis gloriosæ in omni dignitate, sanctitate et gloria ; non sine ingenti rubore, humilitate, reverentia ac pavore ad ipsius laudem, cultum et invocationem progrediemur, recognoscentes nostram indignitatem, atque cum tantis fœditatibus et peccatis coram illius præsentia apparere erubescences. Porro, si beatissimæ Virginis viscerosissimam pietatem, maternam dulcedinem, clementissimam caritatem recte pensemus, cum omni affectu et hilaritate ac grandi fiducia ad ipsius laudem et implorationem corda nostra aperiemus et ora.

Idecirco, ut omnibus modis his ipsam laudemus ac deprecemur, sapienter consideremus universam felicissimæ Domine nostræ sublimitatem in omni auctoritate, potentia, sanctitate, justitia, spiritualitate

et gloria, nostras quoque fæces, pravitates, spurcitas; sicque formidolose humiliter, verecunde et reverenter accedamus ad ejus obsequia. Intueamur cum quali et quanta reverentia oporteat nos servire Matri incircumscribibilis et superdignissimi Dei, Reginæ ac Imperatrici totius mundi. Rursus, ne horum consideratione ab ejus præconio atque obsequio retrahamur, ponderemus intentè quam inæstimabilis sit bonitas, pietas caritasque ipsius. Et tanto major est ejus ad inferiores miseros ac infirmos dignatio, quanto major est dignitas ejus et altitudo. Sicque cum omni caritate, promptitudine, jucunditate ad ipsius laudes ac honorificentias consurgamus, in apprehensione et contemplatu tam optimæ, amabilissimæ, speciosissimæ ac benignissimæ Matris ac Dominæ præcordialissimæ gloriantes, quum ex unione potentiæ ad objectum conveniens, gaudium oriatur.

Sed forsàn idcirco beatissimam hanc laudare et exorare minus veremur, quoniam ipsa tota piissima, ad ignoscendum exstat pronissima, et suas non solet dire ulcisci injurias. Verum qui cogitat hoc, perpendat justitiam Filii ejus, judicis summi, pro sua Matre zelantis: qui Matris suæ piissimæ injurias et offensas tanto ægrius accipit, et tanto severius vindicat, quanto ipsa existit benignior. Nonne videmus quam ægre boni filii suorum ferant parentum injurias, et qualiter ulciscantur easdem?

Ex horum consideratione etiam sancti viri divinissimam Virginem cum ingenti laudaverunt formidine. Unde in sermone de Assumptione Virginis benedictæ, beatus ait Hieronymus: Talem ac tantam Virginem laudare indignum me fateor, et vereor ne sicut indignus ita et reprobus laudator inveniar; hinc laudes ejus depromere pertimesco. Sanctus quoque Bernardus: Nihil est, inquit, quod tantum me terreat, nec aliquid quod tantum me delectet, sicut de beatissima Virgine sermonem habere. Terret me, inquam, in-

A dignitas propria; sed me delectat laus Virginis sanctæ et excellentia ejus. Itaque, si viri tam sancti gloriosissimam Virginem collaudare timuerunt tam vehementer, quantum nos pusillos ac defectuosos veneri oportet, atque cum omni reverentia nobis possibili dignissimam commendare Mariam, cujus irreverentia, Dei injuria est, qui propriam tolerabiliorem arbitratur injuriam quam suæ dulcissimæ Genitricis offensam?

B Totis itaque viribus laudemus ac veneremur, diligamus ac vereamur præstantissimam Dei Matrem. Quumque hoc ipsum egerimus, recognoscamus nos nihil egisse condignum, nec beneficiis ejus posse idoneam rependere vicem, cum S. Augustino dicentes: Quid nos tantilli, quid actione pusilli in ejus laudibus referimus, quum etiam si omnium nostrum membra verterentur in linguas, eam tamen laudare nullus sufficeret?

ARTICULUS IV.

C *Quod ad contemplandum gloriosam incomparabilemque Mariam sit deiformiter procedendum.*

SICUT sol oriens in mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ. Domus bonæ mulieris est sancta Ecclesia, tam militans, Virgini gloriosæ commissa, quam triumphans, ex angelis atque hominibus constituta. Itaque, sicut sol materialis suo splendore totum illuminat et perornat hemisphærium nostrum, sic felicissima Virgo, omnium optima mulierum, universam decorat, illustrat, lætificat militantem ac triumphantem Ecclesiam.

Denique tanta est excellentia perfectionis Deiferæ Virginis, quod sicut ex creaturarum notitia ad Creatoris est procedendum agnitionem, ita ex mulierum consideratione ad beatissimæ contemplationem Mariæ est consurgendum.

Igitur, sicut ex creaturis ad Creatoris

Ecclesiæ xvi, 31.

cognitionem ascenditur primo per viam **A** creatis convenient rebus. Sic virginum et mulierum perfectiones attribuendæ sunt summæ præamabilique Mariæ cum excellentia grandi, seclusa omni imperfectione culpabili, imo et remota quodammodo perfectione minori.

De Theol. myst. c. 1. positionis, prout **divinus** Dionysius docet, utputa omnium rerum creatarum perfectiones Deo attribuendo tanquam fontali et exemplari universorum principio (quidquid enim perfectionis inest causatis, procedit ex causis, et eis principaliter convenit); sic quidquid perfectionis, gratiositatis, amabilitatis, dulcedinis, virtutis et gloriæ in mulieribus reperitur, totum Mariæ convenire et inesse nequaquam ambigitur, et ipsa in cunctis primatum sortitur, nec aliqua invenitur ei æqualis : **B** imo in omni virtute theologica, intellectuali atque morali, in omni dono, fructu et beatitudine, excellentissima fuit. Denique in quibusdam feminis et puellis commendatur virginitas. Et hæc eminentissime fuit in benedicta ac dulci Maria, quæ antonomastice Virgo virginum prædicatur. In quibusdam feminis laudatur fecunditas. Et hæc quoque incomparabiliter in Maria gloriosa præfulget, cujus partu cunctæ matres cum sobole sua salvantur : quippe quæ peperit illum a quo omnis procedit **C** causalitas, omnis derivatur fecunditas. Porro in quibusdam feminis commendatur in ipso conjugio conservata virginalis integritas : quod eximiæ est virtutis, et admiratione prædignum. Quod utique in Maria primo ac præclarissime est inventum, ac ejus exemplo a quibusdam electissimis imitatum. Ceterum in nonnullis feminis collaudatur castimonia vidualis, quæ post primum connubium cælibem vitam duxerunt, ut venerabilis Judith. Et **Judith** **xvi, 20.** hanc quoque puritatem gloriosissima feminarum, omnium decus et gloria mulierum, dulcissima virgo Maria præexcellenter possedit : etenim primo sponso defuncto, non alium est sortita.

Præterea, dum rerum creatarum perfectiones primo universitatis causali attribuuntur principio, per modum superexcellentiæ adscribuntur eidem, utputa removendo ab eis quidquid imperfectionis eis annexum est, imo per modum infinite et incomprehensibiliter altiozem quam

A creatis convenient rebus. Sic virginum et mulierum perfectiones attribuendæ sunt summæ præamabilique Mariæ cum excellentia grandi, seclusa omni imperfectione culpabili, imo et remota quodammodo perfectione minori.

Sunt equidem quædam utriusque sexus personæ virtutibus decoratæ, non tamen tantumdem ut merito essent : ita quod minoratio seu imperfectio virtutis earum, rationem culpæ obtinet venialis. Hoc autem longe a præstantissima fuit Maria, quæ in termino excellentiæ virtuosissima fuit, absque admixtione totius mortalis venialisque culpæ.

Præterea, in nonnullis puellis et feminis invenitur virginitas, sed infecunda ac sterilis; in aliis exstat fecunditas, sed corruptioni obnoxia aut libidini mixta. Sed in suavissima hac Maria dumtaxat fuit virginalis fecunditas atque fecunda virginitas; neque id tantum, imo incomparanda fecunditas ac beatissima quædam maternitas, omnem ceterarum virginitatem ac fecunditatem ineffabili dignitate transcendentem, sunt ac præfulgent in ea, quæ comparentalis est Patri æterno, eundem cum illo Filium habens : quod est dignitas quodammodo infinita. Itaque, sicut Creator omnipotens causa est productiva universorum, sic bona et deificata Maria causa est reparativa cunctorum, et omnium mater fidelium. Ideo, sicut superessentiali et incomprehensibili Deo probatur ratione suæ causalitatis convenire omnis rerum creatarum perfectio excellentissimo inodo, sic Mariæ dignissimæ demonstratur inesse omnis feminarum ac virginum virtuositas, perfectio, sapientia et honestas, per modum tam eminentem ut ejus comparatione reliquæ virgines ac feminæ, quantumlibet virtuosæ, sanctæ et perfectæ, imperfectæ consistant, et occumbere atque deficere videantur, secundum quod sanctus dixit Hieronymus, quod sicut comparatione Dei nemo bonus, sic comparatione Matris Dei nulla invenitur perfecta, quamvis eximia comprobetur.

Denique, quæ et quantæ sint personarum feminei sexus defectuositates et imperfectiones, non latet : quæ omnes non solum a divinissima Virgine sunt penitus removendæ, verum etiam perfectiones et excellentiæ illis contrariæ, sunt eidem cum ineffabili excellentia adscribendæ.

O quam præclarissime convenit celebrari, sacrosanctæ Mariæ, quod devota illa Sara protestatur, Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in levitate ambulant, participem me præbui; et item quod sanctus asserit Jeremias, Non sedi in concilio ludentium, et diem hominis non desideravi! Si verum est illud Ecclesiastici, Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata et tacita : quam gratiosissima ac pretiosissima est hæc persona, hæc benedictissima Virgo, virtuosissima hæc Maria, Sancta Sanctarum, imo omnium mater Sanctorum, quæ nunquam indecentem habuit motum, nunquam impudicum experta est stimulum, nunquam illicitum locuta est verbum?

ARTICULUS V.

Quod ab infidelibus quoque amabilissima virgo Maria sublimiter commendetur.

BEATAM me dicent omnes generationes. Recte dixit Apostolus : Non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Unde præamanda et honorandissima hæc Maria, quo Spiritum Sanctum exuberantius gratiosiusque suscepit, eo clarius novit ac certius supernaturalia sibi divinitus impertita charismata, propter quæ prævidebat se a cunctis generationibus beatificandam, imo beatissimam reputandam ac nimis sublimiter beatam dicendam, utpote electissimam genitricem Fontis totius gratiæ, gloriæ ac salutis. Quod spiritu adimpleta prophetico prænuntiavit, dicendo : Beatam me dicent omnes generationes. Et hoc quare? Quo-

niam (inquit) fecit mihi magna qui potens est. Hoc per Salomonem sic legitur prædictum : Surrexerunt filii ejus, et beatissimam prædicaverunt. Etenim filii ejus sunt universi fideles : qui dum ad contemplandum excellentiam Mariæ sanctissimæ mentes suas extendunt, beatissimam eam esse cum ingenti devotione fatentur.

Denique tanta est beatitudo et excellentia ejus, ut non solum a generatione justorum et electorum, verum etiam a generatione pravorum ac reproborum beata dicatur; neque a fidelium et Christianorum generatione dumtaxat, sed a Sarra-cenis quoque perfidis et iniquis non mediocriter commendatur. Hinc quinto Alcorani capitulo recitatur : Angeli Mariam alloquentes, dixerunt : O Maria, omnibus viris mulieribusque splendidior, mundior atque jucundior, tibi ab universitatis Creatore mittitur summi nuntii gaudium cum Verbo Dei, cujus nomen est Jesus Christus, qui est facies omnium gentium in hoc futuroque sæculo, sapiens, vir optimus. Illa respondit : O Deus, quomodo virum non tetigi, filium quomodo concipiam? At angeli : Deo, inquiunt, nihil occurrit impossibile, omnia prout vult operanti. Ipse filium tuum cum divina virtute venientem, librum legiferum omnisque magistrarii peritiam et testamentum ac Evangelium edocebit. Insuper eodem fertur capitulo : Uxor Joachim (utputa Anna) se gravidam sentiens, ait : Tibi, Deus creator, conceptum uteri mei vovens, ipsum tibi soli servientem devote postulo digneris colligere. Quomodo autem filiam peperisset, et nomen ei Mariæ imposuisset, dixit : Natam meam ejusque prolem, tuo, Deus, obsequio penitus devotas, a tentationibus et insidiis diaboli protege. Hanc, puta Mariam, Zacharias in suam tutelam suscipiens, quoties, ut orationes funderet, ad altare processit, fructus optimos intemptivos super eam invenit. Quæ ab illo interrogata unde hos sumeret, ait : A Deo, qui cui vult, dona facit innumera.

Ecce qualiter, Altissimo providente su-

Tob. iii, 17.

Jer. xv, 17;
xvii, 16.

Eccli. xxvii,
19, 18.

Luc. i, 48.
I Cor. ii,
12.

Luc. i, 48.
Ibid. 49.

Prov. xxxi,
28.

amque præamantissimam Matrem honorificante, ipsa beatissima Virgo ab infidelibus quoque sublimiter collaudatur : imo, si quis coram Sarracenis contradiceret istis, et felicissimam Dominam virginem esse negaret, mox occideretur ab eis. Credunt equidem Sarraceni Jesum Nazarenum esse Messiam in lege a Prophetis promissum, ejusque gloriosissimam Matrem consistere virginem, et contradicentem his trucidarent. Verumtamen deitatem denegant Christi, asserentes quod purus sit homo et creatura tantum, non Deus : sicque honori deiformis Mariæ intolerabiliter derogant.

ARTICULUS VI.

De illustri genealogia ac procreatione glorificandæ ac præamandæ Mariæ, ex semine Patriarcharum, Prophetarum et regum, imo et sacerdotum.

Prov. xxxi,
22, 23.

BYSSUS et purpura indumentum ejus; nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ. Unigenitum Dei, Verbum æternum, ex Patre infinitæ nobilitatis sanctitatisque natum secundum divinam naturam, ex nobilissima quoque atque sanctissima matre, ac illustri Patriarcharum, Vatum, regum, sacerdotum ac præsulum prosapia, decuit incarnari et nasci. Qui et secundum assumptam humanitatem est rex Messias et pontifex summus, propheta ac Dominus Prophetarum, patriarcha et princeps Patriarcharum, legifer noster, dux Israel dominatorque populi christiani. De quo Zacharias prædixit : Erit sacerdos super solio suo ; et Psalmista : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. De quo et in Is. xxxiii, Isaia fertur : Dominus judex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse veniet et salvabit nos. Hinc evangelista Matthæus in evangelii sui exordio docet Christum ex regia stirpe progenitum ; Lucas vero describit eum ex sacerdotali progenie natum. Hæc etenim tribus, tanquam

Zach. vi,
13.
Ps. cxi, 4.

Is. xxxiii,
23.

Matth. i,
1 et seq.
Luc. iii, 23
et seq.

et ceteris principaliores, communiter erant matrimonialiter junctæ. Hinc ait Hilarius, et idem affirmat Ambrosius, quod Lucas evangelista genealogiam Christi describit secundum gradum sacerdotalis originis, Matthæus vero secundum successionem regalis propaginis. Imo, ut tangit Hilarius, David contraxit conjugium cum aliqua de tribu sacerdotali. Hinc super Joannem asserit Augustinus, quod beatissima virgo Maria ex regali et sacerdotali exstitit tribu. Unde et Elisabeth ex filiabus Aaron nata, fertur fuisse ejus cognata.

Porro, de ista materia scribit Damascenus libro quarto : David inter ceteros habuit filios duos, Salomonem et Nathan. Ex catena autem et semine Nathan Levi genuit Melchi et Panthera ; Panthera vero genuit Barpanthera, qui genuit Joachim patrem sublimis et sacrosanctæ Mariæ. Ex catena demum Salomonis Mathan descendens, habuit conjugem, de qua genuit Jacob. Mathan autem defuncto, Melchi duxit ejus uxorem, utputa matrem ipsius Jacob, de qua genuit Heli fratrem uterinum Jacob præfati ; ipsoque Heli sine filiis mortuo, frater ejus Jacob duxit uxorem ejus, de qua genuit Joseph sponsum Mariæ : ita quod Joseph fuit filius legalis prædicti Heli, naturalisque filius Jacob præfacti.

Luc. i, 5.

Ibid. 36.

Sed circa hæc oritur quæstio duplex. Prima est, de quo Nathan intelligenda sint verba hæc Damasceni. Secunda, an Christus descendit vere secundum carnem a Salomone. Videtur enim quod non, quia realiter natus est ex semine Nathan fratris Salomonis : idem autem ex duobus non nascitur fratribus. Ad primam quæstionem istarum aliqui responderunt, quod intelligenda sint de Nathan propheta, quem dicunt a David adoptatum in filium. Quod stare non potest. Sic enim Christus descendisset realiter ex semine Nathan prophetæ, non David, nisi forsans per conjugium initum inter posteros David ac Nathan. Præterea, primo Paralipomenon manifeste narratur, quod David regi nati sunt in Jerusalem quatuor filii de Bethsa-

I Par. iii, 5.

bee, quorum unus ibi vocatur Nathan. De hoc super Matthæum plenius scripsi. Ambrosius quoque super Lucam fatetur, quod Christus secundum carnem veraciter natus est ex semine Nathan filii David. Verum tunc remanet quæstio, qualiter queat salvari, quod Christus asseritur natus ex semine Salomonis ac regum succedentium ei. Ad quod, juxta præacta, poterit responderi, quod inter posteros Salomonis ac Nathan sit contractum connubium, ex quo Maria sacratissima sit exorta et Christus.

Denique, sicut Unigenitus Dei voluit ex mundissima virgine nasci, sic electissimam Matrem suam voluit ex honestissimo conjugio procreari, ita quod beatissimæ Mariæ parentes fuerunt homines eximie sanctitatis. Si enim baptistam suum ac præcursorem, servum et paranympum voluit Deus ex sanctis generari parentibus, prout in Luca describitur, quanto plus incomparabilem suam præcarissimam Matrem? Hinc in Revelationibus S. Brigittæ legitur gloriosa et dulcis Maria ad Brigittam protulisse: Ego tibi dico quam dulciter Filius meus dilexit corpus meum et animam meam, et quantum me honoravit. Ipse conjugium parentum meorum tanta castitate conjunxit, ut tempore illo non inveniretur conjugium castius in hoc mundo, et nunquam convenire vellent nisi juxta legem, solummodo desiderio prolis ad Dei obsequium enutriendæ. Et quum nuntiatum eis fuisset ab angelo, quod virginem parerent de qua salus mundi procederet, maluissent mori quam carnali convenire amore; et voluptas in eis mortua fuit, ita videlicet quod eam non intendebant nec exquirebant. Tamen pro certo tibi dico, quod ex caritate divina et ex verbo angeli nuntiantis convenerunt carne, non ex concupiscentia voluptatis, sed ex dilectione divina: sicque ex eorum semine ex divina caritate compaginata est caro mea. Formato autem corpore meo, Deus animam meam creavit et corpori meo immisit, moxque anima mea cum

A corpore suo sanctificata est: quam angeli sancti custodiebant et servabant die ac nocte. Quum vero anima mea sanctificabatur et suo corpori jungebatur, tanta animæ meæ advenit lætitia ut impossibile sit effatu.

Insuper, præinductis consonat quod Honorius anachoreta scribit in libro de Ornamentis gloriæ sanctæ Mariæ: Ex benedicto (inquit) Patriarcharum semine, et præclaro Prophetarum germine, atque sacra sacerdotali stirpe, generosa quoque regali progenie processit hæc inclyta virtutis Dei virga, insignis et imperiosa virgo Maria: quæ omni genere generositatis jure debuit præfulgere, quoniam ipsum totius generositatis. principalissimum ac singularissimum Fontem ac florem meruit germinare, eum videlicet qui est speciosus forma præ filiis hominum. Sic namque decebat nasciturum ex ea Christum regem Dominum, ut eam gratia ac meritis, honore et gloria præcellentissimam faceret omnium: quia divina, mirabilia atque magnalia fieri oportebat in ea, dum in ejus utero virginali meruerunt consecrari ac fieri nostræ salutis veneranda commercia.

Ps. XLV, 3.

ARTICULUS VII.

De plena nobilitate gloriosæ ac benedictæ Mariæ in anima et corpore; et quid sit nobilitas carnis.

IN omni populo et in omni gente primatum habui. Naturam humanam ab unigenito Dei Filio assumendam decuit undique decorari ac vere nobilitari, tam in se quam in sua origine: ideo condecens erat ut ex nobilissima virgine Verbum Dei incarnaretur. Nec obest quod sacratissima Virgo non erat immediata filia regis aut præsulis, nec in divitiis constituta aut temporali dominio elevata. Quamvis enim, juxta Philosophum, nobilitas carnis videatur esse opulentia antiquata, quia per opulentiam incipiunt homines nobilitari, exaltari, præesse (nam, ut ait Scriptura,

Eccli. XXIV, 9, 10.

Cf. t. XI, p. 13 D' etc.

Luc. 1, 5, 6.

Prov. xiv. amici divitum multi : sicque per divitias **potentia** *quædam* acquiritur ex multitudine amicorum ac ministrorum ; potentes autem ac locupletes ad dignitates, præsidencias et officia promoventur, sicque nobilitantur) ; multa tamen ad veram et plenam nobilitatem personæ concurrunt et exiguntur, videlicet, opulentia in se aut in progenitoribus, bonitas complexionis, libertas conditionis, probitas morum, ingenita dispositio ad actus præclaros, dignitas quoque originis ex parentibus mediatis et immediatis contracta.

Mariale,
q. xxv.

Denique, secundum Albertum in libro de Laudibus gratiosissimæ Virginis, nobilitas consistit et consideratur in tribus, puta, in causa, in substantia, in efficientia : in causa, hoc est in dignitate et eminentia progenitorum sive parentum ; in substantia, hoc est in possessione donorum naturæ et gratiæ, seu etiam honorum fortunæ ac laudabilium proprietatum ; in efficientia, hoc est in præclaris effectibus. Et hæc tria excellentissime exstiterunt in gratiosa et gloriosa Maria : quia, ut præcedenti patebat articulo, ex sanctorum Patriarcharum et Prophetarum, ex regum atque pontificum semine orta est. In naturalibus quoque præ ceteris mulieribus elegantissima fuit, ut infra dicetur. Similiter in charismatibus gratiæ, non solum inter mulieres, sed etiam inter viros, post Unigenitum suum tenet primatum. A parentibus item satis divitibus est exorta. Porro præclaritas et excellentia effectuum ejus exprimi nequit. Ipsa namque in his omnem puram creaturam incomparabiliter incomprehensibiliterque transcendit : quippe quæ Unigenitum Patris æterni, verum Deum, concepit, peperit, contrectavit, lactavit, nutritiv ; quæ ad totius mundi redemptionem, post unicum Filium suum excellentissime est cooperata ; quæ in omni virtute et dono Spiritus Sancti præclarissime fuit heroica ac divina, virtutum quoque et donorum actus in termino excellentiæ est laudabilissime exsecuta.

Itaque ab omni indigna servitute et ser-

A vilitate fuit liberrima, per quam universum genus humanum a servitute peccati, a jugo et subjectione diaboli, a corruptionibus ex peccato originali secutis, ab obligatione æternæ damnationis est liberatum. Nempe, si vere liberi sunt quos *Joann. viii.* Filius liberavit, ut ipsemet Filius Dei ac *30.* Virginis testatur, quanto magis vera libera est quæ mater est tanti liberatoris ? Nonne ipsa est per quam omnis creatura a servitute corruptionis liberata est, et tandem *Rom. viii.* hujus liberationis effectum multiplicem *21.*

B plenarie consequetur in libertate gloriæ filiorum Dei, ubi cessabit, completo iudicio, omnis prælatio creaturæ super creaturam, ubi et servus liber est a domino suo creato, non a Domino increato, cui servire et subjici, summa ingenuitas esse monstratur ?

Innotescit igitur ex præactis, quod nobilitas secundum carnem multa includit. Dum enim homo ignobilis incipit abundare divitiis, delicatioribus cibus ac potibus utitur, ex quibus generatur melior sanguis **C** et nobilitatur complexio, mens quoque ad exercitia rationis magis acuitur. Sic demum complexionem nobilitata et mente melius disposita, incipit homo honestioribus exercitiis occupari, magnanimis fieri, parva adversa et damna minus curare, parva et vilia minus attendere, modica lucra minus appetere ; adversarios minus vereri, munuscula minus expetere, libertatem amplius affectare ; majorum consortia adipisci, cum excellentibus personis sociare connubia, earumque proprietates, **D** mores, strenuitatem ac opera imitari : sicque natura primo ignobilis ac servilis, per consuetudinem bene victa, in contrarium transmutatur. Imo, quanto hoc ipsum a remotiori ac diuturniori radice ad ramos transmittitur, tanto plus inclinatio naturæ firmatur, inseparabiliorque efficitur, ita ut in sobole, quantum est ex parte naturæ, inveniatur inclinatio naturalis ad consimilia suis parentibus. Et hæc appellatur nobilitas carnis, quæ quantum est de sui natura, semper ad honesta atque decentia

magis quam ad vilia inclinatur, nisi forsitan libertas arbitrii, consuetudo prava, aut alia causa extrinseca operetur et inducat contrarium.

Constat itaque, quod nobilitas non est tantum ex qualitate complexionis, quum rex seu alia persona illustris, quamvis melancholicæ aut phlegmaticæ complexionis, communiter audacior, magnanimior largiorque consistat rustico complexionis sanguinæ sive cholericæ. Præterea, quamvis anima rationalis sit immediate per creationem a Deo, non ex traduce aut ex educatione materiæ, tamen secundum dispositionem carnis cui infunditur, communiter operatur; et prout a corporis sui proprietate ad aliquid magis aut minus inclinatur, secundum hoc communiter affici solet et operari.

Postremo, de proprietatibus nobilium tractat Philosophus in libris Politicorum, et ait quod nobilium sunt quatuor proprietates seu mores laudabiles. Primo enim communiter sunt magnanimes, et tendunt in magna. Secundo, solent esse magnifici, id est magna agentes atque ad grandes sumptus præ aliis inclinati. Tertio, solent esse industrii ac dociles, seu bene capaces, quoniam ab infantia inter nobiles, morigeratos et expertos sunt conversati, a quibus instrui ac reprehendi consueverunt. Quarto, solent esse politici et affabiles. In loquendo quoque, vescendo, ac aliis gestibus, sunt communiter magis faceti et honestiores. Habent etiam aliquos vituperabiles mores, specialiter duos, secundum Philosophum: quia sunt nimis avidi excellentiæ ac honoris; et solent despiciere suos progenitores, quibus se reputant nobiliores, quoniam ex utroque parente trahunt nobilitatem. Imo, quum nobiles communiter sint divites, et omnes divitum mores, secundum Philosophum, sint vituperabiles, una proprietate excepta; ideo mores nobilium, secundum quod divites sunt, pene omnes sunt mali. — De hac materia, et quid sit nobilitas carnis, in libro de Vita et regimine principum

plenus scripsi. Et quamvis nobilitas carnis parum habeat laudis, dum tamen nobilitas carnis atque nobilitas cordis in eodem conveniunt, se invicem ornant.

lib. II, art. XIV; lib. III, art. XII, XIII.

ARTICULUS VIII.

An glorificanda et benedicta virgo Maria Deifera ex angelica nuntiatione ac miraculose concepta sit; et quid veritatis contineat liber ille apocryphus reputatus, de Ortu et vita Mariæ intitulatus.

UNA est columba mea, perfecta mea. Cant. vi, 8.
Quemadmodum ait Fulbertus, Carnotensis episcopus, in solennitate de Nativitate sacratissimæ Virginis legendus esset libellus de Ortu et vita sanctæ Mariæ inscriptus, nisi esset inter apocrypha a sapientibus viris ac Patribus reputatus. Verumtamen multa in illo habentur libello quæ probabiliter vera censentur, quia a viris sanctis et eruditis vera feruntur: utputa quod Joachim pater Virginis gloriosæ, et Anna mater ejusdem ac Joachim uxor, fuerunt de tribu Juda, ita quod Joachim fuit natus ex Nazareth, Anna ex Bethlehem. Insuper fertur ibi, quod multis annis sine sobolis procreatione simul vixerunt: ideo Dominum assidue rogaverunt ut eis concederet prolem; quod si facere dignaretur, voverunt eam divinis mancipare obsequiis. Sicque tandem angelus eis seorsum denunciavit, quod filiam generarent, quæ suo tempore Messiam pareret regem, ipsamque filiam Deo offerrent servitutam eidem in templo. Hæc autem vera videntur. Nempe, si (ut ait Maximus episcopus in sermone de beatissimo Joanne Baptista) decentissimum fuit ut ipse Joannes Christi præcursor miraculose nasceretur de sterili matre, quatenus mirabiliter natus, mirabilis nasciturum Dominum Christum suo exordio designaret; sic decentissimum fuisse videtur ut præelecta Genitrix Christi ex sterilibus gigneretur parentibus, quatenus mirabiliter

Luc. 1, 7.

nata, mirabilius conciperet ac pareret Dominum Salvatorem, et suæ nativitatis miraculositate præsignaretur miraculosissime conceptura ac paritura totius naturæ auctorem, Unigenitum Dei, tam ex Patre quam ex Matre incomprehensibiliter natum.

Præterea, in veteri Testamento leguntur quidam præcipui ex sterilibus matribus geniti, ad insinuandum quod futuri erant filii gratiæ potius quam naturæ: ut constat de Isaac, Samsonem et Samuele. Ideo verisimile est hoc quoque gratiosissimæ convenire Mariæ, quæ Fontem gratiæ, reparatorem naturæ fuerat conceptura, quæ (ut asserit Damascenus) a nullo illustrium vincitur, imo cunctis illustribus Sanctis ineffabiliter fuit illustrior, ita quod privilegia dignitatum, ornamenta gratiarum aliis concessa illustribus Sanctis, ei sublimius sunt concessa. Ista quoque Damascenus evidenter fatetur: Joachim, inquit, honestam et laude dignam in matrimonium duxit Annam. Sed sicut venter Annæ prioris, videlicet conjugis Elcanæ, sterilis existens, per votum et repromissionem peperit Samuelem; ita et Anna hæc per preces et repromissionem divinam, Dei protulit Genitricem.

Præterea, quo sancti quidam veteris Testamenti fuerunt Christo propinquiores, eo eorum conceptio et sanctificatio major ac mirabilior fuit: ut patet de beatissimis Joanne ac Jeremia. Quum igitur unica virgo electissima Maria fuerit excellentissime Deo Filio suo propinquior, tenendum censetur quod ejus conceptio fuit per angelum prænuntiata divinitusque promissa, et miraculose impleta. Et ipsa quoque concepta, mox præ Jeremia et glorioso Joanne multo excellentius fuit sancta, et Spiritu Sancto in materno utero adimpleta.

Amplius, figuræ hujus benedictæ ac summæ Mariæ prorsus dulcissimæ, fuerunt supernaturaliter exhibitæ et miraculose ostensæ: ut patet de rubo sine læsione Num. xvii, 8. ardente, de virga Aaron fructificante, de

A sede sapphirina super firmamentum Ezechielii monstrata, et de porta clausa eidem ostensa, de vellere Gedeonis, et consimilibus multis. Figuratum autem, figuris suis ac signis multo præstantius esse cognoscitur. Maria ergo dignissima, supernaturaliter et per angelicam prænuntiationem atque divinam promissionem, est concepta sancta et nata, præsertim quum ejus conceptio ac nativitas ab Ecclesia tam solenniter (ut dignum est) celebrentur. Istud quoque, ut allegatum est supra, felicissima virgo Maria legitur S. Brigittæ revelasse. Hinc sanctus ait Bernardus: Ego puto quod copiosior sanctificationis benedictio in sacratissimam Mariam descendit, quæ non tantum ipsius sanctificaverit ortum, sed et vitam ipsius deinceps ab omni peccato servaverit immunem: quod nulli alteri in natis mulierum creditur esse collatum.

ARTICULUS IX.

De nativitate illustrissimæ Virginis, et gaudio glorioso quod tunc fuit in mundo.

MULTI in nativitate ejus gaudebunt. Sicut aurora propinquius se habet ad diem quam Lucifer stella, sic sapientissima virgo Maria propinquius atque similis habuit se ad Christum quam gloriosus Joannes Baptista. Quum ergo de ipso sancto Baptista desuper sit prædictum patri ejus ab angelo sancto, Uxor tua pariet tibi filium, et erit gaudium tibi et exultatio, et multi in nativitate ejus gaudebunt (et hoc in signum quod ipse felix Præcursor annuntiaturus fuit et prædicaturus aperte Salvatorem mundi, Filium Dei, venisse in carne, atque in signum gaudii quod angeli sancti Christo nato intra se habuerunt, Deumque laudando forinsecus ostenderunt: quod et angelus unus insinuavit pastoribus, Annuntio, inquit, vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus);

Gen. xi, 30; xxi, 2; Judic. xiii, 2, 24; I Reg. i, 2, 20.

I Reg. i, 11, 20.

Luc. i, 15; Jer. i, 5.

Erod. iii, 2.

Num. xvii, 8.

Ezech. i, 26
Ibid. xlii, 2.
Judic. vi, 37-40.

art. vi.

Luc. i, 14.

Ibid. i, 14.

Ibid. ii, 10.
11.

hinc credendum pie videtur, quod in nativitate gloriosissimæ virginis Mariæ dulcissimæ præcipuum exstitit gaudium, non solum ejus parentibus, sed et vicinis atque cognatis, ex inspiratione Omnipotentis, imo angelicis quoque spiritibus, ac multis electis hominibus tunc in mundo viventibus, qui tunc ex inspiratione secreta insolito quodam gaudio perfundebantur, sed et sanctis in limbo detentis.

Hinc in Revelationibus S. Brigittæ recitatur præamanda ac honorandissima semper virgo Maria ad ipsam Brigittam esse locuta : Tempus in quo fui concepta, bene potest vocari pretiosa et aurea hora. Tunc namque incepit principium universorum, et tenebræ quasi festinabant converti in lucem. Deus etenim singulare quoddam et a sæculo absconditum facere voluit in me opere suo, quemadmodum fecit in arida virga florente. Porro, dum nata fui, amici Dei qui longa exspectatione erant detenti, Deo eis inspirante, dicebant : Cur amplius jam dolemus ? Gaudendum magis est nobis, quoniam nata est lux qua illuminabuntur tenebræ nostræ et desiderium nostrum perficietur. Angeli vero gaudebant, dicentes : Natum est in terra quoddam desiderabile bonum, ac specialis amica Dei, per quam reformabitur in cælis et in terris pax vera, et ruinæ nostræ instaurabuntur. Vere, filia mea, dico tibi, quod nativitas mea fuit verorum initium gaudiorum, quia tunc prodiit virgula de qua processit flos ille quem reges et Prophetæ desiderabant videre. Dæmones quoque non latuit mea nativitas, sed dicebant : Ecce nata est virgo quædam, quid faciemus ? Nam mirabile quid cernitur in ea futurum. Si adhüberimus ei omnia retia malitiæ nostræ, confringet ea ut stuppas.

Præterea de his loquitur vir illustris, Honorius anachoreta : Nascente beata Maria, illuminata sunt omnia. Nempe, dum nata est Virgo sacratissima, præelecta et in æternum benedicta virgo sancta Maria, tunc ineffabilis gratia divina dixit verbis

A ac rebus : Ecce adsum. Tunc quippe cœpit patescere recto orientis tramite luminosa cœlestis gratiæ fenestra, quæ sui luminis abundantia, cœlestia simul et terrestria perfuderat universa, per quam Deus nos præ solito cœpit misericorditer intueri. Per te, o præamabilissima, suavissima virgo Maria, veri Solis aurora progreditur, indeficiens Sol justitiæ oritur, mortis tenebræ effugantur, filii lucis instaurantur, via salutis ostenditur, veritas illuminatur, vita invenitur, Deus gratiæ facie ad faciem agnoscitur, et Rex gloriæ in decore suo oculo ad oculum gloriose desiderabiliterque videtur. Hæc Honorius.

Itaque ex inductis elicitur, quod sicut inter Christum et ejus præcursores serenissima virgo Maria media est, utpote sanctior ac toti mundo salubrior ipso Joanne, sed minus sancta quam Christus ; sic gaudium quod fuit in ejus nativitate, habuit se medio modo inter gaudium quod fuit in nativitate sancti et magni Joannis, et gaudium quod in nativitate exstitit Salvatoris : ita quod major generaliorque jucunditas fuit in sincerissimæ nativitate Mariæ quam S. Joannis Baptistæ.

ARTICULUS X.

De comparatione Virginis summæ ad parentes S. Joannis Baptistæ.

BEATAM me dicent mulieres. Quum Lia uxor Jacob patriarchæ peperisset filios quatuor, et per ancillam suam, quam marito suo dederat conjugem, acquisisset adhuc filios duos, lætata est vehementer : Beatam me (inquiens) dicent mulieres. Quanto magis sancta Anna, sciens se genuisse filiam futuram regis Messiæ matrem, potuit dicere, Beatam me dicent mulieres ?

Videmus quod filii ac filiæ valde specialiter ac naturaliter diligunt avos suos et avias, et econverso. Credendum est

Ps. xxxix,
8.

Is. xxxiii,
17.

NUM. xvii,
8.

Luc. x, 24.

Gen. xxx,
12.

ergo, quod Christus non mediocria gratiarum ac virtutum charismata contulerit parentibus suæ dilectissimæ Matris, a quibus et ipse tam tenerrime amabatur, etiamsi ante ipsius incarnationem obisse dicantur. Hinc quod in libro apocrypho de Ortu summæ et benedictæ Mariæ narratur, verum apparet, quum dicitur : Vita Joachim et Annæ conjugis suæ erat simplex, recta et pia; omnemque substantiam suam trifarie diviserunt, unam partem templo ac templi ministris, aliam pauperibus et peregrinis, tertiam sibi ac suæ familiæ deputantes. Quod et aliqui demum in evangelica lege fecisse leguntur. Itaque quod de parentibus B. Joannis Baptistæ Lucas evangelista refert, parentibus quoque gloriosissimæ Mariæ excellenter creditur convenire, quum dicitur : Erant justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela. Sic demum Joachim similis fuit beato Job, de quo ait Scriptura : Erat Job vir simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo.

Luc. 1, 6.

Job 1, 1.

Hinc ait Honorius anachoreta : Beata Anna, pro gloriosæ filiæ suæ reverentia, inter omnes matres mulieres vere beata et benedicta est appellanda; in qua, nominis sui redundante gratia (siquidem Anna gratia interpretatur), accelerata sunt divini et antiqui consilii sacra mysteria, quoniam in sacratissima ejus filia aperiri cœperunt universa sacramenti cœlestis sacra signacula, quæ a sæculis clausa fuerunt et signata. Etenim beatitudo omnium beatitudinum et benedictio omnium benedictionum, in beatissimam Virginem in plenitudine caritatis divinæ copiosissime redundaverunt, ex qua fons vivus benedictionis æternæ, stillicidiis gratiæ affluentis humano generi largissime atque dulcissime emanavit. Benedictum est in æternum beati Joachim genitoris sincerissimæ Virginis honorabile meritum, omnipotenti Deo multa dignatione beneplacitum et acceptum : cujus præcelsa gloria meretur esse in æterna præclaræ laudis memoria.

ARTICULUS XI.

Quod serenissima ac suavissima virgo Maria fuit a sæculis multipliciter præsignata ac prophetata.

APERIATUR terra, et germinet Salvatorem. Tanta est excellentia Christi, tantaque dignitas mysteriorum ipsius, ut non solum ipse ac ejus mysteria ab exordio mundi cœperint præsignari, prænuntiari et collaudari in lege naturæ, atque in lege scripta ac Prophetis clarius præfigurari copiosiusque describi; sed etiam personæ ad ipsum eminentius ac vicinius pertinentes, præfiguratæ ac prænuntiatae leguntur. Unde de beatissimo Christi Præcursore, Isaias et Malachias, Psalmista quoque, prophetasse noscuntur. Verum, quoniam præstantissima ac divinissima Genitrix Christi præ ceteris ineffabiliter excellentius atque propinquius spectat ad ipsum, decentissimum fuit de ipsa, tam in lege naturæ quam in lege scripta, præcedere varia ac præclara oracula, signa, vaticinia et gesta mirifica, supernaturalia quoque mysteria.

Ibid. xl.
Malach.
iii, 1; Ps.
lxxxiv, 14

Denique, cernimus quod reges et principes magni et providi magnalia peracturi, et suam potentiam, munificentiam aut excellentiam monstraturi, non sine prænuntiatione id agant, sed præcones præmittant, locum ac tempus prædicant, congruentibusque præambulis intentum præveniant opus excelsum, quatenus interim ad illius intuitum alii præparentur ac confluant. Sic Dominus majestatis immensæ, Pater gloriæ, ab æterno instituens ac disponens superdilectissimum Unigenitum suum fieri hominem in plenitudine temporum fineque sæculorum, hoc ipsum a mundi primordio exorsus est revelare, præsignare, prædicere, atque ad credendum et amplectendum tantum mysterium ac beneficium suum corda hominum præparare, erudire, accendere. Hoc est quod justus Zacharias in suo fassus est canticò. Loquens namque de Deo : Exiit (inquit) cornu salutis nobis Luc. 1, 69, 70

in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt, Prophetarum ejus. Hinc gloriosus princeps Apostolorum ait : Omnes Prophetæ a Samuel et deinceps, annuntiaverunt dies istos. Unde et ipsemet Dominus ac Salvator in Evangelio est locutus : Oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me in lege et Psalmis et Prophetis.

Itaque, de hac præelectissima atque sanctissima Virgine, in qua, ex qua et per quam implenda erant excellentissima Christi mysteria, quam Pater æternus præelegit sibi in sponsam singularem, in parentalem, in veram unici et cœqualis sui Filii matrem, quam et Verbum æternum sibi in amantissimam elegit genitricem, quam Spiritus Sanctus elegit sibi in summum sacrarium atque purissimum templum, et in parentem illius a quo ipse æternaliter incomprehensibiliterque procedit : de hac, inquam, tanta ac tali, decuit totam supergloriosissimam Trinitatem per Patriarchas et Prophetas præfari, signa et figuras præmittere, supernaturalia insinuare. De hac omnium fortissima ac victoriosissima mulierum, purissima virginum, fecundissima matrum, in mundi exordio dixit sub typo serpentis, diabolo :

Inimicitias ponam inter te et mulierem; ipsa conteret caput tuum, et tu insidieris calcaneo ejus.

De ipsa quoque et adorando Filio ejus locutus est Balaam : Orietur stella ex Jacob, et exsurget virga (et ut alia habet translatio, Virgo) de Israel. Præterea, ad signandum omnipotentem Dei Filium puritate hujus incomparabilis Virginis attrahendum, ejusque sancto amore vincendum, et in ejus sinu reclinandum, Balaam superfortissimum Creatorem fortitudini unicornis comparavit, dicendo : Dominus Deus eduxit eum de Ægypto, cujus fortitudo similis est rhinocerotis.

De hac sua desideratissima filia ac dignissima Domina, multa locutus est David in Psalmis : Adstitit (inquiens) regina a dextris tuis in vestitu deaurato ; itemque :

Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus ; et denuo : Veritas de terra orta est ; ac rursus : Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.

De hac optima delectabilissimaque Maria vaticinatus est plurima sanctus et inclitytus Isaias : Ecce (inquiens) virgo concipiet et pariet filium ; et, Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet ; et rursus : Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant Justum ; aperietur terra, et germinet Salvatorem. Insuper, in persona Dei loquens : Accessi (inquit) ad prophetissam, et concepit ; itemque : Antequam parturiret, peperit. Hinc sanctificatus in utero Jeremias prædixit : Novum faciet Dominus super terram ; mulier circumdabit virum. De ipsa quoque in Canticis diffusius ceteris vaticinatus est Salomon, qui et in Proverbiis de ea legitur sciscitatus : Mulierem fortem quis inveniet ?

C Amplius, illustrissimam hanc Mariam, omnium creaturarum prorsus dignissimam, præsignavit lux illa seu lucida nubecula in exordio facta, de qua die quarto legitur sol formatus : sic de Virgine præcolenda natus est Christus. Hanc omnium Dominam sæculorum, sine qua nemo salvatur, præfiguravit arca, extra quam nemo evasit diluvium. Hanc signavit tabernaculum Moysis, hanc arca testamenti, hanc propitiatorium et velamen. In ipsa equidem Deus legis verissime commorari et in natura assumpta circumscribi dignatus est ; ipsa in se continuit manna cœleste, panem vitæ qui de cœlo descendit ; per ipsam reconciliamur Altissimo. Ipsam præsignavit candelabrum templi, thronus Salomonis, vellus Gedeonis, porta clausa Ezechieli monstrata, per quam Deus Israel est ingressus, et quæ principi mansit clausa ; virga quoque Aaron, quæ floruit ac protulit fructum, non radicata in terra, nec irrigata ab aliquo ; rubus etiam ardens, nec læsus. Ipsam nomine et effectu præ-

Ps. XLIV,
11, 12.

Ps. LXXXIV,
12.
Ps. LXXXVI,
5.

Is. VII, 14.

Ibid. XI, 1.

Ibid. XLV, 8.

Ibid. VIII, 3.

Ibid. LXVI,
7.

Jer. XXXI,
22.

Prov. XXXI,
10.

III Reg.
XVIII, 44.
Cf. t. I,
p. 43 B'.

Gen. VII, 14
et seq.
Exod. XXV,
8 et seq.

Joann. VI,
51.

III Reg. II,
19 ; Judic.
VI, 37-40.
Ezech.
XLIV, 2, 3.

Num. XVII,
8.

Exod. III, 2.

Act. III, 24.

Luc. XXIV,
44.

Gen. III, 15.

Num. XXIV,
17.

Ibid. XXIII,
22.

Ps. XLIV, 10.

figuravit Maria soror Moysis, prophetissa A
 Jahel, Deborah, Sara, Esther, Judith et
 Bethsabee. Imo de his præfigurationibus
 innumerabilia ac præclara possent induci:
 de quibus hæc pauca sufficiat tetigisse.
 Neque incongruum est gratiosissimam in-
 comparabilemque Mariam per tam diversa
 atque per conjugatas ac viduas figurari.
 Tanta quippe est excellentia ejus, tot præcla-
 rissimi sunt illius effectus, quod per pauca
 satis præfigurari ac designari ipsa nequi-
 vit: imo cuncta præacta atque ommissa B
 pariter sumpta, a plena et condigna signi-
 ficatione ac præmonstratione ejus ineffa-
 biliter deficiunt et occumbunt.

ARTICULUS XII.

*De oblatione ac commoratione Virginis
 benedictæ in templo.*

^{Ps. XLVII,}
^{10.} **S**USCEPIMUS, Deus, misericordiam
 tuam in medio templi tui. Sicut ex
^{art. VII.} præhabitis innotescit, devotissimi parentes C
 suavissimæ et incomparabilis Virginis,
 quam ex annuntiatione angelica ac pro-
 missione acceperunt divina, voverunt se
 Deo oblaturus et ejus mancipaturos obse-
 quius: quod et fideliter impleverunt. Et-
 enim ablactatam sacrosanctam gratiosissi-
 mamque infantulam duxerunt ad templum,
 et (sicut non solum in libro de Ortu ipsius
 apocrypho legitur, sed a sanctis quoque
 quibusdam Patribus, Epiphania ac aliis,
 recitatur) posuerunt gloriosam Virguncu-
 lam circiter trium annorum, in infimo D
 quindecim graduum per quos ascendebat-
 ur in templum in monte situm: quo facto,
 Puella sanctissima, per se, absque du-
 centis ac levantis subsidio, ascendit per
 universos gradus illos, non sine ingenti
 intuentium admiratione, ac si perfectæ
 fuisset ætatis.

Nec hoc incredibile videatur, quum et in
 quibusdam infantulis ubera adhuc materna
 sugentibus, visa sint signa et opera præ-
 cipuæ devotionis: quemadmodum in san-

cto et magno præsule Christi Servatio, qui
 in sua infantia atque lactatione frequenter
 per duos aut tres dies ab uberum suctione
 abstinuit, et inter nutrientis lactantisque
 brachia oculos sæpe ad cælum levavit.
 Sic et electus Dei pontifex Nicolaus, quum
 infantulus baptizaretur, stetit erectus; se-
 cunda quoque quartaque feriis semel dum-
 taxat ubera suxit. Si tam gratiose præventi
 sunt, illustrati, confortati et moti famuli
 Salvatoris, ad præsignandum excellentiam
 futuræ eorum devotionis ac sanctitatis:
 quid sentiendum est de electissima Matre
 Omnipotentis, qui incomprehensibiliter et
 incomparabili gratiositate operabatur in
 sanctissima illa Virguncula mox matre sua
 futura, cujus mentem et corpus super-
 naturaliter ac specialissime gubernavit ac
 roboravit? Et si gloriosus Joannes Baptista Luc. 1, 41.
 adhuc in utero matris Christum cognovit,
 et de ejus præsentia exsultavit, usu rati-
 onis miraculose præventus: cur non
 amantissima Dei, quæ a nullo illustrium
 vincitur, imo et superat universos, cre-
 datur ex supernaturali illuminatione ante
 solitum tempus usu rationis frequenter
 præventa, et ante cœtaneas suas assi-
 duum et completum rationis usum sortita?

Postremo, decentissimum fuit ut præ-
 electa concipere Dominum templi, in ipso
 templo consecraretur obsequereturque Do-
 mino, et suam infantiam in exercitiis ex-
 penderet sacris, atque ibidem instrueretur
 litteris sanctis.

ARTICULUS XIII.

*Cur Filius Dei non elegit nasci ex vir-
 gine opulenta, potenti, temporaliterque
 regnante.*

INFIRMA et ignobilia mundi elegit Cor. 1, 27.
 Deus. Dictum est, quod totius nobi-
 litatis fontem Unigenitum Dei, Regem re-
 gum, præsulem summum, Dominum Jesum
 Christum decuit ex illustri et regia, pa-
 triarchali pontificali que stirpe nasci: unde
 conveniens fuisse videtur ut ex immediata
 art. VI.

filia regis, regina potenti, temporaliter A
præsidente ac divite nasceretur. Cur ergo
ex puella fabro desponsata voluit gigni?

Et respondendum, quod Sapientia Dei,
Verbum æternum, Unigenitus Patris, cun-
cta sapienter disponens ac decentissime
faciens, atque in numero, pondere ac men-
sura constituens universa, sic elegit ex
illustrissima nasci adolescentula, ut tamen
proximi et propinqui parentes illius non
essent excellenter potentes, locupletes aut
nobiles secundum reputationem huma-
nam, seu juxta sæculi hujus cursum. Cu-
jus rei causæ rationabiles assignantur. Pri-
ma est, ne promulgatio evangelicæ legis
posset adscribi potestati, nobilitati aut
opulentia Genitricis Christi, aut cognato-
rum et propinquorum ipsius. Eadem causa
noluit in Jerusalem urbe metropoli gigni,
sed in Nazareth modico oppidulo concipi,
atque in Bethlehem civitate parva gene-
rari. Hinc quoque idiotas, plebeios, im-
potentes et pauperes elegit constituitque
apostolos, ne omni miraculo mirabilior
versio mundi ad arduissimam legem et
incomprehensibilem fidem catholicam, ad-
scriberetur sapientiæ, eloquentiæ, versuti-
æ, potentiæ aut dignitati prædicatorum
legis ac fidei christianæ; sed in omnibus
agnosceretur operata Divinitas, quæ non
per aliquid prædictorum, sed per signa,
prodigia, miracula ac varia Spiritus Sancti
charismata, non solum vulgus ignobile,
sed philosophos quoque et oratores, reges
et principes, Scribas sacerdotesque Mo-
saicæ legis, legi ac fidei Christi subjecit.

Secunda hujus rei ratio assignatur, quoniam
Filius Dei descendit in mundum
hunc, quatenus verbo et exemplo osten-
deret universa mundi hujus magnalia,
nobilitatem, potestatem, divitias, delicias
et honores, desiderio futuræ, cœlestis ac
sempiternæ felicitatis esse parvi pendenda
ac relinquenda: propter quod in maxima
paupertate, humilitate abjectioneque vixit
in sæculo isto; atque in omnibus quod
carni molestius est elegit, ut ipsum in ta-
libus efficaciter imitentur qui veraciter

appellari cupiunt Christiani et per gra-
tiam Christi salvari.

Tertia causa est, quoniam primus Chri-
sti adventus fuit prænuntiatus in omni
paupertate et humilitate futurus, juxta
illud Zachariæ: Ecce Rex tuus veniet tibi
justus et salvator; ipse pauper, et ascen-
dens super asinam. — Quarta, ne Filius
Dei videretur mundanam prosperitatem
beatificare, et magnos sæculi hujus pau-
peribus humilibusque præferre. Hinc ait
Apostolus: Videte vocationem vestram,

fratres, quia non multi sapientes secun-
dum carnem, non multi potentes, non
multi nobiles sunt inter vos. Hinc super
Lucam ait Ambrosius (circa illud: Angelus
ad pastores ait): Non gymnasia, non rhe-
tores eliguntur, sed simplicem Deus ple-
bem assumpsit, quæ audita phalerare ne-
scivit. — Quinta, ut merito paupertatis
humilitatisque Christi spiritualiter per do-
na gratiæ locupletemur, et æternaliter per
dona gloriæ felicitemur. Unde de Christo
ait Apostolus: Propter nos egenus factus
est, ut illius inopia nos divites essemus.

ARTICULUS XIV.

*Quod beatissima et admirabilissima vir-
go Maria verissime facta sit et exsistat
Genitrix veri Dei.*

PARVULUS natus est nobis, filius da-
tus est nobis; et vocabitur Admirabi-
lis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater fu-
turi sæculi, Princeps pacis. Hæc est
summa sapientiæ christianæ, hæc pleni-
tudo theologicæ veritatis: quod Deus
æternus et verus sic vere unus et simplex
est in deitatis essentia, ut nihilo minus
vere trinus sit in personis; atque quod
Unigenitus Dei Patris, Patri adorando con-
substantialis, coæqualis et coæternus, vere
factus est homo, assumendo naturam hu-
manam ex intemerata serenissimaque Ma-
ria, hoc est ex purissimis ejus sanguinibus
formando sibi corpus humanum, non vi
formativa virili, humana, sed virtute om-
nipotenti, divina, cui competit agere, quum

voluerit, in instanti. Sicque corpori illi **A** **instantaneo** | **supernaturaliter**que formato et organizato, in instanti per creationem infudit animam rationalem, quam eodem instanti tanta plenitudine gratiæ ac virtutum, tanto decore donorum et fructuum, tanto splendore ac eminentia sapientiæ ac divinorum charismatum, tanta claritate beatificæ visionis divinæ essentiæ, tanta delectatione atque dulcedine gloriosæ fruitionis increatæ bonitatis, tanta perfectione totius sanctitatis, donis quoque gratiæ gratis datæ, implevit, perfudit ac speciosissime decoravit, quantum ipsa anima exstitit capax et capere potuit, ita quod tota ejus capacitas tunc fuit impleta. Eodem quoque instanti animam illam prorsus pulcherrimam ac carnem ea animatam, hoc est perfectam humanitatem, suæ deitati immediate conjunxit, et in se ipso ac in suo esse personali increato suppositavit : ita quod vere factus est homo, eo quo ab æterno præordinavit momento ac modo, absque sui mutatione, permanente utriusque naturæ naturali proprietate inviolata.

In hac Verbi æterni incarnatione, summe et excellentissime incomprehensibiliterque apparuit ac relucet ineffabilis caritas Dei ad nos, inestimabilis quoque dignatio ac infinita pietas ejus in nobis, sed et copiosissima liberalitas ejus : et primo ac maxime apparuerunt hæc omnia in ipsa natura humana, quam sibi ita univit; deinde in præclarissima virgine Maria dignissima, ex qua eam accepit atque assumpsit, ita quod ipsam venerandissimam sanctissimamque Mariam effecit propriam matrem; deinceps in omnibus nobis, quorum naturam sic exaltavit, et quibus in specie specialissima sic similis est effectus, et quorum sororem fecit suam propriam genitricem.

Præterea, non sine sapientissima ratione, non sine profundissimo consilio, non sine multiplici causa, non absque copiosissimo fructu sic factus est homo. Non enim factum est hoc tantum ad ostendendum caritatem, dignationem, pietatem et

munificentiam ejus ad genus humanum, et specialiter ad suos electos, et ad suas præelectissimas creaturas, videlicet Christi humanitatem ac Mariam dulcissimam, sed item ad subveniendum indigentis ac necessitatibus, damnis atque periculis totius humani generis, quod nec convenientius neque salubrius poterat reparari, redimi et salvari, quam per incarnationem et passionem unigeniti Filii Dei. Nec enim pura creatura fuit idonea et condigna totum genus humanum ab originali culpa **B** ceterisque peccatis suis mundare, a potestate dæmonum liberare, ab æterna damnatione eripere, et gratiam reformationis eidem mereri, ac satisfacere pro omnibus in communi, atque æternam beatitudinem cunctis recuperare. Imo ad hæc omnia peragenda, congruentissimum fuit ipsummet Dei Filium, Deum verum, fieri hominem : cui ex parte naturæ assumptæ, competebat satisfacere et mereri; ex unita vero deitate et immediata ac hypostatica unione cum Verbo æterno, conveniebat ipsi Verbo **C** incarnato homini facto, efficacia idoneitasque immensa ad taliter succurrendum, medendum atque salvandum, prout istud in aliis opusculis diffusius est ostensum.

Postremo, sicut non decuit Unigenitum Dei humanam naturam ad personalem sui assumere unionem, nisi tanta divinorum charismatum plenitudine decoratam, quod majoris ornatus et pulchritudinis interioris capax non fuit; ita non decuit ipsum Dei Patris unicum Filium humanitatem assumere, nisi ex virgine tantæ perfectionis ac puritatis, quod puræ creaturæ subsistenti in esse creato non decuit amplio- **D** rem conferri.

ARTICULUS XV.

Quod dignitas et gratia, puritas et excellentia Mariæ dulcissimæ sit quodammodo infinita.

A *DSTITIT regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Dignitas creaturæ est assimilari suo*

Cf. LXXXIII
p. 196 A
s., 453 A
s.; XXXI
p. 296 A et
302 B' et s.

Pa. XLV.
10.

Creatori pro posse; et quo Creatori excellentius conformatur, eo deformior digniorque efficitur. Quum ergo beatissima virgo Maria eundem conceperit, pepererit et indefectibiliter habeat Filium quem Pater æternus, constat quod ei comparentalis existat atque simillima. Nempe quem ille genuit ab æterno sine matre, ipsa optima Virgo genuit in tempore absque patre, id est, viro ad ejus fecundationem non concurrente. O quam incomprehensibilis est dignitas et excellentia ista, illum habere Filium quem tota indesinenter adorat sublimitas angelicorum spirituum, omnisque civium exercitus supernorum; quem polus, tellus pontusque contremunt, ac ipsa numina perhorrescunt; a quo totum universum incessanter dependet! Intuere pro viribus quanta sit gloriosissima hujus Mariæ auctoritas et potestas, excellentia et dignitas, quæ mater est ejus et maternam habet auctoritatem in illum a quo omnis profluxit potentia, omnis processit auctoritas et dignitas universa, imo

Is. xl, 15.

jus comparatione totus mundus est tanquam pulvis exiguus, qui universis ac singulis penitus infinite et prorsus incomparabiliter major, perfectior, dignior feliciorque censetur. O quam inæstimabilis est hujus honorabilitas Matris, quam incomparabilis excellentia hujus felicissimæ Genitricis!

Denique, secundum philosophica documenta, res illæ sunt nobiliores, quæ majoris et altioris exstant fecunditatis et causalitatis: imo, juxta Philosophum, unumquodque tunc in sua specie et natura

A ex se nato propinquissima est, ita quoque eidem exstat simillima. Quum igitur non ad mensuram datus sit Spiritus Sanctus et omnis gratia ejus Filio Virginis, secundum humanam naturam ipsius; innotescit quod plenitudini ac suo modo infinitati gratiæ atque internæ munditiæ Christi, gratiositas puritasque Mariæ sanctissimæ præ cunctis vehementissime appropinquet.

Joann. iii, 34.

B Amplius, sicut ait Philosophus, diis, magistris atque parentibus non potest reddi æquivalens: a qua lege ac regula quamvis ille excipiat qui propriam condidit Matrem, cui multo plus contulit quam ab ea suscepit; nihilo minus certum est quod tantum contulit ac retribuit suæ Matri, quantum tali genitrici, tam fidelissimæ, affectuosissimæ, obsequiosissimæ atque humillimæ matri a tali ac tanto filio decuit condonari. Verum quæ mens queat concipere, quæ lingua exprimere, quid et quantum decuerit Filium bonitatis ac majestatis immensæ, caritatis ac munificentiæ infinitæ et superabundantissimæ liberalitatis, suæ tam dilectissimæ et amosissimæ dare et rependere Matri? præsertim quum ipse det omnibus affluenter, neque improperet: imo quum ipse quærat occasionem præstandi, miserendi, ac infinitas indeficientesque suas divitias communicandi; cui generale et proprium, delectabile et innatum est se ipsum communicare, opulentiam suam immensam undique exuberanter diffundere, gratiarum charismata impertiri, subvenire, mederi, salvare ac jugiter misereri.

Jacob. i, 5.

D Postremo, quamvis maternitas Dei secundum se sumpta, dicatur donum gratiæ gratis datæ, propter quod bene disseruit Augustinus, quod excellentissima virgo Maria fuit felicior concipiendo Christum per fidem mente, quam concipiendo eum corporaliter ventre; attamen, quia maternitas ista fuit in benedicta et præamanda Maria eo modo quo decuit, puta cum compropotionata et correspondente plenitudine virtutum ac donorum gratiæ gratum

facientis, patet quod ipsa dignissima sit tam ex parte donorum gratiæ gratis datæ quam gratiæ gratificantis. Atque ex hac dignitate et excellentia qua ipsa est Mater Dei, insunt et competunt ei aliæ plurimæ prærogativæ, excellentiæ ac privilegia, de quibus dicendum est infra.

ARTICULUS XVI.

Quod per intemeratam divinissimamque Mariam sol et luna, imo cuncta cælestia, et elementa ac inferiora, dignitatem præcipuam sunt sortita.

Act. xvii,
24, 25.

DEUS, qui fecit mundum et omnia que in eo sunt, manibus humanis non colitur, indigens aliquo. Non ob sui ipsius indigentiam, commodum aut profectum, perfectus et invariabilis Deus condidit quidquam, sed ad creaturarum utilitatem cuncta creavit : et quanto Creator omnipotens ad suas creaturas gratiosius atque propinquius se inclinât et applicat, tanto creaturæ sublimius exaltantur, et magis dignificantur ; atque, ut asserit Leo Papa, ipsius ad ima inclinatio, est nostra ad summa provectio. Denique omnis creatura aliquid divinæ participat bonitatis, et per hoc suo Creatori aliquo modo assimilatur : non quod aliquid univoce Creatori ac creaturæ conveniat, aut eadem in utrisque exsistat natura.

Quum ergo ex te, o vere beatissima ac venerabilissima virgo Maria, Creator æternus creatam naturam assumpserit, atque in proprio esse increato ac personali suppositaverit eam, factus veraciter homo ; constat quod primum in te et per te Dominus universorum maxime et profundissime inclinaverit se ad creatam, propinquissime quoque applicuerit se eisdem : in tantum, quod qui omnia fecit, factus est aliquid omnium ; et qui infinita ac prorsus incomparabili dignitate et excellentia transcendit cuncta opera sua, factus est ejusdem speciei cum aliquibus illorum, imo et similis cunctis in genere. Ejusdem quippe

A rationis ac speciei est humanitas quam assumpsit, cum humanitate hominum ceterorum, atque per eam cum omni creata substantia convenit, saltem in genere : sicque per hoc potissime sublimavit, honoravit et dignificavit creatam, præsertim ea quorum assumpsit naturam.

Insuper, per hoc quod ex splendidissima ac deificatissima virgine Maria Deus creator factus est homo et conversatus est in mundo, usus est in propria persona creaturarum suarum obsequiis : terram calcans, aerem attrahens, aquis se abluens, residens ad ignem, cibus ac potibus vescens, imo et corpus ex elementis mixtum accipiens. Hæc autem est præcipua dignificatio creaturarum, quod sic Creatori suo in propria ejus persona ministraverunt. Itaque, ex hoc terra illa promissionis, olim inquinata sceleribus Amorrhæorum, facta est terra sancta : quia in ea conversari, commorari et ambulare elegit atque dignatus est Creator ipsius. Sol quoque et luna ac sidera, in ministerium gentibus cunctis creata, ex hoc dignificationem grandem adeptæ sunt, quod suo superdignissimo Creatori luxerunt et obsecuta noscuntur ; conformiter orbis cælestes, qui suum incircumscripibilem Creatorem intra se continuerunt et concluserunt hominem factum ; simili modo angeli sancti, qui super ipsum hominis Filium descenderunt et ascenderunt, atque in deserto ministraverunt eidem.

Præterea, orbis cælestes, sidera ac planetæ, elementa et mixta, indecentiam quamdam et ignobilitatem incurrisse ac passa videntur, per hoc quod indignis vitiosisque servierunt hominibus atque idololatriæ. Verum per benignissimam excellentissimamque Mariam, econverso multo majorem decentiam ac nobilitatem recuperasse et obtinuisse cernuntur, dum proprio Creatori in sui ipsius persona impenderunt obsequium. O si tanti honoris habuissent notitiam, quam hilariter hoc fecissent ! Amplius, ab excellentia Creatoris distabat olim in infinitum totius condi-

Joann. i, 14
Baruch ii, 38.

Deut. iv, 19.

Joann. i, 51
Matth. iv, 11.

tio creaturæ. Sed per benedictam suavissimamque Mariam, atque in medio uteri ejus castissimi, facta est unio Creatoris ac creaturæ immediata, et in unam conveniunt personam Deus et homo, increata et creata natura.

Ecce quantum omnis creatura et totum universum tenetur suo modo honorare et amare Mariam Deiferam. Merito gloriosissima Virgo creaturis omnibus est prælata, per quam tantam dignificationem sortita est omnis natura creata. Ecce quantum gaudent mechanici, quantum putant se honorari, si princeps aut rex terræ ipsum dignetur ferre vestem eorum cum signo officii eorundem. Multum ergo sublimata est omnis creatura, dum ex benedicta et summa Maria Creator omnipotens indutus est creata natura.

ARTICULUS XVII.

De supernaturali dignitate et admirabili puritate corporis sacratissimæ Virginis; et quod per illud dignificata sunt corpora omnium nostrum.

^{1 Cor. vi, 20.} **G**LORIFICATE et portate Deum in corpore vestro.

Corpus humanum quamvis in sua natura sit multipliciter defectuosum, fragile, indigens ac mortale, tamen, quemadmodum anima rationalis præ ceteris formis substantialibus magnæ est dignitatis, sic corpus ejus præ corporibus ceteris mixtis est dignius ac nobilioris complexionis, atque ad ampliorem elementarium qualitatum temperaturam et æqualitatem redactum. Sed ex primorum transgressione parentum, fomite est infectum, pronum ad vitia, ac rebelle animæ factum: hinc moriendi necessitatem incurrit. Porro, per gloriosæ Mariæ sanctissimæ salutiferum partum ac uteri ejus virginei fructum salvificum, liberatum est corpus nostrum et reformatum in spe, merito Christi reformandum in re et glorificandum in resurrectione futura. Mun-

datum est quoque a reatu fomitis in Baptismo.

Insuper, sicut corpus humanum vehementer vilificatur animæ repugnando, concupiscentiis ac vitiis serviendo, atque ad Creatoris injuriam vilissimis turpissimisque sceleribus gulæ ac luxuriæ inhærendo, per quod fit cloaca fœdissima, metreticia massa, volutabrum dæmonum, spurcitia ac putredo iniquitatum; sic ipsum corpus præclare nobilitatur rationi obediendo, virtuosisque actibus insistendo, sanctæ sobrietati ac fragrantissimæ castitati vacando, sicque præbendo se instrumentum cultui ac honorificentiae Dei in omni exercitio virtuoso. Quod quam gratum ac placitum sit Regi omnipotenti, ipse frequenter ac evidenter ostendit in Sanctorum corporibus quæ post separationem ab animabus præservavit in monumentis, per plurima annorum curricula, a resolutione et putrefactione atque fœtore: imo hæc honoravit fragrantissimo sæpe odore, et per præclara atque innumera mirificavit ea miracula, in tantum quod ex eorum contactu revixerunt defuncti, mundati fuerunt leprosi, liberati obsessi. Quantis demum miraculis honoravit beatissimorum martyrum corpora, tam in eorum martyriis quam postea, longum est recitare. Videmus quoque in quanto honore habeantur Sanctorum reliquiæ, imo et materiæ in se viles, quæ Sanctorum corpora tetigerunt, et ad ea aliquo modo pertinuerunt, ut vestes, baculi et capilli ipsorum.

Itaque innotescit, quod quanto incomparabilis Virginis sacratissimum corpus fuit ab omni labe peccati, etiam venialis, magis immune, rationi quoque ac legi divinæ magis subjectum, et excellentissima castitate amplius decoratum, in quo nunquam fuit ne minimus quidem motus inordinatus aut stimulus, atque in summa sobrietate omnique exercitio sancto incessabilius ac eminentius exercitatum, eo nobilius ac dignius est effectum. Et certum est quod in his omnibus inclytissimæ et in

æternum benedictæ Mariæ corpus ineffabilem excellentiæ fuit. Ideo acceptissimum existit Creatori; et quanto per naturam erat declivius, tanto per gratiam et virtutes factum est sublimius, dignius atque nobilius.

Præterea, aliunde inestimabiliter dignificatum est præstantissimum Mariæ piissimæ corpus. Primo, ex eo quod ex ejus portione ac substantia sumptum et formatum est corpus illud deificativum quod in unitate personæ sibi assumpsit Verbum æternum. O prorsus incomparabilis Domina, pretiosissima virgo Maria, cujus portio modica a Verbo æterno assumpta, ad redimendum totum genus humanum fuit idonea! Secundo, quoniam in castissimo utero ejus quievit et commoratus est mensibus novem Dei Unigenitus, homo factus et nutritus mundis ipsius sanguinibus. Si virtus exivit de Christo inter homines conversante, et sanavit omnes: quanta virtus intra tot menses emanavit ex eo in vas illud mundissimum in quo ipsemet sic personaliter habitavit? Si quis per horam teneat in manu rem odoriferam, pretiosam, suavem: nonne manus ejus contrahit inde fragrantiam et virtutem? Quantam ergo suavitatem, dignitatem, munditiam contraxerunt immaculatissima viscera benedictæ Mariæ ex tam diuturna habitantis in ea præsentia, ejus scilicet qui est essentialiter et incircumscribibiliter ac superplenissime sanctus, dignus, suavis ac virtuosus? Tertio, quoniam verum Deum ex se vere et corporaliter natum, hæc optima et benignissima virgo Maria suo felicissimo corpore quotidie cum summa caritate, reverentia et humilitate honoravit, nutrit, lactavit, circumferebat, amplectebatur, deosculabatur et contractabat, impendens adorando Infantulo quod infantibus solent impendere genitrices.

Quis in horum consideratione satis miretur, et non prorsus deficiat? Quis electissimæ Virginis dignificationem capere queat? Quis non totis præcordiis tantæ dignitati, excellentiæ ac beatitudini ejus

A singularissimæ congratuletur? Certe, o præamabilissima Virgo, tam dignificata est ex præactis tua illustrissima caro, ut nullius puræ creaturæ corpus, nec cælorum, nec planetarum, nec siderum, ei valeat in nobilitate et dignitate æquari.

ARTICULUS XVIII.

De dignitate et sanctitate singulorum membrorum virginæ Matris; et de copiosa jucunditate ipsius in præsentia, contractatione et deoscultatione Unigeniti sui.

BEATUS venter qui te portavit, Christe, et ubera quæ suxisti. Quum Dominus et Salvator doctrinæ cœlestis fluentia evangelizando effunderet, una mulierum, sacræ ejus prædicationi toto corde intenta, atque ipsius eloquentiam sapientiamque vehementer admirans, ex interiori abundantia protulit suavissimum verbum jam allegatum.

C Denique, quam vere et eminenter, quam singulariter et supernaturaliter dignificata, beatificata, et (ut sic loquar) deificata sint omnia fecundissimæ Virginis membra, ex Christi verbis docemur quibus suis dixit discipulis: Beati oculi qui vident quæ vos videtis, et aures quæ audiunt quæ vos auditis: dico enim vobis, quod multi Prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt; et audire quæ auditis, et non audierunt. Si ergo commendantur et beatificantur a Christo oculi et aures qui eum viderunt et audierunt, et si tam magnum ac salubre fuit Salvatorem videre et audire in carne, quod sancti Prophetæ et reges hoc avidissime optaverunt: quam magnum, saluberrimum ac desiderabilissimum fuit, ipsum Dei Patris unicum Filium castissimo ventre concipere, portare, nutrire, parere, contractare, et non solum interiori exteriorique visu videre ut Dominum Deum ac salvatorem, atque audire ut magistrum et prædicatorem, sed etiam ipsum quotidie

Luc. vi, 19.

Luc. xi, 27.

Ibid. x, 23, 24; Matth. xiii, 16, 17.

per tot annos ad libitum intueri et audire A
ut unicum et amantissimum filium, imo ut
sibi dignantissime subditum, ut cœlestem,
spiritualem et specialissimum sponsum, ut
familiarissime et amorosissime cohabita-
torem domesticum ?

Beatissimi ergo sunt oculi summe sua-
vissimæ et æternaliter benedictæ Mariæ,
qui Deum incarnatum ita viderunt; beatis-
simæ aures ejus, quæ Christum sic au-
dierunt; beatissimus tactus ejus, qui illum
assidue ac maternaliter corporaliterque
tractavit; beatissimus gustus ejus, qui B
cum Rege cœlorum quotidie comedit et
bibit; beatissimus ejus olfactus, qui dulci
Salvatoris odore frequenter est immuta-
tus. Sacratissima ac suavissima ubera ejus,
quæ universitatis opifici alimoniam præ-
bere electa sunt. Felicissimum os et labia
venerabilissimæ et præclarissimæ prorsus
Mariæ, quæ Deum ex se natum infantulum
toties et tam affectuosissima atque puris-
sima affectione sunt osculata. Beatissimæ
manus glorificandæ Mariæ, quæ Filium Dei
ac suum tam crebro in se tenuerunt, cir-
cumferebant, duxerunt, et obsequia infan-
tibus debita exhibuerunt eidem; beatis-
simum pectus ejus et brachia, juxta quod et
inter quæ Dei Filius toties in sua infantia
pie creditur quiescisse; beatissimum col-
lum ejus, ad quod puer Jesus ubera sugens
virginea, toties sua extendit brachiola;
beatissimi pedes ejus et crura, quibus
processit ad præacta Christi obsequia,
et eum tam intra se nondum foris natum
quam extra jam genitum bajulavit; beatis-
sima ac splendidissima viscera ejus, in D
quibus omnipotens virtus, Sapientia in-
creata et incarnata tot mensibus requievit.

Sic et cetera ejus membra rite beatis-
sima prædicantur; et quod minus hone-
stum apparere posset in ea, singulariori
honestate, castitate et gratia in ipsa de-
super honestatum agnoscitur. Hæc oculo
mundo sunt contemplanda. Sicque de his
viri devoti ac cœlitus illustrati, sinceriter
ac devote sunt elocuti: O beatissima Mater
ac Virgo purissima, quam sancta, suavia

puræque oscula tenellis genis ac labiis
atque clarissimis Christi infantuli oculis,
hilariter ac reverentissime impressisti! O
felices purissimique amplexus, quibus San-
ctus Sanctorum, sanctitas ipsa immensa,
et Mater sanctitatis ac pulchræ dilecti-
onis se invicem amplectebantur! Quis
cordis tui arcana nobis poterit resera-
re, optima et præamabilissima virgo Ma-
ria? Qualiter cogitatum tuum ad utrum-
que flectebas, dum unum eumdemque
Filius Dei ac tuum in manibus tenens,
nunc adorares ut Deum altissimum, nunc
osculareris ut tuum puerulum? Quid læ-
titiæ habuisti in mente, dum talem ac
tantum Filium tuis sacris lactasti uberi-
bus, et circumferebas tuis brachiis san-
ctis, quæ ipsum fovebas in gremio, reclina-
stis in cunis et lecto, et osculabar ore
sereno?

O quanta, quam incomparabiliter gran-
dia, quam unice ac saluberrime singularia
sunt hæc, o benedicta ac divinissima vir-
go Maria! Quantum dilexit et qualiter præ-
elegit te Deus omnipotens! quantum te
honoravit! quam familiarissime et gra-
tiosissime tecum egit! Quantum eum di-
ligere et qualiter ei regratiari teneris! O
delectabilissima Domina, o admirabilis ac
felicissima creatura, quam vere dixisti,
Quia fecit mihi magna qui potens est! *Luc. 1, 49.*
Quam grata ac humili mente cecinisti, Ma- *Ibid. 46, 47.*
gnificat anima mea Dominum! Quam sin-
ceriter fatebaris, Exsultavit spiritus meus
in Deo salutari meo!

Ecce venerandus et magnus ille patriar-
cha Abraham, pater tuus, imo potius ser- *Joann. viii,*
vus ac filius tuus, exsultavit ut videret *56.*
diem Christi filii tui; vidit, et gavisus
est: qui tamen Filium tuum non vidit
nisi in spiritu aut figura. Et si tantus vir,
ex imaginaria, spirituali aut typica visio-
ne Christi futuri ita gavisus est, atque
cum tam ingenti affectu ipsum optavit vi-
dere: quam præcordialiter tu, felicissima
mens, laudabilissima semper Maria, in ip-
sius Christi filii tui gaudebas præsentia
et adpectu? Certe tanto plus quanto am-

plius eum amasti, quo clarius cognovisti, quo familiarius cohabitasti, quo licentius contrectasti.

Luc. ii, 25-29. Postremo, Simeon ille justus ac timoratus, viso Filio tuo, quem tam diu ac fervide fuerat præstolatus, gavisus est vehementer, imo ineffabiliter, apprehenditque puerum Jesum in ulnas suas, et benedixit Deum Patrem, ac dixit : Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. Verum sanctus et sapiens senex ille te, o gloriosa Maria, o affectuosissima Mater, sapienter præavisavit, et contra futuros tuos dolores congrue præmunivit, admonens te sic de Filii tui majestate atque præsentia gloriari, ut nihilo minus scires te cum illo et propter illum multa passuram. Hinc dixit ad te de Filio tuo : Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur ; et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Ibid. 24, 25.

ARTICULUS XIX.

Quod præfata jucunditati benedictæ ac virginæ Matris admixtus fuit frequenter dolor et mæror multiplex et amarus.

Cant. i, 5. **F**ILII matris meæ pugnaverunt contra me. Filii matris beatissimæ Virginis fuerunt Judæi, filii Synagogæ, qui Christum persequendo, ejus quoque Genitricem graviter afflixerunt. Itaque sancta et gloriosa virgo Maria excepta non fuit **D**

Ps. xxxiii, 20. a lege et regula illa communi : Multæ tribulationes justorum. Imo, quo justior, perfectior atque in caritate Dei ac proximorum erat ferventior, eo in vita hac plures et acerbiore habuit afflictiones.

Luc. ii, 7. Primo autem fuit pia compassione afflicta, dum Christo ex se nato, statim vidit eum frigore affici, ejusque vagitum ac ploratum audivit, et dum eum in duro reclinavit præsepio. Secundo et gravius *Ibid. 21.* condolebat, dum Puer sanctus circumci-

A debatur, non sine gravi dolore, quum esset complexionis tenerrimæ, et uteretur plenarie ratione. Tertio, dum justus Simeonis prophetiam audivit, dicentis : Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur ; et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ex quibus verbis consideravit dilectissimum Filium suum a multis Judæis spernendum ac crucifigendum : quod et ante cognovit.

B Quarto, quando percepit Filium suum in Ægyptum esse transferendum ad fugiendum persecutionem Herodis, et quod impius ille inquisiturus esset innocentissimum Infantem ad occidendum. Quinto, quando audivit, occasione Filii sui trucidatos esse a crudeli et ambitiosissimo illo tyranno plurimos pueros innocentes : quorum parentibus et amicis, potissime matribus, piissima Virgo condoluit vehementer. *Matth. 13, 14. Ibid. 16*

C Sexto, dum unicum Filium suum carissimum natum pannis involvendo, ac deinde assidue intuendo, audiendo et juxta se collocando, meditabatur quam crudeliter esset ab impiis crucifigendus, perforandus et occidendus : ex qua meditatione, in sacratissima atque mitissima et affectuosissima Matre, tenerrima prorsus, piissima, fuit frequens et nimis amara compassio, afflictio, angustia, interdum pene usque ad ecstasim et defectum. Verumtamen, ex Spiritus Sancti dispositione, talis consideratio et afflictio in benedictissima Matre moderamen habebant, et ex intuitione copiosissimi ac saluberrimi fructus passionis dominicæ, relevamen et consolationem sortiebantur. Septimo, quando quæsivit eum, et post triduum quæsivum invenit in templo. *Luc. ii, 44, 46.*

D Octavo, quando advertit quemadmodum Judæi increduli et ingrati Christum persequerentur detrahendo, murmurando, irridendo, blasphemando, observando ; et quando eduxerunt eum ad præcipitandum, atque dum eum lapidare volebant. Nono, dum eum audivit passionem suam præ-

Ibid. iv, 28. Joann. 1, 31.

Marc. xiv, 3 et seq.
Joann. xii, 1 et seq.
dicere, præsertim in domo Simonis leprosi, fuso super eum pretioso unguento, ac deinde clarissime in domo Marthæ. Decimo, quando in die Cœnæ recessit ab eo, sciens eum in die sequenti crucifigendum.

Undecimo, quando audivit eum jam esse captum. Duodecimo, dum primitus vidit eum in manibus hostium lamentabiliter immutatum; et exinde in tota Filii sui passione, ei fidelissime, indesinenter ac vehementissime fuit compatiens. In gravissimo quoque mansit dolore, quousque Filius suus a morte resurgens, ei primo apparuisse credendus est; et tanto suavius eam alloquebatur et consolabatur, quanto noverat eam præ ceteris cordialius sibi condoluisse. Attamen, Christo sepulto, benignissima Virgo ex consideratione gloriæ Filii sui ex mox futura resurrectione ipsius, atque ex contemplatione multiplicis fructus passionis Christi, quoddam habuit consolatorium relevamen. Tertiodecimo, quando loca passionum sui Filii visitabat: tunc enim diligentissime ad memoriam revocavit ea quæ Christus in illis sustinuit locis.

Act. viii, 2.
Quartodecimo, quando attendit ea quæ fideles sustinuerunt pro Christo, quibus condoluit piissima Domina: quemadmodum etiam fertur in Actibus, quod viri timorati qui Stephanum sepelierunt, fecerunt planctum magnum super eum. Insuper, sacratissima virgo Maria omni spiritali amore plenissima, de infidelium Judæorum excæcatione, obduratione, ingratitude, damnatione, maxime tristabatur: sicut et apud Marcum legitur, quod *Marc. iii, 5.* contristatus est Jesus super cæcitate cordis eorum. Hinc ipsa verissime dicere potuit illud apostoli Pauli: Tristitia mihi est magna et dolor continuus cordi meo pro Judæis.

Denique his concordant quæ in Revelationibus S. Brigittæ recitantur. In quarum una legitur excellentissima Virgo S. Brigittæ retulisse: Quando considerabam in manibus et pedibus Filii mei loca in quibus erat clavis perforandus, quem

A secundum Prophetas scivi crucifigendum, tunc oculi mei lacrimis replebantur, et cor meum quasi præ tristitia scindebatur; et dum Filius meus inspexit oculos meos lacrimantes, condoluit mihi, et tristabatur quasi ad mortem. Quum vero considerabam potentiam deitatis ejus, iterum consolabar, sciens quod ipse sic vellet, et taliter expediret: ideo omnem voluntatem meam conformavi voluntati ipsius, et sic semper lætitia mea mixta exstitit cum dolore.

B In alia quoque revelatione dulcissima virgo Maria ait ad Brigittam: Licet ex inspiratione divina sciebam Filium meum passurum, tamen ex verbis Simeonis quibus dixit, gladium pertransiturum animam meam, et Filium meum positum in signum cui contradiceretur, gravius perforavit dolor iste cor meum: qui quousque assumpta fui in corpore et anima, non a meo defuit corde, licet ex consolatione Spiritus Sancti temperabatur. Nam quoties adspiciebam Filium meum, quoties eum pannis involvi, quoties manus ejus ac pedes inspexi, toties animus meus quasi novo dolore absorptus est, quoniam cogitavi qualiter crucifigeretur. Insuper, quoties audivi opprobria Filii mei, et mendacia contra eum prolata atque insidias ei positas, toties animus meus motus est dolore, ita quod vix potuit se tenere; sed virtute Dei dolor meus modum honestatemque habuit, ne levitas et impatientia in me notarentur. Patiebar quoque dolorem ex tribulatione Apostolorum et aliorum discipulorum: ideo non discedat dolor iste ab anima tua, quoniam nisi essent tribulationes, paucissimi salvarentur. Quum autem quodam tempore, cogitante me de passione Filii mei, videret me mœstissimam, dixit: Non credis, Mater, quod *Joann. xiv, 11.* ego in Patre sum, et Pater in me est? Numquid tu polluta es in ingressu meo, aut in egressu meo tribulata? Cur mœrore contraheris? Voluntas enim Patris mei est me pati mortem: imo voluntas mea est cum Patre. Quod autem habeo de Pa-

Luc. ii, 34, 35.

Joann. xiv, 11.

Mich. iv, 9.

Joann. xviii, 11; Matth. xxvi, 42.

tre, pati non potest; sed caro quam sum- A
psi de te, patietur, ut caro aliorum redi-
matur, et spiritus salventur.

ARTICULUS XX.

Commendatio uteri virginæ ac materni.

Luc. 1, 42. **B**ENEDICTUS fructus ventris tui.

Quam excellenter, supernaturaliter ac singulariter honoraverit Deus omnipotens Virginem benedictam, quam inæstimabiliter sublimaverit suavissimam, admirabilem divinissimamque Mariam, nulla mens penetrare, nulla potest lingua effari. Certe in præamabilissima hac Maria, optima vehementer, copiosissime adimplevit quod primo Regum effatur: Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum. Etenim, quoniam beatissima et in æternum venerandissima virgo Maria Creatorem suum totis viribus honoravit, ipse quoque adorandus Creator, Deus incircumscripibilis majestatis, ipsam tanto sublimavit honore etiam in hac vita, quod personæ creatæ non potuit major honor ac dignitas exhiberi, faciendo eam sui ipsius genitricem verissimam, tanta quoque plenitudine gratiæ ac virtutum, donorum et fructuum, beatitudinum ac meritorum hic ipsam ornando ac superimplendo, quod puræ creaturæ in esse creato subsistenti non decuit plus conferri.

Denique, nonne ista est dignitas serenissimæ Virginis quasi immensa, quod is qui est Verbum æternum, naturalis, incircumscrip- tus adorandusque Filius Dei Patris, appellatur et est fructus ventris præstantissimæ Virginis hujus? O gloriosissima Domina, superexaltata Maria, quanta est excellentia ista, quod fructus et unica Proles mentis paternæ Genitoris altissimi et immensi, factus est et vocari dignatur fructus uteri tui! Ecce unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, qui æternaliter manet et conquiescit in luce paternæ mentis, descendit, o Domina gratiosa, o Regina dignissima, in uterum tuum per In-

Joann. 1, 18.

carnationis mysterium, et in eo conclusit se ipsum, efficiens se filium tuum et uteri tui mundissimi fructum.

Non immerito locutus est devotus tuus Bernardus: O venter cælis diffusior, orbe terrarum capacior! Nonne cellula illa uteri virginalis, in qua continebatur et circumscrip- tus erat in natura assumpta is quem nec capere potest nec circumscribere machina universi, facta est per effectum hunc cælo diffusior totoque mundo capacior? O desuper honoratissima et ineffabiliter præelecta Maria, quam totam, cujusque singula membra, specialiter quoque uterum prorsus castissimum, taliter honoravit et dignificavit Altissimus! Nempe venter tuus Dei Filio consecratus, tam vere et eminenter factus est thronus Dei, ut nec aliquis angelorum, nec aliquis cælestium orbium, nec cælum empyreum, nec anima ulla justorum tam appropriate ac vere dicatur thronus Dei ut sacratissimus uterus tuus. Nec enim in aliquo illorum commoratus est unquam aut resedit vel requievit Deus majestatis incircumscrip- tæ, per commensurationem realem, per circumscrip- tam inclusionem, per continentiam filialem, sed dumtaxat in te atque in medio ventris tui dignissimi ita commoratus est, resedit et requievit Dei Filius, Deus verus, o summa et benedicta Maria, virgo purissima. Denique ex hoc privilegio tuo appellationes dignissimæ tuo sacro conveniunt ventri, o omnium decus et ornamentum creaturatum. Hinc namque tu ipsa et virginalis ac fecundissimus uterus tuus verissime commendatur et appellatur thalamus Dei, cubiculum sponsi cælestis, domus et mansio Creatoris, tabernaculum Salvatoris, sacrarium Spiritus Sancti, templum Altissimi, hortus deliciarum, paradus cælestium gaudiorum, mysticarum secretarium nuptiarum, quibus unita est Verbo æterno natura humana et ipsa quoque Ecclesia.

O quam convenienter, quam devote locutus est tibi fidelis Bernardus! Jam igitur uterum tuum tanquam sacratissimum

Dei templum totus mundus veneretur, quia in eo salus mundi est initiata. Ibi decorem indutus est Filius Dei, et præelectæ suæ Ecclesiæ formosus in stola candida exsultanter occurrit, desideratum diu osculum porrigens, et Ecclesiam sibi desponsans. Hortus deliciarum est nobis sacratissimus tuus uterus, Maria, quia ex eo multiplicis gaudii flores colligimus, quoties mente recolimus quam magna multitudo dulcedinis universo orbi inde profluerit.

ARTICULUS XXI.

De fecunditate gloriosæ ac generosæ Mariæ.

Ps. 11, 10. **E**GO sicut oliva fructifera in domo Dei.

Quum bonum sit sui communicativum ac diffusivum, quod melioris productivum est germinis, melius esse censetur. Quanta ergo bonitas virginæ Matris, quæ filium peperit bonitatis immensæ, utputa verum Deum? Quanta est ejus fecunditas, quæ comparentalis est Patri æterno, quæ opificem genuit universi, et proprium generavit artificem increatum? Et quamvis ipsa non sit mater illius quantum ad eam naturam qua ille est bonitatis immensæ, qua et creativa potentia convenit ei; nihilo minus vere est mater illius. Et nisi per dona excellentissimæ gratiæ dignificata et aptata fuisset tantum concipere generareque filium, non eum utique concepisset. Itaque, sicut bonitas, ita quoque causalitas et fecunditas amabilissimæ Virginis, Mariæ sanctissimæ, omnium creaturarum bonitatem, causalitatem et fecunditatem transcendit: quippe quæ peperit illum a quo non solum descendit omne esse naturæ, sed etiam omne esse gratiæ ac salutis, et omne esse gloriæ.

Amplius, summi philosophi posuerunt quatuor causas universales, videlicet Deum, intelligentiam, animam nobilem (quam putabant cœlestis corporis formam), et naturam universalem, id est vim causalem

cœlestium corporum substantiis inditam; et concessio quod cœlestia corpora essent juxta illorum opinionem animata, nulla tamen prædictarum causarum post Deum, imo nec omnes tres simul, causalitati et fecunditati Mariæ possent æquari: quoniam fructus et Filius glorificandæ Mariæ omnes illas atque earum effectus in bonitate et dignitate transcendit in infinitum quantum ad deitatis suæ naturam, ineffabiliter quoque quoad naturam assumptam, ut Verbo æterno immediate unitam, ac tanta gratiarum plenitudine consummatam, atque tam inestimabili beatitudine adimpletam. Insuper, dato quod una intelligentia produxisset aliam, ut quidam scripserunt philosophi, non tamen earum fecunditas sacratissimæ Mariæ posset fecunditati æqualis censi, quum ipsa omnium intelligentiarum pepererit primariam ac summam causam, quæ in omni effectu plus influit quam quæcumque causa secunda.

Denique, in redemptione, reparatione et salvatione totius humani generis, illustrissima Virgo tam excellenter cooperata videtur, quod nulla creaturarum causarum naturalis causalitas, fecunditas aut potestas ei valet æquari: sicut nec dona naturæ donis possunt gratiæ aut gloriæ in dignitate comparari perhiberi. Constat præterea, quod amantissima Dei tam potens sit apud omnipotentem Filium suum ad impetrandum cunctis eam invocantibus charismata gratiarum, quod ejus potentiæ in hoc nullius creaturæ potest comparari potentia, nec ulla naturalis potestas. Postremo, in supernaturali potestate faciendi miracula, in potestate coercendi aërias potestates, in potestate gubernativa ac defensiva totius Ecclesiæ, in potestate imperandi omni rationali intellectualique creaturæ, non est post Deum persona præstantissimæ Virgini comparanda, sed ipsa beatissima ac divinissima creatura primatum in his omnibus est sortita. Ideo adversariis potestatibus perhibetur terribilis ut castrorum acies or-

dinata. De qua rursus in Canticis legitur: *Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum?*

At vero præfatam supernaturalem fecunditatem accepit incomparabilis Virgo non a viro, sed a Spiritu Sancto: qui quod in aliis matribus facit vir et vis seminalis, superior inferiorque natura, hoc totum in deiformi virgine Maria Christifera instantanee et miraculose effecit. Hæc est præclarissima Virgo: quoniam sicut mens Dei Patris genuit ab æterno Verbum æternum, per quod facta sunt omnia, quod est universorum creator; sic uterus Virginis peperit idem Verbum adorandum ex se incarnatum, per quod reparata sunt cuncta, quod omnium est salvator. Ex fonte paternæ mentis manavit Sapientia æternalis, omnium salus et gloria; et hæc ipsa Sapientia incarnata ex fonte profluxit virginæ Matris.

ARTICULUS XXII.

Quam specialiter et ineffabiliter Deus hanc Virginem dilexit ac prædilexit, elegit et præelegit.

Cant. vii. 10. **E**GO dilecto meo, et ad me conversio ejus. Diligere, est alicui bonum velle. Illud ergo Deus plus diligit cui majus tribuit bonum. Ut ergo intueamur quantum et qualiter Deus omnipotens ab æterno dilexit gloriosam optimamque Mariam, pensemus quid ei contulerit. Nonne Pater æternus consubstantialem et unicum Filium suum, quem certe tam infinite amat sicut se ipsum, misit et dedit Virgini gloriosæ in filium verum, fecitque eam sponsam suam singularem et sibi parentalem, atque præ omni creatura in esse creato subsistente eam honoravit ac sublimavit, ita ut omnes cives triumphantis Ecclesiæ eam jure fateantur dominam suam, reginam et imperatricem, utputa Dei ac Creatoris eorum matrem?

Præterea, unio ex amore procedit. Tanto itaque specialius ac eminentius Deus ado-

randus dilexit et præelegit Mariam, quanto intimius, propinquius ac familiarius se ei univit. Sed huic gloriosissimæ Mariæ Deus conjunxit se, non solum per gratiarum charismata, per illuminationem, dilectionem aut adhæSIONem extrinsecam, sed item per naturalem et realem quamdam identitatem: quia factus est aliquid ejus, eo modo quo proles est aliquid suæ parentis. Etenim aliquid substantiæ Virginis sacræ assumpsit, et hypostatice atque realiter illud sibi univit, et habitavit in medio ejus. Denique, tam inseparabiliter sibi conjunxit mentem beatissimæ et gratiosissimæ hujus Mariæ, etiam in utero matris suæ, quod ipsa deinceps nunquam potuit peccare aut separari a Deo. Quumque ipsa unica Dei amica ratione uti cœpisset, mox indesinenter Deus sublimis mentem ipsius magis ac magis sibi conjunxit, eam in omni caritate, veritate et gratia faciens incessanter proficere, sicque ipsam assidue spiritualiter ditans, largissime implens et amorosissime superadimplens. Ex quo innotescit quam specialissime ipsam dilexit.

Amplius, amicorum est eadem velle et nolle. Idcirco, tanto plus diligit Deus mentem creatam, quanto perfectius eam conformat suæ voluntati divinæ et increatæ. Quum itaque Deus majestatis et gloriæ infinitæ mentem Mariæ dulcissimæ tam perfectissime conformaverit sibi, quod ipsa beatissima Virgo nunquam aliquid voluerit, optaverit, effecerit aut omiserit displicens aut contrarium Deo, aut aliter quam Deus voluit eam velle, optare, committere sive omittere, imo in omnibus illis toto corde ipsa concors, conformis et placita fuerit Deo; constat quod specialissime et ineffabiliter ipsam dilexit. Insuper, amicorum est mutuo sibi pandere sua secreta. Ideo Conditor benedictus tanto excellentius sacratissimam dilexit Mariam, quo ab exordio redemptionis humanæ ei familiaris, clarius atque solennius revelavit incerta et occulta sapientiæ suæ, ac decreta sui consilii super salvatione generis hu-

mani per incarnationem et passionem Verbi æterni. De qua re per Gabrielem archangelum gratiosissimam adolescentulam informavit, et certificavit eandem, affirmans ex ea et in ea et per eam tantum humanæ salutis complendum esse mysterium.

Postremo, ut partim patuit ex inductis, et infra clarius elucescet, Deus munificentia infinita, divitiis gratiæ suæ in via atque divitiis gloriæ suæ in patria tam munificentissime suam dilectissimam adimplevit Mariam, quantum sine personali unione potuit pura capere creatura, aut ei desuper dari conceduit.

Laudemus ergo et jugiter glorificemus Deum omnipotentem, æternum, immensum, in hac sua præclarissima creatura, singulari et præcarissima sponsa, eo quod bonitatis, pietatis ac caritatis suæ immensitatem, liberalitatis suæ interminabilitatem, sapientiæ suæ profunditatem et omnipotentia suæ virtutem tam præexcellenter in ipsa monstravit, non solum ad ipsius felicissimæ Mariæ salutem, honorem et laudem, imo etiam ad omnium nostrum opem, profectum et gloriam : quia per ipsam unicam suam amicam decrevit omnibus nobis copiose succurrere, implens eam tam admirabili ac liberalissima plenitudine opulentia suæ, quatenus de plenitudine ejus omnes accipiamus. Itaque, si hanc serenissimam amabilissimamque Mariam, qua post Deum nulla persona creata amabilior exstat, vere diligimus, totis congratulemur ei præcordiis de omni hac excellentia et præelectione ipsius, et quia ita divino amore præventa est ; ac super his tota mentis alacritate regratiemur Altissimo.

ARTICULUS XXIII.

Commendatio sacratissimorum uberum Virginis gloriosæ.

MELIORA sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Quemadmodum speciosissimæ Virginis uterus est

A omnibus nobis specialiter honorandus, sincere ac fervide diligendus ac devotissime commendandus, eo quod Filius Patris æterni factus sit fructus et filius uteri ejus, et ipse virgineus venter factus sit thronus ac thalamus Unigeniti Dei Patris ; ita post purissimum hunc virgineum uterum, divinissimæ Mariæ ubera sunt sincerissime diligenda, reverentissime collaudanda, puroque mentis intuitu contemplanda.

Intueamur pro viribus, quantum deificata sunt ubera illa virginea, quæ Deus incarnatus proprio ore sanctissimo toties suxit, et puerilibus ac tenellis manibus suis tam frequenter apprehendit, tetigit, contrectavit. O quam ineffabiliter dignificata sunt ubera illa ex tam amoroso, immediato assiduoque contactu unigeniti Filii Dei ! amplius tamen ex suctione, lactatione et educatione ipsius ex illis. O felicissima illorum fecunditas uberum, quæ universorum pastorem ac provisorem paverunt ; quæ illi alimoniam præbuerunt in quo oculi omnium sperant, datque illis

C escam in tempore opportuno, qui aperit manum suam, et implet omne animal benedictione, qui et angelicas reficit mentes, sine cujus provisione omnis mox aresceret atque deficeret creatura ! Nonne, o benedictissima et prorsus præamabilissima Virgo Mater, Domina et Salvatrix, nonne ipse est qui operit cælum nubibus, et parat terræ pluviam, quam si subtraheret, cuncta hæc fame deficerent ? Hic talis ac tantus, Deus æternus, immensus nulliusque indigens, ex te, o Maria clarissima, infans unius diei effectus, ex tuis sanctissimis uberibus est nutritus. O suavissima et superdignissima virginea ubera, quæ illum sustentare electa sunt sine cujus conservatione nulla creatura ad momentum posset subsistere !

Bene in Canticis sponsus munditiæ ait ad te : Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea, sponsa ! Certe meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis : quoniam ab omni terrona et sensualis concupiscentia, labe et contactu immu-

Ps. cxliv,
15, 16.

Ps. cxlv, 8.

Cant. iv, 10.

Ibid. i, 1, 2.

Zuc. i, 26
t seq.

1 proemio
t art. iv,
ii, xiv, xv,
x, xxi.

Cant. i, 1, 2.

nissima erant, atque totius auctorem dulcedinis refecerunt. Quemadmodum etiam exuberantia interni fulgoris sacratissimæ Puerperæ in venustissimo ejus vultu aliquo modo fertur resplenduisse, eo quod Sol sapientiæ in purissimo ipsius manserit corde ac ventre; sic benedicta ubera ejus pie credi possunt dulci fragrasse odore ex plenitudine suavitatis suæ internæ, assiduoque contactu oris et manuum Prolis divinæ ac adorandæ.

O admirabile et præclarum jucundissimumque spectaculum, oculis fidei intueri Christum Dominum, regem Messiam, gloriosum Infantulum, unigenitum Dei Filium uberibus Matris virginæ applicatum et ea mentem, suisque infantilibus tenerrimis quid gloriæ tibi tunc! Quid mentis, turtur, o devotissima ac speciosissima Virgo, dum illis tuis virginæ ac maternis, columbinis et clementissimis oculis cernebas puerulum illum speciosum formam præ filiis hominum, rubicundum et candidum, præ millibus electum, imo creatorem universorum, sic tuis uberibus appendentem? Opinor, o Domina, non eum tot stillidia materni virginalisque lactis ex sacris uberum tuorum fontibus emulsisse, quot jaculis caritatis, quot sancti amoris ardoribus beatissimam tuam inflammavit vulneravitque animam: nisi, quod absit, qui dat omnibus affluenter, tibi dumtaxat exstiterit parcus. Quantum, o delectabilis gracilisque Maria, liberrimus Deus nulli penitus obligatus, tibi se obligavit, cujus carnem induit, cujus ubera suxit!

Intueamur oculis fidei ac devotionis, puerum Jesum nunc brachiola delicata ad collum Matris extendere, nunc blandienti nutu ubera Matris deoscerere, nunc oscula suavissima Matri porrigere. Contemplemur Matrem lætitiæ brachiis virginæ suum Filium sustentantem, nunc osculum imprimere oculis Christi sidereis, nunc genis purpureis, nunc labiis roseis, nunc niveæ fronti, nunc lacteo collo. Quæ mater, quæ virgo unquam in sæculo isto

usa est tali solatio, tali spectaculo et obiecto?

Hinc congrue dixit quidam devotus: O oculi virginales Mariæ nimio fulgore micantes, o genæ rubentes, o crines aureo splendore nitentes! Felicissima labia tua crebris osculis Filii Dei deificata. Et licet totum quod in te est, circino divinæ sapientiæ prudentissime sit formatum ac decentissime perornatum, singulariter tamen miseris nobis ubera tua, quæ regem Dominum lactaverunt, dulcius sapiunt, quoniam ab eorum ubertate atque uberima fecunditate cœligenæ ac terrigenæ jucundantur, ac dulcibus eorum recreantur ex fructibus. Hæc sunt velut hinnuli capræ gemelli qui pascuntur in liliis. En conditor orbis cœlos ornavit sideribus, elementa animantibus variis, nemora foliis, prata floribus; sed super hæc omnia corpus tuum sanctissimis decoravit uberibus. Hæc sunt duæ olivæ speciosæ, uberime liquorum gratiæ, lactis ac mellis, superis ac inferis propinantes; nivei pomella candoris, quæ a Spiritu Sancto fecundata, fructuum immortalitatis conferunt degustata. Hæc sunt malogranata aurea, sphaerulæ ac lilia templum veri adornantia Salomonis. In his plena concupiscentiæ carnalis extinctio, et cœlestis ac supernaturalis delectatio. Novit qui gustavit, quam citissime ac perfectissime omnis carnalis evanuit affectio et voluptas, quum de lacte gratiarum tuarum fuerit degustatum.

ARTICULUS XXIV.

De annuntiatione dominica facta Virgini gloriosæ.

MISSUS est angelus Gabriel a Deo in civitatem Nazareth ad virginem. Producturus Omnipotens quosdam electos et eximios viros, eorundem per angelos sanctos prænuntiavit conceptum, nomen, officium, gratiam, vitam: quemadmodum patet in veteri Testamento de Isaac, Sam-

Ps. XLIV, 3.

Cant. v, 10.

Jacob. 1, 5.

Cant. v

III Reg. Ezod. xxxvii.

Luc. 1, 27.

Gen. xi 16, 19; dic. xiii, 3

Reg. 2. 1, 12. sone atque Josia; in novo etiam Testamento de beatissimo Joanne Baptista. Quanto magis unigeniti Filii Dei incarnationem, conceptum et nativatem ex Virgine præelecta, decuit ei prænuntiari per angelum sanctum? præsertim quia in hac incarnatione unici Filii Dei, præclarissima virgo Maria fuit assumenda in sponsam Patris æterni ad concipiendum ac pariendum unicum Filium ejus: in desponsatione autem et matrimonio requiritur consensus personæ accipiendæ. Venit ergo desuper missus paranymphus, et in primis accipit gloriosissimæ benevolentiam adolescentulæ, salutans eam celeberrima, imo inaudita antea salutatione: Ave (inquiens), gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, hoc est præ universis personis femineï sexus repleta donis gratuitis virtutibusque infusus et gratia gratificante. In quibus tamen omnibus Virgo gratiosissima adhuc non fuit tam plena quin in eisdem profecit quotidie, saltem quoad actum, quamdiu fuit viatrix in mundo.

id. 29. Denique, sollemnissima salutatione ista audita, turbata (id est vehementer admirata) est Virgo humillima, quæ minima fuit in oculis suis, et sub omni se humilians muliere. Et congrue retulit Evangelista, quod turbata fuit in sermone hoc angeli, non in apparitione illius, quemadmodum de Zacharia narravit quod turbatus est angelum videns. Creditur quippe, quod Puella sanctissima videre angelos fuerit assueta, quod item spirituum discretionem habuerit.

id. 31, 32. Præterea, certissime sciens angelus gratiosissimam Virginem suæ denuntiationi ac desponsationi divinæ acquieturam et consensuram, per modum certæ assertionis ei prædicit, quod cœlestis sponsi ac Patris æterni conceptura sit Filium: Ecce (inquiens) concipies ac paries filium, et Filius Altissimi vocabitur. Quod prudentissima et in lege ac Prophetis erudita Puella, de rege Messia in lege ac Prophetis promisso et prænuntiato intelligendum esse advertens, mox inquisivit: Quo-

A modo fiet istud, quoniam virum non cognosco? tanquam dicat: Merito quæro qualiter istud continget, quoniam omnino, quantum in me est, propono, sicut et vovi, non cognoscere virum.

Quocirca rite inquiritur, cur beatissima hoc quæsit, quum (Ambrosio teste) ex Isaia didicerit: Ecce virgo concipiet. Respondet Ambrosius: Legit, Ecce virgo concipiet; sed quomodo fieret, non legit. Nam quomodo fieret, nec tanto Prophetæ fuerat revelatum. Sed his obviare videtur, quoniam Isaias eo ipso quo ex revelatione divina cognovit virginem non ex virili semine concepturam, certus fuit supernaturali modo ac divina id futurum virtute. Unde et rursus de tali Christi nativitate vaticinans: Ascendet (inquit) sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sitienti. Et est sensus, quod sicut virgultum oritur ex terra non seminata, et radix de terra non compluta, sic Christus nasciturus esset ex virgine a viro non fecundata. Pari ratione id ipsum Christifera novit Maria. Et respondendum, quod utique in generali tam sacratissima Virgo quam Isaias noverant Christum divina virtute ex intacta virgine nasciturum; in particulari tamen non noverant hoc ita distincte sicut angelus id expressit gloriosæ Mariæ.

Porro, audita informatione Archangeli, illuminatissima atque docilissima Virgo mox credidit et consensit: Ecce (inquiens) ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum. O Maria dulcissima, quam ineffabiliter honorata es in hac annuntiatione dominica atque angelica, in qua Pater excellentiæ infinitæ offert se tibi accipere te in singularem et unicam sponsam, ut habeat te sibi comparentalem familiarissimamque amicam et sociam! Offert tibi, o omnium beatissima creaturarum, unigenitum Filium suum ex sua substantia æternaliter natum, ut sit tuus, non solum eo modo quo est omnium timentium se et diligentium nomen suum, quorum est per gratiam et amorem, sed specialissimo modo

per nativitatem ex tua substantia : quo utique modo nullius est, post Patrem æternum, nisi tui solius. Hunc Unigenitum suum sibi infinita dilectione amabilem et amatum, tibi, o sacratissima Maria, nuntiat, offert, mittit, committit et præstat in filium. Vide qualiter sentit de te, quam dignam ac venerandam te arbitratur, qui te sibi tam familiarem, simillimam ac propinquissimam habere dignatur.

Itaque, Deo præcipiente, angelus jucundissimos saluberrimosque rumores a cælo delaturus in mundum, mox descendit, salutatur Virgunculam pudicissimam, honestissimam Puellam jucundissimo veneratur elogio. Quæ audit modo qualiter mox futura esset genitrix Filii Dei, dicente Archangelo, Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei; cognita quoque imprægnatione felicis suæ cognatæ Elisabeth, gavisata est vehementer : et sancta magnanimitate assumpta, prævalente in ea sanctissimæ caritatis ardore fortissimo, zelo quoque fraternæ salutis ac redemptionis communis totius humani generis, toto affectu concupivit fieri Mater Dei, ac Salvatorem concipere mundi; et modestissimum atque humillimum dedit responsum, dicendo : Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum. Et sic tunc æquivalenter locuta est, Osculetur me osculo oris sui : hoc est, ipse qui olim multifarie multisque modis locutus est patribus in Prophetis, imo patribus ac Prophetis per angelos sanctos, jam instante plenitudine temporis, in propria persona descendat ad me, et per incarnationis suæ mysterium immediate mihi jungatur, me amplectatur, meoque utero circumdetur, ac demum natus ex me, me quoque corporaliter osculetur.

Prolatis autem a sacrosancta juvenula verbis præactis, Ecce ancilla Domini, etc., protinus Deus Pater assumpsit sibi eam in sponsam præcipuam, eamque mystico spi-

ramine fecundavit, induens Unigenitum suum substantia carnis Virginis benedictæ, quæ tunc in instanti Deum, Dei Filium, verum Deum, concepit. O felix et desideratissima hora, hora ab æterno præordinata, Patriarchis ac Prophetis in lege naturæ ac lege scripta promissa, in qua misit Deus Filium suum in terram, ut homines faceret filios Dei!

Præterea, præinductis concordant quæ in Revelationibus S. Brigittæ recitantur. In quarum una legitur Maria piissima ad Brigittam elocuta : Quum audissem quod Deus legis redempturus esset mundum et nasciturus ex virgine, tanta circa eum caritate fui affecta, quod non nisi ipsum cogitavi ac volui, et jugiter affectavi ut viverem usque ad tempus suæ nativitatis, si forte fieri promererer indigna suæ matris ancilla. Quumque quadam vice sollicitate cogitarem qualis et quanta esset gloria ineffabilis et interminabilis Dei, et de ejus beatitudine admirarer, vidi mirabilia tria : vidi etenim sidus, sed non tale quale fulget in cælo; vidi lumen, sed non quale lucet in mundo; sensi odorem, sed non quasi herbarum aut rerum similitum, imo vere ineffabilem atque dulcissimum, quo tota replebar, et præ gaudio exultabam. Inde statim audivi vocem, sed non de ore humano : qua audita, verebar ne forte esset illusio. Et statim apparuit ante me angelus Dei in specie hominis pulcherrimi, dicens : Ave, gratia plena. Quo audito, mirabar cur me taliter salutaret, quoniam reputabam me indignam ad salutationem hujusmodi. Quumque audissem ab angelo qualiter Filium Dei conciperem, ferventissimum affectum habui esse Matrem Dei, et præ amore tunc dixi : Ecce ancilla Domini, etc. Ad quod verbum concipiebatur Filius Dei in utero meo cum ineffabili exultatione animæ meæ omniumque membrorum corporis mei, et portavi eum in utero sine dolore, aggravatione ac tædio; humiliavi me quoque in omnibus, sciens eum quem portabam, esse Omnipotentem.

Luc. 1, 25.

Ibid. 26.

Ibid. 28.

Cant. 1, 1.

Hebr. 1, 1.

Galat.
4, 5.

Luc. 1, 1
et seq.

ARTICULUS XXV.

In quo actu et loco et quali situ fuit gloriosa et præclarissima virgo Maria, dum ei fiebat annuntiatio de conceptione Filii Dei.

A juxta quod sanctus vir loquitur : Laudans Ps. xvii, 4. invocabo Dominum. Denique, sollicitis et ferventer orantibus pro communi salute, fieri solent visiones et consolationes divinæ. Unde Daniel ait propheta : Posui faciem meam ad Dominum Deum meum Dan. ix, 3, 20-23. rogare et deprecari. Quumque adhuc orarem et prosternerem preces meas in conspectu Domini Dei mei pro monte sancto ejus, ecce Gabriel cito volans tetigit me, dixitque : Nunc egressus sum ut docerem te et indicarem tibi, quia vir desideriorum es.

MARIA optimam partem elegit. Verba hæc ad litteram de electa et sancta Maria Magdalene a Christo prolata, de felicissima virgine Maria Christifera multo excellentius possunt proferri. Ipsa enim præ ceteris ineffabiliter contemplativam, quietissimam ac internissimam duxit vitam, etiam in suo sancto connubio, et nec minus in domo habitationis suæ in Nazareth quam in templo Jerusalem. Imo in exercitiis vitæ contemplativæ profecit assidue, et tantæ fuit perfectionis, quod per exercitia vitæ activæ ab exercitiis vitæ contemplativæ non impediabatur; et si forsân interdum ad horulam suspendebatur actus contemplationis in ea per exercitium vitæ activæ, mox cum majori fervore ad contemplationem redibat. Itaque pie **C** atque communiter creditur, quod Virgo dignissima tunc fuit in contemplatione sublimi et in loco secreto.

Communiter quoque revelationes divinæ factæ sunt Sanctis Dei dum erant abstracti ab aliis, et circa divina ac spiritualia occupati. Hinc Patres communiter dicunt, quod præamanda ac verecundissima virgo Maria tunc erat in secreto cubiculi; et forsân genibus flexis oravit, apparentique angelo sancto reverentiam humiliter exhibuit, assurgendo ei, aut alio modo. Et quamvis angelus in assumpto corpore apparebat, perfacile tamen exstitit ei clauso introire cubiculo, quum et Actuum quinto legatur angelus Apostolos eduxisse de carcere, clauso carcere remanente. Act. v, 21-22. Missi enim nuntii ad adducendum Apostolos coram concilio Judæorum, redeuntes dixerunt : Carcerem quidem invenimus clausum cum omni diligentia, et custodes stantes ad januas; aperientes autem, neminem intus invenimus. Nempe virtute divina fit penetratio dimensionum.

Nec obstat, quod aliqui pie existimant quod in actu orationis tunc erat : quod et satis credendum censetur. Imo putant nonnulli, quod tunc Deum devotissime et affectuosissime exoravit pro communi generis humani salute, et pro adventu regis Messiae : quod verum opinor. Et hoc ex ordinatione et inspiratione fiebat divina : quoniam per hujusmodi actus præcipue **D** disponebatur et aptabatur ad recipiendum revelationem, apparitionem et annuntiationem illam dominicam de Christi conceptione et incarnatione ex ipsa. Talis autem oratio benedictæ atque dulcissimæ Virginis, contemplationem et laudem Dei includebat : quum oratio dicatur mentis ascensus in Deum, quod certum est et contemplationi competere. Orans namque perfecte, tota mente in Deum suspenditur, et ejus excellentiam depromit ac fatetur,

Postremo, si inquiratur, cur incarnatio Altissimi non annuntiabatur Mariæ piissimæ per angelum summi chori, aut certe per multa millia supernorum spirituum, sed per Gabrielem archangelum, qui et in veteri Testamento apparuit Danieli, et Zachariæ Dan. ix, 21; Luc. i, 11. nativitatem denuntiavit S. Joannis Baptistæ; præsertim quum asserat Isaias : Volavit ad me unus de Seraphim. Is. vi, 6. Respondendum, quod Filius Dei in primo suo adventu venit in mundum hunc in omni humilitate et paupertate, ut humilitatis et paupertatis nobis conferret exempla. Idcirco ad denuntiandum suam conceptio-

nem ex Maria dulcissima, contentus fuit A
 communi solitoque legato : qui, ut sanctus
 ait Bernardus, intravit ad serenissimam
 Matth. vi. Virginem in secretum thalami ejus, ubi
 6. ipsa oravit Patrem in abscondito.

ARTICULUS XXVI.

Per quam virtutem electissima virgo Maria potissime disponebatur ad hoc quod facta est Mater Dei.

Luc. 1, 49. **F**ECIT mihi Dominus magna, qui potens est. Vere, sacratissima virgo Maria dulcissima, vere magna, imo et maxima, fecit tibi Dominus universitatis : quoniam præclarissima beneficia contulit tibi, et tam in donis gratiæ gratum facientis quam in donis gratiæ gratis datæ, tam excellenter post humanam Filii tui naturam te decoravit, implevit, ditavit præ omni rationali intellectualique creatura, ut exprimi nequeat. Nempe in matris tuæ te utero præ ceteris copiose sanctificavit, et ab omni te culpa incessabiliter præservavit ; et fecit te matrem sui ipsius, per quod te omni puræ prætulit creaturæ subsistenti in esse creato ; et fecit te sibi tam placentem, tam amabilem, tam appetibilem, tam decoram, quod concupivit tuam speciem et decorem, et quasi traxisti eum de coelo in terram, et in medium ventris tui, ita quod ex te tuam et omnium nostrum induit et assumpsit naturam, et sic Deus et Creator tuus, factus est filius tuus ac omnium nostrum salvator. Nunquid D parva sunt ista ? Nonne tam magna, tam summa et singularia sunt, ut puræ creaturæ, citra personalem unionem cum Verbo æterno, majora dari non valeant ?

Interim quæri potest, qua virtute potissime felicissima ista juvenula in diebus adolescentiæ suæ sic placuit Creatori quod ejus filius voluit fieri. Et videtur, quod in actu et merito suæ fidei, quum sancta Elisabeth dixerit ei : Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt

tibi a Domino. Aliunde apparet, quod merito suæ humilitatis, quemadmodum ipsa fatetur : Respexit humilitatem ancillæ suæ. Luc. 1. Quod autem pulchritudine suæ mentis, apparet ex verbis Psalmistæ dicentis ad eam : Concupivit rex decorem tuum. Quod Ps. XLV. 5. vero sua mundissima castitate, videtur ex eo quod in Ecclesiastico legitur : Omnis Eccli. III. ponderatio non est digna continentis animæ ; et Sapientiæ sexto : Incorruptio facit Sap. VI. 3. esse proximum Deo. Porro, quod per actum doni sapientiæ, puta per contemplationem B et orationem devotam, quæ actus est laetriæ, videtur ex articulo præcedenti, et quoniam, teste Scriptura, omnia quæ desiderantur, sapientiæ nequeunt comparari. Quod vero per caritatem potissime disponebatur et aptabatur ad Dei maternitatem, probatur ex eo quod caritas est virtus altissima, ceterarum virtutum forma, finis, vita et motrix, sine qua nulla virtus est meritoria aut Deo complacita. Caritas quoque maxime unit mentem creatam cum Deo, qui vinculis caritatis quasi ligari tenerique dicitur, imo quodammodo separatur. Propter quod dolens asseruit Isaias : Is. LXIV. 7. Non est qui consurgat et teneat te ; et ipsemet Dominus fervido amatori : Dimitte Exod. xxxii, 10. (inquit) me, ut irascatur furor meus contra eos.

Ad hæc æstimo respondendum, quod fervidissimus ille interior actus sincerissimæ caritatis, quo gloriosa et optima virgo Maria desideravit Creatorem suum a cunctis hominibus recognosci, amari, laudari ac debite coli, universosque homines per adventum Filii Dei redimi ac salvari, potissime, immediate et consummative disposuit, dignificavit, aptavit affectuosissimam dulcissimamque Mariam ad Dei maternitatem. Ceteræ vero virtutes et dona cum actibus suis, cooperabantur et disponebant ad hoc suis modis ac medietate, utputa : fides, tanquam basis atque exordium promerendi ; humilitas, tanquam gratiarum conciliatrix, procuratrix et custos, et tanquam remotiva primi obstaculi omnis boni, puta superbiæ ; castitas seu

virginitas, tanquam carnem ipsam feminæ A mæ eam ad conceptionem Filii Dei præsertim aptavit.

hujus præsertim aptificans ad unionem cum Verbo infinitæ munditiæ; sapientia, tanquam a creatis ad increatum illud objectum directe intuitiveque elevans. Porro, per pulchritudinem seu decorem Virginis benedictæ, potest intelligi congeries et ornatus, connexio et complementum omnium virtutum et donorum meritorumque gratiosissimæ Mariæ, per quæ omnia simul sumpta maxime Deo complacuit, et in ejus matrem assumpta est.

Quocirca pensandum, quod in incarnatione et conceptione Filii Dei multa considerantur. Primum est supernaturalis et incomprehensibilis arduitas sive sublimitas tanti mysterii. Idecirco hoc credere ex se protinus adimplendum, fuit præcipue meritorium: sicutque fides serenissimæ et glorificandæ Mariæ eam ad conceptionem Verbi æterni specialiter præparavit. Propter quod dictum est ei: Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino. Secundo consideratur in incarnatione et conceptione Filii Dei C summa dilectio Dei ad genus humanum: qua tam immediate et proxime univit sibi humanam naturam in sexu virili per hypostaticam unionem, humanam quoque personam in sexu femineo, faciens eam propriam matrem, ut per hæc salvaret et sibi uniret, in præsentem per gratiam et in futuro per gloriam, totum genus humanum. Ideo ait Apostolus: Propter nimiam caritatem qua dilexit nos Pater, Filium suum misit. Atque Joannis tertio fertur: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum D unigenitum daret. Tertio consideratur in conceptione Filii Dei maxima dignitas ac potestas Virginis concipientis, quæ per hoc facta est dignitatis quodammodo infinitæ, et domina ac regina totius mundi. Sicutque humilitas beatissimæ Mariæ eam præcipue ad Dei maternitatem aptavit, juxta illud quod legitur: Qui se humiliat, exaltabitur. Quarto, familiaritas maxima et administratio carnis unitæ Verbo æterno: et ita virginea castitas Mariæ purissi-

ma et amabilissima Virgo, quantum ad superiorem vim suam appetitivam, maxime disponebatur ad Dei conceptionem ac maternitatem per actualem ferventissimam dilectionem Dei et proximorum; quantum ad vim rationalem, per fidem certissimam et donum sapientiæ in gradu perfecto; quantum ad vim irascibilem, per profundissimam humilitatem; quantum vero ad vim concupiscibilem et potentiam generativam, per consummatam ac redolentissimam castitatem: sicutque se totam exhibuit Creatori, et ei perfectissime obedivit. Unde et Deus omnipotens, qui obedientibus sibi plenarie, solet quodammodo obedire, id est per modum obedientis eorum preces ac desideria celeriter adimplere, factus est obediens huic obedientissimæ atque humillimæ ac amabilissimæ suæ ancillæ, fecitque eam suam matrem ac regni sui participem.

ARTICULUS XXVII.

*De nativitate Sancti Sanctorum
ex dulcissima ac sublimi Maria.*

EVANGELIZO vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie ^{Luc. II, 10.} ^{11.} Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Omnia in Virgine gloriosa fuerunt supernaturalia ac divina in concipiendo ac pariendo. Non enim decuit auctorem naturæ, Creatorem universorum, communibus legibus subjacere, aut consueto cursu naturæ arctari, aut ordinem illum servari in Domino quem ipse subjectis imposuit creaturis: imo Rex ipse et Dominus majestatis immensæ, supra cursum et ordinem naturalem voluit a mundissima atque sanctissima Virgine nasci, quemadmodum et conceptus fuit ab ea.

Itaque partu Virginis imminente, ascendit ipsa cum suo ministro B. Joseph a civitate sua Nazareth in Bethlehem urbem, ^{Ibid. 4-7.}

Luc. I, 45.

Ephes. II, 4;
Galat. IV, 4.

Joann. III,
16.

Luc. XIV, 11.

ubi in diversorium quoddam divertens, in ipsa nocte, sine dolore et corruptione peperit Filium Dei. Nempe, hora pariendi instante, supernaturali illuminatione gaudiosissime ac copiosissime tota perfusa, in altam contemplationem est elevata, et sicut in instanti concepit, sic instantanee peperit, egrediente uterum ejus Prole adoranda, cum dimensionum penetratione, utero ipso clauso manente; sicque per consuetam exiit viam, quod virginalis signaculum mansit integerrimum penitusque illæsum. Nec ulla fuit ibi impuritas, indecentia, inhonestas, ut turpissimi imaginantur hæretici, ac reprobi obijciunt infideles. Denique, cœlestis illa et cunctis angelicis mentibus purior Puerpera, natum ex se cernens Infantulum, verum Deum, mox adoravit eundem. Vidit autem eum ante oculos suos in terra jacentem, splendidissima luce circumdatum, sed more humano, non necessitate, magis autem voluntaria ordinatione, vagientem ac frigore hiemali affectum; statimque materna caritate ac pia compassione cum reverentia summa levavit, pectori suo vultuique adstrinxit, calefecit, pannis involvit, ac tandem in præsepio, super fœnum (ut creditur) reclinavit Infantulum.

De his in Revelationibus S. Brigittæ satis credibiliter recitatur, loquente in visione ad Brigittam Virgine benedicta: Scias certissime, quod flexis genibus peperit orando sola in stabulo, cum tanta exultatione atque lætitia, quod nullum sensi gravamen quando exivit Puer de corpore meo; sed statim eum involvi panniculis mundis, quos diu ante paravi, et ex proposito ad Bethlehem mecum tuli, quoniam sciebam me in Bethlehem parituram. Vidensque Joseph me sine adjutorio peperisse, admiratus est cum ingenti lætitia.

Hinc S. Brigitta refert, quod pie et credibiliter accipi potest: Quum essem (inquiens) in Bethlehem ad præsepem Domini, vidi in visione virginem quamdam prægnantem, valde pulcherrimam, indutam albo mantello subtilique tunica, per quam

A carnes ejus virgineas ab extra clare cernebam: cujus uterus plenus et multum tumidus erat, quoniam jam parata erat ad pariendum. Cum qua senex honestissimus erat, qui candelam accensam fixit in muro, et exiit ne partui interesset. Tunc virgo se discalceavit, discooperuitque suum mantellum, ac velum capitis sui amovit et juxta se posuit, remanens in tunica sola: quæ tunc duos panniculos lineos et duos laneos mundissimos ac subtiles extraxit, quos secum portavit, ad involvendum nasciturum infantem, alios quoque duos parvulos lineos pannos, ad operiendum et ligandum caput infantuli. Quibus paratis, virgo genua flexit, ponens se cum grandi reverentia ad orandum; erectisque manibus et oculis ad cœlum intentis, stetit quasi in ecstasi contemplationis suspensa atque divina dulcedine inebriata. Qua sic stante, vidi parvulum se in utero ejus moventem; et illico, in momento, in ictu oculi, peperit filium, a quo tanta tamque ineffabilis lux processit, quod lux solis ei non esset comparabilis, et candela ibi affixa nullum lumen reddere videbatur. Denique tam subitus et momentaneus fuit modus ille pariendi, quod non valebam advertere neque discernere quomodo vel in quo membro pariebat virgo. Verumtamen statim vidi illum gloriosum infantem jacentem in terra nudum, nitidissimum habentem corpusculum, ab omni sorde et immunditia alienum. Vidi etiam pellem secundinam prope eum jacentem, involutam ac nitidam. Quumque virgo sensisset se peperisse, mox capite inclinato et manibus simul junctis, cum magna reverentia adoravit puerum, dicens: Bene veneris, Deus meus, Dominus meus et filius meus. Tuncque puer plorans ac tremens præ frigore ac duritia pavimenti super quod jacuit,olvebat se paululum, extendebatque membra, quærens refrigerium ac matris solatium: quæ tunc suscepit eum in manibus, et strinxit ad pectus suum, et cum maxilla ac pectore calefaciebat eum cum grandi lætitia ac

tenera compassione materna ; et residens, **A**ria et honore, de humanitatis Christi sublimatione ineffabiliter prorsus gaudentium ac Deo altissimo devotissime regratiantium! Etenim, si gaudent de uno peccatore *Luc. xv, 10.* pœnitentiam faciente, quantum gloriabantur de omnibus jam præactis? Postremo, patribus sanctis in limbo facta est tunc consolatio magna.

Micā. v, 2. O Bethlehem, civitas Dei summi, quantum exaltata es, dum Jesus Christus, Filius Dei, natus est in te! O gloriosissima Virgo, o dulcissima et in æternum benedictissima virgo Maria, quid tibi retribuet homo, quid machina mundi, quid universitas creaturæ, pro omni bono quod per te datum **B** est mundo, præsertim generi humano olim deperdito? Nempe ex te, o unica Dei præelectissima sponsa, ortum est mundo lumen æternum, salus perpetua, salvator perfectus, honor immensus. Ex te et per

Is. ix, 6. te natus ac datus est nobis Unigenitus Dei, Angelus magni consilii, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis, Deus fortis et potens, Rex gloriæ, victor diaboli, reparator hominis lapsi, fons gratiæ, dator virtutum : per quem a potestate dæmonum servituteque

Rom. viii, 16. 17.
Ephes. ii, 19. C sanctorum, per quos in lege scripta et evangelica egit innumerabilia signa, portenta, miracula ; tamen hæc omnia per respectum ad mirabilia et incomprehensibilia quæ in gloriosissima ac dilectissima sua Maria effecit, parva videntur modicique decoris.

O optima et excellentissima virgo Maria, quæ mundo suum ostendisti opificem, ex qua Deus æternus factus est infans unius diei, quanto gaudio lætificasti cœlum et terram, dum Dei Filium peperisti! Tunc *Luc. ii, 9-14.* equidem angelus sanctus mox apparuit cum splendidissima luce pastoribus : Ecce **D** (inquiens) evangelizo vobis gaudium magnum. Et protinus facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus, hoc est innumerabilium concio angelorum, laudantium Deum atque dicentium : Gloria in excelsis Deo. O quantum fuit tunc gaudium in universa patria Beatorum, in regno cœlorum, in cunctis ordinibus angelorum, de hominum redemptione, de suæ minorationis reparatione, de divinorum mysteriorum adimpletione, de beatissimæ Virginis glo-

ARTICULUS XXVIII.

De mirabilibus Dei in dulcissima ac piissima Maria peractis.

CREAVIT Dominus novum super terram : mulier* circumdabit virum. *Jer. xxxi, 22.*

** femina*
Quamvis omnipotens Deus ab exordio sæculorum multa et magna mirabilia operatus noscatur, in universorum creatione, distinctione, ornatu, in generali diluvio, in educatione filiorum Israel ex Ægypto, in deductione eorum per eremum, in introductione eorum in terram promissam, in totius regimine universi, atque per viros sanctos, per quos in lege scripta et evangelica egit innumerabilia signa, portenta, miracula ; tamen hæc omnia per respectum ad mirabilia et incomprehensibilia quæ in gloriosissima ac dilectissima sua Maria effecit, parva videntur modicique decoris.

Nempe in ea et per eam, imo ex ejus substantia, constituta est una persona ex re æterna et increata, et ex creata natura humana. Ipsa concepit et genuit præexistentem æternam invariabilemque personam, et is quem totus non capit nec circumscribere potest orbis, in beatissimæ Virginis utero clausus est, finitus et circumscriptus. Ipsa concepit atque in utero circumdedit puerum qui primo die suæ conceptionis exstitit vir perfectus : vir, inquam, non corporis quantitate, neque ætate, sed mentis perfectione et omni virtute ; qui eodem instanti quo cœpit esse in natura assumpta, factus est Deitatis comprehensor, beatus in superiori suæ animæ portione. In præclarissimæ ventre

Marie celebratæ sunt nuptiæ personales ~~inter Verbum æternum~~ A imo et multis in mortalibus vitiis mortuis et defunctis, obtinuit reduci ad corpus ac pœnitere salubriter in corpore reinduto.

et assumptam ab eo humanitatem; atque in infinitum distantia, in ipsius sacratissimo utero immediate ac hypostatice sunt unita : sicque in unam convenerunt personam æternam et temporale, invariabile atque mutabile, natura Dei et forma servi; sic quoque præstantissima et incomparabilis Virgo facta est Patri æterno comparentalis.

Luc. I, 35. Insuper ipsa a Spiritu Sancto est supernaturaliter fecundata; in ea convenerunt maternitas et virginitas; ex ejus utero

clauso et integro permanente, egressus et

Ps. xviii, 6. natus est Filius Dei, procedens tanquam sponsus de thalamo suo. Ipsa sine carnali delectatione, cum spirituali exultatione concepit, sine gravamine tulit, absque dolore ac tristitia peperit. In ipsa humanæ naturæ fragilitas, humani instabilitas cordis, feminei sexus infirmitas tanta gratiarum plenitudine est præventa, tanta virtutum perfectione corroborata, tot et tantis divinis charismatibus adimpleta, tantis munita profectibus, quod nunquam peccavit, quod mentis distractionem a Deo nunquam perpessa est, quod nullam unquam negligentiam est illapsa, quod nunquam inordinatum carnis aut fomitis motum est passa, quod nec in cibo, potu, somno, verbo, cogitatu, affectu aut sensu unquam saltem venialiter fuit culpabilis. Quam supernaturalia sint hæc, innotescit scientibus humanæ conditionis naturam, proprietatem, defectuositatem ac pronitatem in omne malum.

Hæc est suavissima ac serenissima Domina, quæ suum in se gestavit artificem, quæ omnium genuit Creatorem; in qua et per quam reconciliati sunt Deus et homo;

quæ caput infernalis contrivit serpentis;

per quam dignificata et honorata est omnis creatura; cui subjecta est omnis natura creata; per quam Deus altissimus innumerabilia fecit præclarissima prorsus miracula; quæ meritis suis ac precibus gratiam obtinuit conversionis innumeris etiam obduratis peccatoribus et malignis :

Gen. iii, 15. quæ Fontem totius supernaturalis ac naturalis scientiæ ac scientiæ, Sapientiam increatam, Filium Patris æterni essentialiter et incircumscribibiliter sapientem concepit et peperit, mente et corpore tulit, appellanda est grande miraculum : quanto eminentius sacrosancta Maria, quæ Fontem totius supernaturalis ac naturalis scientiæ ac scientiæ, Sapientiam increatam, Filium Patris æterni essentialiter et incircumscribibiliter sapientem concepit et peperit, mente et corpore tulit, appellanda est grande miraculum, summum prodigium et præclarissimum Dei effectus, quæ et incomparabiliter amplius abundavit in sapientia supernaturali infusa, quam Aristoteles in naturali scientia? Denique, tot et tanta supernaturalia, mirabilia, incomprehensi-

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

ARTICULUS XXIX.

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

Nihil inquinatum in eam incurrit. Sap. vii. 25. De Aristotele ait in Regula sua S. Hieronymus : Audi et tu, princeps fatuorum, quamvis procul dubio fueris grande miraculum in tota natura, quoniam quidquid naturaliter sciri potest, tibi infusum fuisse videtur. Itaque, si Aristoteles per eminentiam suæ naturalis scientiæ vocatur grande miraculum : quanto eminentius sacrosancta Maria, quæ Fontem totius supernaturalis ac naturalis scientiæ ac scientiæ, Sapientiam increatam, Filium Patris æterni essentialiter et incircumscribibiliter sapientem concepit et peperit, mente et corpore tulit, appellanda est grande miraculum, summum prodigium et præclarissimum Dei effectus, quæ et incomparabiliter amplius abundavit in sapientia supernaturali infusa, quam Aristoteles in naturali scientia? Denique, tot et tanta supernaturalia, mirabilia, incomprehensi-

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

Adhuc de mirabili excellentia benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sensus eam videre optabant ac festinabant.

abilia et divina in sincerissima ac unica hac Maria sunt facta, et ipsa super omnem naturam, cursum, legem et ordinem entium naturalem tam eminenter est sublimata, ut præcedenti articulo et ante jam sæpe ostensum est, quod præclarissime potest vocari grande miraculum.

Præterea, libro de Civitate Dei asserit Augustinus : Omni miraculo quod in mundo fieri potest, majus miraculum est ipse mundus. Et rursus : Omni (inquit) miraculo quod fieri potest per hominem, majus miraculum est ipse homo. Quod dictum videtur propter mirabilia et incomprehensibilia quæ circa mundi productionem, consistentiam, ordinem, collocationem ac consimilia ad eum naturaliter pertinentia attenduntur. Et simili modo de homine intelligendum censetur. Quanto magis omni miraculo quod per gloriosam amabilissimamque Mariam in creaturis peractum est, mirabilius excellentiusque miraculum est ipsa serenissima et illustrissima Virgo, in qua et per quam tam incomparabiliter sublimia, supernaturalia ac divina sunt facta, et convenerunt ac juncta sunt, prout præcedenti est tactum articulo? Hinc a laudibus ejus deficit omnis lingua, non hominum tantum, sed etiam angelorum : quia nec ipsi satis queunt mirari et penetrare quanta sit dignitas ista, esse Matrem veri Dei et comparentalem æterno Patri, et quanta sit excellentia ejus. Hinc omnes Sancti in cælo inæstimabili reverentia afficiuntur ad ipsam.

Denique, istud totum quidam præclarissimi viri in primitiva Ecclesia ex Judaismo aut paganismo conversi, ipsa benedictissima Maria adhuc in sæculo isto degente, profunde quantum valebant considerantes, miro modo ejus excellentiam attendebant, stupebant, amabant, venerabantur ; et tam sublimem personam corporaliter ac præsentialiter cernere cupiebant, satagebant, ac proficiscebantur ad eam videntiam. Quemadmodum fertur de magno et divino illo Dionysio, quod a Græcia intraivit Judæam, et S. Joannem evangelistam

accessit, ut beatissimam sibi demonstraret Mariam : quo acquiescente, vidit eandem in tanta pulchritudine, excellentia et decore, quod præ admiratione et vehementi jucunditate ubertim plorans, corruiat tanquam mortuus ; et reversus ad se, dixit quod nisi per rationem ac fidem agnosceret aliam Deitatem, non crederet quid aliud altius virgine tanta, atque vix posset de cetero aliud ea jucundius cogitare, addens quod non quicumque deberet eam videre, propter venerabilitatem ipsius.

Præterea, egregius ille Ignatius, martyr et pontifex pretiosus, in quadam epistola glorioso Joanni apostolo missa, inter cetera scribit : Sunt hic multæ de nostris mulieribus Mariam Jesu cupientes videre, et a nobis quotidie volentes discurrere, ut eam contingant, et ubera ejus tractent, quæ Dominum Jesum lactaverunt, et etiam ut quædam ejus secretiora percontentur. Et sicut nobis a fide dignis narratur, in Maria Jesu humanæ naturæ excellentia sanctitati angelicæ sociatur. Et hæc talia excitaverunt desideria mea, et cogunt valde desiderare adspectum hujus (si fas est sic fari) prodigii atque sanctissimi monstri. In alia quoque sic ait epistola : Joanni sancto suus Ignatius. Si licitum mihi est apud te, ad Jerosolymæ partes volo ascendere et videre fideles sanctos qui ibi sunt, præcipue Mariam Jesu, quam dicunt universis mirandam et cunctis desiderabilem. Quem vero non delectet eam videre et alloqui, quæ peperit Deum deorum, si nostræ sit religionis amicus? Heu ! quid moror? Quare detineor? Bone præceptor, properare me jubeas. Insuper, quam præcordialiter conversi ad fidem cupiebant ex beatissimæ ac divinissimæ adpectu et affatu Mariæ consolari, edoceri ac roborari, elucescit ex epistola S. Ignatii ad Dominam mundi, in qua ait : Christifera Mariæ suus Ignatius. Me neophytum Joannisque tui discipulum consolari et confortare debueras : de Jesu etenim tuo percepi mira dictu, et stupefactus sum ex auditu.

A te autem, quæ semper familiaris ei A
fuiſti conjuncta et ſecretorum ejus conſcia, deſidero ex animo fieri certior de auditis. Valeas, et neophyti qui tecum ſunt, ex te et per te et in te confortentur.

Amplius, in epistola illa notabili de martyrio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quæ Dionysio sancto adſcribitur, inter cetera fertur quemadmodum converſi ad fidem inter ſe dicere conſueverunt: Eamus Romam videre magiſtros et principes nostros Petrum et Paulum. Quanto magis B
profundiores ex illis frequenter collocuti credendi ſunt, Eamus in Judæam videre glorioſiſſimam Dei et Salvatoris noſtri Matrem? At vero ipſemet Paulus, vas electionis, de ſe ipſo fatetur: Veni Jerolimam videre Petrum, et manſi apud eum diebus quindecim. Si tantæ reputationis et eminentiæ exſtitit archiapoſtolus Petrus, ut coapoſtolus ejus Paulus, deſiderio videndi tantum Chriſti vicarium, a remotis locis venerit Jerolimam: quanto magis credendum eſt, tam Paulum apoſtolum C
quam alias quamplurimas utriuſque ſexus ſanctas et contemplativas perſonas ad locum præſentiæ Virginis benedictæ multoties advenſiſſe, deſiderio conſpiciendi eamdem?

Postremo, ad beatiffimæ prædilectæ Mariæ ſpectat præconium, quod Ptolemæus libro ſeptimo Almageſti, Albumaſar quoque aſtrologus in Introductorio majori, libro ſexto, teſtantur (quod et aſtronomi Ægyptii ac Chaldæi communiter ſunt effati), dicentes quod in prima facie ſigni Virginis oritur in terra virgo munda, puella immaculata, corpore ſpecioſa, vultu venuſta habituque modesta, crine prolixo, habens in manu ſpicas; et ipſa ſedet ſuper ſedem ſtratam, nutriens puerum et paſcens in terra Judæa. Vocantque puerum quidam gentium Jeſum, quem nos (ait Albumaſar) Græci dicimus Chriſtum. Verumtamen circa hæc multa verba difficilia poſſent moveri, quæ hic locum non habent.

ARTICULUS XXX.

De dulciſſima, familiari ac ſancta cohabitatione Chriſti ac Matris ſuæ virginæ in ſæculo iſto.

INTRANS in domum meam, conquieſcam cum ſapientia: non enim habet amaritudinem converſatio illius, nec lædium convictus illius, ſed lætitiæ et gaudium. Cogitet unusquiſque quam dulce, quam conſolatorium, quam appetibile ſibi eſſet, per unam horam videre Jeſum in ea diſpoſitione, apparatu ac maturitate, quibus quotidie in ſuæ digniſſimæ præſentia Matris ibat et converſabatur, tam in ſua infantia quam in pueritia, adoleſcentia ac juventute. Quam delectabile fuit conſpicere Puerum illum ſpecioſum forma præ filiis hominum, omni morali venuſtate decoratiſſimum, in cunctis ordinatiſſime ſe habentem! Et certe, quo præſtantiſſima virgo Maria unicum Filium ſuum præ cunctis ferventiſſime diligebat, tam naturali quam infuſo ſpirituale amore, quo item excellentiam adorandi Filii ſui clariſſe noverat et ſinceriſſe atque profundius contemplabatur, eo præcordialiſſe in ejus præſentia et adſpectu, in ejus colloquio et convictu, in ejus exemplariſſe et ſanctitate delectabatur, et quia cognovit ſe tam prælectam, prædilectam, præventam, totque ac tantis beneficiis adimpletam, imo incomparabiliſſe ſublimatam ac dignificatam, et paulo poſt multo præclariſſe elevandam et glorificandam ab ipſo. Denique, Filius Virginis mitis et humilis, univerſaque intuens atque certiffime ſciens ſuæ electiſſimæ ac puriſſimæ Matris dignitatem, virtuoſitatem, ferventiſſimam caritatem, maximam quoque et humillimam reverentiam ad ſe, reddidit ei vicem, et amoreſe, familiariter ac benevolentiffime habuit ſe ad eam, quum nunquam inter eos aliquid eveniret quo unus alteri diſpliceret, aut alterius offenderet oculos, imo in ſe invicem et actibus ſuis complacentiam mutuam maximamque haberent aſſidue.

Galat. 1, 18.

Sap. viii, 16.

Ps. xlv, 3.

Refert beatus et illustrissimus Clemens, A quod dum gloriosus princeps. Apostolorum Petrus post Christi resurrectionem recordabatur dulcissimæ conversationis Christi secum habitæ, lacrimas continere nequivit. Si tam dulciter Christus in virili ætate cum Apostolis versabatur, quam suavissime vixit cum sua dilectissima Matre, præsertim in pueritia sua? Nempe, ut

Is. XLII, 4. Isaias prædixit, non erat tristis, nec turbulentus. Erat vero disertissimus et suavissima decoratus facundia, delectabilisque affatu; nec verborum ejus sapientiali dulcedine benignissima Mater poterat satiari.

Luc. II, 51. Insuper subditus fuit promptissime tam optimæ Matri quam ejus ministro. Est demum probabile, quod studiosa ac docilissima Virgo, sciens sapientiam Filii sui, in quo noverat omnes sapientiæ ac scientiæ thesauros esse absconditos, imo quem scribit essentialiter sapientem et ipsam Sapientiam esse, interrogavit eum de multis, et informationem ab ipso suscepit. Qui usque ad tricesimum circiter annum cum sua commoratus est tranquillissima Ma-

Coloss. II, 3. tre, cui universi mores, incessus, affatus, adspectus et actus sui præcarissimi Filii erant summe accepti, placiti ac jucundi; quanquam (ut tactum est supra) affectuosissima atque piissima Virgo vicissim afflicta sit ac plurimum contristata suum Filium intuendo, ex consideratione futuræ passionis ipsius: cui nihilo minus dolori rursus consolatio fuit admixta, ex consideratione resurrectionis Filii sui et copiosissimi fructus suæ salvificæ passionis. O incomparabilis præelectissima ab æterno Maria, ad hanc familiarissimam, suavissimam, saluberrimam, diuturnam, amorosissimam ac maternam habitationem cum Deo incarnato præordinata!

Hinc in Revelationibus S. Brigittæ felicissima virgo Maria ad ipsam Brigittam fertur locuta: Nunc quærere poteris, quid egerit Filius meus in toto tempore suæ ætatis antequam pateretur. Respondeo, quod (sicut loquitur Evangelium) subditus erat parentibus. Nec mirabilia defuerunt

A pueritiæ ejus, quando creaturæ servierunt ei ut creatori suo; quando idola obmutuerunt et plurima corruebant ad ejus adventum in Ægypto; quando Magi prædixerunt Filium meum magnorum futurorum existere signum; quando et ministeria angelorum super eum apparuerunt; quando nec aliqua immunditia ascendit super eum, nec perplexitas in capillis ejus apparuit. Porro, quum venit ad majorem ætatem, in orationibus erat continuus, et obediens ascendit nobiscum in Jerusalem

Luc. II, 42. B ad festa statuta. Cujus visus atque locutio sic mirabilis fuit, ut multi tribulati inter se dicerent: Eamus ad Jesum, filium Mariæ, a quo possumus consolari. Crescens

Ibid. 52. vero ætate et scientia, qua ab initio plenus erat, laborabat manibus suis quandoque ea quæ erant decentia; et loquebatur nobis separatim verba consolatoria et verba Deitatis, ita ut indicibili gaudio repleremur. Quum vero in paupertate, timoribus difficultatibusque essemus, non fecit nobis aurum et argentum, sed hortabatur ad

C patientiam, et mirabiliter præservati sumus ab æmulis. Necessaria provenerunt nobis ex piarum mentium compassione, quandoque ex nostro labore. Post hæc autem conferebat Filius meus in domo cum advenientibus amicis familiariter de lege et ejus significationibus et figuris. Disputabat quoque cum sapientibus aliquando in aperto, ita ut mirarentur, dicentes: Ecce filius Joseph docet magistros; aliquis magnus spiritus loquitur in eo. Insuper, tam obediens fuit, ut quum Joseph casu diceret ei, Fac hoc aut illud, mox faciebat: quia sic occultavit suæ deitatis potentiam, ut nisi a me et quandoque a Joseph sciri non posset. Qui vidimus lumen admirabile eum multoties circumfussisse, et angelicas voces super eum cantantes audivimus. Vidimus item, quod spiritus immundi qui per exorcistas in lege nostra probatos ejici non valebant, egrediebantur ad præsentiam Filii mei. Hæc ibi.

Præterea, quod in hac revelatione jam tactum est, quod Christus quum ad majo-

rem venisset ætatem, in orationibus erat **A** parabilis virgo Maria, non angelum tantum **continuis, non est ita intelligendum quasi** sive legatum, sed ipsummet Dominum angelorum, Deum verum, omnipotentem, immensum, sibi habuit cohabitantem, colloquentem, consulentem, consolantem, docentem? Et non solum sic habuit eum sibi conjunctum ut Deum ac Dominum, sed item ut filium et amicum.

Luc. ii, 52. ante et in sua infantia non oraverit pro mundi salute : imo ab incarnationis exordio fuit in pleno usu et exercitio rationis, et oravit pro suis, saltem mentaliter et secrete. Quod vero dicitur crevisse in scientia, intelligendum est quantum ad manifestationem. Postremo, quod fertur cum amicis advenientibus contulisse de lege et cum sapientibus disputasse, videtur credibile, eo quod Lucas evangelista dicat eum profecisse ætate, gratia et sapientia **B** coram Deo et hominibus, etiam quum duodecim erat annorum (quod de sapientia et gratia quoad manifestationem accipitur); et rursus, ex hoc quod scribit ipsum duodecennem in Jerusalem remansisse, atque inventum in medio doctorum audientem interrogantemque illos, ita quod omnes mirabantur super prudentia et responsis ipsius.

Ibid. 42-47.

Luc. x, 38. 39; Joann. xi, 5, 11.

Luc. x, 38. 39; Joann. xi, 5, 11.

Luc. viii, 3.

ARTICULUS XXXI.

De beatitudine Mariæ dulcissimæ in hac vita.

Zach. ii, 10. **L**AUDA et lætare, filia Sion, quia ecce **C** Deo æternaliter præelecta in amantissimam matrem, in continuam ac diurnam cohabitricem, in quotidianam ac secretissimam auditricem, in specialissimam ferventissimamque amicam, et in singularem ac spiritualissimam sponsam? Amplius, merito commendamus feminas illas egregias, Joannam, Susannam, ac similes, quæ in Evangelio leguntur Christum mente et corpore esse secutæ, et ei de suis facultatibus ministrasse. Quam commendabilissima ergo est hæc optima ac suavissima virgo Maria, quæ non solum de suis laboribus sibi ac Deo Filio suo necessaria exhibuit victui, imo etiam de purissimo sanguine suo præbuit ei incarnationis materiam, atque virgineo suorum sacratisimorum uberum lacte educavit eundem?

Exod. xxxiii, 11. **M**agnum reputamus, quod cum Moyse locutus est Deus facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad suum amicum : quæ tamen locutio per subjectam exstitit creaturam, hoc est per angelum sanctum in Dei persona apparentem atque loquentem.

I Reg. xxiii, 2; xxx, 6; II Reg. ii, 1; v, 19, 23; etc. **M**agnum etiam arbitramur, quod David rex et alii quidam quasi ad libitum ceperunt divina oracula et responsa. Quanto magis præclarissimum fuit, quod incom-

Luc. viii, 3.

Præterea, in palatiis imperatorum et regum non mediocriter reputantur, qui ad ipsius imperatoris aut regis latus adstant, et secretorum ipsius sunt conscii, ac circa ipsius occupantur personam. Qualiter ergo divinissimam excellentissimam-

que Mariam poterimus satis aut digne beatificare seu admirari, quæ Regi cœlorum, præceptorum angelicorum spirituum, Dominatori universorum, materna auctoritate, summa et inviolabili familiaritate, gratissima obsequiositate, integerrima caritate inseparabiliter ac proxime adstitit, sicut prædixit Psalmista, Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, id est in spirituali amictu caritatis fervore ornato? Adhuc, regina Saba, visa sapientia Salomonis et excellentiis ejus, dixit ad eum : Beati viri tui, et beati servi tui, qui hic adstant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam. Quanto amplius beatissima gloriosa Maria, quæ coram ipsa Sapientia æterna vere ex ipsa virgine incarnata stetit assidue, ac sapientissima verba ipsius audivit continue?

Præterea, quum gaudium sit diffusio animi in conceptu boni, et oriatur ex unione potentiæ cum objecto convenienti : quis poterit excogitare, effari, describere, quantum tu, o sincerissima et affectuosissima Maria, gaudebas, dum unigenitum Filium tuum, qui secundum suam deitatem est bonitatis penitus infinitæ, atque secundum naturam assumptam omni melior creatura, videbas quotidie coram te ire, stare, sedere, ejusque mores ac gestus cernebas, et verba audiebas illius, qui tibi tam notus, tam carus, tam munificus, tam familiarissimus fuit, a quo sciebas te tam prælectam, tam summe dilectam, tam incomparabilibus beneficiis honoratam et honorandam?

Postremo, quum beatitudo creaturæ sit unio ejus cum Creatore, quam mira et specialissima fuit, o optima Maria, tua beatitudo et gloria, etiam in hac vita, quæ tam incomparabiliter fuisti Filio tuo, vero Deo, conjuncta, et unum cum eo effecta, et cum eo tam familiarissime versabaris! Quam accepta et gaudiosa exstitit tibi tam prædilecti et unici, tam speciosi ac virtuosi Filii tui præsentia, cohabitatio atque communio, quem quanto plus diligebas, tanto plus in ejus pulchritudine, bonitate,

A conjunctione gaudebas! Nempe, si (ut ait Scriptura) filius sapiens gloria est parentis, quantum tu, optima Prens, gloriabar in Filio tuo essentialiter sapiente, qui est Sapientia infinita ut Deus, et secundum naturam assumptam tanta fuit sapientia adimpletus, quod tota ejus intellectus creati capacitas fuit omnino repleta!

Videmus quod parentes in sobole sua bene disposita in naturalibus bonæque indolis vehementer lætentur, sperantes quod ad magna sit perducenda aut promovenda; et si parens mediocris agnoscat filium suum in episcopum promovendum, non parum gloriatur in ipso. Tu ergo, o omnium felicissima matrum, in tuo Filio vehementissime lætabaris, qui omnibus donis naturæ ac gratiæ fuit in excellentiæ termino speciosissime decoratus; quem tecum tam humiliter, tam reverenter, obedienter, amorose ac familiariter conversantem, certissime noveras per totum mundum in summo honore habendum, in cœlo et in terra dominaturum, imo jam habentem omnem potestatem in cœlo et terra. O quam consolatorium et jucundum exstitit tibi, esse, vivere, communicare et commorari cum illo, quem considerabas tam amorose et dulciter, tam humillime, filialiter, obedienter se habere ad te, qui est angelorum felicitas, virtus et Sapientia Dei Patris, Deus, creator, Dominus et salvator tuus, o celeberrima Domina, o Virgo pulcherrima, o piissima Mater! Numquid unquam pater aut mater tantam habuit consolationem et delectationem in sobole sua in sæculo isto, quantum tu, benedicta Maria, in prole tua unica tam præclara?

ARTICULUS XXXII.

De florido lectulo sponsi cœlestis et ejus singularis sponsæ, virginæ Genitricis.

LECTULUS noster floridus. Christus in sua infantia instar aliorum infantium in multis se habuit, præsertim a

Prov. 1, 1.

Matth. xxviii, 18.

1 Cor. 1, 24.

Canl. 1, 15.

Ps. xlii, 10.

111 Reg. x, 8.

virginea Genitrice suscipiendo materna obsequia, lactea alimenta, et quæ piæ affectuosæque matres suis solent exhibere infantulis prædilectis. Denique, Christus virilis factus ætatis, suos ad se venientes discipulos in sancto consuevit recipere osculo. Multo magis est credendum, quod in infantia ac pueritia constitutus, suam dulcissimam, dilectissimam atque sanctissimam Matrem, adhuc adolescentem et juvenulam, crebro sit osculatus. Ipsa quoque affectuosissima Mater ac pudicissima Virgo, unicum sui uteri pignus tempore opportuno in suo lectulo secum collocavit, et ex sincerissimo tunc amore amplectebatur et deosculabatur eundem cum reverentia et honestate extrema; et quem jam amplectebatur ut filium, jam adoravit ut verum Deum. O quam floridus lectulus, in quo sanctitas ipsa, Sanctus Sanctorum, fons totius munditiæ, et Mater ipsius spiritualissima pariter quiescebant! Nonne melior, desiderabilior spiritualiterque jucundior fuit una nox talis, super millia noctium quas aliæ cum suis expendunt sponsis? Quis non vellet cunctis mundi ac carnis semper carere deliciis pro una hujusmodi nocte?

Scimus, o optima et perfectissima virgo Maria, quod carnem Filii tui non sensuali amore nec carnaliter diligebas, sed prorsus purissime: et tamen hanc naturali ac spirituali amore intense amabas. Hinc ex corporali contactu, deoscultatione, amplexu dilectissimi Filii tui, spiritualibus accendebaris affectibus, et ad deitatis Filii tui contemplationem elevabatur mens tua, mysteriumque incarnationis Filii Dei ex te factæ, ad memoriam sapientissime revocasti, beneficia desuper tibi exhibita attendisti: sicque ex horum recordatione, Omnipotentis ex te nato, imo toti superbeatissimæ Trinitati, præcordialissimas grates egisti ac obtulisti. Itaque in te, o divinissima ac purificatissima Mater, non habuit locum quod Unigenitus tuus suis dixit discipulis, amore aliquo sensuali adhuc circa ipsum detentis et affectatis:

A Nisi ego abiero, Paracletus non veniet ad vos. Joann. xv. 7.

O præamabilissima ac felicissima virgo Maria, cum quali devotione, cum quanta tranquillitate ac spirituali jucunditate transisti ad lectulum, amplexatura et deosculatura in ipso, non Joseph fabrum lignarium, sed Jesum puerum adorandum, totius mundi fabricatorem, cujus contactus te spiritualiter delectabat intense, purissime! Sic viri excellenter heroici Paulus et Antonius, Barlaam et Josaphat, Jacob quoque patriarcha et filius ejus Joseph, se invicem amplectentes deosculabantur, et spiritualibus cupitis amplexibus vix poterant satiari. O benedicta et præamanda Maria, quam modico somno eras contenta! quam altis considerationibus, quam ignitis affectibus, quam internis ac divinis exercitiis vacabas in lectulo, et sincerissime exultabas in tuo tibi præsentis infantulo, deliciosissimo speciosissimoque objecto!

ARTICULUS XXXIII.

De hilari mensa regis Messicæ ac ejus Genitricis virgineæ.

VENIAT dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum. De primitiva sancta Ecclesia in Jerusalem congregata scriptum est quemadmodum, recepto Spiritu Sancto, fideles illi sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis, collaudantes Deum. Quanto magis est credendum, quod beatissima ac Spiritu Sancto plenissima Maria cum Unigenito suo ablactato a lacte, avulso ab ubere, sobriissime sumpsit cibum cum gaudio spirituali et columbina simplicitate? Nonne deliciosum fuit spectaculum, sedere ad refectionem cum Unigenito Dei ac suo, et ex eodem cum eo vasculo cibum accipere et potare? Denique et id pie videtur credendum, quod humillimus et obedientissimus Filius ille mensam frequenter

paravit suæ dignissimæ Matri, apponenda A apposuit, removenda removit, sicut et postea dixit : Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Et sicut post cœnam suam novissimam hymnum et gratiarum actionem exsolvit, ita quotidie ad mensam creditur benedictionem dedisse et gratias retulisse. O Domina magna, o cœlestis Regina, cui vescenti Rex regum et Deus deorum convescitur et ministrat!

ARTICULUS XXXIV.

De corporali pulchritudine benedictæ et gloriosæ Mariæ.

QUAM pulchra es, amica mea, quam pulchra es! Credendum est talem et tam speciosam fuisse Mariam sanctissimam, ut summi astronomi scribunt nasci virginem in prima facie signi Virginis : utputa quod fuit virgo munda, puella immaculata, corpore speciosa, vultu venusta habituque modesta, ut patet ex dictis supra, vicesimo nono articulo. Denique, sicut auctorem naturæ, fontem pulchritudinis universæ, reparatorem corruptorum, atque deformatorem reformatorem, decuit nasci ex virgine inviolata, penitus incorrupta, sic et ex pulchra, prorsus immaculata.

Denique, in Scripturis commendantur personæ utriusque sexus de pulchritudine corporali, quæ bene et virtuose usæ sunt ea, præsertim quum et de ipsomet Domino Jesu Christo sit scriptum : Speciosus forma præ filiis hominum. Rebecca quoque, Rachel, Judith et Esther, de eximia pulchritudine in Scripturis laudantur. Similiter sacratissimæ virgines Catharina, Ursula, Agatha, Agnes, Barbara, Dorothea, Margareta, multæque aliæ, in suis Legendis de pulchritudine corporali laudantur. Hinc credendum censetur, cunctis illis virginibus præstantissimam hanc Mariam fuisse et esse etiam corporaliter formosiores.

Præterea, tanto plus commendatur quis-

que de mundi contemptu et virginitate servata, quanto ad ea quæ mundi sunt aptior, et ad carnis delicias appetibilior ex naturali dispositione esse videtur. Ut ergo serenissima virgo Maria de omnium mundanorum contemptu, et item de sua purissima castitate commendabilior esset, decuit eam esse prorsus pulcherrimam, et in cunctis naturalibus optime in suo genere dispositam. Etenim, sicut incontinentia vituperabilior est in deformibus, sic continentia laudabilior est in pulchris. B Siquidem speciositas apta sed rara est pudicitia comes.

Denique, de hac re scribit Albertus : Ordo est in rebus naturalibus corporibus-que humanis. Natura namque facit aliquid pulchrum, aliquid pulchrius. Ergo aliquid erit pulcherrimum secundum naturam. Natura enim habet terminum in quem potest, et non ultra. Aut ergo alicubi attinget terminum illum, aut nusquam : si nusquam, ergo deficient respectu operationum suarum, quod est contra Philosophum dicentem : Natura non abundat in superfluis, nec deficit in necessariis. Ergo natura habet alicubi suum summum. Corpus autem naturale quandoque formatur a causa et corpore naturali, ipsa natura operante naturaliter, immediate et per se. Aliquando vero corpus formatur Deo supernaturaliter operante. Ergo alicubi summum est in corpore humano, Deo operante ; et alicubi summum, natura operante. Et sicut natura operans est immediate sub Deo operante, similiter summum naturæ operantis est immediate sub summo Dei agentis. Quemadmodum ergo corpus Christi, quod Deus supernaturaliter per se ipsum formavit, est perfectissimum atque pulcherrimum in natura quod fieri potuit secundum statum viæ ; sic corpus beatissimæ Virginis ad hoc immediate ordinatum, fuit pulcherrimum secundum statum viæ quod natura per se operans facere potest. Ideo dicimus, quod sicut Dominus noster Jesus Christus fuit speciosus forma præ

Mariæ, q. xv.

P&XLIV, 3.

Luc. xxii, 27.

Matth. xxvi, 30.

Cant. iv, 1.

Ps. xlv, 2.

Gen. xxiv, 16; xxxix, 17; Judith viii, 7; x, 4, 14; xi, 19; Esther ii, 7, 15.

filiis hominum, sic gloriosissima Virgo **A** **speciosissima** atque pulcherrima fuit inter filias hominum, et quod ipsa habuit summum et perfectissimum in pulchritudine quod potuit esse in mortali corpore femineo secundum statum viæ, operante natura. Hæc Albertus.

Ex quibus consequens est, quod sacratissima virgo Maria fuit corporaliter pulchrior ipsa Esther, de qua legitur: Erat Esther formosa valde et incredibili pulchritudine, omniumque oculis gratiosa et amabilis videbatur; similiter quod pulchrior fuit quam Judith, de qua fertur in libro ejus: Erat eleganti adpectu nimis, et considerabant faciem ejus, et erat stupor in oculis eorum, et dicebant, Non est talis mulier super terram in adpectu, in pulchritudine, et in sensu verborum; item quod pulchrior fuit filiabus beati Job, de quibus recitatur: Non sunt inventæ mulieres speciosæ sicut filiæ Job in universa terra.

Præterea, juxta doctrinam Philosophi, pulchritudo corporis consistit in tribus, puta, in eleganti corporis quantitate, in congrua membrorum dispositione et proportionem ad invicem, et in vivido ac venusto superfuso colore. Idecirco in his fuit dignissima virgo Maria excellens post Filium suum. Nam et regulariter talis generat talem, tantus tantum, nisi error aut impotentia impediatur, aut per viam accidentis aliter fiat. Porro optimus color, ex albo et rubro est permixtus.

Præterea advertendum, quod corporalem optimæ Mariæ speciositatem mirabiliter venustabat pulchritudo moralis, in compositione atque facie morum et actu, apparatuque vultus et exteriori maturitate consistens: in quibus omnibus divinissima, probissima ac maturissima virgo Maria maxime præfulgebat. Interior quoque pulchritudo mentis suæ gratuita et supernaturalis fuit ita exuberans, quod miro modo radiavit in facie ejus, in actu moribusque forinsecus. Hinc Honorius anachoreta disseruit: Benedictæ

Virginis hujus totum corpus est rite venerabile, summo Creatori singulari prærogativa semper amabile, universis quoque angelis et hominibus incessanter honorabile. Totum etenim virginæ Matris corpus erat incomparabili pulchritudine speciosum, inæstimabili suavitatis dulcedine gratiosum, et omni habitudine sua in beneplacito Dei decenter et admirabiliter gloriosum. Tota etenim pulchra fuit, nec ulla in ea unquam macula exstitit. Omnis vigor, omnis intellectus ac sensus ipsius a Spiritu Sancto regebatur, a quo ipsa non per divisam, sed per integram gratiam replebatur.

ARTICULUS XXXV.

De præcipua bonitate harmoniæ et complexionis Mariæ dignissimæ.

QUÆ est ista quæ ascendit de deserto, *Cant. viii. 5.* deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Ex dictis constat, quod sicut beatissima virgo Maria fuit pulcherrima corpore, ita et nobilissima atque tenerissima complexionem. Imo decentissimum fuit ut optimæ esset complexionis, ex cujus substantia purissimisque sanguinibus accipiendum et formandum fuit corpus auctori naturæ et totius Domino creaturæ hypostaticè uniendum: sicut et corpus illud oportuit esse in omni dispositione et complexionem præclarum et optimum.

Insuper, molles ac teneri carne, apti sunt mente ac indolis bonæ; complexionisque bonitas ad scientiam ac virtutes disponit. Decuit autem electissimam Virginem, æternæ Sapientiæ Matrem, esse ingeniosam, docilem, indolisque præclaræ, et ad omnium perfectionem virtutum aptissimam: idecirco post Christum præclarissimæ fuit complexionis, atque ex naturali dispositione, quieta, modesta, mitis, pudica et taciturna.

Amplius, quum similitudo sit causa amoris, inter eos qui in complexionem et moribus multum conformes sunt, major

Esther ii, 15.

Judith viii, 7; x, 14; xi, 19.

Job xlii, 15.

Cant. ii, 7.

Cant. viii, 5.

ac naturalior solet esse dilectio. Idcirco inter Christum et virginem ejus Matrem decuit esse complexionem simillimam, quemadmodum et amorem non solum infusum, sed etiam naturalem ac præcipuum. Insuper, eorum qui in complexionis bonitate atque ingenitæ indolis præclaritate magis communicant, dulcior et convenientior cohabitatio et conversatio exstat. Cohabitationem autem et conversationem Filii Dei ac ejus præstantissimæ Genitricis in sæculo isto, oportuit suavissimam convenientissimamque existere. B

Idcirco in harmoniæ æqualitate benedicta et serenissima virgo Maria fuit suo simillima Filio.

Amplius, sicut nobilissima exstitit Christi complexio, sic decuit eum proportionato lacte in sua foveri infantia. Lac ergo virginalium uberum Deiferæ Matris, optimæ fuit dispositionis : quod eminentiam exigit bonæ complexionis.

Ideo Virgo hæc unica, per quam reparata et reformata sunt universa, quæ Deum conceptit naturæ, fuit in suo sexu omni naturali perfectione sublimiter decoranda. Nec decuit tenerrimum ac nobilissimæ complexionis infantulum ac puerum Jesum contrectari et educari, amplecti, osculari, constringi, nisi a matre virginea, in naturalibus atque gratuitis elegantissime perornata, de qua ipse in Canticis verissime contestatur : Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. Et enim a planta pedis usque ad verticem capitis, nil penitus fuit in ea, neque in anima neque in corpore, indecens, reprehensibile, indecorum : imo totum fuit divinæ sapientiæ circino formatum, pulcherrime circumcisum ab omni superfluitate, plenissime ac speciosissime operatum. Nempe, sicut Christi humanitatem, propter ejus personalem cum Deo unionem, decuit omni perfectione naturæ et gratiæ in termino excellentiæ præfulgere ; ita ipsius Genitricis personam post Unigeniti sui humanitatem oportebat in omnibus sic ornari, quoniam post hypo-

A staticam cum Deo conjunctionem, non est alia Deo tam vicina ut unio Matris Dei cum Deo Filio suo.

ARTICULUS XXXVI.

An aliquis supernaturalis atque sensibilis splendor in beatissimæ Mariæ apparuerit vultu, suavitatisque odor in sacratissimo corpore ejus.

P*PULCHRA es, amica mea, suavis, et decora sicut Jerusalem.* In libello de Ortu et vita benedictæ Mariæ apocrypho, recitatur quod quum esset trium annorum, tam maturo gressu ambulabat et perfectissime loquebatur, quasi triginta esset annorum ; ita orationibus insistebat, et facies ejus splendebat, ut vix posset in ejus vultum quisquam intendere. Sed hæc apocrypha reputantur : quantum, ut tactum est supra, credibile æstimetur, quod usus rationis fuit anticipatus in ea, et quod supernaturaliter roborabatur corpore et anima ad divina obsequia. art. xii.

Denique, dispositio cordis relucere solet in vultu, præsertim in oculis. Propter quod in Proverbiis Salomon protestatur : Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. In Ecclesiastico quoque legitur : Ex visu cognoscitur vir, et ab occurso faciei cognoscitur sensatus. Hinc in Ecclesiaste habetur : Sapientia hominis lucet in vultu ejus. Itaque, quod amabilissima et gratiosissima virgo Maria adhuc infantula et adolescentula abundantioribus divinorum charismatum infusionibus fuit præventa, eo hæc ipsa exuberantia magis in ejus refulsit vultu ac visu ; et quo quotidie in omni gratia et virtute, in omni luce contemplationis theoricæ, in mysticæ theologiæ splendore, in puritate interna et sanctitate angelica excellentius copiosiusque profecit, eo interior illa cœlestis ac divina sinceritas luminosa evidentius in sacratissimæ Mariæ

Cant. vi, 3.

art. xii.

Prov. xxvii, 19.

Eccli. xix, 26.

Eccle. viii, 1.

Cant. iv, 7.

facie apparebat, atque (ut quidam etiam magni dicunt doctores) visibiliter radiabat. Verumtamen moderatōne divina reor radiationem hujusmodi fuisse temperatam, ut conversationi hominum esset portabilis, et ne excellentia ejus ante tempus opportunum nimium panderetur.

Denique, de multis sanctis legitur Patribus, quod vultum prætendebant ac deferebant angelicum, et splendida quadam venustate ornabantur in facie, per quod ab intuentibus sancti esse sunt agniti : qui et vicissim visi sunt igneum lucifluumque gerere vultum ; quumque a secreto contemplationum et fervore orationum suarum progredierentur in publicum, videbantur roseo quodam colore divinoque lumine esse perfusi. Cur non talia multo excellentius liceat de sanctissima, illuminatissima et gratiosissima suspicari Maria, quæ præ universis frequenter rapta fuit in divitias gloriæ Dei, atque in super-splendidissimæ Deitatis absorpta abyssum?

Præterea, quidam Patrum sanctorum tam abstinentissime ac sobriissime leguntur vixisse, quod sancta eorum corpuscula adhuc in terris animata et conversantia, dulciter redolebant. Similiter castitatis perfectæ fragrantia potest redundare in corpus. Cur igitur non putetur credibile, quod mundissima atque virginea virtuosissimæ Virginis caro supercastissima, quæ nec in cibo nec in potu unquam excessit (quod Patribus, quantumvis sanctis, non convenit), dulcem sit sortita odorem, præsertim quia et optimæ fuit complexionis, ordinatissime quoque et valde naturaliter semper vixit? Insuper, ex assiduo divinæ Proles contactu et deportatione ejus in utero exstitit vehementer deificata ; et quæ universæ suavitatis Fontem, datorem et causam tot mensibus tulit in ventre, tot annis contrectavit, fovit, amplexa est, potuit utique non mediocrem inde contrahere mentis corporisque dulcedinem, poteratque dulcedo interior redundare ac odorari in corpore. Nempe, ut optime dixit

Ambrosius, incomprehensibilis Filius incomprehensibiliter operabatur in Matre.

Amplius, præactam hanc luminositatem ac redolentiam virgineæ carnis gloriosæ Mariæ, post Filii sui ascensionem et Sancti Spiritus missionem auctas fuisse opinor : quatenus Filio plene glorificato in cælis, Mater quoque munditiæ clarificationem quamdam paulatim sortiretur in terris, et sanctitatis ejus sublimitas intuentibus innotesceret cunctis, ad Omnipotentis honorem intuentiumque ædificationem. Hinc merito creditur, ex solo sanctissimæ Mariæ intuitu plurimos Judæorum atque gentilium fuisse compunctos, attonitos, et conversos.

ARTICULUS XXXVII.

In qua ætate gratiosissima Virgo concepit Christum.

SOROR nostra parvula est, et ubera Cant. viii. 8.
non habet : quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Dixerunt quamplures, etiam eruditi, quod sacratissima Maria circa quintumdecimum suæ ætatis annum conceperit Dei Filium. Porro Albertus circa hoc argumentatur, et verius opinatur, quod in ea concepit ætate qua perfecta fuit corporis statu et quantitate, et quod circa eandem fuit desponsata ætatem. Et inter cetera argumentatur sic : A corpore beatissimæ Virginis formabatur corpus Christi perfectissimum secundum naturam : quia ex corpore tali formatur corpus tale, et ex magis tali, magis tale. Corpus autem perfectissimum non est secundum naturam ante statum viginti quinque annorum : ergo corpus beatissimæ Virginis debuit esse ad minus viginti quinque annorum dum Christum concepit. Itaque, supponendo quod in beatissima Virgine fuit omnis congruentia, tam ex parte naturæ quam ex parte gratiæ, ad hoc ut Mater Dei fieret, credimus quod Deum concepit tali ætate qua perfecta fuit statu corporis Mariale, q. xiv.

et quantitate, et quod circa eandem quantitatem ætatis fuit desponsata, tanto temporis spatio dempto, quanto sponsalia matrimonium solent præcedere, duorum videlicet mensium. Hæc Albertus.

Cujus non obstantibus dictis, verius puto, quod Virgo dignissima circa quintumdecimum conceperit annum. Nec argumentatio ad oppositum introducta concludit, quum et experientia doceat, ex juvenculis nondum sædecim annorum nasci frequenter magnos atque fortissimos viros. Et dato quod hoc secundum naturam fieret, tamen in gloriosa et benedictissima virgine Maria aliter fieri potuit et congruebat: quia in ea totum fuit supra naturam, et ipsa a Spiritu Sancto virtutem conceptivam et generativam accepit. Denique, Judæi connubia filiarum suarum non consueverunt differre tam diu; atque (ut tactum est supra) dulcissima ac piissima virgo Maria in templo fuit oblata, impletoque tempore quo virgines in templo deservientes consueverunt desponsari, felicissima Virgo cum ceteris de templo in sua remissa est ac desponsata. Istud etiam consonat expositoribus quibusdam, super illud Cantico- rum, Soror nostra parvula est et ubera non habet, dicentibus quod electissima virgo Maria in tenera ætate Filium Dei concepit.

ARTICULUS XXXVIII.

Quod ea quæ de incarnatione Filii Dei et excellentia sanctissimæ Mariæ assertimus, deitati non derogent.

Ephes. II, 4, 5. **D**EUS qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, quum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cujus gratia estis salvati. Filius hujus sæculi, perfidis hæreticis Judæis, Sarracenis, ac ceteris filiis perditionis a lumine fidei alienis, visum est Deo esse injuriosum, ac ejus excellentiæ, perfectioni et gloriæ derogare, quod dicimus Unigenitum Dei, ve-

rum Deum, temporaliter conceptum et natum ex muliere, jacuisse in ventre immunditiis naturalibus non carente, circumcisum, passum et crucifixum fuisse, atque tam viles denominationes sortitum, ac per materni uteri portam egressum. Hinc quidam hæretici, ut Ebion et Helvidius, negaverunt eam virginem esse. Alii, ut Cerinthus, Photinus, Dioscorus, asseruerunt eam non Deum, sed purum hominem peperisse. Alii finxerunt eam genuisse quidem deum, sed non verum Deum, ut Arius et Eunomius, affirmantes Christum esse puram creaturam, et tamen cœli ac terræ creatorem. Alii mentiti sunt eam non hominem verum sed phantasticum generasse, ut Manichæus. Alii blasphemantes, dixerunt Filium Dei nihil ex ipsa sumpsisse, sed per ipsam tanquam per aquæductum dumtaxat transisse, ut Valentinus.

Verum hos omnes damnat catholica fides. Et utique vitiosa fuerunt caligine excæcati, non intuentes sincere quid abhorreat, quid diligat Deus. Nonne ipse ubique vere est præsens, et omnia penetrat, et ipsas illabitur rerum essentias, estque intimior atque vicinior cunctis quam essentialis pars suo toti? Non ergo naturales immunditias materialesve sordes, sed vitiorum abhorret impuritates, spiritualesque maculas, gratiæ ac virtuti contrarias. Porro, carnem humanam rationi obedientem, castitate ornatam, virtuosorum actuum instrumentum, tanquam hostiam sanctam acceptat, et tanquam templum suum inhabitat, sicut ait Apostolus: An nescitis quoniam membra vestra tem- 1 Cor. VI, 19.
plum sunt Spiritus Sancti? Itemque: Glorificate (inquit) et portate Deum in corpore vestro. Videmus quantis miraculis mirificet et honoret Sanctorum reliquias. Si ita honorat mortua corpora, quantum adhuc animata, et sanctis exercitiis dedita, amat et veneratur? Ea vero quæ ex naturali institutione ac divina ordinatione habemus, non spernit; ac pure naturalia, seu corporaliter tantum immunda, non Ibid. 20.

detestatur : imo, quo femina est sexu A
fragilior ac natura infirmior, eo si sancte, B
caste et spiritualiter vixerit, gloriosior est
coram Deo, victoriosior, ac cœlesti sponso
acceptior.

Munda igitur acie mentis intuenda sunt
ista ; et sacratissimam spiritualissimam-
que Mariam cum debita reverentia ac
munditia contemlemur, mysteria quoque
Christi. Vere namque dixit Apostolus :
TIT. 1, 15, Omnia munda mundis ; coinquinatis au-
16. tem et infidelibus nihil est mundum, sed
inquinatæ sunt eorum mens et conscien- B
tia : confitentur se nosse Deum, factis
autem negant.

Præterea, sic Deum credimus incarna-
tum, et ex Virgine natum, atque in assum-
pta humanitate circumscriptum, ut dei-
tatem ejus seu divinam naturam fateamur
æternaliter invariabilem, invariata, illi-
mitatam, impassibilem, immortalem. Hinc
nasci ex virgine, educari, crescere, pati,
crucifigi, sepeliri, circumscribi, ac con-
similia, competunt ipsi ratione naturæ as-
sumptæ, absque injuria et derogatione,
mutatione ac læsione propriæ deitatis et
assumentis personæ in propria sua natura.
Imo, in benedicta Verbi æterni incarna-
tione, in ejus mundissima ex illibatissima
atque sanctissima Virgine nativitate, in
ejus salutifera passione, infinita bonitas
ejus, pietas, caritas, dignatio, liberalitas,
omnipotentia, sapientia, justitia, ineffabi-
liter, pulcherrime, profundissime et evi-
dentissime repræsentantur, relucent, com-
mendantur, contemplarique valent, prout
hoc supra est tactum, et alibi clarius de- art. xv: cf.
monstratum. Ad laudem et gloriam Omni- p. 34 C.
potentis, qui est super omnia Deus su-
blimis et benedictus. Amen.

DE

www.libtool.com.cn

DIGNITATE ET LAUDIBUS

B. V. MARIE

LIBER SECUNDUS

DE EXCELLENTIA SAPIENTIE, SCIENTIE ET PRUDENTIE
SANCTISSIME ANIMAE VIRGINIS MARIE.

PROCEMIUM.

SAPIENTIA ubi invenitur? et quis est locus intelligentie? Job xxviii, 12.

Sapientiam aliquid nobilissimum esse, constat ex eo quod ipsemet Deus in Scripturis frequenter Sapientia nominatur. Ipse est enim Sapientia increata, æterna, immensa : a qua omnis sapientia, omnis scientia, omnis veritas quæ ipse non est, fontaliter manat. Rursus, sapientiam esse dignissimum quiddam, hinc patet quod sapientia Dei Patris Christus Dominus, in

1 Cor. i, 21. B actu sapientie beatitudinem nostram consistere, imo actum sapientie beatitudinem nostram esse disseruit, loquendo ad Patrem :

Joann. xvii, 3. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. Et quoniam similitudo est causa amoris, fons sapientie Deus altissimus neminem diligit, nullum amat aut approbat nisi sapientem, id est salutarem sapientiam (quæ est donum Spiritus Sancti) habentem, juxta illud Sapientie : Neminem diligit Deus, nisi eum C Sep. vii, 28. qui cum sapientia inhabitat. Unde de carentibus luce sapientie hujus scriptum

A est : Quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. Baruch iii, 28.

Hinc unigenitus Filius Dei ad hoc venit in mundum hunc, ut sapientiam hanc nobis communicaret, atque ad ejus nos induceret actum, hoc est ad salubrem Deitatis notitiam, prout in prima sua Canonica sanctus fatetur Joannes apostolus : Scimus (inquiens) quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus Deum verum. Denique, hoc est quod tempore passionis stans ipse omnium Judex coram

Joann. vii, 20. B judice homine dixit : Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Hinc ait Gregorius : Angelorum hominumque naturam ad cognoscendum se Dominus fecit. Voluit equidem nos sue beatitudinis esse participes. Ejus autem beatitudo immensa ac æternalis, quid aliud est nisi sui ipsius plena, perfecta et comprehensiva cognitio, ad quam participandam nos condidit? Cujus participatione ei excellentissime assimilatur rationalis intellectualisque creatura, prout in prima sua epistola sanctus testatur Joannes : Carissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quod erimus ;

1 Joann. iii, 2.

scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ideo universorum Creator jussit ut ei in vita præsentī conformari per sapientiam et virtutes conemur, quatenus vitæ hujus finito curriculo, ad plenariam illam ipsius conformitatem beatificam perducamur.

Ad recuperandam, promerendam et dandam nobis beatitudinem istam, æterna et increata ac ingenita Dei Patris Sapientia, Verbum æternum, Unigenitus Dei, dignatus est fieri homo et filius virginis, atque inter homines conversari : quatenus per assumptam ex benedicta ac gloriosissima Virgine humanitatem nos informaret, redimeret et salvaret. Qui de suis mysteriis suaque deitate eam potissime et in primis instruxit, et salutari hanc sapientia gratiosissime adimplevit, quam ab æterno sibi prælegit in matrem.

Joann. 1, 14.

Baruch 1, 28.

De cujus præclarissimæ et in æternum dulcissimæ Virginis laudibus, quia in primo est tractatum libello quantum ad ea quæ ad tantæ Virginis sacratissimum ac deificatum potissime spectant corpusculum, nunc in secundo isto tractatu restat disserere de ejusdem Virginis glorificandæ præconiis ad sincerissimam atque mundissimam ejus pertinentibus mentem, hoc est de sapientia et scientia, de prudentia, arte et industriis ejus, de altitudine contemplationum ipsius, et de quotidiano profectu ejusdem in omnibus istis ; atque in primis præmittenda sunt aliqua de eminentia ejus puritatis, et de plenitudine gratiæ ejus.

ARTICULUS PRIMUS.

Qualiter intelligendum sit verbum S. Anselmi, dicentis optimam piissimamque Mariam tanta puritate resplenduisse, quod major sub Deo intelligi nequit.

Ps. XLIV, 12.

CONCUPISCET reæ decorem tuum. Certum omnino est, decentissimum exstitisse ut Deus puritatis immensæ, qui

essentialiter et incircumscribibiliter sanctus est ac sanctitas infinita, non nisi ex purissima virgine nasceretur : et sicut humanitatem a Verbo æterno hypostatice assumendam decuit tanta plenitudine gratiæ, sapientiæ, virtutum, donorum, imo et beatificæ visionis, ornari ac adimpleri, quod rationalis creaturæ capacitas capere plus nequivit ; sic et felicissimam illam Puellam a Verbo æterno ac adorando in veram matrem præelectam ac assumendam, decuit tanta puritate ac decorari, quod post humanitatem Christi non potest rationali aut intellectuali creaturæ major puritas convenire, inesse aut condonari.

Verum ex hoc verbum illud Anselmi videtur non posse salvari. Si enim, imo quia puritas humanitatis Christi exstitit major et ineffabiliter major puritate Virginis benedictæ, non splenduit ipsa tanta puritate, quod sub Deo major nequit intelligi, quum major ea sub Deo sit, et esse noscatur in Christi humanitate. Ex eadem ratione videtur verum non esse quod ait Albertus, tantam fuisse sacratissimæ Virginis puritatem, quod pura creatura majoris puritatis capax esse nequiverit : quum Christi humanitas pura creatura existat, cujus caro fuit et est purior ac sanctior carne dulcissimæ Virginis ; anima quoque illius purior exstat et sanctior præstantissimæ Virginis anima.

Insuper, excellentissima virgo Maria fuit viatrix, et quamdiu hic vixit in corpore, profecit quotidie : ergo dum Filium Dei concepit ac peperit, non nitebat tanta puritate ut postea. Amplius, ipsa in die sancto Pentecostes cum gloriosis Apostolis accepit Spiritum Sanctum, nec dubium quin copiosius quam quisquam illorum : ergo tunc vehementer crevit in puritate et in omni sapientia ac virtute. Insuper, major et præclarior facta est puritas Matris totius munditiæ, quando de via et fide ad patriam ac speciem seu beatificam visionem perducta est : quia ex tunc ineffabiliter clarius contemplata est super-

beatissimam Trinitatem. Non ergo in vita A nem in originali non esse conceptam. hac tanta nituit puritate, quod sub Deo major non valet intelligi.

Præterea, juxta divini Dionysii documenta, supremum ordinis inferioris cum infimo superioris ordinis magnam habet convenientiam, non tamen attingit illius perfectionem seu dignitatem. Quum ergo præclarissima virgo Maria fuerit in hoc mundo viatrix, quamvis altissima, non tamen videtur existens in terra ad infimi puritatem angeli pervenisse, præsertim quum Sancti in patria propinquius atque B limpidius increato lumini ac fonti munditiæ sint uniti quam viatores.

Ahuc autem, quum puritas Creatoris in infinitum sit major omni puritate creata, possunt inter puritatem Dei et Virginis beatissimæ puritatem innumerabiles gradus puritatis imaginari sive intelligi. Deus quoque, quum sit illimitatæ ac prorsus infinitæ potentiæ, potest omni creata forma perfectiorem producere. Potuit item gloriosissimæ Mariæ vitam in hoc sæculo prolongare : quo facto, profecisset in puritate. Cui et tantam poterat puritatem adjicere, quantam habuit Petrus aut Paulus. Non igitur ad summum puritatis gradum sub Deo pertigisse videtur.

Multa in hunc modum objici queunt, quæ id potissime exigunt, ut declaretur qualiter præinductum Anselmi verbum sit intelligendum.

Quocirca pensandum, quod auctoritas hæc Anselmi a diversis, variis modis exponitur. Quidam namque exponunt dicentes, quod puritate seu sanctificatione Mariæ major nequit intelligi sub Deo, et sub Christo qui Deus est : quoniam Christus fuit sine originali peccato conceptus, et Virgo beata, quamvis in originali concepta, secundum istos, tamen ab illo mox fuit purgata, non quidem eodem instanti quo anima ejus fuit creata, sed cito post hoc. Hæc autem responsio superficialis videtur, et eis præsertim non placet qui affirmant, et bene, beatissimam Virgi-

nem in originali non esse conceptam.

Porro alii plenius dicunt, quod sacratissima Maria fuit in utero sanctificata per gratiam singularem, quæ removet et abstulit culpam originalem et pronitatem peccandi non solum mortaliter, sed venialiter quoque. Et addunt, quod tres fuerunt sanctificationes Matris Christiferæ. Prima sanctificatio ejus fuit in utero matris, tres habens effectus, videlicet, originalis culpæ expiationem, et gratiæ infusionem, ac tantam fomitis restrictionem quod non posset in aliquod duci peccatum, quamvis secundum essentiam remaneret. Secunda sanctificatio Virginis gloriosæ fuit in Spiritu Sancti obumbratione et Filii Dei conceptione : quæ tribus præmissis effectibus superaddidit duos, puta omnimodam fomitis extinctionem et confirmationem in bono. Itaque, prius poterat tantum non peccare, jam non posset peccare. Tertia sanctificatio ejus fuit in Filii Dei inhabitatione, qui novem mensibus in utero Virginis mansit : quæ sanctificatio cunctis prædictis duos effectus addebat. Unus fuit, quod omnes dispositiones fomitis abstulit : sicut interdum morbus curatus est, et tamen aliquæ ejus reliquiæ manent curandæ. Secundus fuit consecratio seu dedicatio sanctissimæ Virginis ad divina præcise : ita quod etiam usus humanis seu mundanis licitis, utputa matrimonialibus, impossibile esset eam aptari, quia tunc non solum mens ejus, sed etiam corpus luce Deitatis resplenduit.

Itaque, ex prima sanctificatione, benedictissima virgo Maria excellebat puritate omnes baptizatos, in quibus fomes non in tantum restringitur quin in eis remaneat pronitas mortaliter venialiterque peccandi. Ex secunda sanctificatione excellebat puritatem Adæ quam habuit ante lapsum, quia in statu innocentiae non fuit confirmatus in bono. Per confirmationem quoque illam angelos excellebat : qui quamvis confirmati in bono, tamen nec crescere possunt in præmio substantiali,

quemadmodum neque decrescere; beatissima autem Maria proficere potuit, non deficere. Denique, in puritate sanctificationis quam sortita est ex superventione Spiritus Sancti et ex præsentia Dei, omnem etiam excellit creaturam. Quum etenim esse Matrem Dei, sit suprema dignitas quæ puræ potest creaturæ communicari, oportet gratiam ad hoc disponentem esse majorem omni gratia puræ creaturæ concessa.

Hæc secundum horum positionem sint tacta: quæ item displicet eis qui amatissimam Dei affirmant non esse in originali peccato conceptam. Aliqua quoque continentur in horum positione quæ transilivi, quia aut veritate aut certitudine carent: imo et quædam eorum quæ secundum hos dicta sunt, patiuntur instantiam.

Mariale,
q. cxxxix.

Porro Albertus in libro suo de Laudibus felicissimæ Virginis super his loquitur: Hæc puritas Dominæ nostræ est ab originali peccato, non dico distantia, sed segregatio, et ad primam increatamque lucem, quantum possibile est puræ creaturæ, deiformis approximatio. Unde secundum rem, nihil est aliud puritas ista nisi peccati originalis deletio, fomitisque extinctio, et gratuitarum virtutum ultimatio, id est summa et ultimata perfectio. Concedimus etiam, quod in beatissima Virgine secundum statum viæ fuit gratia deiformior quam in angelis: et hoc dico quantum ad substantiam, id est essentiam gratiæ, non quoad actum seu operationem ipsius, quemadmodum et de caritate ejusdem dicendum est. Dicimus item, quod hanc puritatem in summo quatuor gradibus ascendit beata Virgo. Primo enim purificata fuit per sanctificationem suam in utero; secundo, in virtutum exercitio; tertio, in Spiritus Sancti superventione; quarto, in Filii Dei conceptione. — Hæc Albertus. Qui etiam in his verbis præsupponit Mariam dignissimam in originali conceptam. De qua re ex rationabili supersedeo causa.

Porro ad principale respondendo quæsitum, reor dicendum, quod puritas beatissimæ concessa Mariæ in sæculo isto exstitit tanta, quod nulli creaturæ puræ in esse creato subsistenti concessa est major, imo neque æqualis: per quod solvitur quod de humanitate seu anima Christi objicitur. Illa quippe quamvis in se pura fuerit creatura, non tamen unquam fuit subsistens in esse creato, sed eodem momento fuit producta atque ad hypostaticum esse Verbi æterni assumpta et in illo suppositata.

Præterea, considerata infinita dignitate et excellentia Christi secundum suam deitatem ex una parte, et declivitate ac nihilitate beatissimæ Virginis quam habuit ex se ipsa ut creatura ex nihilo facta, talis et tanta fuit puritas et sanctitas ejus, quod non decuit puræ creaturæ in esse creato subsistenti dari majorem, nec parem: imo in tantum puritas ejus ac sanctitas, omnium ceterarum rationalium ac intellectualium creaturarum puritatem et sanctitatem excessit, præsertim quantum ad habitum atque essentiam et acceptionem puritatis et gratiæ, sapientiæ ac virtutum et donorum, quantum in his decuit Matrem veri Dei ministris ejus præferri. Verum tamen actualis contemplatio actualisque fervor dilectionis non erant in ea tam excellenter, saltem continue, quemadmodum in Beatis Deo indesinenter fruentibus. Nihilo minus contemplatio et dilectio sacrosanctæ Mariæ quibus in hac vita contemplabatur diligebatque Deum, fuerunt Deo ita acceptæ, tamque efficaces, virtuosæ, pretiosæ ac meritoria, quod per eas promeruit ad eminentiorem et clariorem Deitatis contemplationem, ardentiorum quoque et perfectiorem ipsius dilectionem et fruitionem promoveri in patria, quam aliquis Sanctorum aut Beatorum habet in regno illo cœlesti. Et per hæc patet ad cuncta objecta solutio.

De quotidiano autem et indesinenti dulcissimæ Mariæ profectu in omni gratia, virtute et dono, infra dicetur.

ARTICULUS II.

Qualiter plenitudo gratiæ inerat
Virgini gloriosæ.

Luc. 1, 28. **I**NGRESSUS angelus ad Mariam dixit : Ave, gratia plena. Multi theologi tradunt, gratiam gratificantem seu gratum facientem, realiter esse distinctam a caritate et alia quacumque virtute. Et juxta horum doctrinam, dicendum quod suavissima virgo Maria fuit plena gratia gratificante habituali, perficiente essentiam animæ ejus, atque ponente eam in esse supernaturali, deiformi, ad promerendum idoneo.

Ibid. 15. Sunt autem diversi atque multiplices plenitudinis gradus. Siquidem de beato et magno Joanne, ut nondum nato ex utero, Gabriel sanctus prædixit : Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. De quo certum est quod postea multo plenior factus est gratia, et usque ad ultimum vitæ suæ in hoc sæculo diem crevit in gratia. Similiter de Apostolis scriptum

Act. 11, 4. est : Repleti sunt omnes Spiritu Sancto. De quibus id patet, quod ex die repletionis illius quotidie profecerunt in caritate et gratia, et in donis ceterisque virtutibus. Sic itaque electissima virgo Maria in matris suæ utero multo copiosius fuit repleta Spiritu Sancto et gratia, quam S. Joannes Baptista. Atque ex eo quo uti cœpit ratione assidue, crevit quoque quotidie in gratia, sapientia et virtute : sicque ex jugi exercitatione interna, facta est ingenti gratia

Luc. 1, 28. plena, quando ad eam missus Gabriel angelus dixit : Ave, gratia plena. Nec tamen tunc gratia fuit ita plena quin mox replenda fuit gratia ineffabiliter ampliori, caritate majori, omnique virtute ac dono exuberantiori, per incrementa, augmenta seu profectus et completiones illorum, atque per additamenta seu adjectiones quorundam supernaturalium divinorum charismatum. Unde angelus dixit ad eam : **Ibid. 25.** Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

A Insuper, in salutatione illa angelica, per gratiam potest intelligi congeries univrsarum virtutum infusarum et gratuitarum ac septem donorum, una cum gratia gratum faciente, et beatitudinibus octo, atque duodecim fructibus Spiritus : quibus omnibus Maria piissima plena tunc fuit quantum ad suum pertinuit statum. Verum, in superventione Spiritus Sancti et conceptione Filii Dei, aucta sunt vehementer in ea omnia ista superna charismata, deinde in tam diuturna deportatione divinæ adorandæque Prolis in utero, postea quoque quotidie usque ad horam suæ felicissimæ assumptionis, præsertim in die celeberrimo Pentecostes, quando cum ceteris in cœnaculo congregatis, præ omnibus illis abundantissime Spiritum Sanctum accepit, prout hæc infra plenius exponentur.

C De hac plenitudine gratiæ Mariæ dignissimæ, scribit Henricus de Hassia : Ave, Maria, gratia plena : plena totaliter, plena permanenter, plena supereffluenter ; plena, inquam, gratia plenitudinis omnium virtutum, certitudine credendarum omnium veritatum, gratia illustrationis propheticæ, contemplationis excellentissimæ, gratia optimæ compaginis naturalis, singularissimæ pulchritudinis corporalis, decentissimæ habitudinis moralis : quoniam omnium artifex Deus ad ipsius formationem in utero supernaturaliter concurrens, Filio suo dignum habitaculum fabricaturus, eam intrinsecus omnium gratificantium charismatum et dignificantium habituum plenitudine adornavit, ut etiam in exteriori ejus effigie gratia divina tam copiose efficaciterque luceret, quod ejus adspectus carnalium æstus exstingeret, peccatorum corda compungeret, mundanorum hominum desideria ad cœlestia elevaret, speculumque munditiæ universis consisteret contra peccata. Implevit eam Deus in ventre, præsentia inhabitantis Divinitatis ; in corde, gratia caritatis ; in ore, gratia affabilitatis ; in manibus, gratia misericordiæ et largitatis ; gratissima

quoque maturitate, in gressu; in vultu, pudicissima puritate; in intellectu, prudentia; in cogitatu, munditia; modestia, in auditu; temperantia, in affectu; verecundia, in adspectu; atque in omni sensu et corporis gestu, relucentia virtutum præcipua. Hæc Henricus.

Præterea, ad intelligendum lucidius qualiter plenitudo aliter competat Christo, aliter Virgini benedictæ, pensandum quod in tertia parte Summæ suæ S. Thomas conscribit: Plenitudo (inquiens) gratiæ attendi potest dupliciter: uno modo ex parte gratiæ; alio modo ex parte habentis gratiam. Ex parte gratiæ dicitur esse plenitudo ex eo quod quis pertingit ad summum gratiæ gradum, et quantum ad ejus essentiam et quantum ad ejus virtutem, quia videlicet habet gratiam et in maxima excellentia qua potest haberi, et in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus: et talis gratiæ plenitudo est propria Christo. Secundo attenditur plenitudo gratiæ ex parte subjecti, quando aliquis habet plene gratiam secundum suam conditionem: sive secundum intensionem, prout gratia est in eo intensa usque ad terminum ei præfixum a Deo, juxta illud, Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi; sive etiam secundum virtutem, in quantum habet facultatem gratiæ ad omnia quæ pertinent ad suum statum sive officium. Et talis gratiæ plenitudo non est propria Christo, sed aliis communicatur. Sicque beata Virgo dicitur gratia plena, non ex parte gratiæ, quia non habuit gratiam in excellentia summa qua potest haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, quum horum utrumque Christo sit proprium; sed dicitur gratia plena, quia habebat gratiam sufficientem ad statum ad quem erat electa divinitus, ut scilicet esset Mater Dei. — Insuper, in eadem Summa, quæstione vicesima septima, testatur: Illos quos Deus ad aliquid elegit, ita præparat ac disponit, ut ad id ad quod eliguntur, inveniantur idonei. Ideo

A tanta Mariam gratiæ plenitudine decoravit ut decuit eam ornari ad hoc, secundum moderamen sapientiæ: et sicut beata Virgo præ ceteris Christo fuit propinquior, sic ad plenitudinem gratiæ Christi amplius propinquavit. Et erat triplex perfectio gratiæ in ea: una quasi dispositiva ad hoc quod fieret Mater Dei; alia ex præsentia Filii Dei in ejus utero incarnati, et hæc fuit major quam prima; tertia fuit in ejus glorificatione, quando conjuncta est ultimo fini per gratiam consummatam.

Præterea, de plenitudine gratiæ Virginis venerandissimæ scribit Albertus in libro de Laudibus ejus. Beatissima Virgo gratia fuit plena: primo, quoniam omnes gratias generales et speciales omnium creaturarum in summo habebat; secundo, quia et illas gratias habuit a quibus omnis creatura vacua fuit; tertio, quoniam ejus gratia tanta fuit, quod pura creatura non fuit majoris gratiæ capax; quarto, quoniam increatam gratiam, quæ Deus est, totam in se continuit. Hæc Albertus prolixè declarat, et sane intelligenda sunt, quum certum sit capacitatem animæ Christi majorem gratiam suscepisse quam fuit gratia Mariæ dignissimæ. Verum, ut tactum est, non decuit puræ creaturæ in esse creato subsistenti gratiam conferri majorem quam Virgini Matri Dei electæ, imo nec gratiam ei æqualem, sed valde minorem.

Denique, sicut ponitur natura naturans, videlicet Deus auctor naturæ, et natura naturata, id est a Deo instituta et facta: sic, juxta verba Alberti præacta, est gratia increata, quasi gratia gratians, id est omnem gratiam creatam producens, et est ipsa pietas seu misericordia Creatoris (de qua gratia potest intelligi, quod plenitudo gratiæ dicitur se Mariæ dulcissimæ totam atque totaliter infudisse, utputa Filius Dei in uterum ejus descendens, et ex ea carnem assumens); alia appellatur gratia gratiata, hoc est producta, causata, infusa.

Mariæ.
q. cxxiv.

art. præced.

ARTICULUS III.

De excellentia doni sapientiæ gloriosissimæ virginis Mariæ.

Sap. vii, 27.

SAPIENTIA in animas sanctas se transfert. Sanctorum Patrum et catholicorum doctorum doctrina est, septem dona Spiritus Sancti inseparabiliter esse caritati conjuncta; et quanto quis in caritate divina exstat perfectior, tanto in dono sapientiæ eminentior esse censetur. Ideo, sicut suavissima virgo Maria fuit in Dei amore inæstimabiliter fervens præ ceteris Sanctis et viatoribus universis, ita in sapientia quæ est donum, præ omnibus excellentissima fuit.

Porro septem dona Spiritus Sancti sunt habitus supernaturales infusi, per quos mens creata fit prompte docilis, mobilis ac dirigibilis a Spiritu Sancto; perficiuntque dona hæc ipsas theologicas tres virtutes, expediendo, habilitando et promptificando eas ad exeundum in actus ipsarum. Itaque per donum sapientiæ cognoscit et contemplatur mens Deum et ea quæ Dei sunt cum gustu interno, et discernit ea ab aliis, ac bene judicat de eisdem, cum conformitate et connaturalitate affectus ad ea, utputa, quod soli Deo sit summe, pure ac finaliter inhærendum, quodque spiritualia, divina, æterna, incomparabiliter cunctis creatis, vanis, sensibilibus et caducis sint præferenda. Itaque in habentibus donum sapientiæ, cognitio atque affectio mentis circa divina connexæ sunt et concordant.

Quemadmodum etiam assignantur gradus tres caritatis, ita et tres sunt sapientiæ hujus gradus: ita quod tertius gradus caritatis ac sapientiæ inest perfectis, convenitque personis heroicis. Habet quoque hic tertius doni sapientiæ gradus latitudinem grandem, et speciales gradus diversos, atque multiplicem perfectionis distinctionem et ordinem, secundum quod unus sanctus est sanctior alio, secundum innumerabiles distinctiones, gradus ac differen-

tias perfectionis et sanctitatis. Unde elicitur, quod sicut Maria piissima universis Sanctis post Christum ineffabiliter existit sanctior, ita et in dono sapientiæ major, perfectior atque splendidior. Propterea præ omnibus inæstimabiliter, secretissime, suavissime, frequentissime, exuberantissime gustavit, experiebatur et sapuit pleno mentis ore, quam dulcis sit Deus, quam bonus Deus Israel his qui recti sunt corde, quam bonus Dominus sperantibus in se, animæ quærenti illum; quam magna sit multitudo dulcedinis ejus; quam vere ipse sit Deus absconditus, omni secreto secretior, intus candidissime micans, et menti purgatæ ad intuendum ac degustandum, dignanter, clementer et copiose se pandens.

Præterea, Proverbiorum undecimo ait Scriptura: Ubi fuerit humilitas, ibi et sapientia. Quod de sapientia ista quæ donum est, potissime intelligitur. Humilitas quippe mentem Deo directe subjicit ac subternit ad suscipiendum ab eo lumen ac radios sapientiæ salutaris. Quemadmodum ergo amabilissima virgo Maria cunctis inæstimabiliter fuit humilior, imo in totius humilitatis abisso profundior ac prorsus constantior; ita in dono sapientiæ radiantissima ac splendidissima fuit, in propinquissimo stans contactu Sapientiæ increatæ, ad recipiendum indesinenter ac liberalissime ab eadem Sapientia, rivos, illuminationes recentes, assiduas, lucidissimas et ferventes, quibus benignissima atque humillima mens Deiferæ Virginis ac virginæ Matris indesinenter reficiebatur, recreabatur et exuberavit.

Insuper, Isaiæ ultimo, juxta translationem antiquam, ait Pater æternus: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super quietum et humilem? Quemadmodum autem divinissima Maria fuit humillima, ita sine dubio quietissima fuit mente, imo et corpore, quantum ei fuit possibile, solitaria diligens loca velut turtur pudicissima, nec sine prægnanti causa usquam foras egrediens; porro mente quietissima fuit,

1 Petr. ii, 2.

Ps. lxxii, 1.

Thren. iii,

25.

Ps. xxx, 20.

Is. xlv, 15.

Prov. xi, 2.

Is. lvi, 2.

quippe in qua nulla unquam passionum perturbantium inquietudo, nullus strepitus culpæ, nullus tumultuantium cogitationum aut fluctuantium desideriorum inordinatus tumultus, sed jugis tranquillitas, atque in omni eventu pax stabilis et interna. Idcirco Spiritus Sanctus cum septem donis suis clarissimis, in corde serenissimæ Mariæ cum inenarrabili plenitudine incessabiliter requievit, et in dono sapientiæ eam pulcherrime, imo et incomparabiliter venustavit.

Amplius, puritas cordis ad sapientiæ incrementum ac complementum summe disponit. In malevolam namque animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis; sed, sicut præallegatum est, sapientia in animas sanctas se transfert. Quum igitur, sicut expositum est, pulcherrima virgo Maria tanta splenderit puritate ac sanctitate, quod sub Deo major nequit intelligi, constat quod increata, supermunificentissima ac superopulentissima Sapientia in animam benedictæ Mariæ se copiosissime transtulerit atque infuderit, et donum sapientiæ tam indicibiliter in ipsa profecerit, quod præ omni pura creatura in esse creato subsistente, hæc ipsa præstantissima Sapientiæ Mater in sapientiæ dono incomparabili modo præfulget.

Adhuc autem, Isaïæ vicesimo octavo inducitur: Quem docebit Dominus scientiam? et quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, avulsos ab ubere, hoc est eos qui a carnalibus abstinent oblectamentis. Unde et in Job asseritur: Sapientia non invenitur in terra suaviter viventium. Quemadmodum ergo optima Virgo, spiritualissima Maria, ab omni carnali mollitie omnique sensuali oblectatione immunissima fuit, et mundo ac carni maxime mortua, sic in dono sapientiæ illuminatissima erat.

Præterea, quod fonti sapientiæ et primo ac summo totius sapientiæ causali principio propinquius exstat, copiosius utique illuminatur et repletur ab illo. Idcirco,

Sap. I, 4.

Ibid. VII, 27.

art. I.

Is. XXVIII, 9.

Job XXVIII, 13.

Eccli. I, 5.

A quo Deo incarnato virginea Mater ejus præ cunctis existit propinquior, eo sapientiæ dono fuit repletior: nec dubium quin tanto sit Mater propinquior Dei Unigenito ex ipsa incarnato, quanto mater præ servis proli propinquior perhibetur.

Postremo, quo sacratissima virgo Maria mundissima suo Creatori ex ipsa incarnato ac genito carior fuit atque similior, eo divitias gratiæ suæ, fluentia sapientiæ, superna charismata, adorandus Creator ei exuberantius communicavit; et eam sibi in omni sapientia, sanctitate et honestate fecit simillimam, quia et per hoc mutua eorum conversatio in sæculo isto dulcior, convenientior, familiarior et amosior fuit. Siquidem similitudo est causa amoris, et similium unio magis connaturalis agnoscitur: ideo mutua conversatio sapientium, in quibus non est immoderantia passionum nec peccati offensio, exstat suavior.

ARTICULUS IV.

De excellentia glorificandæ Mariæ in sapientia quæ est donum gratiæ gratis datæ.

ALII per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ. Hæc verba Apostoli de sapientia quæ est donum gratiæ gratis datæ intelliguntur. Hæc autem sapientia est notitia divinorum atque cognitio Scripturarum, per quam quis scit ea quæ fidei sunt declarare, defendere, persuadere, ita quod novit rationes et argumenta credendorum, per quæ adversariis fidei valet resistere: quæ sapientia ad doctores ac prælatos spectat potissime. Et potest sapientia ista a malis ac bonis haberi hominibus, sicut et cetera dona gratiæ gratis datæ; potest quoque tam ex divina et supernaturali infusione quam ex instructione humana seu studio obtineri.

Porro in hac sapientia creditur celeberrima atque mundissima virgo Maria præ

I Cor. XII, 8.

cunctis doctoribus et prælatis Ecclesiæ, præ universis Apostolis ac Prophetis, præ Evangelistis et Patriarchis excellentissima ac illuminatissima existisse, et ipsas Scripturas intellexisse profundius, ordinem quoque et nexum, consonantiam ac rationabilitatem credibilium agnovisse limpidius, in tantum quod ipsi quoque gloriosi Apostoli habuerunt ad eam refugium, et illuminationem acceperunt ab ea. Quemadmodum namque divinæ Scripturæ, quoad earum principale intentum, in ea et per eam excellentius sunt impletæ; sic datum est ei illas clarius penetrare, et de earum mysteriis decuit eam a Spiritu Sancto lucidius edoceri ac gratiosius illustrari. Quum enim veraciter dicat apostolus Paulus, Nos non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis: quanto magis præstantissima et illuminatissima Virgo Deifera ex unctione et irradiatione Spiritus Sancti cognovit dona sibi desuper impertita, et qualiter in ea ac per eam essent completæ Prophetarum scripturæ, qui omnes, ut etiam Hebræorum fatentur doctores, non sunt locuti nisi super dies Messiæ, id est de Christi adventu insignibusque mysteriis ejus quem electissima ac honestissima virgo Maria concepit ac peperit?

Denique, ipsa de beneficiis sibi desuper condonatis fuit totis viribus Deo gratissima. Idcirco hæc ipsa beneficia eorumque dignitatem ac eminentiam clarissime ac profundissime, quantum puræ exstitit creaturæ viatrici possibile, intellexit, utputa: quanta dignitas sit esse Matrem Dei; quanta caritas, pietas, sapientia, justitia, omnipotentia Dei fuit, quod per incarnationem et mortem Verbi æterni genus redemit humanum; quam decentissimum fuit per Filii Dei incarnationem ac passionem mundum salvari.

Præterea, felicissima Maria, sicut corpore fuit pulcherrima complexionisque optimæ, ita ingeniosissima fuit mente, studiosa ac docilis valde: idcirco ad recipiendum

A copiosissimas illuminationes a Spiritu Sancto fuit aptissima. Nec dubium quin eam quotidie affluentissime illustravit, quæ eum concepit et peperit, lactavit et nutrit, a quo ipse vere æternaliterque procedit. Amplius, sicut præhabitu est, puritas mentis efficit hominem divinæ illustrationis capacem, et quo intellectus exstiterit purior, eo ad sapientialem illuminationem dispositior digniorque consistit. Ideo, sicut præstantissima virgo Maria fuit post Christum summa et incomparabili puritate ornata, sic et in sapientia ista et Scripturarum notitia, omni quoque illustratione superna, fuisse excellentissima est credenda.

Adhuc autem, sicut Evangelista testatur, benedicta virgo Maria conservabat in corde suo, non dubium quin cum diligentia maxima, omnia verba quæ erant de Christo, quæ ipsa a pastoribus, ab Elisabeth, a Magis, a Simeone, ab Anna, et præsertim ab angelo sancto audivit, et ea in suo contulit corde. Denique certissimum est quod verba ab ore Unigeniti sui prædicando prolata diligentissime auscultavit, atque præ ceteris sapientissime intellexit. Sicque per istam assiduum, seriosam ac fervidam divinorum eloquiorum conservationem, revolutionem, collationem, summe profecit in sapientiali intelligentia Scripturarum, tum ex naturalis ingenii acumine, tum ex supernaturali gratiæ lumine, tum ex habitibus sapientialibus ac scientialibus, acquisitis atque infusis, potissime vero ex frequentissima, gratiosissima ac prorsus plenissima illustratione æternæ et increatæ Sapientiæ, quam concepit, peperit et nutrit.

Insuper, in omni genere principium est maximum, et in ordine suo potissimum; et quod illi exstat vicinius, est ei similis. Christus autem fons sapientiæ in excelsis, in universitate fidelium et sapientium ac legislatorum est caput et vertex, causa universalisque dator illuminationis totius. Hinc deificatissima Mater ipsius, post eum in omni Ecclesia præ cunctis præfulsit in

1 Cor. ii, 12.

Luc. ii, 19, 51.

Eccli. i, 5.

omni sapientia, scientia intelligentiaque A Hinc in tertia parte Summæ suæ, quæstione vicesima septima, asserit Thomas : Virgo beata habuit usum sapientiæ in contem- art. 5 ad 3^m.

Cf. t. XXVII, p. 67 C.

Denique, ut recitat Cassianus, sancti Patres edocuerunt, quod in vera, profunda ac salutari Scripturæ sanctæ notitia cupiens crescere, non opus habet libros multos revolvere, sed puritati internæ studere, in qua quanto plus creverit, tanto copiosiori divinæ illustrationis radio desuper perfundetur. Ideo, quo Maria dulcissima præ cunctis in omni exercitatione interna, occupatione virtuosa, puritate splendiflua enituit, abundavit, effulsit, eo ad intelligendum sacra eloquia, divina mysteria Scripturarumque abdita, exuberantius ac limpidius docebatur divinitus.

Deinde pensemus quod Jacobus hortatur Jacob. 1, 5, 6. et affirmat apostolus : Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non impropere, et dabitur ei ; postulet autem in fide nihil hæsitans.

Unde et Psalmista : Accedite (inquit) ad eum, et illuminamini. Itaque, quo incomparabilis Domina ferventius, frequentius, fidelius ac fiducialius Dominum exoravit pro sapientia et virtute, eo celerius et copiosius exaudiebatur ac replebatur ab illo. Hinc electissima virgo Maria paratissima et summe idonea fuit ad reddendum rationem omni poscenti se de fide et spe, omnique doctrina et prædicatione evangelicæ legis. Ps. xxxiii, 6.

1 Petr. iii, 15.

ARTICULUS V.

An Deifera virgo Maria habuerit etiam usum et ministerium præfatæ sapientiæ atque scientiæ, alios informando.

Prov. xxxi, 26.

O S suum aperuit sapientiæ, et lex scientiæ in lingua ejus. Videntur quidam doctores sentire, quod benignissima virgo Maria sapientia et scientia, prout sunt dona gratiæ gratis datæ, usa non fuerit ad aliorum ministerium, informationem, profectum, quoniam mulierum non est evangelizare, dicente Apostolo : Mulieri docere non permitto, sed esse in silentio. 1 Tim. ii, 12.

Sed his obviare videtur, quod super præacta verba, Maria conservabat omnia verba hæc, aliqui dicunt expositores, quod ideo verba illa memoriter tenuit, ut ea postmodum aliis, tempore opportuno, exponeret ac doceret : imo, secundum Bedam et alios, Lucas evangelista specialiter creditur a felicissima et serenissima Maria instructus de his quæ ipse solus de ea et mysteriis Filii ejus conscripsit. Hinc et Lyra super præacta asserit verba : Maria prudenter attendebat quomodo prophetiæ implebantur in puero nato. Et ista collatio erat ei valde delectabilis, ac toti Ecclesiæ plurimum utilis : quia, secundum Hieronymum in sermone de beatæ Virginis assumptione, ipsa post Filii sui ascensionem remansit ad tempus in terris cum sanctis Apostolis, ut eos plenius de Verbo instrueret incarnato, de quo ipsa plenius fuit edocta per Spiritum Sanctum ; et omnia familiarius viderat atque tractaverat, propter quod melius exprimere poterat, secundum quod ait Hieronymus : Quod melius novimus, melius et proferimus. Hæc Lyra. Denique, sanctarum virginum multitudo electa legitur mundissimæ Virgini post Christi ascensionem cohabitasse : quas sapientissima et ferventissima Virgo creditur opportunis instruxisse temporibus. Postremo, supra ex epistolis S. Ignatii est probatum, qualiter multæ excellentes personæ ex paganismo ad Christum conversæ in exordio primitivæ Ecclesiæ, maxime optaverunt Mariam dignissimam intueri, audire, atque de singulis plenius informari ab ea : quorum desideriis piis misericordissima Domina dulciter ac uti-

Marie, q. cxxii.

Luc. ii, 19, 51.

lib. I, art. xxxix.

lissime acquievit. Et hæc arbitror vera esse.

www.libtool.com.cn

Porro, ad verba Thomæ et Alberti poterit dici, quod intelligenda sint de publica prædicatione et doctrinatione ad populum, non de instructione privata.

ARTICULUS VI.

De naturali sapientia et scientia glorificandæ Mariæ.

NON necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed unctio docet vos de omnibus. Quemadmodum S. Epiphanius et Damascenus fatentur, optime virgo Maria adhuc adolescentula, in templo, ubi virgines docebantur, est enutrita; nec dubium quin præventa a Spiritu Sancto, circa Scripturas studiosissima fuerit, et cum omni reverentia se ad illas gesserit. Unde sanctus testatur Hieronymus, quod legit in Isaia: *Ecce virgo concipiet. Instructio autem scholastica a grammatica sumit exordium.* Denique, de Susanna recitatur, quod parentes ejus quum essent justii, erudierunt filiam suam secundum legem Moysis. Conformiter est credendum, quod sacratissimæ Mariæ parentes, qui erant (secundum præinducta) excellenter justii, ipsam in templo fecerunt in scripturis legis ac Prophetarum doceri: in quibus multa continentur de rerum productione, distinctione, ornatu, proprietate et ordine, de mundi dispositione, de cursu et influxu cælorum, planetarum ac siderum, quæ ad naturalem spectant philosophiam, et tam ex lumine naturali quam ex humana instructione, supernaturali quoque informatione, queunt agnosci ac disci. In omni etenim creatura, et præsertim in universa machina mundiali, in elementorum situ, alteratione et subsistentia, in ordinatione gubernationeque mundi, in angelicis spiritibus et eorumdem ordinibus, in anima rationali totoque homine relucent ac cognoscuntur omnipotentia, sapientia, bonitas supergloriosissimi Conditoris, qui per Isaiam horta-

tus est: *Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis creavit hæc.* Unde ad Romanos scripsit Apostolus: *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus et divinitas: ita ut sint inexcusabiles, qui scilicet Deum verum non cognoverunt, vel cognitum non debite coluerunt, quum causa in suo effectum respicere, et Creatoris cognitio ex creaturarum notitia possit facillime deprehendi quantum ad quia est.* Propter quod dicitur: *Vani sunt omnes homines* in quibus non subest scientia Dei, et de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est. A magnitudine enim speciei et creaturæ poterit creator eorum cognoscibiliter videri. Hinc sanctus pater Antonius dixit, ipsam rerum naturam fuisse sui studii librum, ex quo ad tantam devenit scientiam. Potissime autem in Scripturis eruditi, et ultra hoc, dono sapientiæ ac scientiæ eminenter repleti, atque in sancta devotione et caritatis fervore exercitati, ex consideratione naturalium rerum ad adorandi contemplationem Creatoris subito et facillime, jucunde et fervide, acute atque sæpissime elevantur, etiam interdum cum admiratione et dulci fletu ex intuitu rerum parvarum, ut florum ac graminum.

Denique, ad sapientiam istam divinarum naturalem, ac creaturarum scientiam scholasticam, plurimum confert ingenii subtilitas, puritas cordis, tranquillitas conversationis, assiduitas exercitationis internæ: in quibus omnibus excellentissima virgo Maria ineffabiliter præfulgebat, quemadmodum et in præactis bonis ac virtutibus. Idcirco ex omni parte fuit aptissima ad hujusmodi naturalem sapientiam atque scientiam: quas partim ex proprio studio ac lumine naturali, partim ex scholastica informatione, et maxime ex divina et angelica illustratione possedit; et ex caritate et gratia, ex fide et dono infusæ sapientiæ, actus illarum sapientiæ ac scientiæ formavit, initiavit, produxit, sicque actus illi meritorii erant.

Is. xl, 26.

Rom. i, 20, 21.

Sap. xiii, 1.

Ibid. 5.

art. iv.

I Joann. ii, 27.

Is. vii, 14.

Dan. xiii, 3.

lib. i, art. x.

O quam subtiliter et profunde illuminatissima Virgo ordinem universi attendebat, cœlestium corporum magnitudinem, pulchritudinem, causalitatem pensavit, angelicorum spirituum naturas, potestates, actiones, eminentias in naturalibus et gratuitis consideravit, opera quoque sex dierum, distinctiones et ornatus eorum advertit, quatenus ex omnium horum [consideratione] Unigeniti Dei ex se incarnati et geniti magis perpenderet dignitatem, perfectionem excellentiamque immensam, ac per hoc ineffabilem magnitudinem dignationis divinæ, et beneficiorum sibi desuper exhibitorum et per eam toti humano generi præstitorum, evidentius ponderaret, majoremque gratiarum actionem referret datori ! O quam celerrime ac subtilissime ex creaturis ad Creatorem, ex visibilibus ad invisibilia, ex corporalibus ad incorporalia, ex temporalibus et caducis ad æterna ac divina suam sincerissimam, luminosissimam ac sapientissimam transtulit mentem !

ARTICULUS VII.

Quod sacratissimæ Mariæ vita fuit maxime contemplativa.

Sap. viii, 16. **I**NTRANS in domum meam, quiescam cum sapientia : non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiā et gaudium. Quid mirum, si decor et ornamentum totius creaturæ, suavissima ac dignissima virgo Maria, vitavit pro viribus publicum, amavit secretum, et domi libentius residebat, quæ omnium Creatorem ac Dominum, Sapientiam increatam, æternam, immensam, habuit sibi corporaliter, familiariter, imo et obedenter ac amorissime cohabitantem in domo sua materiali, spiritualiter vero ac gratiosissime in domo sua interiori, hoc est in mente propria, de qua in Ecclesiastico fertur, *Nisi in timore Dei tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua ?*

Eccli. xxvii, 4.

A Denique, contemplativa vita, ut ait Gregorius, est caritatem Dei ac proximi ferventer ac sincere tenere, soli Conditoris desiderio inhærere, ut terrenum jam nil habere libeat, sed calcatis sollicitudinibus cunctis externis, ad videndum clare per speciem Creatoris faciem animus inardescat. Itaque, quo ista gloriosissimæ incomparabilique Mariæ excellentius inerant, eo vita ipsius sublimius fuit contemplativa. Verum, quid certius quam benedictam Mariam in caritate sincerissima Dei et proximorum ineffabiliter præ cunctis ardentissimam exstitisse ? prout hoc infra multipliciter ostendetur. Et erat beatissima Virgo aut indesinenter aut pene indesinenter, semper actualiter Deo per caritatem unita, et sacris desideriis æstuans, ad plenam ac beatificam divini vultus intuitionem indefesse anhelans, suspirans ac properans ; nec unquam circa temporalia inordinate sollicita, utpote de Omnipotentis paternalissima ac singularissima circa se providentia prorsus certissima. **B** Interim, tantæ perfectionis fuit hæc summa virgo Maria, quod per exercitia vitæ activæ, per spiritualia et corporalia misericordiæ opera, per occupationes externas et actiones humanas, per allocutiones et deambulationes, ab exercitiis vitæ contemplativæ non impediabatur : et si forsitan interdum ad horulam exercitia illa contemplativa interpolationem acceperant per activæ exercitia vitæ, mox cum vehementiori ad ea redibat fervore. Insuper serenissima virgo Maria in affectum sincerissimæ ac ardentissimæ caritatis inæstimabiliter fuit conversa, transformata, absorpta, ab omni passionum inquietudine et inordinatione omnino liberrima, in omni virtute morali summe perfecta, dono sapientiæ in termino excellentiæ splendidissime adimpleta : idcirco in vita contemplativa fuit maxime stabilita et fervida.

Amplius, experimur quod usus sit quasi altera quædam natura, faciens promptissime operari, ac rei actionique usitatæ

stabiliter immorari. Illustrissima autem A ac dulcis Maria tot annis habuit secum ac sanctissima virgo Maria ab hora præsens et sibi convivens ac domestice qua cœpit assidue uti ratione, in exer- commorans totius contemplationis obje- citiis vitæ contemplativæ præactis, in ctum, sapientiæ fontem, veritatem æter- orationibus fervidis, in meditationibus pu- nam, Deum incarnatum, Dei Patris ac ris, in devotissimis Dei laudibus et spi- suum unicum Filium : quem tam corpo- ritualibus canticis exercitavit se valde ralibus quam spiritualibus oculis since- fixe, frequentissime, affectuosissime et rissime, reverentissime et affectuosissime pure, atque in omnibus his mirabiliter intuebatur ; atque ex tam diuturno, quo- et incomparabiliter profecit quotidie. Ideo tidiano, assiduo ferventissimoque adspe- tempore procedente, facta est vita ipsius ctu, in omni perfectione, stabilitate ac contemplativissima, imo eminentius con- plenitudine vitæ contemplativæ indicibi- templativa quam vita Adæ in statu in- liter crevit quietissima ac tranquillissima nocentiæ, quemadmodum in caritate, sa- Virgo, quæ sic quiescendo prudentissi- pientia, latria omnique virtute et dono ma fuit.

Postremo, ipsa incomparabiliter felix ac dulcis Maria tot annis habuit secum præsens et sibi convivens ac domestice commorans totius contemplationis obje- ctum, sapientiæ fontem, veritatem æter- nam, Deum incarnatum, Dei Patris ac suum unicum Filium : quem tam corpo- ralibus quam spiritualibus oculis since- rissime, reverentissime et affectuosissime intuebatur ; atque ex tam diuturno, quo- tidiano, assiduo ferventissimoque adspe- ctu, in omni perfectione, stabilitate ac plenitudine vitæ contemplativæ indicibi- liter crevit quietissima ac tranquillissima Virgo, quæ sic quiescendo prudentissi- ma fuit.

ARTICULUS VIII.

Quod mitissima atque dulcissima virgo Maria, præ omnibus Sanctis post Christum, in hac vita altissimarum contemplationum splendore resplenduit.

TRAHITUR sapientia de occultis, et abscondita est ab oculis omnium vi-
ventium. Contemplatio, quæ est amorosa ac sapida Dei cognitio, actus est sapientiæ quæ est donum : et sicut juxta præhabita, sacratissima virgo Maria præ cunctis viatoribus dono sapientiæ incomparabiliter fuit ornata, splendidissime decorata, ineffabiliterque impleta ; sic præ viatoribus universis clarius atque profundius in vita hac contemplata est Deum, et intellexit divina, cœlestia ac æterna. Imo, quantum puræ exstitit unquam possibile creaturæ in esse creato subsistenti, stabiliter, pure, ferventer, et quasi continue fuit divinorum contemplationi intenta, mysteriorumque Christi sedula ac devotissima meditatix : intuitum suæ purissimæ ac ferventissimæ mentis in increatam simplicissimæ Deitatis ac superbeatissimæ Trinitatis lucem limpidissime figens, amorosissime ac deliciose demergens ; abyssum quoque incomprehensibilem judiciorum ipsius profundius speculans, et

Job xxviii, 18, 21.

art. iii.

At vero tot et tanta, imo tam incomparabilia beneficia ei fuerunt collata, tot supernaturalia ac magnificentissima Dei opera fuit in se ipsa experta, tot et tanta audivit verba cœlestia ac divina ab angelo sancto, ab Elisabeth et Zacharia, a pastoribus, a Simeone et Anna, a Magis, deinde a proprio Filio secum dignantissime conversante, quod horum utique nequaquam poterat oblivisci, sed continua horum memoria, collatio, contemplatio, admiratio inerat menti ejus ; et ipsa excellentissime creditur adimplesse illud Deuteronomii : Erunt verba Domini in corde tuo, et mediteris ea sedens in domo tua, et ambulans in itinere, et dormiens atque consurgens.

Luc. ii, 19, 51.

Deut. vi, 6, 7.

arcanum supersapientiale consilium ejus **A** de modo salvandigenus humanum sublimius penetrans; tantoque evidentius mysteria incarnationis et nativitatis Christi intelligens, quanto singularius datum est ei illa in se ipsa felicissime experiri, eademque in ea et per eam impleri.

art. III. Præterea, juxta præacta, per tertium ac supremum sapientiæ donum fit homo quasi secretarius et consiliarius Dei. Idcirco, quo præstantissima virgo Maria in hoc supremo sapientiæ dono fuit ineffabiliter cunctis perfectior, eo eminentius **B** ac familiarius fuit præ universis consiliaria et secretaria Omnipotentis; atque ex revelatione et intuitione divina, novit plura secreta et secretiora mysteria, etiam clarius quam alii Sancti, ita quod mente gratissima excellentissime dicere **Ps. I., 8.** potuit Creatori: Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Insuper, per caritatem mens creata conjungitur Deo potissime: et quo in caritate fuerit sincerior, ferventior atque perfectior, eo intimius ac familiarius Deo **C** unitur, copiosius quoque ab ipso illuminatur, eruditur ac ungitur. Electis etenim suis præcipuis Deus adorandus, essentialiter bonus et substantialiter caritas ipsa, sua pandit secreta, sicut in Genesi ait: Num celare potero Abraham quæ facturus sum? Unde et Amos dixit propheta: Non faciet Dominus verbum, nisi secretum suum revelaverit ad servos suos Prophetas. Ideo electissimæ ac dilectissimæ suæ sponsæ, imo et præcarissimæ Matri, excellentissimam condonavit divinorum intuitionem.

Gen. xviii, 17.

Amos III, 7.

Matth. v, 8.

art. III. tactum est supra, Sapientiæ septimo legitur: Sapientia in animas sanctas se transfert. Idcirco, quo misericordissima virgo Maria cunctis Sanctis fuit in puritate præclarior, eo et in acumine ac fervore contemplationis sublimior.

Sap. vii, 27.

Insuper, ut tradunt doctores, fomes et omnis inclinatio ad peccandum, imo et peccandi possibilitas, ablata erant a Maria mundissima, ita quod corpus non traxit mentem ipsius deorsum, nec ulla unquam inordinata affectio, distractio, fragilitas, virtuosissimam mentem ejus a contemplationis lumine revocavit, neque occupatio ulla exterior: imo omne quod egit extrinsecus, assidue retulit ad Dei honorem ac veram salutem. Nulla quoque otiositas, nulla omissio aut negligentia unquam habuit locum in ea. Ideo indesinenter, continue aut summe assidue memor exstitit Dei, cogitavit salubria, contemplabatur divina, et perfectissime adimplevit illud Apostoli: Omne quodcumque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi agite, gratias agentes Deo et Patri per ipsum; et quod dixit Psalmista: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo.

Coloss. II, 17.

Ps. xxxiii, 2.

Denique, tres isti effectus hierarchici, purgari, illuminari et perfici, ad invicem sunt connexi: sic quod ad majorem purgationem sequitur illuminationis major, ad majorem quoque illuminationem major perfectio. Ideo, sicut unica virgo Maria cunctis erat incomparabiliter purgator atque perfectior, ita et præ universis Sanctis ineffabiliter illuminatissima et contemplativissima exstitit. At vero de eminentia cognitionis Mariæ altissimæ sanctus ait Bernardus: Quis, illa forsitan excepta quæ sola in se hoc meruit experiri, intellectu valeat capere aut ratione discernere qualiter inaccessibilis ille splendor virgineis se infuderit visceribus? quia nimirum res erat in sacramento; et quod sola per se Trinitas in sola et cum sola Virgine voluit operari, ei soli datum est nosse cui datum est felicissime experiri. Dicatur ergo: Spiritus Sanctus superveniet in te, qui te utique sua potentia fecundabit; et virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, illum modum quo de Spiritu Sancto concipies, Chri-

Luc. I, 35.

1 *Cor.* 1, 24. stus Dei virtus et Dei sapientia sic in secretissimo suo consilio conteget, quatenus qui notus est Patri, notus sit tibi. Ac si angelus Virgini responderet : Quid a me requiris quod mox in te ipsa experieris ? Scies, scies, et feliciter scies, sed illo doctore quo actore ; nec potest doceri nisi a donante, nec addisci nisi a suscipiente.

Exod. XXXIII, 20. Adhuc autem, quum Dominus dicat, Non videbit me homo et vivet, dicitur quod quanto aliquis perfectius moritur vitæ præsentis, et omni privato amori ac carnalitati, atque inordinatæ omni affectioni omnique culpæ, tanto ad contemplationem est aptior, imo ad contemplandum altissime magis idoneus. Porro beatissima Domina et Regina cælorum, vitæ carnali, mundanæ, præsentis, omnique culpæ et inordinationi ac privato amori fuit plenissime mortua, et cum Apostolo, imo præ Apostolo excellentissime dicere poterat : Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus. Idcirco in altitudine, claritate, stabilitate

Galat. II, 20. et perfectione contemplationis fuit ineffabili modo præclara : siquidem super omnes viatores penitus mortua fuit mundo et carni, et vita peccati, extincto jam fomite, irresuscitabiliter mortua fuit in ea. Ideo sacratissima virgo Maria perfectissime præ omnibus adimplevit quod ad Colossenses hortatur Apostolus : Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens ; quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram : mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. O quam præclarissime vita spiritualissimæ cœlestisque Virginis fuit cum Christo in Deo abscondita, utpote summe interna atque angelica !

Philipp. II, 20. Unde et conversatio ejus præcipue fuit in cœlis : sicque sanctuarium Dei ingressa, habitavit infra Sancta Sanctorum, et supernæ curiæ per contemplationem cœliformem exstitit præsens, super se jugiter elevata, stansque indesinenter in contactu Solis justitiæ, a quo illu-

A minabatur assidue, prorsus liberalissime.

His consonat illud B. Gregorii : A quibuslibet in hac carne viventibus, sed inæstimabili virtute crescentibus, contemplationis acumine potest claritas Dei videri, si tamen huic vitæ funditus moriantur. Certumque est nullam unquam puram creaturam fuisse huic vitæ tam pure ac integre mortuam ut benedictam venerandissimamque Mariam : idcirco ipsa præ cunctis in vita hac claritatem Dei est limpidissime contemplata.

Postremo, beatitudo et perfectio vitæ hujus, est inchoatio quædam et prægustatio felicitatis supernæ, et beatitudo illa cœlestis correspondet beatitudini viæ, quemadmodum finis medio et præmium merito. Ideo, sicut amantissima Dei incomparabiliter major est in beatitudine consummata et visione per speciem, ita in vita hac, in beatitudine inchoata et contemplatione per anagogicum lumen fuit cunctis præfulgens.

ARTICULUS IX.

De speciebus contemplationis, et quam gloriose in illis præeminens fuit Genitrix virginalis.

ACCESSISTIS ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, et judicem omnium Deum, et Spiritum justorum perfectorum. Accessus iste Christifidelium ad militantem ac triumphantem Ecclesiam, ad angelorum phalngas, ad judicem Deum, et Spiritum Sanctum, justorum et perfectorum sanctificatorem ac habitatorem, est spiritualis, per fidem et caritatem contemplationisque gratiam. De quo accessu ait Psalmographus : Accedite ad eum, et illuminamini ; atque Apostolus : Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus. Tanguntur quoque in præinducta auctoritate Apostoli diversa

contemplationis objecta, secundum quæ quidam species quasdam contemplationis assignant.

Porro S. Bernardus assignat contemplationis species quatuor. Quarum prima est admiratio majestatis, hoc est intuitio incomprehensibilis Deitatis cum ingenti admiratione infinitæ excellentiæ ac incomprehensibilitatis ipsius, ita ut homo huic contemplationis speciei inten-

Job xxxvii,
23, 24.

tus, dicere queat illud Job : Digne eum invenire non possumus, et enarrari non potest; ideo eum non audebunt contem- plari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Secunda species contemplationis est consideratio judiciorum Altissimi, in quorum consideratione et discussione con-

Rom. xi, 32.

templator deficiens, dicere potest : O altitudo divitiarum scientiæ et sapientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Tertia est speculatio beneficiorum Dei, ex quorum intuitu dicere congruit con-

Ps. cxv, 12.

templanti : Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? itemque :

Ps. cii, 2.

Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus; et

Is. lxiii, 7.

rursus cum Isaia : Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis, et quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Quarta est divinorum attentio promisso-

I Cor. ii, 9.

rum, quæ (teste Apostolo) nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt; hæc sunt bona gloriæ, quæ præparavit Dominus suis electis.

In his contemplationis speciebus gloriosissima Maria fuit altissima. Nempe, quo in se ipsa fuit humilior, quo propriam nihilitatem profundius intellexit, et ea ex quorum consideratione se ipsam profundissime humiliavit, frequentius acutiusque pensavit, eo vehementius admirabatur quod Deus majestatis immensæ tam gratiosissime, dignantissime ac munificentissime egit cum ea, quod sublimitas illa prorsus illimitata tam incomprehensibiliter se exinanivit, tamque

superpiissime et humillime circa ipsam se habuit ac taliter conversabatur cum ea. Insuper, quo sacratissima virgo Maria in se ipsa humilior fuit ac purior, sapientior et illuminator, atque incircumscriptibili majestati per charismata sublimiora propinquior familiarisque unita, eo infinita excellentia Dei limpidius ei resplenduit, et eo plus majestatis infinitatem ac gloriæ plenitudinem perfectionisque omnimodam admirabatur immoderatam; et sedens obstupuit, et præ admiratione defecit, atque ex comparatione cohabitantis sibi ex se nati incomprehensibilis Dei, humiliavit se ipsam ineffabili modo, ac tantæ majestatis et humilitatis Filii sui respectu, se ipsam et omnem suam dignitatem ac humilitatem reputavit pro nihilo.

Præterea, quam imperscrutabilia secreta et justa sint Dei judicia, qualiter ab exordio inter electos reprobosque discernit, qualiter semper fuerunt pauci electi, quomodo Abraham patriarcham et ejus posteritatem ex Isaac elegit, et gentiles usque legis prædicationem reliquit, et quomodo exinde relicturus fuit Judæos et salvaturus gentiles, contemplabatur Maria sanctissima, timorata ac sobria mente. Quod etiam in cantico ejus ostenditur : Dispersit (inquit) superbos mente cordis sui; deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.

Luc. i, 51,
52.

Amplius, ut patet ex præinductis, beneficia Dei, tam generalia quam specialia, itemque singularia sibi soli collata, tanto clarius intellexit, quo præ ceteris magis grata exstitit Deo omnium beneficiorum datori, et quanto plus beneficia quædam generalia ac specialia per ipsam hominibus sunt donata, atque quo ipsa omnium fonti bonorum vicinior fuit unita, et supernaturalius ac eminentius assimilata ac consors effecta. Nempe ex ea et per eam Deus noster factus est frater noster, Creator noster factus est noster salvator, Judex noster factus est noster advocatus, et Dominus scientiarum factus

lib. I, art.
xiv, xxxi,
xxviii; lib.
II, art. 1. et s.

est magister noster ac legislator, et Dominus angelorum inter homines conversari dignatus est. Quanta sint ista, Virgo purissima præ ceteris viatoribus profundius intellexit, tanquam concausa et suo modo horum origo.

Simili modo, quanta sit dignitas et excellentia promissorum Altissimi, munerum gloriæ ac totius felicitatis æternæ, ipsa præ cunctis viatoribus valde splendidius intuebatur, eo quod propter illa hominibus recuperanda Unigenitus Dei Patris factus fuit filius ejus, et tot et tanta fecit ac pertulit. Etenim, ex dignitate legati, magnitudo causæ solet perpendi. Conformiter, ex valore et eminentia pretii, pretiositas empti boni et obtenti pensatur. Contemplabatur ergo sapientissima virgo Maria perspicacitate mirabili, quemadmodum ad angelicæ beatitudinis æqualitatem et veritatem factus sit homo, quam pretiosissima bona sint nobis præparata in coelis : et oravit assidue, imo æstuantissime, ut ad ea homines perducantur ; sed et doluit vehementer quod tam multi ea sic vilipendunt ac perdunt.

Denique, species contemplationis adhuc aliter distinguuntur et assignantur : ut prima vocetur supernaturalis contemplatio adorandæ Trinitatis ; secunda dicatur naturalis speculatio simplicissimæ Deitatis ; tertia, consideratio assumptæ humanitatis ; quarta, intuitio naturalium effectuum ; quinta, inspectio supernaturalium operum, utputa donorum gratiæ ac gloriæ. De qua distinctione specierum contemplationis in opusculo de Contemplatione tractavi.

Itaque, in his contemplationis speciebus illuminatissima ac splendidissima virgo Maria cunctis inæstimabiliter fuit perfectior. Quum enim superbeatissima Trinitas elegerit eam in summam consortem familiarissimamque amicam, in comparantalem Dei Patris, in veram genitricem Filii ejus, in matrem illius a quo Spiritus Sanctus vere procedit, in præstantissimum

A Paracleti adorandi sacrarium ; dubium nullum relinquitur quin valde præeminentiorem sui cognitionem tam electissimæ et incomparabili contulerit Virgini, ut et ipsa tantam gratiam clarius contemplando gratior esset datori. Conformiter, quoniam Deus ex ipsa voluit incarnari, suæ deitatis perspicaciorem contemplationem præstitit ei. Humanitatem quoque Verbi ex se incarnati ac ejus mysteria tanto familiarius lucidiusque cognovit, quanto certius et experimentalius scivit quomodo B Verbum æternum fuit in ea et ex ea incarnatum et natum, educatum et contractatum ab ea, commoratum et conversatum cum ipsa, atque in ejus præsentia sermocinatum, signa et prodigia operatum. Postremo, dona naturæ, et gratiæ ac gloriæ, tanto sapientius contemplabatur, quanto de omnium horum notitia eminentius decuit illustrari ac edoceri matrem actoris omnium horum ab ipso Unigenito suo, qui dona sua in propria, dilectissima, amorosissima atque purissima C Matre specialius munificentiusque locavit, auxit, perfecit.

ARTICULUS X.

Quod ad mysticæ theologiæ perfectionem, affectuosissima ac mitissima Virgo præ cunctis viatoribus excellenter pervenit.

MIRABILIS facta est scientia tua eo me ; confortata est, et non potero

ad eam. Non solum divinus Dionysius et theologi eum sequentes, sed subtiliores quoque philosophi concorditer sunt testati, quod perfectissima cognitio quam in hac vita habemus de Deo, est per negationem, id est per ablationem et abnegationem universorum ab ipso. Etenim Deum dupliciter in hac vita cognoscimus : primo, per affirmationem, adscribendo ei quidquid perfectionis in rebus invenitur creatis, tanquam fontali, causali et exemplari omnium rerum principio, cum excellentia infinita, omni imperfectione se-

Ps. cxxxviii, 6.

De Coelest. hier. c. ii ; de Divin. nom. c. vii ; de Theol. myst. c. ii.

clusa; secundo, per negationem, universa et singula abnegando de ipso, tanquam de superessentiali et incomprehensibili omnium Creatore, nil commune aut univocum cum creaturis habente, sed cum infinita excellentia omnia transcendente, æterno, non scibili, utpote nullam causam habente, quum scire sit rem per causam cognoscere: quem quantum ad *quid est* penitus ignoramus; quem in vita præsentis cognoscimus tanto perfectius, quanto clarius intuemur non posse nos eum quoad *quid est* agnoscere, imo ab ejus clara hujusmodi cognitione in infinitum deficere. Et hoc modo per mysticam theologiam cognoscimus Deum. Non quod quæcumque talis cognitio Dei mystica theologia existat: imo mystica theologia est perfectissima actio et contemplatio doni sapientiæ secundum gradum suum supremum, dum mens Deo per ardentissimam caritatis affectionem infigitur et unitur, supergrediendo ac relinquendo omnia sensibilia et intelligibilia, cuncta creata, et se ipsam ac propriam actionem, ita quod tota in Deum transformata, rapta, absorpta, nihil horum advertit, sed soli incomprehensibili Deo tanquam quoad *quid* prorsus ignoto, pure ac integre est conjuncta, et in ipsum prorsus demersa. Fit autem unio ista in apice mentis et vertice voluntatis, per ardentissimam caritatem atque per abstractionem ab omni ente creato: ad quam requiruntur reformatio passionum, extinctio vitiorum, recollectio et tranquillatio cordis. Interdum vero repente rapitur mens in Deum præventa Spiritu Sancto, et quasi sopita propria libertate, absque sua dispositione, conatu et deliberatione, ex irradiatione, inflammatione et attractione Omnipotentis, sic quod mens Deo tam vehementer intenta est, atque in ejus admiratione et dilectione suspensa, quod omnium obliviscitur ceterorum.

Hæc est mystica theologia, secretissima, affectuosissima ac immediata mentis cum Deo locutio, ejusque intuitio quæ est caliginis ingressio atque inspectio, hoc est

A divina, æternæ, immensæ, incomprehensibilis et invisibilis lucis, quantum possibile est, agnitio, qua mens certissime cernit Deum prorsus supersubstantialem, incomprehensibilem et superignotum consistere.

Denique ad hanc mysticam theologiam sex dicuntur concurrere ac requiri, quæ sunt: pax vera, internum silentium, adhæsiō amorosa, quies apicis intellectivæ in Deo et obdormitio in eodem, atque intuitio ipsa caliginis. Itaque, quo omnia ista excellentius in gloriosissima virgine Maria fuerunt, eo ipsa præ omni viatore ad mysticæ plenitudinem theologiæ præclarius est perducta. Fuit plane in ea incomparabilis puritas cordis tranquillissimæque pax pectoris; internum silentium ab omni strepitu tumultuantium cogitationum ac fluctuantium desideriorum, imo ab omni distractione inordinationeque animi; adhæsiō amorosissima, inseparabilis, plena et integra; quies quoque in Deo dulcissima, in quo omnis ejus intentio, affectio, occupatio fuit immobiliter ac indeviabiliter fixa; et obdormitio in eodem, per quam defluens a se ipsa, in ipsum tota defluxit, non mutata substantia, sed actione in Deo prorsus simplificada; atque caliginis intuitio, quæ essentialiter est ipsa mystica theologia.

Itaque, sicut virtutes morales passionum moderatrices, virtutesque intellectuales ac theologicæ, ipsaque dona Spiritus Sancti, fuerunt in benedicta incomparabilique Maria in maxima perfectione et in termino excellentiæ, ineffabiliter præ omni pura creatura viatrice; sic et mystica theologia in termino excellentiæ fuit in ea, et præsertim prout mysticæ theologiæ contemplatio causatur ex præventionē divina, procedente ex dilectione Dei ad hominem: quia quem amplius diligit, magis in se trahere solet. Ideo, sicut optimam amabilissimamque Mariam præ omni pura creatura in esse creato subsistente inæstimabiliter prædilexit, sic eam ad mysticæ theologiæ contemplationes altissimas ubertim et gratiosissime elevavit, mera gratia

præveniente. Denique, quo felicissima Maria fuit in exercitiis vite contemplativæ ac donis sapientiæ magis exercitata, et in puro ac ferventissimo Dei amore actuali stabilior, eo ad mysticæ theologiæ assiduas ac perfectissimas visiones fuit habilior.

Postremo, hujusmodi contemplationes sublimes præfervidas, creditur ut frequentius habuisse absque alienatione a sensu omni exteriori, et stupore, debilitatione immobilitationeque corporis, quæ in aliis raptis videntur : et hoc fuit ex modamine et dispensatione Omnipotentis, sic esse volentis in Virgine benedicta, et quoniam purissima et illuminatissima mens gloriosæ ac summe deificatæ Mariæ, fuit ad lucem et irradiationem divinam ad mysticæ theologiæ visiones elevantem, magis proportionata ac roborata.

ARTICULUS XI.

De excellentia contemplationis Mariæ mundissimæ comparatione contemplationis aliorum.

1s. LX, 8.

QUI sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras suas? In his verbis sanctus Propheta miratur altitudinem contemplationis Sanctorum instar nubis a terra ad superna surgentium, ductuque oculorum ad cælestis patriæ mansionem appetendam se erigentium. Tales in evangelica lege innumerabiles exstiterunt, et in primis sancti Apostoli, imo utriusque sexus quamplurimi : inter et super quos omnes humillima virgo Maria sortitur primatum, ut ex præinducto constat articulo. Verum, quoniam in moralibus et rebus humanis exemplaris deductio plus informat, ut plenius innotescat excellentia contemplationis deiformis Mariæ, de inferiorum contemplatione Sanctorum aliquid tangam, ut horum respectu, exemplo et comparatione elucescat propositum.

Atque in primis de B. Paulo patet apostolo, quod raptus fuerit usque ad tertium

A cælum, audieritque verba arcana, quæ non licet homini loqui. Unde et dixit : Ne magnitudo revelationum extollat me, etc. De altitudine demum visionum et contemplationum S. Joannis apostoli, in Apocalypsi et prologo libri illius plurima continentur.

11 Cor. xii, 7.

Denique de præclara Maria Magdalene testatur historia, quod in vastissima comorans eremo, elevabatur quotidie angelorum ministerio in aere septies, auditque, etiam corporeis auribus, melodiam cælestem atque angelicas voces. Sic et de sancta illa Maria Ægyptiaca verax narrat historia, quod orando et contemplando elevabatur in aere.

De magno quoque patre Antonio legitur, quod frequenter totis noctibus stetit vigilans in oratione et contemplatione, quousque sol de mane super faciem ejus irradiaret. Sic et abbas Arsenius interdum inventus fuit stans elevatis manibus in contemplatione, raptu et ecstasi ; atque in signum interioris sui fervoris ac luminis, videbantur decem digiti ejus instar decem lampadarum splendentium fulgidi et ardentes. Abbas quoque Silvanus post raptum mirabilem reversus ad se, vere testatus est : Ego hucusque raptus fui ante thronum gloriæ Dei, et steti ibi, videns gloriam ejus, et modo dimissus sum. Insuper abbas Dulas de abbate suo S. Bessarione narravit, quod stetit per quatuordecim dies in contemplatione et raptu continuo. Sic et vir mirabilis innocentiae, abbas Sisois, quando manus suas in oratione extendit, mox eas retraxit, ne raperetur. Harum contemplationum sublimium artifex et magister ac prædicator, divinus et magnus Dionysius fuit.

At vero sanctus doctor Hieronymus, in Regula ad Eustochium, de se ad Dei gloriam ac omnium nostrorum ædificationem veraciter refert, quod frequenter per hebdomadas integras exstitit raptus, nil corporeum sentiens, et angelicæ curiæ præsens ac superbeatissimam Trinitatem contemplans, et ineffabilem ibi gloriam habens.

11 Cor. xii, 2-4.

Sed et seraphicus ille Franciscus, qui in **contemplationibus suis** frequenter elevabatur in aere, et interdum tam alte quod videri vix poterat, nonne contemplator fuit sublimis? Similiter frater Ægidius, de quo refert Bonaventura, quod toties vidit eum raptum in divinis etiam uno die, quod videbatur angelicam ducere vitam in terris.

Et nunc quid digne narrabo de sancta et innocente virgine Elisabeth de Spalbeec, quæ quotidie septies sic rapiebatur in Deum, quod totum corpusculum ejus jacuit rigidum instar saxi? Consimiliter sancta et innocens virgo Catharina de Senis contemplatrix fuit altissima, quæ in contemplationibus suis quotidianis sic ab omni sensu et motu alienabatur, quod quamvis manus aut pedes ei abscisi fuissent raptu durante, nequaquam sensisset. De visionibus quoque et contemplationibus S. Brigittæ viduæ mira et magna leguntur.

Hæc pauca de multis exemplariter tango, ut ea quæ de incomparabili eminentia contemplationis benedictissimæ virginis Mariæ sunt introducta, melius perpendantur. Ipsa quippe a nullo illustrium non solum non vincitur, imo et universas personas illustres, contemplativas, heroicas, incomparabiliter vincit. Ideo contemplatio, visio, revelatio ejus, omnium prædictorum contemplationes, visiones, revelationes inclyte superavit: quamvis non oporteat æstimare quod contemplationes ipsius fuerint cum hujusmodi alienatione, ecstasi, rigoreque corporis, ut de præfatis dictum est Sanctis, prout in præcedenti articulo est ostensum.

ARTICULUS XII.

An glorificandissima virgo Maria vidit Deum per speciem in hac vita.

Cant. ii, 14. **O**STENDE mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. De excellentia sapientiæ et contemplationis admi-

Arandæ et præamandæ Mariæ jam introducta sunt multa, et qualiter ipsa universos in his ceterisque charismatibus superavit et transcendit illustres, tantum utique quantum condecuit veram Dei Matrem præfulgere Dei ministris.

Dicunt autem doctores communiter, quod Moyses legislator Hebræorum, et Paulus gentium doctor, viderunt Deum in hac vita per speciem, saltem semel, et ad tempus determinatum. Nempe de Moysse Dominus ait: Moyses in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei; et palam, non per ænigmata et figuras, videt Deum. Sicque pro tempore illo concessum est Moysi quod ante fuit ei negatum, juxta quod legitur: Dixit Dominus ad Moysen: Invenisti gratiam coram me, et te ipsum novi ex nomine. Qui ait ad Dominum: Ostende mihi gloriam tuam; et [ante dixerat]: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te. Respondit Dominus: Ego ostendam tibi omne bonum, et miserebor

cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit; faciem autem meam videre non poteris: non enim videbit me homo et vivet. Porro Paulus de se ipso ad Corinthios loquens: Scio (inquit) hominem in Christo (sive in corpore sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum usque ad tertium cælum; et scio hujusmodi hominem (sive in corpore sive extra corpus, nescio, Deus scit), quoniam raptus est in paradysum, et audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Hujusmodi quoque visionem dicit Albertus habuisse Joannem apostolum in hac vita. Si ergo Deus bonitatis immensæ se ipsum tam gratiose et clare in vita præsentem ostendit famulis suis, quanto magis dilectissimæ Matri suæ? Imo pie credendum videtur, quod utique suæ dignissimæ atque purissimæ Genitrici tanto frequentius, clarior ac diuturnius ostendit in vita ista suæ essentiam deitatis per speciem, quanto in hac gratia decuit Matrem Dei præ ceteris honorari atque excellere.

Amplius, quod Deus omnipotens, actor A liberrimus, qui omnia operatur secundum suæ propositum voluntatis, majorem gratiam clarioremque notitiam præstat uni quam alteri, ex duobus potest contingere, sive ex duplici causa. Primo, ex parte ipsius, qui eos quos ad sublimiorem felicitatem elegit, majoribus gratiis prævenit, et quosdam misericordissime præveniendotangit, inspirat, convertit, illuminat et inflammat. Unde in Evangelio dixit : An non licet mihi quod volo facere ? Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Secundo, ex parte recipientis, qui quanto majoris fuerit capacitatis et dignitatis, tanto plus gratiæ desuper suscipit, juxta illud : Dedit unicuique secundum propriam virtutem. Quod autem primo modo abundantiore divinitus gratiam quis sortitur, ex majori caritate Dei ad suscipientem provenire censetur ; quod vero secundo modo quis amplius suscipit, ex majori sui præparatione causatur, principaliter tamen ex præordinatione et condonatione. Itaque, quo sacratissima virgo Maria fuit a Deo magis dilecta, quo etiam erat præfata visionis Dei per speciem sublimius susceptiva, utpote majori puritate et caritate ornata, eo præ ceteris videtur ad eam excellentius frequentiusque promotam.

Præterea, ipsa Unigenito suo in omni sapientia, perfectione et gratia fuit similior atque propinquior : imo inter Christum ac ceteros viatores habuit se medio modo. Christus autem secundum superiorem suæ animæ partem, videlicet intellectivam, fuit comprehensor, Deitatem clare per speciem cernens a primo creationis animæ suæ instanti. Concedens igitur fuit, ejus præstantissimam ac capacissimam Genitricem ad hujuscemodi visionem, saltem interdum, et forsitan frequenter, præ ceteris clarius ac gratiosius, imo et gloriosius in vita hac elevari.

Adhuc autem, quanto viator se plenius mancipat cultui Creatoris, et quo se ipsum totalius exhibet Deo ac ferventius ei adhæret, eo Deus adorandus, cujus pietas,

caritas ac liberalitas est immensa, se et sua sancta charismata gratiosius ac copiosius homini tali reppendit, et ei se clarius manifestat. Palamque est, mitissimam devotissimamque Mariam se præ omnibus sanctis viatoribus Deo incomparabiliter plenissime ac integerrime subdidisse, mancipasse, exhibuisse, imo et ei carnis suæ substantiam pro incarnationis materia ministrasse, ipsumque nutrisse, lactasse, et maternaliter ac reverentissime contrectasse. Idcirco et ipse superbonus ac munificentissimus Filius talem suam Genitricem præ cunctis gratiosissime ac plenissime visitavit, replevit, illuminavit, et se ipsum sicuti est, ei splendidius frequentiusque ostendit.

At vero, ex cognitione procedit dilectio : ideo, sicut reverendissima ac illustrissima virgo Maria in sancta Deitatis dilectione præ ceteris arsit, et perfectior ac indesinentior ineffabiliter fuit, ita præ ceteris Deum splendidius vidit. Et quamvis fervor divini amoris conceptus ex intuitione Dei per speciem, non permaneat in suo vigore cessante hujusmodi visione ; attamen persona taliter Deum intuita, postmodum memor est visionis tam splendidissimæ, desiderabilissimæ ac jucundissimæ : et sic magis ad eam adspirat, ac sancto amore validius intabescit, reminiscens in quanto decore et gloria, suavitate, amabilitate et excellentia viderit Deum. Idcirco, quemadmodum Moyse et Paulo ardentior existit in amore divino optima ac divinissima Virgo, ita præ illis Deum in majori gratiositate, decore et gloria vidisse pie credenda est. Rursus, sicut deiformis virgo Maria præ Moyse ardentissima fuit in caritate divina, sic præ illo amplius ad clarum divini vultus intuitum creditur adspirasse et pro eo rogasse, atque pro sua reverentia exaudita fuisse.

Postremo pensandum quod sanctus ait Bernardus : Quidquid hic de visione et cognitione Dei fidelibus impertitur, speculum est et ænigma, tantum distans a futura visione ac cognitione, quantum fides di-

Ephes. 1, 11.

Matth. xx, 13, 14.

Ibid. xxv, 15.

Job xxxvi,
32, 33.

stat a veritate et tempus ab æternitate, nisi quum aliquando fit quod de Deo in libro Job legitur : Qui abscondit lucem in manibus, et præcipit ei ut rursus oriatur, atque enuntiat de ea dilecto quod possessio ejus sit, et ad eam valeat pervenire. Electo etenim et dilecto Dei aliquando vicissim lumen quoddam vultus Dei ostenditur (sicut lumen clausum in manibus, quod latet et patet ad arbitrium tenentis), ut per hoc quod quasi in transcurso vel in puncto videre permittitur, inardescat animus ad plenam luminis æterni possessionem : cui ut aliquatenus innotescat quid ei desit, nonnunquam quasi pertransiens gratia præstringit sensum amantis, et eripit eum sibi, rapitque eum in diem qui est a tumultu rerum ad gaudia silentii, atque pro modulo suo ad momentum, ad punctum, id ipsum ostendens ei videndum sicuti est ; interim quoque et ipsum efficit in id ipsum, ut sit et ipse pro modulo suo sicut illud est. Ubi quum didicerit quid intersit inter mundum et immundum, sibi redditur, et remittitur ad mundandum cor ad visionem, ut si aliquando denuo admittatur, sit purior ad videndum atque stabilior ad fruendum. Nusquam enim melius se deprehendit modus imperfectionis humanæ quam in lumine vultus Dei, et in divinæ speculo visionis.

Ecce in verbis his sanctus pater Bernardus insinuare videtur, quod quibusdam electis et dilectis Dei præcipuis, interdum ad punctum ostendit se Deus ad videndum sicuti est : quanto magis hoc electissimæ ac dilectissimæ suæ sponsæ ac Matri Deus Dei Filius interdum aut sæpius concessisse credendus est ?

ARTICULUS XIII.

Objectio contra prædicta, et ejus solutio.

I Cor. xiii,
12; II Cor.
v, 6.

VIDEMUS nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem : quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Jam de præexcellenti sapientia gloriosæ et benedictæ Mariæ ta-

cta sunt multa. Quibus forsitan alicui obviare videbitur quod Lucæ secundo habetur : ubi refert Evangelista, quod Jesu adhuc parvulo invento a virginea Matre in templo, quum illa confidenter dixisset, Fili, quid fecisti nobis sic ? ecce ego et pater tuus dolentes quærebamus te ; Jesus respondit : Quid est quod me quærebatis ? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse ? Quibus verbis Evangelista adjecit : At ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est eis. Si ergo non intellexerunt beatissima Virgo et Joseph illud responsum, non videtur ipsa Mater et Virgo fuisse tam eminentis sapientiæ ut est dictum.

Et respondendum, quod indubitanter felix et gloriosa Maria certissime noverat, quod Unigenitus suus per Patrem suum designavit Patrem æternum, quod item per ea quæ Patris sui sunt, intellexit divinum cultum, atque quod cultui Patris cœlestis oporteret eum secundum assumptam naturam semper esse intentum ; sed circumstantias loci ac temporis, modumque occupandi se in his quæ Patris sunt, nondum cognovit : quemadmodum etiam Filium suum cum dolore quæsivit, non quod putavit eum errasse, perisse aut perditum esse, sed separationis a dilecto impatiens, verebatur ne ex proposito forsitan ad alia divertisset aut demigrasset ; vel, ut Origenes exponit, ne forte redisset ad cœlos, inde, dum sibi placeret, rediturus. Insuper dici potest, quod Maria piissima et Joseph dicuntur non intellexisse verba præacta, quoniam Joseph ea non intellexit : juxta tropum consuetudinemque Scripturæ, qua aliquid communitati aut duobus seu tribus adscribitur, quoniam convenit parti ejus aut uni illorum.

Præterea, contra id quod dictum est, quosdam Sanctos Deum in hac vita vidisse per speciem, objici potest quod Dominus Moysi dixit : Non poteris faciem meam videre, non enim videbit me homo et vivet ; et quod ait Joannes : Deum nemo vidit unquam. Unde apud eundem Filius pro-

art. m-vi.

Luc. ii, 44.
49.

Ibid. 30.

Exod.
xxxiii, 20.

Joann. i, 18.

Joann. vi. testatur : Patrem non vidit quisquam, nisi is qui est a Deo. Hinc et ad Timotheum ait

1 Tim. vi. Apostolus : Beatus et solus potens, Rex regum, qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem ; quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.

De Divin. Propterea divinus Dionysius docuit hanc
nom. c. vii: esse perfectissimam Dei cognitionem in
de Theol. vita hac, conjungi ei tanquam prorsus
myst. c. i. ignoto, et per negationem eum agnoscere :

art. x. ut patuit paulo ante.

Verum ad hæc omnia atque similia est una ratio, quod de lege communi nemo in hac vita præsentis potest Deum per speciem intueri, sed ex privilegio potest. Alia quoque responsio est, quod nemo vivens vita sensibili et humana, videre potest Deum in sæculo isto per speciem. Sancti autem qui Deum clare in sua viderunt essentia in hoc mundo, non erant pro tunc viventes vita sensibili et humana, sed intellectuali ac deiformi, utpote in Deum omnino demersi et transformati. Dionysius vero loquitur de contemplatione Dei per speciem creatam, quæ a plena repræsentatione divinæ essentiæ deficit infinite.

Insuper poterit responderi, quod prætactæ auctoritates sint exponendæ de corporea visione, qua certum est simplicissimum Deum in propria sua natura videri non posse. Rursus exponi possunt de visione comprehensionis perfectæ, qua aliquid cognoscitur tam perfecte sicut ex sua natura cognoscibile exstat ; sicque solus Deus cognoscit et videt se ipsum, qui sicut infinitæ est actualitatis, ita et infinitæ intelligibilitatis, omnique menti creatæ incomprehensibilis.

ARTICULUS XIV.

Quod pie credendum sit, mitissimam ac tranquillissimam virginem Mariam multa ab Unigenito suo secum commorante interrogasse ac didicisse.

APPREHENDAM te, et ducam in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ : ibi me docebis. Quum

A tota hominis perfectio in actu sapientiæ ac divini amoris consistat, dubitari non licet quin fructuosissima ac virtuosissima virgo Maria quotidie in his duobus præsertim profecit ; et quoniam sacras veteris Testamenti Scripturas in maxima reverentia habuit, ad earum utique plenam ac claram intelligentiam exstitit studiosa. Quumque agnosceret, in suo amantissimo Filio sibi obediente ac subdito atque familiarissime cohabitante, omnes thesauros sapientiæ ac scientiæ esse absconditos, et sibi ab illo nihil negari, informationem in dubiis ac secretis pleniorẽque elucidationem in agnitis petiit ab eodem, cum omni plane humilitate, reverentia et affectu ; et qui ab exordio Patriarchas ac Prophetas de suis instruxit mysteriis, judiciis, consiliis et secretis, de eisdem quoque singulariter ac eminentissime suam dilectissimam, docilissimam ac capacissimam docuit Matrem.

Præterea, quum familiarium, amicorum et se invicem præcordialiter amantium ista consistat proprietas, sibi invicem sua communicare et revelare secreta, et de pertinentibus ad dilectum libenter loqui ac sciscitari et instrui ; certum videtur, quod sicut inter Dominum Jesum et ejus virgineam Genitricem fuit familiaritas summa, mutua quoque dilectio maxima, fidelitasque perfecta, et munificentia consummata, sic Mater sanctissima diligentissime inquisierit a Filio sapientissimo mysteria ad ipsum spectantia, abdita Scripturarum, concordantiam Mosaicæ et evangelicæ legis, rationem et explanationem eorum quæ de ipso audivit ab angelis, a pastoribus, a Magis, a Zacharia et Elisabeth, a Simeone et Anna, et quid signavit ruina idolorum Ægypti quum eam intrabant. Insuper, de Deitatis natura, de gloria Trinitatis, et cur Filius potissime naturam assumpsit humanam, de statu animarum post mortem, de beatitudine electorum, de suppliciis reproborum conferebat cum Filio, et in responsis ac informationibus ejus præcordialiter lætabatur.

Coloss. ii, 3.

De hac materia in Revelationibus S. Briggittæ continetur quemadmodum benignissima virgo Maria dixit in visione ad Briggittam : Filius meus loquebatur mihi et Joseph separatim verba consolatoria et verba Deitatis, ita ut indicibili gaudio repleremur. Conferebat quoque in domo familiariter cum amicis advenientibus, de lege et ejus significationibus ac figuris. Disputavit etiam cum sapientibus, ita ut mirarentur, dicentes : Ecce filius Joseph docet magistros, aliquis magnus spiritus loquitur in eo.

Amplius, electi et sancti, tam in veteri quam in novo Testamento, pro illuminatione increatæ et æternæ Sapientiæ tam anxie rogaverunt, et nos quotidie Dominum Jesum Christum indesinenter precamur ut nos illustrare ac edocere dignetur. Quum ergo celeberrima ac diligentissima virgo Maria certissime sciret hanc ipsam Sapientiam ex se incarnatam, generatam, secum corporaliter conversantem, evidens reor, quod ab ea illuminationem et informationem petiit et accepit assidue ; et

Jacob. 1, 5. Filius Dei dans omnibus affluenter, et sicut capaces sunt seque disponunt, sua præcarissimæ Matri tanto pleniorum infudit illustrationem, sapientiam et doctrinam, quanto ipsa præ omnibus fuit capacior, dignior, et ad suscipiendum purior, diligentior atque ferventior. Erat quippe optima Domina naturaliter valde ingeniosa, sapientiæ avida, præclarissimæ indolis, fortissimæ synderesis, et ad intelligendum divina, tam ex naturali dispositione quam ex gratiæ inspiratione, plurimum inclinata. Postremo, Filius ejus, cujus deliciæ sunt esse cum filiis hominum, cui tanto deliciosius fuit esse cum Virgine Matre, quanto præcordialius super omnem creaturam eam dilexit, non solum quoniam mater ejus, sed ideo maxime quia in omni sanctitate et perfectione sibi fuit simillima : ipse (inquam) Filius ejus, divitias sapientiæ et scientiæ suæ, quibus erat plenissimus, suæ tam mundissimæ et affectuosissimæ Matri munificenter ac dele-

Prov. viii, 31.

ctabiliter impertivit, etiam multo plus quam petiit ipsa.

ARTICULUS XV.

De ingeniositate atque ingenita bonitate Mariæ dulcissimæ.

PUER eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam. De excellentia gloriosissimæ Virginis dictum est in primo libello. Et quoniam, teste Philosopho, molles seu teneri carne, apti sunt mente, constat quod felicissima virgo Maria fuit nobilissimæ, tenerrimæ et æqualissimæ complexionis post Filium suum. Ita ex naturali dispositione ingeniosissima fuit, atque ad sapientiam, scientiam ac virtutes naturaliter dispositissima ac maxime inclinata, præsertim quia ex singulari dono Altissimi non fuit in ea ulla culpa aut passio retrahens ab hujusmodi inclinatione naturæ. Ipsa ergo excellentissime dicere potuit : Puella eram ingeniosa, et sortita sum animam bonam. Nonne auctorem naturæ decuit mater omni naturali elegantia decorata ? Sic et eum qui est splendor gloriæ et character paternæ substantiæ, candor lucis æternæ, fons sapientiæ universæ, Verbum et Sapientia Dei Patris, decuit matrem habere subtilitate ingenii præfulgentem, splendore intellectus ornatam, similitudine Deitatis eminenter insignitam.

Denique, de multis electis et Sanctis utriusque sexus narratur, quod in eis fuit concertatio quædam gratuitorum naturaliumque donorum, quæ mutuo se juvabant, et dona gratiæ perficiebant dona naturæ, et difficile fuit in eis perpendere in quibus donis amplius excedebant ; erantque tales tam Deo quam hominibus complacentes, amabiles et accepti : qualiter inter virgines sanctas fuerunt Catharina, Ursula, Barbara, Agnes, Agatha, Margareta, et aliæ multæ. Inter quas omnes illustrissima ac perfectissima virgo Maria tanto præfulget primatu, quanto decet præfulgere Matrem Fontis et causæ totius gratiæ

Sap. vii, 19.

art. xv, xxxiv, xxxv.

*Hebr. 1, 3;
Sap. vii, 26;
Eccli. 1, 5;
1 Cor. 1, 24.*

ac naturæ ancillis ipsius. Hinc in annis A pueritiæ, quum adhuc moraretur, ac doceretur in templo, miro modo præ cœtaneis et consodalibus suis profecit in omnibus, fuitque erudita subtiliter in Scripturis. Hinc quoque conversio ejus plena ad Deum, et totius mundi contemptus, quo mundana Dei intuitu et amore despexit omnimode, tanto acceptiores Deo et tanto plus meritorii erant, quanto ipsa elegantissima adolescentula per eminentiam suam in naturalibus tam in corpore quam in anima, poterat mundo aptior acceptiorque B haberi. Unde et ideo decuit eam in omni naturali dono ita esse præclaram, quatenus ex hoc ejus ad Deum conversio laudabilior esset. Minus namque commendabile reputatur, quod hi sæculum derelinquant qui sæculo minus apti consistunt.

ARTICULUS XVI.

Quod laudabilissima virgo Maria sermones Filii sui præ cunctis avidius audivit, clarius intellexit, et amplius inde profecit.

Eccli. iii, 21.

AURIS bona cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Quo sacratissima et benedictissima virgo Maria præ ceteris clarius certiusque cognovit Filium suum esse verum Deum, virtutem et Sapientiam atque Unigenitum Patris æterni, eo sermocinationes et universa verba ac documenta illius diligentius auscultavit, ferventius libentiusque audivit : et quia certissime noverat hoc, ideo cum inæstimabili et ferventissima diligentia advertit loquentem ; et in sermonibus ejus vehementer delectabatur, præsertim quoniam intellexit eosdem profunde ; ac præ ceteris universis profecit ex illis. Verumtamen, quando audivit eum suam passionem prænuntiare, Scribas quoque et Pharisæos acerrime increpare, secundum unum respectum condoluit et expavit, certa quod illi tanquam obstinati, ex hujuscemodi Filii sui verbis vehementius incitarentur ad persequendum interficiendumque eum.

Math. xx, 18, 19; xxiii, 13 et seq.

Præterea, quo devotissima et serenissima virgo Maria Filium suum præ cunctis ardentius prædilexit, eo præ aliis majori aviditate prædicantem advertit. Rursus, quum Filius ejus testatus sit, Qui ex Deo est, verba Dei audit ; quo Maria Deifera excellentius erat prædestinata, et ex Deo per gratiam divinitata, quo Deo carior fuit, similior atque propinquior, imo et familiarior, eo instantius ac libentius audivit Deum, Dei Filium, de Deo Patre loquentem, et verba ipsius diligentissime consideravit, tenaciusque retinuit, et magis perfecte implevit.

Denique, verba aliorum de Filio suo loquentium, utputa angelorum, pastorum, Magorum, Zachariæ, Elisabeth, Simeonis et Annæ, cum grandi diligentia advertit, memoriter tenuit, et in suo contulit corde : quanto magis ipsummet Filium suum, verum Deum, cum incomparabili diligentia et fervore audivit ? Amplius, quanto plus audientium desideravit conversionem atque salutem, tanto libentius audivit Filium suum illis sermocinantem, sperans conversionem illorum, et sciens efficaciam Filii sui in prædicando.

Adhuc autem, si Maria Magdalene verbis Christi tam avide et dulciter fuit intenta, ut nec a sorore sua Martha de ipsa conquerente et Dominum interpellante averti valeret : quanto magis purissima ac ferventissima mens Mariæ Christiferæ intantissima exstitit verbo Dei, utpote incomparabiliter contemplativa, quæ optimam partem integerrime prælegit, illique uni quod solum necessarium est, perfectissime inavertibiliterque inhæsit ? Nempe et verba Christi de sua deitate loquentis, videlicet, Antequam Abraham fieret, ego sum, Ego et Pater unum sumus, Quæcumque facit Pater, hæc et Filius similiter facit, et consimilia, sincerissima et illuminatissima virgo Maria sapientialiter intellexit, atque in contemplatione deitatis Filii sui cordialiter exsultavit. Pensemus quam delectabile nobis jam esset, Paulum apostolum aut viatorem illi omnino in cunctis æqua-

Joann. viii, 47.

Luc. ii, 19, 51.

Ibid. x, 39, 40.

Ibid. 42.

Joann. viii, 58; x, 30; v, 19.

lem, audire sermocinantem, ac prædicationis suæ eloquia signis atque miraculis copiosis ac magnis corroborantem; et ex hoc consideremus quam deliciosum fuit affectuosissimæ Matri illum audire loquentem quem ipsa certissime noverat verum Deum, angelorum, Patriarcharum, Prophetarum Apostolorumque omnium creatorem, impletorem ac instructorem, videre quoque præclarissima et innumerabilia signa ac miracula quæ fecit imperiose atque ad libitum, in quibus frequenter mirabilior fuit modus agendi quam opus ipsum. B

ARTICULUS XVII.

An beatissima virgo Maria agnoverit trinitatem personarum in Deo antequam Filium Dei concepit.

Is. ix. 6. **P**ARVULUS natus est nobis, et filius datus est nobis; et vocabitur Deus, Fortis. In lege et Prophetis trinitatem personarum in Deo insinuari, multipliciter probant doctores et expositores Scripturæ, C

Magister quoque Sententiarum, primo libro: quod et in diversis demonstravi opusculis, præsertim in dialogo de Fide catholica. Et certe Spiritus Sanctus Sanctis illis sui notitiam præbuit quos ad prophetandum replevit; Deique Filium esse incarnandum, diu ante fuit prædictum. Porro venerandissima et prorsus præstantissima virgo Maria non minus quam sancti Pro-

phetæ, imo, ut ex præhabitis constat, multo plus quam Prophetæ, fuit illuminata atque in fide perfecta, explicitam vel potius explicitissimam habens fidem necessariorum ac pertinentium ad salutem: ideo mysterium supergloriosissimæ Trinitatis ei præclare innotuit. Denique, erudita exstitit in Scripturis; nec dubium quin veram ac limpida Scripturarum intelligentiam ei contulerit auctor totius sacræ Scripturæ Spiritus Sanctus: idcirco tam vere ex Scripturis agnovit Deum esse in personis trinum, quam vere Scriptura veteris Testamenti docet hoc ipsum.

Amplius, beatissima illa et ineffabiliter præelecta Puella, in totius adorandæ superessentialisque Trinitatis consortium assumenda, ejusdem superfelicissimæ Trinitatis fideli notitia fuerat excellenter ornanda. Nec Pater æternus eam suæ cognitionis reliquit expertem, quam prælegit et promovere decrevit atque assumere voluit in comparentalem. Filius quoque se ei splendide revelavit, ex qua incarnari, concipi, nasci, educari elegit. Sic et Spiritus Sanctus ei se specialiter manifestavit per fidem et contemplationem fidelem ac sapientialem, quam elegit in templum atque sacrarium, et in ejus felicissimam matrem a quo ipse vere æternaliterque procedit; nec eam sine sua reliquit fideli ac distincta notitia, per quam voluit adimplere Prophetarum oracula. Hinc fatetur Ambrosius: Magnificat anima Mariæ Dominum, Luc. 1. 46. eo quod Patri Filioque devota, unum Deum ex quo omnia, et unum Dominum per quem omnia, pio veneretur affectu. Par ratione fuit sine dubio et Spiritui Sancto, a quo omnis profluit gratia, vere devota. Devotio autem fidem præsupponit. Itaque, quo præclarius fuit mysteria Christi in se et per se impleri ac verificari, quod factum est in Maria dignissima, quam ea vaticinari, quod fecerunt Prophetæ, eo sublimior notitia fuit serenissimæ Virgini de superexcellens Trinitate infusa quam Vatribus sanctis.

Postremo, omnium horum veritas ex Evangelio lucide comprobatur. Nempe, quum sapientissima ac pudicissima adolescentula ab Archangelo didicisset se regem Messiam, Dei Filium, concepturam, modum sciscitans supernaturalis, arduissimi incomprehensibilisque effectus: Quomodo (inquit) fiet istud, quoniam virum non cognosco, id est, nequaquam cognoscere intendo? Quod et promisit vel absolute, vel sub conditione honestissima, utputa, nisi Deus omnipotens aliter cum ea disponderet. Ad hoc angelus sanctus respondit: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi;

dist. 11 D
et 2.
Cf.
t. XXXIII,
p. 121 D'.

art. xiv.

Luc. 1. 46.

Ibid. 31.

Ibid. 25.

ideoque et quod nascetur ex te sanctum, A vocabitur Filius Dei. In qua utique respon- sione superbenedicta Trinitas designatur. Si igitur electissima Dei sponsa ac filia jam ante nescivit mysterium Trinitatis, non intellexisset responsonem hanc ipsam, videlicet, quid per Spiritum Sanctum, quid per Patrem Filii Dei innueretur; nec agnovisset an Filius Dei quem erat conceptura, esset filius naturalis Patrique cœqualis, an potius adoptivus : ideoque de his omnibus fuisset prius erudienda. Imo, sicut in Actibus Apostolorum leguntur quidam a B Paulo interrogati, Si Spiritum Sanctum recepistis credentes? protinus respondisse, Neque si Spiritus Sanctus est audivimus; sic Virgo sanctissima, nisi jam Trinitatis habuisset notitiam, quærere debuisset ab angelo : Quid per Spiritum Sanctum, quid per virtutem Altissimi, quid per Filium Dei designas?

ARTICULUS XVIII.

Quod benedicta virgo Maria dono prophetiæ fuit ornata.

ACCESSI ad prophetissam, et concepit. Quanto major est puritas mentis humanæ et familiaritas ac amicitia ejus ad Deum, tanto copiosius illustratur ab ipso, et plura atque majora secreta solent ei desuper revelari. Unde, sicut præallegatum est, in libro Sapientiæ de increata Sapientia legitur, quod in animas sanctas se transfert, Prophetas et amicos Dei constituens. Ideo, sicut beatissima virgo Maria fuit puritate incomparabili decorata, omnipotentique Domino summe et inæstimabiliter familiarissima atque carissima, ac prorsus præcordialissima ejus amica; ita (ut credo) cognitione mysteriorum, notitia futurorum, intuitione secretorum fuit præ viatoribus universis excellentissime adimpleta.

Denique, personis sublimibus curam communitatis habentibus, solent ostendi futura et secreta ad commune bonum spectantia : quemadmodum de rege Nabucho-

donosor patet in Daniele, et de Pharaone in Genesi. Quum igitur sacratissima Domina fuerit a Filio suo adorando constituta mater et advocata, regina et custos, protectrix et adjutrix totius militantis Ecclesiæ, decuit ei plurima revelari de statu, processu, eventu Ecclesiæ militantis, ut ex illorum præcognitione magis procuraret ac tueretur bonum Ecclesiæ. Quamvis itaque de sancto cantetur Joanne apostolo, quod nunquam vidit tot secreta purus homo purius; hoc tamen intelligi congruit, dempta benedictissima Dei Matre, quæ præeminet universis, et privilegiis singularibus maximisque præfulget.

Amplius, his qui pro communi bono Ecclesiæ sincerius ac vehementius exstant solliciti, et pro eâ ferventius ac frequentius deprecantur, revelantur ubertim quædam secretiora ac futura concernentia statum Ecclesiæ, pro consolatione ipsorum, vel ut instantius orent pro ipsa. Quemadmodum autem affectuosissima atque sanctissima virgo Maria in caritate Christi et proximorum incomparabiliter fervida fuit jugiterque perfecta, sic pro communi bono Ecclesiæ, pro omni profectu ac salute fidelium, pro incremento credentium atque constantia plena conversorum ad fidem, vehementissime fuit sollicita, indesinenter ac ferventissime orans : idcirco decentissimum fuit plura et majora ei de pertinentibus ad Ecclesiam desuper revelari.

Præterea, quam longe ac late evangelica lex fuerat promulganda, et a cunctis gentibus acceptanda, clarissime prævidit in spiritu, dum prophetice cecinit : Beatam me dicent omnes generationes. Tunc certissime vidit quam magnifice esset laudanda, quam devote colenda, quam reverenter ac intime diligenda a cunctis toto orbe terrarum fidelibus. Noveras, o Mater dulcissima, o venerandissima Domina, prophetatum esse de te : Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis; itemque : Ecce virgo concipiet et pariet filium. Noveras de Filio tuo prædictum : A finibus

Luc. 1. 48.

Ps. XLV, 13.

Is. VII, 14.

Ibid. XXIV, 16.

Dan. II, 28;
Gen. XLII, 25.

terræ audivimus laudes, gloriam Justi; A
 et rursus Benedicentur in ipso omnes
 tribus terræ, omnes gentes magnificabunt
 eum. Idcirco dixisti: Beatam me dicent
 omnes generationes.

Ps. LXXI,
17.

Luc. I, 48.

Job XXXI, 8.

Adhuc, in Job habetur: Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. Quum ergo serenissima Virgo incessabilem ac copiosissimam habuerit inspirationem Spiritus Sancti, multa et maxima inde agnovit abdita et futura. Christus quoque post Cœnam dixit Apostolis: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. B
 Quum igitur sapientissima et perfectissima virgo Maria aptissima fuerit illa suscipere, intelligere ac portare, non videtur ambiguum quin de talibus Unigenitus ejus docuerit eam seorsum ore ad os, atque per internam suæ deitatis irradiationem in suæ amantissimæ ac familiarissimæ Matris mentem.

Joann. XVI,
12.

Ibid. XI, 51.

Præterea, de Caipha, non obstante ejus malitia, scriptum est: Quum esset pontifex anni illius, prophetavit. Quanto magis excellentissimæ Mariæ, advocatæ, imperatrici, custodi, nutrici ac matri totius Ecclesiæ, competeat de concernentibus Ecclesiam præscire ventura ac vaticinari? Insuper, de magno et sancto Joanne Baptista asseritur, quod fuit propheta et amplius quam propheta, quoniam quem prædixit venturum, monstravit præsentem. Quanto magis Maria dulcissima plus fuit quam prophetissa, quoniam Christum, de quo nondum nato ex utero multa in suo cantico prophetavit, non solum monstravit præsentem pastoribus, Magis, Simeoni et D
 Annæ, multisque aliis, sed et toti mundo peperit eum ac præsentem exhibuit?

Matth. XI, 9.

Epist. X.

Postremo, non solum gloriosi Apostoli, sed et alii plurimi evangelicæ legis Sancti, dono prophetiæ sublimiter splenduerunt, ut Dionysius, ut patet in ejus epistola ad Joannem apostolum, Servatius, Martinus, Benedictus, Bernardus, Franciscus: quos omnes amabilissima et unica virgo Maria inæstimabiliter in hoc dono sine dubio superavit.

ARTICULUS XIX.

An benedicta et gloriosa virgo Maria habuit cetera dona gratiæ gratis datæ, videlicet, gratiam sanitatum, operationem virtutum, id est miraculorum, discretionem spirituum, interpretationem sermonum, genera linguarum.

I Cor. XII,
9. 10.

BENEDICTA tu in mulieribus. Benedictio Dei est collatio beneficiorum ac munerum ejus et multiplicatio eorumdem, potissime autem spiritualium donorum gratiæ et gloriæ. Itaque electissimæ incomparabilique Mariæ in mulieribus, inter mulieres, supra mulieres et præ mulieribus cunctis, excellentissime sunt collata tam dona gratiæ gratum facientis quam munera gratiæ gratis datæ, quæ aliis mulieribus divisim et per partes sunt præstita. Porro multis mulieribus, id est personis feminei sexus, concessa sunt dona gratiæ gratis datæ in articulo tacto, ut ex Chronicis et Legendis patet Sanctorum: idcirco hæc omnia simul et eminentissime sunt donata Mariæ dignissimæ, quæ a nullo superatur illustrium.

Luc. I, 28.

Enimvero, discretionem spirituum habuit ante annuntiationem dominicam. Nam et ab infantia, quum uti cœpit ratione assidue, creditur angelicis apparitionibus assueta fuisse. Viso quoque et audito Gabriele archangelo, fuit turbata in ejus sermone, non in apparitione, certa quod fuerit angelus sanctus. Per quid autem discernatur spiritus bonus a malo, et de examinatione spirituum, difficilis est ac subtilis materia: de qua nuper, Deo auxiliante, opusculum edidi.

Ibid. 29.

Interpretationem vero sermonum, id est elucidationem Scripturarum, hoc est clarum earum intelligentiam, facultatem quoque exponendi eandem, habuit ante missionem Paracleti, imo et ante conceptionem Filii Dei: sic tamen quod in conceptione Unigeniti summi Patris, et deinde quotidie, maxime autem in die sancto Pentecostes accipiendi cum gloriosis Apostolis Spi-

Act. II, 1
et seq.

ritum Sanctum, valde profecit in evidenti A Scripturarum intellectu sanctarum, veritates in eis contentas intelligendo limpidius, quarum plena cognitio pro magna parte non habetur nisi in patria aut visione Deitatis per speciem. Genera vero linguarum accepit cum beatis Apostolis in præacta Spiritus Sancti susceptione.

Gratiam vero et virtutem faciendi prodigia creditur habuisse, saltem ab eo tempore quo omnium mirabilium, incomprehensibilium et supernaturalium mirabilissimum, incomprehensibilissimum et supernaturalissimum opus, videlicet incarnationis Verbi æterni, in ea et per eam peractum est : quamvis gloriosissima Domina non legatur publice fecisse miracula manens in vita ista, quemadmodum nec S. Joannes Baptista.

An vero Mater Deifera in vita hac usa sit dono linguarum et sapientia quæ est donum gratiæ gratis datæ, alios instruendo, partim præhabitu est.

Denique, de hac re scribit Albertus in libro de Laudibus Virginis gloriosæ : Donorum gratis datorum et non gratum facientium, quædam dantur in ministerium, et non in proprium profectum, ut prophetia Balaam et Caiphæ ; quædam autem in proprium profectum et etiam in ministerium seu commodum aliorum, ut dona discretionis spirituum et linguarum, atque scientia Apostolis data ; quædam vero in proprium sui ipsius profectum, et non aliorum, ut dona instructionis beatissimæ Dominæ. Et talium quædam dantur ad perficiendam indigentiam, quædam ad decorandam potentiam, et quædam ad nobilitandam naturam et honorandam personam : et sic habuit beatissima Virgo hujusmodi dona, non ad ministerium, sed ad decorationis cumulum, ad perfectionis et delectationis augmentum, ad materiam laudis et incrementum honoris, et ad omnium bonorum spiritualium complementum.

Hæc verba Alberti probabiliter dicta videntur, dempto quod ait beatissimam Virginem non accepisse dona instructionis

ad aliorum profectum : quia, ut supra ostensum est, Lucas evangelista creditur ab ea in multis instructus. Sanctus quoque Ignatius, multique neophyti alii, petierunt et acceperunt informationem ab ea, ut supra ex epistola S. Ignatii est ostensum.

Sed et sanctarum collegium virginum gloriosissimæ Dominæ cohabitantium post Christi ascensionem, instruebatur ab ea assidue, multæque aliæ mulieres devotæ, confugientes et accedentes ad ipsam assidue. Præterea, quemadmodum (juxta divini Dionysii documenta) universi chori

et ordines angelorum, non solum a Christo secundum naturam assumptam, sed a præstantissima quoque Maria, purgationem, illuminationem et perfectionem suscipiunt in triumphanti Ecclesia ; ita in militanti Ecclesia etiam summi in primitiva Ecclesia, puta Apostoli, purgationem, illuminationem et perfectionem sortiebantur ab ipsa, atque in dubiis et arduis recursum habuerunt ad eam tanquam ad omnium sapientissimam, et excellentissimam Dei Matrem, suamque Dominam, ut supra ex verbis quoque Hieronymi est ostensum.

Amplius, sicut est præinductum, multæ personæ sublimes ex paganismo conversæ in primitiva Ecclesia, scientes præclarissimam incomparabilemque Mariam Dei Matrem adhuc in carne mortali viventem, ipsius sanctitatem et excellentiam vehementissime mirabantur, atque desiderio eam videndi ac audiendi, ex remotis ac variis locis venerunt ad ipsam, prout ante

ex epistolis S. Ignatii est ostensum, ac de divino Dionysio recitatum. Nec dubium quin mitissima, humillima et affectuosissima virgo Maria, ex ineffabili caritate, pietate et humilitate præbuerit se illis conspiciendam, roboravitque ipsas in fide, suo adpectu, sermone, exemplo, imo et innumerabiles ex Judaismo ad Christum conversos, ut etiam in Revelationibus S. Briggittæ continetur et infra tangetur. Hinc reor, quod et dono linguarum ad conversos gentiles interdum sit usa Virgo

art. v.

lib. I, art. xxix.

De Eccl. hier. c. I.

Cf. I. XV, p. 112 A, 551 A.

art. v.

lib. I, art. xxix.

Joann. I, 41.

art. v.

Mariale, q. cxxii.

Num. xxiii, xxiv ; Joann. xi, 49-52.

terræ audivimus laudes, gloriam Justi; A

Ps. lxxi, 17. ~~et vultus~~ **Benedicentur** in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Idcirco dixisti: Beatam me dicent omnes generationes.

Job xxxii, 8. Adhuc, in Job habetur: Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. Quum ergo serenissima Virgo incessabilem ac copiosissimam habuerit inspirationem Spiritus Sancti, multa et maxima inde agnovit abdita et futura. Christus quoque post Cœnam dixit Apostolis: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. B Quum igitur sapientissima et perfectissima virgo Maria aptissima fuerit illa suscipere, intelligere ac portare, non videtur ambiguum quin de talibus Unigenitus ejus docuerit eam seorsum ore ad os, atque per internam suæ deitatis irradiationem in suæ amantissimæ ac familiarissimæ Matris mentem.

Ibid. xi, 51. Præterea, de Caipha, non obstante ejus malitia, scriptum est: Quum esset pontifex anni illius, prophetavit. Quanto magis excellentissimæ Mariæ, advocatæ, imperatrici, custodi, nutrici ac matri totius Ecclesiæ, competebat de concernentibus Ecclesiam præscire ventura ac vaticinari? Insuper, de magno et sancto Joanne Baptista *Matth.* xi, 9. assertitur, quod fuit propheta et amplius quam propheta, quoniam quem prædixit venturum, monstravit præsentem. Quanto magis Maria dulcissima plus fuit quam prophetissa, quoniam Christum, de quo nondum nato ex utero multa in suo cantico prophetavit, non solum monstravit præsentem pastoribus, Magis, Simeoni et D Annæ, multisque aliis, sed et toti mundo peperit eum ac præsentem exhibuit?

Epist. x. Postremo, non solum gloriosi Apostoli, sed et alii plurimi evangelicæ legis Sancti, dono prophetiæ sublimiter splenduerunt, ut Dionysius, ut patet in ejus epistola ad Joannem apostolum, Servatius, Martinus, Benedictus, Bernardus, Franciscus: quos omnes amabilissima et unica virgo Maria inæstimabiliter in hoc dono sine dubio superavit.

ARTICULUS XIX.

An benedicta et gloriosa virgo Maria habuit cetera dona gratiæ gratis datæ, videlicet, gratiam sanitatum, operationem virtutum, id est miraculorum, discretionem spirituum, interpretationem sermonum, genera linguarum. *1 Cor.* xii, 9. 10.

BENEDICTA tu in mulieribus. Benedictio Dei est collatio beneficiorum ac munerum ejus et multiplicatio eorumdem, potissime autem spiritualium donorum gratiæ et gloriæ. Itaque electissimæ incomparabilique Mariæ in mulieribus, inter mulieres, supra mulieres et præ mulieribus cunctis, excellentissime sunt collata tam dona gratiæ gratum facientis quam munera gratiæ gratis datæ, quæ aliis mulieribus divisim et per partes sunt præstita. Porro multis mulieribus, id est personis feminei sexus, concessa sunt dona gratiæ gratis datæ in articulo tacto, ut ex Chronicis et Legendis patet Sanctorum: idcirco hæc omnia simul et eminentissime sunt donata Mariæ dignissimæ, quæ a nullo superatur illustrium.

Enimvero, discretionem spirituum habuit ante annuntiationem dominicam. Nam et ab infantia, quum uti cœpit ratione assidue, creditur angelicis apparitionibus assueta fuisse. Viso quoque et audito *Ibid.* 29. Gabriele archangelo, fuit turbata in ejus sermone, non in apparitione, certa quod fuerit angelus sanctus. Per quid autem discernatur spiritus bonus a malo, et de examinatione spirituum, difficilis est ac subtilis materia: de qua nuper, Deo auxiliante, opusculum edidi.

Interpretationem vero sermonum, id est elucidationem Scripturarum, hoc est claram earum intelligentiam, facultatem quoque exponendi eandem, habuit ante missionem Paracleti, imo et ante conceptionem Filii Dei: sic tamen quod in conceptione Unigeniti summi Patris, et deinde quotidie, maxime autem in die sancto Pentecostes *Act.* ii, 1 et seq. accipiendo cum gloriosis Apostolis Spi-

ritum Sanctum, valde profecit in evidenti A
Scripturarum intellectu sanctarum, veritates in eis contentas intelligendo limpidius, quarum plena cognitio pro magna parte non habetur nisi in patria aut visione Deitatis per speciem. Genera vero linguarum accepit cum beatis Apostolis in præacta Spiritus Sancti susceptione.

Gratiam vero et virtutem faciendi prodigia creditur habuisse, saltem ab eo tempore quo omnium mirabilium, incomprehensibilium et supernaturalium mirabilissimum, incomprehensibilissimum et supernaturalissimum opus, videlicet incarnationis Verbi æterni, in ea et per eam peractum est : quamvis gloriosissima Domina non legatur publice fecisse miracula manens in vita ista, quemadmodum nec S. Joannes Baptista.

Joann. x.
41.

An vero Mater Deifera in vita hac usa sit dono linguarum et sapientia quæ est donum gratiæ gratis datæ, alios instruendo, art. v. partim præhabitu est.

Mariale,
q. cxvii.

Denique, de hac re scribit Albertus in libro de Laudibus Virginis gloriosæ : Donorum gratis datorum et non gratum facientium, quædam dantur in ministerium, et non in proprium profectum, ut prophetia Balaam et Caiphæ ; quædam autem in proprium profectum et etiam in ministerium seu commodum aliorum, ut dona discretionis spirituum et linguarum, atque scientia Apostolis data ; quædam vero in proprium sui ipsius profectum, et non aliorum, ut dona instructionis beatissimæ Dominæ. Et talium quædam dantur ad perficiendam indigentiam, quædam ad decorandam potentiam, et quædam ad nobilitandam naturam et honorandam personam : et sic habuit beatissima Virgo hujusmodi dona, non ad ministerium, sed ad decorationis cumulum, ad perfectionis et delectationis augmentum, ad materiam laudis et incrementum honoris, et ad omnium bonorum spiritualium complementum.

Num. xxiii,
xxiv : Jo-
ann. xi, 49-
52.

Hæc verba Alberti probabiliter dicta videntur, dempto quod ait beatissimam Virginem non accepisse dona instructionis

ad aliorum profectum : quia, ut supra ostensum est, Lucas evangelista creditur ab ea in multis instructus. Sanctus quoque Ignatius, multique neophyti alii, petierunt et acceperunt informationem ab ea, ut supra ex epistola S. Ignatii est ostensum.

art. v.

Sed et sanctarum collegium virginum gloriosissimæ Dominæ cohabitantium post Christi ascensionem, instruebatur ab ea assidue, multæque aliæ mulieres devotæ, confugientes et accedentes ad ipsam assidue. Præterea, quemadmodum (juxta divini Dionysii documenta) universi chori et ordines angelorum, non solum a Christo secundum naturam assumptam, sed a præstantissima quoque Maria, purgationem, illuminationem et perfectionem suscipiunt in triumphanti Ecclesia ; ita in militanti Ecclesia etiam summi in primitiva Ecclesia, puta Apostoli, purgationem, illuminationem et perfectionem sortiebantur ab ipsa, atque in dubiis et arduis recursum habuerunt ad eam tanquam ad omnium sapientissimam, et excellentissimam Dei Matrem, suamque Dominam, ut supra ex verbis quoque Hieronymi est ostensum.

lib. I, art.
xxix.

De Eccl.
hier. c. i.

Cf. l. xv,
p. 112 A,
551 A.

Amplius, sicut est præinductum, multæ personæ sublimes ex paganismo conversæ in primitiva Ecclesia, scientes præclarissimam incomparabilemque Mariam Dei Matrem adhuc in carne mortali viventem, ipsius sanctitatem et excellentiam vehementissime mirabantur, atque desiderio eam videndi ac audiendi, ex remotis ac variis locis venerunt ad ipsam, prout ante ex epistolis S. Ignatii est ostensum, ac de divino Dionysio recitatum. Nec dubium quin mitissima, humillima et affectuosissima virgo Maria, ex ineffabili caritate, pietate et humilitate præbuerit se illis conspiciendam, roboravitque ipsas in fide, suo adpectu, sermone, exemplo, imo et innumerabiles ex Judaismo ad Christum conversos, ut etiam in Revelationibus S. Brigittæ continetur et infra tangetur. Hinc reor, quod et dono linguarum ad conversos gentiles interdum sit usa Virgo

lib. I, art.
xxix.

dulcissima, præsertim quia (ut supra ex *Cf. p. 76 D.* epistola ejus ad S. Ignatium est relatum) ipsa Maria piissima scripsit Ignatio, se venturam ad ipsum et ad existentes cum eo ex gentilitate conversos, pro confirmatione, consolatione et instructione ipsorum.

Postremo, de ista materia scribit Thomas in tertia parte Summæ suæ, quæstione *art. 5 ad 3^{am}.* vicesima septima : Non est dubitandum quin Virgo beata acceperit excellenter donum sapientiæ, gratiamque virtutum, et etiam gratiam prophetiæ. Non tamen sic ea accepit, ut haberet usus harum *B* et similium gratiarum sicut habuit Christus, sed secundum quod conveniebat conditioni ipsius. Habuit enim usum sapientiæ in contemplando, non autem ad docendum, eo quod hoc non competebat sexui muliebri, secundum illud Apostoli : *1 Tim. II. 12.* Mulieri docere non permitto. Miraculorum quoque usus seu actus ei non competebat, dum vixit hic : quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis ; et ideo soli Christo et ejus discipulis, qui erant bajuli doctrinæ Christi, conveniebat *C* miracula facere. Hæc Thomas.

Cujus verba incerta sunt, et forsitan nec vera. Jam enim ostensum est, quod sacratissima virgo Maria multos edocuit. Nec talem privatam doctrinationem, quæ etiam actus est sapientiæ quæ est donum gratiæ gratis datæ, prohibuit mulieribus Paulus : quanquam etsi eam illis prohibuisset, non tamen super excellentissimam Dei Matrem cecidisset prohibitio illa, quippe super quam Paulus jurisdictionem non habuit, et quæ est super omnes, magis *D* quam omnium una. — Postremo, quod asserit Thomas, solis discipulis Christi, bajulis ejus doctrinæ, convenisse miracula facere, non apparet : quoniam per Mariam Magdalene Deus multa fecit prodigia, quæ et sterili principissæ fecunditatem orando obtinuit, ut patet in ejus Legenda ; secundo, quoniam soror ejus B. Martha inter cetera mortuum suscitavit, draconem horrendum compescuit et ligavit mortique tradidit. Et istæ Apostolorum erant tem-

poribus, et eorum discipulæ, imo et Christi. Conformiter per S. Theclam, apostoli Pauli discipulam, multa Dominus egit miracula, quæ omnia in Aurea patent legenda Sanctorum.

ARTICULUS XX.

Quod in donis intellectus et consilii præstantissima virgo Maria post Christum perfectissima fuit.

QUIS adfuit in consilio Domini, et vidit et audivit sermonem ejus? Septem *Jer. XLIII. 18.* dona Spiritus Sancti sunt habitus supernaturales, creati, infusi, formati, caritati inseparabiliter juncti, reddentes intellectualem creaturam promptè mobilem a Spiritu Sancto. Porro intellectus secundum quod donum, est hujuscemodi habitus mentem illustrans, per quem ea quæ fidei sunt, aliquo modo perspiciuntur ac penetrantur, per hoc quod rationes seu argumenta credendorum ac fidei cognoscuntur. Quum igitur benignissima ac sapientissima virgo Maria habuerit fidem cum rationibus credendorum et purificatæ mentis intelligentia, in gradu inter puros viatores supremo, constat quod ea quæ fidei sunt, clarissime, quantum viatrici menti fuit possibile, penetravit, veritatesque fidei per signa certissima, imo per experientiam copiosam, agnovit, utputa : virginem concepisse, Deum hominem factum esse, regem Messiam venisse, Deum in personis consistere trinum, in essentia unum, Filium Dei in unitate personæ esse Deum ac hominem. Agnovit optima Virgo clarissime fidei argumenta, qualiter per Scripturas veteris Testamenti, per Judæorum finalem derelictionem, per divina miracula soli Deo possible, per evidentiam divinorum charismatum, per revelationes supernas et apparitiones cœlestes ac aliis modis probentur.

Porro consilium ut est donum, non est actus prudentiæ, sed habitus per quem mens dirigitur a Spiritu Sancto ad intuen-

dum quid in arduis atque ambiguis sit A agendum aut evitandum, in quibus providentia humana sine directione supernaturali divina non sufficit. Hoc dono consilii electissima virgo Maria fuit tam plena, quod in cunctis hujusmodi a Spiritu Sancto indeviabiliter dirigebatur, et quid agendum aut omittendum esset, per unctionem et inspirationem instruebatur. Nec in ea habuit locum illud Sapientiae : Sap. ix, 14. Incertae sunt providentiae nostrae ; sed implevit plenissime quod ait Scriptura : Eccli. xxxvii, 20. Ante omnem actum praecedat te consilium stabile.

Itaque, per splendidissimum donum intellectus, aptissima atque promptissima fuit serenissima virgo Maria ea quae fidei sunt subtilissime intueri, nexum et ordinem, consonantiam ac rationabilitatem credibilium dum omnia comportantur, delectabiliter contemplari, dignitatem quoque suam et gratiarum suarum eminentiam considerare, ac propter hanc Deo devotissimas rependere grates. Per donum vero consilii, fuit familiarissime ac specialissime assueta moveri a Spiritu Sancto in omni consiliari negotio, in tantum quod ipsa unica Virgo fuit summe idonea etiam aliis saluberrima conferre consilia.

ARTICULUS XXI.

Quam praeclaræ prudentiæ fuerit suavissima ac divinissima virgo Maria.

DIC sapientiae : Soror mea es ; et prudentiam voca amicam tuam. Prudentia appellatur recta agibilium ratio, id est virtus intellectualis docens quid agendum, quid cavendum, atque ad agenda inclinans, et cavenda abhorrens. Frequenter quoque solet prudentia sumi pro discretionem. Quemadmodum ergo sapientia versatur circa divina, sic prudentia circa humana ; estque directrix actuum humanorum, atque de mediis ad obtinendum finem intentum accommodis providens et disponens.

T. 36.

Quis ergo nunc sacratissimæ virginis Mariæ prudentiam satis queat mirari aut digne laudare, quum ipsa incomparabilis Domina in omni conversatione sua, in omni domus suæ regimine, in omni sua electione, nunquam excesserit neque erraverit, verum in cunctis habuerit se irreprehensibiliter, ordinate, regia jugiter via incedens, et nunquam ad dexteram aut sinistram declinans, summe adimplens illud Apostoli, Omnia honeste et secundum ordinem fiant in vobis ? Vere prudentissima prorsus Maria, quæ sic ferventissima fuit, ut nihilo minus in cunctis discretissima fuerit, rationabilissimum Deo obsequium incessabiliter offerens ; quæ nec in cibo, potu, somno, vestitu, verbo, actu, dispositione, nec in aliquo vitæ suæ processu unquam venialiter saltem peccavit. O quam superhumanum, quam admirabile, quam gratiosissimum fuit hoc ! Quam misericordissime, paternaliter et incessabiliter Deus omnipotens suam prædilectissimam sponsam, Matrem ac filiam custodivit, direxit, protexit in omnibus !

Hæc summe benedictæ Mariæ prudentia ab omni præcipitatione, inconsideratione, inconstantia, negligentia et torpore præservavit eandem, et ipsam ineffabiliter quotidie fecit proficere. Nempe, ut magnus ait Antonius, nulla virtus tam cito et expedite hominem ad perfectionem perducit sicut discretio, quæ est actus prudentiæ. Ideo discretissima Virgo profecit celerrime.

Denique, per consummatam istam prudentiam, Maria Deifera sacerrimum illud felicitum virginum centum viginti (ut fertur) collegium ejus obsequio deditarum optime gubernavit, ordinatissime semper direxit ; corporalia ad spiritualia rectissime ordinavit ; custodita et diligens in universis maxime fuit, præteritorum habens remiscientiam, præsentium intelligentiam, futurorum providentiam consummatam, undique oculata, in singulis circumspicere, et in cunctis summe modesta, solers ac docilis, tanquam totius

7

virtuositatis simulacrum et exemplar. Ideo **A** est, quod habuit matutinam et vespertinam cognitionem : matutinam, per gratiam ; vespertinam, per naturam et per gratiam. Decimum est conclusio ex prædictis, quod proprie loquendo, nullius rei habuit ignorantiam : ita quod beatissima Virgo sufficienter perfecta fuit per habitum naturæ et gratiæ exire in operationes et consequi finem cujuslibet scientiæ ; et hæc scientia exivit in actum et operationem quando, ubi, qualiter et quantum ordinabatur sibi in beatitudinem ac **B** aliis in salutem. Habuit enim perfectam cognitionem omnium ad suam beatitudinem secundum statum viæ pertinentium, et nullorum inutilium atque ad gratiam impertinentium, sed per totum fuit gratia plena. Unde omnia quæ fuerunt in ipsius anima, vel naturalia vel acquisita, sic erant gratia informata vel cum gratia conjuncta, ut jam omnia essent gratuita : unde omnis scientia ejus fuit gratuita, omnis dilectio ejus gratuita, omnis operatio gratuita, ut sine omni restrictione, largissima et verissima interpretatione, esset omnifaria gratia plena. Hæc Albertus.

Math. vii, 24.

ARTICULUS XXII.

De perfectione scientiæ et cognitionis summæ et benedictæ Mariæ secundum Albertum.

Sap. vi, 21.

CONCUPISCENTIA sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. De multiplici sapientia atque scientia Mariæ dignissimæ, et de incomparabili ejus excellentia in eisdem, introducta sunt multa. Hinc in libro de Laudibus beatissimæ Virginis scribit Albertus : Beatissima Virgo in cognitione sua plura habuit privilegia. Primum est perfecta cognitio Trinitatis Dei sine medio, quam habuit in via per specialissimam gratiam. Secundum est perfecta cognitio mysterii Incarnationis, et hanc habuit per gratiam et experientiam singularem. Tertium est cognitio suæ prædestinationis, quam habuit per revelationem et causam. Quartum est cognitio animæ suæ atque spirituum per proprias species, quam habuit dispositive per naturam, et complete per gratiam ; et secundum hanc vidit angelos et animas ac dæmones. Quintum est perfecta cognitio omnium ad statum viæ pertinentium, quam habuit per gratiæ infusionem et **D** inspirationem ; et hæc comprehendit perfectam cognitionem Scripturarum, et operatorum ac contemplandorum. Sextum est cognitio omnium circa se futurorum, quam habuit per revelationem et in speculo lectionum. Septimum est cognitio omnium ad statum patriæ pertinentium, quam habuit per contemplationis revelationem. Octavum est cognitio statuum omnium creaturarum, quam habuit per naturam et gratiam et contemplationem. Nonum

Mariale, q. cxi.

Cujus verba recitative magis quam assertorie introduxi : quæ et satis obscura videntur. Quamvis namque benedictissima virgo Maria credatur Deum in hac vita interdum per speciem contemplata, non tamen apparet quod habuerit perfectam Trinitatis cognitionem sine medio, quum omnis cognitio fiat per intelligibilem formam tanquam per medium. Verumtamen in visione qua cernitur Deus, seu Trinitas adoranda, facie ad faciem, medium illud seu intelligibilis species non differt realiter ab objecto : nempe sic Deus videri non potest per formam creatam. Sed quoniam ineffabilem eminentiam scientiæ atque notitiæ Mariæ sanctissimæ nequaquam cupio minuere aut arctare, imo magis extollere, idcirco de præactis Alberti verbis pertranseo ; nec contra ea curiose arguere opto, quæ bono animo credo prolata.

Cujus verba recitative magis quam assertorie introduxi : quæ et satis obscura videntur. Quamvis namque benedictissima virgo Maria credatur Deum in hac vita interdum per speciem contemplata, non tamen apparet quod habuerit perfectam Trinitatis cognitionem sine medio, quum omnis cognitio fiat per intelligibilem formam tanquam per medium. Verumtamen in visione qua cernitur Deus, seu Trinitas adoranda, facie ad faciem, medium illud seu intelligibilis species non differt realiter ab objecto : nempe sic Deus videri non potest per formam creatam. Sed quoniam ineffabilem eminentiam scientiæ atque notitiæ Mariæ sanctissimæ nequaquam cupio minuere aut arctare, imo magis extollere, idcirco de præactis Alberti verbis pertranseo ; nec contra ea curiose arguere opto, quæ bono animo credo prolata.

ARTICULUS XXIII.

Qualiter benignissima virgo Maria dicitur mundi salvatrix, ac Filio suo cooperata in mundi redemptione.

Matth. 1. 21. **V**OCABIS nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Solus Unigenitus Dei vocatur et est mundi Salvator, hoc est humani generis redemptor ac liberator, tanquam qui pretium solvit pro captivorum redemptione, se ipsum pro illis tradendo in mortem, suumque sanguinem effundendo : ita quod virtus et idoneitas conveniebat ejus humanitati ex deitate unita ; ipsa vero satisfactio, meritum ac solutio, assumptæ humanitati. Sicque passio Christi per modum causæ instrumentalis ac meritoriae est causa nostræ redemptionis atque salutis. Verumtamen, sicut facta est nostra perditio muliere suggerente et cooperante, quæ virum induxit ad vitium fructus ; sic nostra redemptio per feminam est effecta. Etenim Virgo purissima Redemptorem nobis produxit : imo et suæ merito sanctitatis de congruo nobis promeruit Redemptoris adventum. Quod autem est causa causæ, dicitur esse causa causati.

Gen. iii, 6.

Et quamvis Filius Virginis sit et mundi creator, non tamen ob hoc ipsa vocatur mundi creatrix : quia creare ex divinitate competit Christo, quam non sumpsit nec habet a Matre ; redimere autem et salvare modo præfacto, ex humanitate sua Christo adscribitur. Verumtamen salvare per modum causæ principalis et efficientis, utputa peccata dimittendo, gratiam infundendo ac salutem veram præstando, competit Christo ex divinitatis natura, sicut et toti superbeatissimæ Trinitati, et unicuique divinæ Personæ, juxta illud Isaïæ : Deus justus et salvans non est præter me ; juxtaque illud Osee : Ego Dominus Deus tuus, et salvator non est præter me.

Is. xlvi, 21.

Osee xiii, 4.

Insuper, amantissima Dei Virgo Christifera dici potest mundi salvatrix propter

A eminentiam, virtuositatem et meritum suæ compassionis, qua patienti Filio fidelissime ac acerbissime condolendo, excellenter promeruit ut per ipsam, hoc est per preces ejus ac meritâ, virtus ac meritum passionis Christi communicetur hominibus. Ipsa quoque eis qui a gratia Christi prolapsi sunt, rursus procurat eandem, et regnum misericordiæ ei commissum est. Unde ipsa est singulare ac potentissimum refugium perditorum, spes miserorum, advocata et reconciliatrix omnium iniquorum ad eam confugientium. Denique tanta est plenitudo et exuberantia meritorum piissimæ Virginis, quod et virtute ipsius Deus omnipotens omnibus nobis miseretur ac subvenit, et ipsa illud Apostoli excellentissime potuit protestari : Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia ; itemque : Gaudeo in passionibus meis pro vobis. Amplius, si Paulo Christi ministro licuit dicere de Judæis, Ut salvos faciam aliquos ex eis : quanto magis potentissimæ Matri Christi adscribitur quod sit eorum salvatrix quibus indesinenter auxiliatur, pro quorum sollicitatur salute, quorum est fidelissima advocata, affectuosissima mater, reconciliatrix piissima, adjutrix et protectrix assidua ?

Coloss. 1. 24.

Ibidem.

Rom. xi, 14.

ARTICULUS XXIV.

Quam convenienter Maria dignissima nuncupetur mundi illuminatrix ; et de beneficiis nobis per ipsam collatis.

EGO sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Inter privilegia virginæ Matri concessa, continetur quod ipsa est stella maris, id est procellosi et inquieti mundi istius, videlicet humani generis in hoc sæculo peregrinantis, periclitantis ac deviantis. Quemadmodum enim in firmamento stella illa quæ dicitur stella maris, est situ sublimis et velut immobilis, nautasque dirigens et attrahens ferrum, et circa ipsam orbis versatur ; sic optima

Apoc. xxi, 16.

virtuositatis simulacrum et exemplar. Ideo **A** est, quod habuit matutinam et vespertinam cognitionem : matutinam, per gratiam ; vespertinam, per naturam et per gratiam. Decimum est conclusio ex prædictis, quod proprie loquendo, nullius rei habuit ignorantiam : ita quod beatissima Virgo sufficienter perfecta fuit per habitum naturæ et gratiæ exire in operationes et consequi finem cujuslibet scientiæ ; et hæc scientia exivit in actum et operationem quando, ubi, qualiter et quantum ordinabatur sibi in beatitudinem ac **B** aliis in salutem. Habuit enim perfectam cognitionem omnium ad suam beatitudinem secundum statum viæ pertinentium, et nullorum inutilium atque ad gratiam impertinentium, sed per totum fuit gratia plena. Unde omnia quæ fuerunt in ipsius anima, vel naturalia vel acquisita, sic erant gratia informata vel cum gratia conjuncta, ut jam omnia essent gratuita : unde omnis scientia ejus fuit gratuita, omnis dilectio ejus gratuita, omnis operatio gratuita, ut sine omni restrictione, largissima et verissima interpretatione, esset omnifaria gratia plena. Hæc Albertus.

Math. vii.
24.

ARTICULUS XXII.

De perfectione scientiæ et cognitionis summæ et benedictæ Mariæ secundum Albertum.

Sap. vi. 21.

CONCUPISCENTIA sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. De multiplici sapientia atque scientia Mariæ dignissimæ, et de incomparabili ejus excellentia in eisdem, introducta sunt multa. Hinc in libro de Laudibus beatissimæ Virginis scribit Albertus : Beatissima Virgo in cognitione sua plura habuit privilegia. Primum est perfecta cognitio Trinitatis Dei sine medio, quam habuit in via per specialissimam gratiam. Secundum est perfecta cognitio mysterii Incarnationis, et hanc habuit per gratiam et experientiam singularem. Tertium est cognitio suæ prædestinationis, quam habuit per revelationem et causam. Quartum est cognitio animæ suæ atque spirituum per proprias species, quam habuit dispositive per naturam, et complete per gratiam ; et secundum hanc vidit angelos et animas ac dæmones. Quintum est perfecta cognitio omnium ad statum viæ pertinentium, quam habuit per gratiæ infusionem et inspirationem ; et hæc comprehendit perfectam cognitionem Scripturarum, et operandorum ac contemplandorum. Sextum est cognitio omnium circa se futurorum, quam habuit per revelationem et in speculo lectionum. Septimum est cognitio omnium ad statum patriæ pertinentium, quam habuit per contemplationis revelationem. Octavum est cognitio statuum omnium creaturarum, quam habuit per naturam et gratiam et contemplationem. Nonum

Mariale,
q. cxi.

Cujus verba recitative magis quam assertorie introduxi : quæ et satis obscura videntur. Quamvis namque benedictissima virgo Maria credatur Deum in hac vita interdum per speciem contemplata, non tamen apparet quod habuerit perfectam Trinitatis cognitionem sine medio, quum omnis cognitio fiat per intelligibilem formam tanquam per medium. Verumtamen **D** in visione qua cernitur Deus, seu Trinitas adoranda, facie ad faciem, medium illud seu intelligibilis species non differt realiter ab objecto : nempe sic Deus videri non potest per formam creatam. Sed quoniam ineffabilem eminentiam scientiæ atque notitiæ Mariæ sanctissimæ nequaquam cupio minuere aut arctare, imo magis extollere, idcirco de præactis Alberti verbis pertranseo ; nec contra ea curiose arguere opto, quæ bono animo credo prolata.

D in visione qua cernitur Deus, seu Trinitas adoranda, facie ad faciem, medium illud seu intelligibilis species non differt realiter ab objecto : nempe sic Deus videri non potest per formam creatam. Sed quoniam ineffabilem eminentiam scientiæ atque notitiæ Mariæ sanctissimæ nequaquam cupio minuere aut arctare, imo magis extollere, idcirco de præactis Alberti verbis pertranseo ; nec contra ea curiose arguere opto, quæ bono animo credo prolata.

ARTICULUS XXIII.

Qualiter benignissima virgo Maria dicatur mundi salvatrix, ac Filio suo cooperata in mundi redemptione.

MATH. 1. 21. **V**OCABIS nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Solus Unigenitus Dei vocatur et est mundi Salvator, hoc est humani generis redemptor ac liberator, tanquam qui pretium solvit pro captivorum redemptione, se ipsum pro illis tradendo in mortem, suumque sanguinem effundendo : ita quod virtus et idoneitas conveniebat ejus humanitati ex deitate unita ; ipsa vero satisfactio, meritum ac solutio, assumptæ humanitati. Sicque passio Christi per modum causæ instrumentalis ac meritoriae est causa nostræ redemptionis atque salutis. Verumtamen, sicut facta est nostra perditio muliere suggerente et cooperante, quæ virum induxit ad vetiti esum fructus ; sic nostra redemptio per feminam est effecta. Etenim Virgo purissima Redemptorem nobis produxit : imo et suæ merito sanctitatis de congruo nobis promeruit Redemptoris adventum. Quod autem est causa causæ, dicitur esse causa causati.

Et quamvis Filius Virginis sit et mundi creator, non tamen ob hoc ipsa vocatur mundi creatrix : quia creare ex divinitate competit Christo, quam non sumpsit nec habet a Matre ; redimere autem et salvare modo præfacto, ex humanitate sua Christo adscribitur. Verumtamen salvare per modum causæ principalis et efficientis, ut puta peccata dimittendo, gratiam infundendo ac salutem veram præstando, competit Christo ex divinitatis natura, sicut et toti superbeatissimæ Trinitati, et unicuique divinæ Personæ, juxta illud Isaïæ : Deus justus et salvans non est præter me ; juxtaque illud Osee : Ego Dominus Deus tuus, et salvator non est præter me.

Insuper, amantissima Dei Virgo Christifera dici potest mundi salvatrix propter

A eminentiam, virtuositatem et meritum suæ compassionis, qua patienti Filio fidelissime ac acerbissime condolendo, excellenter promeruit ut per ipsam, hoc est per preces ejus ac meritâ, virtus ac meritum passionis Christi communicetur hominibus. Ipsa quoque eis qui a gratia Christi prolapsi sunt, rursus procurat eandem, et regnum misericordiæ ei commissum est. Unde ipsa est singulare ac potentissimum refugium perditorum, spes miserorum, advocata et reconciliatrix omnium iniquorum ad eam confugientium. Denique tanta est plenitudo et exuberantia meritorum piissimæ Virginis, quod et virtute ipsius Deus omnipotens omnibus nobis miseretur ac subvenit, et ipsa illud Apostoli excellentissime potuit protestari : Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia ; itemque : Gaudeo in passionibus meis pro vobis. Amplius, si Paulo Christi ministro licuit dicere de Judæis, Ut salvos faciam aliquos ex eis : quanto magis potentissimæ Matri Christi adscribitur quod sit eorum salvatrix quibus indesinenter auxiliatur, pro quorum sollicitatur salute, quorum est fidelissima advocata, affectuosissima mater, reconciliatrix piissima, adjutrix et protectrix assidua ?

ARTICULUS XXIV.

Quam convenienter Maria dignissima nuncupetur mundi illuminatrix ; et de beneficiis nobis per ipsam collatis.

EGO sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Inter privilegia virginæ Matri concessa, continetur quod ipsa est stella maris, id est procellosi et inquieti mundi istius, videlicet humani generis in hoc sæculo peregrinantis, periclitantis ac deviantis. Quemadmodum enim in firmamento stella illa quæ dicitur stella maris, est situ sublimis et velut immobilis, nautasque dirigens et attrahens ferrum, et circa ipsam orbis versatur ; sic optima

incomparabilisque Maria in Ecclesia militanti fuit et in Ecclesia triumphanti nunc est summa et maxime constans, exsules dirigens, viam salutis demonstrans, induratos emolliens, et circa ipsam mundus versatur.

Præterea, esse recreatricem, illuminatricem salvatricemque mundi, Dominus et Salvator suæ dilectissimæ, electissimæ ac præstantissimæ Genitrici communicavit in quadruplici genere causæ. Ipsa namque primo facta est causa efficiens nostræ reparationis et illuminationis : quoniam reparatorem et illuminatorem omnium nostrum ipsa concepit ac peperit nobis ; et rursus, quoniam precibus suis ac meritis veniam, gratiam ac salutem nobis procurat. Facta est etiam nostræ reparationis causa materialis, quia ex ejus purissimis sanguinibus sumptum et formatum est corpus Salvatoris ; causa quoque formalis et exemplaris, quoniam luce gratiæ suæ, et suarum splendore virtutum, atque exemplo suæ conversationis sanctissimæ, præbet omnibus nobis formam vivendi, et viam redeundi a tenebris ad salutem. Est etiam causa finalis nostræ reparationis, quoniam salus nostra principaliter ordinatur ad gloriam Christi, deinde aliquo modo ad gloriam suæ Matris, quemadmodum perfectus et salus subditorum bonorum ad suorum gloriam prælatorum, prout Thesalonicensibus scribit Apostolus : Quæ est spes nostra aut corona gloriæ ? nonne vos in adventu Domini nostri Jesu Christi ?

1 Thess. II, 19.

Ex his innotescit multitudo et magnitudo beneficiorum nobis desuper per Mariam dulcissimam præstitorum. Nempe ex ipsa et per ipsam, Deus noster factus est frater noster, Dominus noster factus est noster minister, Creator noster factus est noster salvator, Judex noster factus est noster mediator, reconciliator et advocatus. Qui eramus filii iræ, per ipsius fructum et opem facti sumus filii gratiæ ; quidquid bonitatis et gratiæ divinitus obtinemus, per ipsam acquirimus ; per ipsam a iugo peccati, a pœnis inferni sumus

Ephes. II, 3.

erepti, spem meritumque æternæ salutis adepti.

O quam præclarissima ac celeberrima es, virgo Maria, ardentissima lucentissimaque lucerna, luminosissima lampas igne divino accensa, æterno lumine imprægnata ; quæ lucem incircumscripam infra corpusculum ex te sumptum manentem, intra virginea viscera deferebas, tantæque lucis radiis intra te exuberanter nimis micabas ; quæ vere et copiose mundum illuminasti, dum sedentibus in tenebris et umbra mortis lumen hoc peperisti, et suum ostendisti hominibus Creatorem, detentis quoque in limbo desideratissimum protulisti liberatorem ! Ex te et per te illum suscepimus per quem veritas et gratia facta est, qui est doctor justitiæ, legislator perfectus, fons sapientiæ, candor lucis æternæ, speculum majestatis divinæ. Quem quia in sua non potuimus capere puritate, nec ipsum in sua infinita conspiciere claritate, nostram ex te assumpsit naturam, sicque se ipsum præbuit nobis visibilem, audibilem atque tractabilem. In te et per te habemus in omni necessitate subsidium, in omni mœrore solatium, in omni tentatione relevamen, in omni indigentia opem. De tot et tantis beneficiis nobis desuper ex te et per te collatis, Deo nequam condigne regratiari valeamus.

Luc. I, 79.

Joann. I, 17.

Eccli. I, 5.
Sap. VII, 26.

ARTICULUS XXV.

Quod divinissima virgo Maria certissime præcognovit Filium suum passurum.

SUSCEPIT Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros. In verbis cantici sui dulcissimi, benedictissima virgo Maria insinuavit se scire qualiter olim Deus multifarie multisque modis locutus fuit patribus per Prophetas de Filii sui adventu ad redimendum genus humanum. Nec fuit illuminatissima virgo Maria de carnalium numero Judæorum, qui putabant Christum venturum in potestate et

Luc. I, 54, 55.

Hebr. I, 1.

gloria in primo suo adventu, ad redimendum Judæos de captivitate temporali, humana, et ad regnandum potenter in sæculo isto, atque ad subjiciendum gentiles dominio Judæorum, ut usque in præsens putant carnales, excæcati et obstinati Judæi. Sed fuit sapientissima Virgo de spiritualium catalogo Israelitarum, sciens Prophetas esse de duplici Christi adventu locutos: de primo, in humilitate, paupertate et occultatione, ut judicaretur et pateret; et de secundo, in majestate et gloria, ut judicet universos; et item quod primo veniret ad redimendum, non solum Israeliticam plebem, sed et totum genus humanum a spirituali captivitate diaboli ac jugo peccati. Hæc noverat speciosissima ac morigeratissima Virgo: idcirco ad Christi adventum devotione ardentissima adspirabat.

Denique non latuit illuminatissimam Dominam quod Prophetis patuit cunctis, quemadmodum in Actibus princeps apostolici ordinis ait: Deus qui prænuntiavit per os omnium Prophetarum suorum pati Christum suum, implevit sic. Noverat quoque (ni fallor) Domina Prophetarum, unctissima virgo Maria, quod de tempore adventus Christi prædixerat Daniel, et Jacob patriarcha in Genesi, Non auferetur (inquiens) sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est: quod optima Virgo vidit ablatum. Etenim horum ignorantiam redarguit Christus in Pharisæis, dicens: Facto vespere, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cælum; et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire? Hæc itaque ignorantia longe fuisse credenda est a sapientissima mente Mariæ. Ideo, sicut (teste Ambrosio) legit in Isaia: Ecce virgo concipiet et pariet filium; sic in eodem legit Propheta: Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est; vulneratus est propter iniquitates nostras; cujus livore sanati sumus. Hæc quoque tam ex privata sui dilecti protestatio-

ne quam ex publica ejus sermocinatione cognovit. Nec ignoravit quod tertio die resurgeret.

ARTICULUS XXVI.

De excellentissimo Mariæ purissimæ incremento in donis Spiritus Sancti, in missione et infusione ejusdem Paracleti.

QUUM venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Quem admodum Lucas evangelista docet in Actibus, quum Christus coram discipulis ascendisset a monte Oliveti in cælum, regressi sunt inde Jerusalem, et ascenderunt in cœnaculum, ubi tunc eis novissimam fecerat Christus cœnam. Et ibi perseverabant unanimiter in oratione cum beatissima Matre et Virgine, aliisque feminis sanctis, implentes quod apud Lucam Christus legitur eis jussisse: Ego, inquiens, mittam promissum Patris mei in vos; vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Itaque, a die ascensionis usque in horam diei Pentecostes in qua Spiritum Sanctum recepit, sacratissimum illud collegium orationibus jejuniisque devotissime insistebat, per hæc et consimilia exercitia sancta interna, ad susceptionem Spiritus Sancti se præparans. Porro adveniens Spiritus Sanctus, unumquemque illorum tanto copiosius adimplevit, quanto capacior fuit ac dignior seque devotius præparavit. Ideo, sicut sola serenissima virgo Maria ceteris illis cunctis fuit præstantior, capacior, excellentiusque disposita; sic sola plus de supernis charismatibus tunc collatis a Spiritu Sancto accepit, atque præ omnibus illis in caritatis ardore, sapientiæ luce, notitia Scripturarum omnique virtute ineffabiliter tunc profecit. In dono quoque linguarum et prophetica gratia, in discretionem spirituum, et interpretationem sermonum, id est facultate exponendi sacri verba Eloquii, in ceteris quoque præ tactis gratiæ gratis datæ muneribus tunc præ omnibus crevit.

Act. iii, 18.

Dan. ix, 23-27.
Gen. xlix, 10.

Matth. xvi, 2-4.

Is. vii, 14.

Ibid. lxxxii, 12, 5.

Joann. xvi, 13.

Act. i, 9-14.

Luc. xxiv, 49.

Act. ii, 1 et seq.

art. iv, xix.

incomparabilisque Maria in Ecclesia militanti fuit et in Ecclesia triumphanti nunc est summa et maxime constans, exules dirigens, viam salutis demonstrans, induratos emolliens, et circa ipsam mundus versatur.

Præterea, esse recreatricem, illuminatricem salvatricemque mundi, Dominus et Salvator suæ dilectissimæ, electissimæ ac præstantissimæ Genitrici communicavit in quadruplici genere causæ. Ipsa namque primo facta est causa efficiens nostræ reparationis et illuminationis : quoniam reparatorem et illuminatorem omnium nostrum ipsa concepit ac peperit nobis ; et rursus, quoniam precibus suis ac meritis veniam, gratiam ac salutem nobis procurat. Facta est etiam nostræ reparationis causa materialis, quia ex ejus purissimis sanguinibus sumptum et formatum est corpus Salvatoris ; causa quoque formalis et exemplaris, quoniam luce gratiæ suæ, et suarum splendore virtutum, atque exemplo suæ conversationis sanctissimæ, præbet omnibus nobis formam vivendi, et viam redeundi a tenebris ad salutem. Est etiam causa finalis nostræ reparationis, quoniam salus nostra principaliter ordinatur ad gloriam Christi, deinde aliquo modo ad gloriam suæ Matris, quemadmodum perfectus et salus subditorum honorum ad suorum gloriam prælatorum, prout Thesalonicensibus scribit Apostolus : Quæ est spes nostra aut corona gloriæ ? nonne vos in adventu Domini nostri Jesu Christi ?

1 Thess. II, 19.

Ex his innotescit multitudo et magnitudo beneficiorum nobis desuper per Mariam dulcissimam præstitorum. Nempe ex ipsa et per ipsam, Deus noster factus est frater noster, Dominus noster factus est noster minister, Creator noster factus est noster salvator, Judex noster factus est noster mediator, reconciliator et advocatus. Qui eramus filii iræ, per ipsius fructum et opem facti sumus filii gratiæ ; quidquid bonitatis et gratiæ divinitus obtinemus, per ipsam acquirimus ; per ipsam a jugo peccati, a pœnis inferni sumus

Ephes. II, 3.

erepti, spem meritumque æternæ salutis adepti.

O quam præclarissima ac celeberrima es, virgo Maria, ardentissima lucentissimaque lucerna, luminosissima lampas igne divino accensa, æterno lumine imprægnata ; quæ lucem incircumscripam infra corpusculum ex te sumptum manentem, intra virginea viscera deferebas, tantæque lucis radiis intra te exuberanter nimis micabas ; quæ vere et copiose mundum illuminasti, dum sedentibus in tenebris et umbra mortis lumen hoc peperisti, et suum ostendisti hominibus Creatorem, detentis quoque in limbo desideratissimum protulisti liberatorem ! Ex te et per te illum suscepimus per quem veritas et gratia facta est, qui est doctor justitiæ, legislator perfectus, fons sapientiæ, candor lucis æternæ, speculum majestatis divinæ. Quem quia in sua non potuimus capere puritate, nec ipsum in sua infinita conspiciere claritate, nostram ex te assumpsit naturam, sicque se ipsum præbuit nobis visibilem, audibilem atque tractabilem. In te et per te habemus in omni necessitate subsidium, in omni mœrore solatium, in omni tentatione relevamen, in omni indigentia opem. De tot et tantis beneficiis nobis desuper ex te et per te collatis, Deo nequam condigne regratiari valemus.

Luc. I, 79.

Joann. I, 17.

Eccli. I, 5.
Sap. VII, 26.

ARTICULUS XXV.

Quod divinissima virgo Maria certissime præcognovit Filium suum passurum.

SUSCEPIT Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros. In verbis cantici sui dulcissimi, benedictissima virgo Maria insinuavit se scire qualiter olim Deus multifarie multisque modis locutus fuit patribus per Prophetas de Filii sui adventu ad redimendum genus humanum. Nec fuit illuminatissima virgo Maria de carnalium numero Judæorum, qui putabant Christum venturum in potestate et

Luc. I, 54, 55.

Hebr. I, 1.

gloria in primo suo adventu, ad redimendum Judæos de captivitate temporali, humana, et ad regnandum potenter in sæculo isto, atque ad subjiciendum gentiles dominio Judæorum, ut usque in præsens putant carnales, excæcati et obstinati Judæi. Sed fuit sapientissima Virgo de spiritualium catalogo Israelitarum, sciens Prophetas esse de duplici Christi adventu locutos : de primo, in humilitate, paupertate et occultatione, ut judicaretur et pateretur ; et de secundo, in majestate et gloria, ut judicet universos ; et item quod primo veniret ad redimendum, non solum Israeliiticam plebem, sed et totum genus humanum a spirituali captivitate diaboli ac jugo peccati. Hæc noverat speciosissima ac morigeratissima Virgo : idcirco ad Christi adventum devotione ardentissima adspirabat.

Denique non latuit illuminatissimam Dominam quod Prophetis patuit cunctis, quemadmodum in Actibus princeps apostolici ordinis ait : Deus qui prænuntiavit per os omnium Prophetarum suorum pati Christum suum, implevit sic. Noverat quoque (ni fallor) Domina Prophetarum, unctissima virgo Maria, quod de tempore adventus Christi prædixerat Daniel, et Jacob patriarcha in Genesi, Non auferetur (inquiens) sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est : quod optima Virgo vidit ablatum. Etenim horum ignorantiam redarguit Christus in Pharisæis, dicens : Facto vespere, dicitis : Serenum erit, rubicundum est enim cælum ; et mane : Hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli dijudicare nostis : signa autem temporum non potestis scire ? Hæc itaque ignorantia longe fuisse credenda est a sapientissima mente Mariæ. Ideo, sicut (teste Ambrosio) legit in Isaia : Ecce virgo concipiet et pariet filium ; sic in eodem legit Propheta : Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est ; vulneratus est propter iniquitates nostras ; cujus livore sanati sumus. Hæc quoque tam ex privata sui dilecti protestatio-

ne quam ex publica ejus sermocinatione cognovit. Nec ignoravit quod tertio die resurgeret.

ARTICULUS XXVI.

De excellentissimo Mariæ purissimæ incremento in donis Spiritus Sancti, in missione et infusione ejusdem Paraleti.

QUUM venerit ille Spiritus veritatis, Joann. xvi, 13. docebit vos omnem veritatem. Quem-

Badmodum Lucas evangelista docet in Actibus, quum Christus coram discipulis ascendisset a monte Oliveti in cælum, regressi sunt inde Jerusalem, et ascenderunt in cœnaculum, ubi tunc eis novissimam fecerat Christus cœnam. Et ibi perseverabant unanimiter in oratione cum beatissima Matre et Virgine, aliisque feminis sanctis, implentes quod apud Lucam Christus legitur eis jussisse : Ego, inquiens, mittam Luc. xxiv, 49. promissum Patris mei in vos ; vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini Act. i, 9-14. virtute ex alto. Itaque, a die ascensionis usque in horam diei Pentecostes in qua Act. ii, 1 et seq. Spiritum Sanctum recepit, sacratissimum illud collegium orationibus jejuniisque devotissime insistebat, per hæc et consimilia exercitia sancta interna, ad susceptionem Spiritus Sancti se præparans. Porro adveniens Spiritus Sanctus, unumquemque illorum tanto copiosius adimplevit, quanto capacior fuit ac dignior seque devotius præparavit. Ideo, sicut sola serenissima virgo Maria ceteris illis cunctis **D**fuit præstantior, capacior, excellentiusque disposita ; sic sola plus de supernis charismatibus tunc collatis a Spiritu Sancto accepit, atque præ omnibus illis in caritatis ardore, sapientiæ luce, notitia Scripturarum omnique virtute ineffabiliter tunc profecit. In dono quoque linguarum et prophetica gratia, in discretione spirituum, et interpretatione sermonum, id est facultate exponendi sacri verba Eloquii, in ceteris quoque præactis gratiæ gratis datæ art. iv, xix. muneribus tunc præ omnibus crevit.

Act. iij, 18.

Dan. ix, 23-27.
Gen. xlix, 10.

Matth. xvi, 2-4.

Is. vii, 14.

Ibid. lmi, 12, 5.

Præterea, fervens caritatis affectio, potissima **lact** propinquissima est dispositio ad suscipiendum charismata meliora, abundantiorum influxum Spiritus Sancti, incrementum gratiæ, omniumque profectum virtutum. Etenim amoris intensa affectio aperit mentem, ac eam sui dilecti reddit copiose capacem. Hinc, sicut felicissima creaturarum, incomparabilis virgo Maria, fuit præ cunctis et singulis illis in sincerissimæ caritatis fervore ineffabiliter magis perfecta, sic præ omnibus illis charismata Paraleti exuberantissime sumpsit. Nempe, quum in caritate Dei et proximorum fuerit mirabilissime æstuans, et fructum passionis Unigeniti sui, hoc est hominum conversionem, affectuosissime cupiens, imo divinæ majestatis honorem summe affectans; non dubium quin pro gratiosissimo illo Spiritus Sancti adventu ardentissime ac instantissime infra tempus illud oraverit, sine cujus influxu, ope et gratia, noverat nullum illorum posse impleri. Idcirco per desideria illa summe ignita, divina atque purissima, ad abundantissimam et incomparabilem Spiritus Sancti susceptionem disponebatur.

Denique Spiritus Sanctus, cujus opulentia ac munificentia non est finis, vas illud electissimum et familiarissimum suum sacrarium, præstantissimam Genitricem ipsius a quo ipse æternaliter profluit totamque deitatis plenitudinem accepit, sponsam ac filiam suam prorsus carissimam, in qua potissime sibi complacuit, singularissime visitavit, gratiosissime adimplevit, atque præ omnibus liberalissime superimplevit.

Amplius, quum humilitas sit præcipua ad copiosiorum Spiritus Sancti impletionem aptatio, certum omnino quod sicut sacratissima Maria fuit tunc profundissima humilitate præ cunctis incomparabiliter decorata, sic ad exuberantissimam susceptionem Paraleti dispositissima fuit, et inæstimabiliter replebatur eodem præ omnibus, quemadmodum decuit amantissimam Matrem veri Dei præ ejus ministris

A munificentissime visitari, et quia ad eam omnes, etiam sancti Apostoli, erant refugium habituri, atque in ipsa tanquam in purissimo speculo ipsum Dominum conspecturi.

Adhuc autem, ut Veritas contestatur, habenti dabitur, et abundabit: quod de spiritualium possessione divitiarum verificatur. Profectus namque de profectu exoritur, et merita meritis faciunt incrementa; et sicut unum vitium trahit ad aliud, sic una actio virtuosa ad aliam alligit; et quanto quis in quacumque virtute aut dono exstat perfectior, tanto validior est ad proficiendum in illis, exercendo se in eisdem. Ideo, quanto benedictissima ac dulcissima virgo Maria ante illam Paraleti missionem fuit præ ceteris cunctis in omni sanctitate purior, in sapientia omni splendidior, in sincerissima caritate Dei ac proximorum ferventior, in omni virtute et dono perfectior; ita in omnibus his præ ceteris incomparabilia suscepit incrementa in illa Spiritus Sancti infusione plenissima. Sicque deinceps suarum orationum incomparabili efficacia et fervore, suorum sanctissimorum desideriorum potentissimo assiduoque vigore, suæ conversationis virtuosissimæ exuberantissimis meritis, omni die promeruit innumerabilibus peccatoribus gratiam conversionis, conversis profectum, proficientibus perfectionem, et fuit totius Ecclesiæ fidelissima et efficacissima custos.

ARTICULUS XXVII.

De profectu theorico contemplationis assidue, et vehementissimo profectu quotidiano misericordissimæ ac tranquillissimæ virginis Mariæ post ascensionem Filii sui.

FASCICULUS myrrhæ dilectus meus Cant. 1. 13.
michi; inter ubera mea commorabitur.
 Deus et Salvator mox ascensurus in cœlum, dixit Apostolis: Ecce ego vobiscum Matth. xxviii. 20.
 sum omnibus diebus; et paulo ante: Non Joann. xiv. 18.
 relinquam vos orphanos; et rursus: Tri- Ibid. xvi. 20.

stitia vestra vertetur in gaudium. Hac spiritali et consolatoria præsentiā mansit Christus potissime cum sua dignissima ac dilectissima Matre, quam tanto frequentius internis refovebat solatiis, quanto plus illa adspirabat ad ipsius præsentiā facialem. Denique, quanto plus sprevit cuncta terrena solatia, tanto divinis ac cœlestibus consolationibus dignior fuit.

Hoc quoque advertere possumus, quod quamdiu beatissima virginea Mater præsensem habuit Filium suum in terris, æquanimiter tolerare potuit hujus incolatum exsilii, dilationemque gloriæ. Jam vero Filio ejus in alta scandente polorum, jam et Matris suæ dulcissimæ cor simul cum illo ascenderat; et Filio suo in summo cœli empyrei residente, mens affectuosissimæ Genitricis immobiliter fixa fuit in illo intentaque illi indesinenter ac fervide, nec aliud potuit cogitare aut intueri nisi dilectum et cetera in dilecto: ideo contemplationibus divinorum præ solito fuit fixa, nec occupatio circa persecutiones et afflictiones Filii morituri eam a contemplatione retraxit.

Præterea, si Paulo dicere licuit, Nostra conversatio in cœlis est; itemque, Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus: quanto magis mitissimæ ac spiritualissimæ Virginis conversatio jam tota fuit in cœlo, et purificatissima erat ab omni amore privato, vivens in cunctis secundum Dei voluntatem, præceptum,

A consilium et doctrinam, ad ipsius gloriam et honorem? Sicque contemplatio atque dilectio, oratio, laudatio totaque occupatio præstantissimæ Matris, claritati beatificæ visionis, fervori caritatis civium supernorum, canticis et affectibus Beatorum ac vitæ paradisi cœlestis quotidie, imo assidue magis ac magis appropinquavit, conformabatur, inhæsit et præfulsit.

Insuper, decentissimum exstitit ut sicut Filio patienti ipsa semper, summe ac fidelissime erat compatiens, ita illo glorificato, ipsa præ solito futuræ beatitudinis participatione gauderet, præ gustu reficeretur, contemplationibus fulciretur, jamque quodammodo in terra glorificari inciperet, atque angelicum præferret apparatus in vultu, ad insinuandum cœliformem munditiam deiformemque sanctimoniam suæ mentis: cujus splendor sapientialis, sinceritas perfectionalis, tranquillitas divinalis, abundantissima virtus et gratia, sic forinsecus in omni tuo gestu, sermone, incessu ac facie resplendebant, o præclarissima ac glorificandissima virgo Maria, ut hæc ipsa intuentibus te sincere, essent sufficiens argumentum veritatis fidei christianæ, atque ex tui adspectu, ex verborum tuorum auditu, ex totius conversationis tuæ contemplatione, evidenter pateret certentibus evangelicæ veritas legis. Ad laudem et gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

Philipp. iii.
20.
Galat. ii.
20.

www.libtool.com.cn

DIGNITATE ET LAUDIBUS

B. V. MARIÆ

LIBER TERTIUS

DE VIRTUTIBUS GLORIOSISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ.

PROÆMIUM.

UNA est columba mea, perfecta mea.
Cant. vi, 8.

Ut optime sanctus affirmat Hieronymus, sicut comparatione Dei nullus est bonus, quantumlibet virtuosus, ita respectu Mariæ sanctissimæ nulla est perfecta, quantumlibet virtutibus prædita : imo, sicut luna et sidera ac planetæ in se pulchra ac splendida, comparatione solis occumbunt neque apparent ; sic virgines et feminæ multæ fuerunt eximiæ sanctitatis, et usque ad martyrii beatitudinem victorose viriliterque egerunt, attamen per respectum ad electissimam Dei Matrem, imperfectæ consistunt.

Hinc ad insinuandam præclarissimam benedictissimæ virginis Mariæ excellentiam, sponsus cœlestis verbis jam ex Cantica allegatis præmisit : Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus. In quibus verbis (ut super Cantica plenius scripsi) per reginas intelliguntur animæ virtuosæ, sanctæ, perfectæ : quæ ceteris eminent, sicut reginæ ancillis ; atque ad assiduos

A summi Regis amplexus purissimos introducuntur : propter quod reginæ non immerito nuncupantur ; et item, quoniam carni et concupiscentiis ac passionibus dominantur tam plene ut recte vocentur reginæ. Nihilo minus inter eas est ordo, secundum quod una est sanctior alia. Estque gloriosissima virgo Maria omnium earum regina, imperatrix, et incomparabilis domina ; et ceteræ velut pedisequæ ejus sunt, sicut ait Psalmista : Adducentur regi virgines post eam.

B Porro per concubinas intelliguntur animæ proficientium : quæ nondum sponso cœlesti tam familiares et puræ effectæ sunt ut reginæ dicantur, sed instar concubinarum minus principales existunt ; nec tam assidue ut reginæ cupitis ac mundis fruuntur amplexibus. Etenim in Scripturis concubinæ feruntur non solum fornicariæ et illegitimæ contorales, sed etiam secundariæ ac minus principales uxores : sicut in Genesi Bala et Zelpha interdum nuncupantur uxores, interdum concubinæ beati C Jacob patriarchæ ; similiter Agar et Cetura, nunc uxores, interdum concubinæ sancti Abrahæ in Genesi nominantur.

Ps. xlii, 15.

Gen. xxx,
4, 9, 26 ;
xxxv, 22.
Ibid. xvi, 3 ;
xxxv, 1, 6.

Cant. vi, 7.

Cf. l. VII,
p. 405 A et
s. 411 C et d.

At vero per adolescentulas, animæ incipientium designantur: quæ instar adolescentularum adhuc lasciviæ sustinent motus, et leves sunt, nondum spirituales; attamen sponso superno per fidem gratiamque Baptismi et observationem Decalogi sunt conjunctæ. Quarum major est numerus, quemadmodum et proficentium major est numerus quam perfectorum. Etenim, quo aliqua sunt perfectiora ac eminentiora, tanto sunt in vita hac pauciora: et sicut in tota militanti Ecclesia unus est Pontifex summus, cui soli inest plenitudo ecclesiasticæ potestatis, cujus respectu alii prælati, quantumlibet excellentes, sunt subditi ac modicæ potestatis sive auctoritatis; ita in universa triumphanti Ecclesia, imo in tota electorum universitate, inter electas creaturas in esse creato subsistentes, una sola est perfecta et summa, Deo carissima, incomparabiliter magna, et super omnium angelicorum ordinum altitudines elevata, atque cœlesti propinquissima sponso. Hæc est piissima, purissima, dulcissima virgo Maria, æterno Patri comparentalis, Unigeniti Dei Mater, electissimum, mundissimum ac splendidissimum templum adorandi paraclæti Spiritus Sancti. De cujus virtutibus in hac tertia parte hujus opusculi loqui, quamvis prorsus indignissimus, opto, confidens de ejus ineffabili pietate materna, ac misericordissima ope superna.

ARTICULUS PRIMUS.

De claritate et certitudine fidei præamandæ et glorificandæ Mariæ.

Luc. 1, 45.

BEATA quæ credidisti. Cognitio viatorum in beatissima virgine Maria in tantum appropinquavit et assimilata est visioni Beatorum et comprehensorum, quantum fieri potest aut decet in persona creata viatrice. Et sicut suavissima virgo Maria præ cunctis incomparabiliter similior fuit animæ Christi in sanctitate, ita et in cognitionis sinceritate. Porro anima

A Christi a suæ creationis exordio Deitatem adorandam vidit clare per speciem. Ostensum est autem in præcedenti libello, quod dignissima virgo Maria non solum vidit Deum per speciem in hac vita ut Paulus ac Moyses, sed etiam clarius, et (ut verisimilius est) item frequentius. Talis autem visio vehementissime roborat fidem. Nam et in viatoribus sic Deum cernentibus manet fides quantum ad habitum: quæ, visionem tali cessante, ex eadem miram et ineffabilem clarificationem et certificationem reservat, ita ut homo ambigere nequeat quin fides et lex, per quarum tenorem ac meritum ad tam supernaturalem elevatus est visionem, sint vere divinæ ac Omnipotenti acceptæ.

Præterea, fides est totius spiritualis structuræ omniumque virtutum et actuum virtuosorum ac meritorum in vita hac fundamentum, sine qua nihil est meritorium, et sine qua impossibile est Deo placere, aut ad ipsum accedere, seu spiritualiter vivere, dicente Apostolo: Accedentem ad Deum oportet credere; et item: Justus ex fide vivit. Ideo volens Altissimus in electissima Matre virginea perfectissimam universarum machinam virtutum construere, collocavit in ipsa firmissimum fidei fundamentum, omni certitudine ac claritate ineffabiliter roboratum. Idcirco, ut tactum est libello præhabito, Maria dulcissima habuit fidem cum rationibus credendorum et purificatissimæ mentis intelligentia in gradu altissimo.

Amplius, præostensum est quod in dono sapientiæ, in sublimitate et puritate contemplationis, in splendore mysticæ theologiæ, universos viatores incomparabiliter vicit atque transcendit gloriosissima virgo Maria. Et ex talibus homo immobiliter radicatur et illustratur in fide, in tantum ut quamvis totus mundus a fide corrueret, ipse de fidei veritate non posset ambigere; et dato quod ex pœnarum formidine aut acerbitate fidem negaret ore, corde tamen non posset eam negare, dum conferret in se suæ fidei argumenta.

art. xii.

II Cor. xii, 2-4; Exod. xxxiii, 11, 18 et seq.

Hebr. xi, 6.

Ibidem.

Rom. i, 17.

art. xx.

lib. II, art. III, VIII et s.

Interim, quamvis sacratissima virgo Maria dicatur in hac vita fidem jugiter habuisse, ita quod per fidem actus suos direxit ac ordinavit ad supernaturalem finem, et multa supernaturalia ac incomprehensibilia credidit esse vera, quæ ratio non comprehendit humana; nihilo minus habuit multas cognitiones divinarum non ex fide immediate elicitas, sed ex perfectissimo sapientiae dono, donoque intellectus, atque interdum ad horam ex lumine gloriæ, ex singulari quoque et supernaturali gratiosissima experientia, ex suavissimo futurae felicitatis prægustu: cujus felicitatis pignus et arrham participationemque valde præcipuam sortita est in vita præsentis. Et istæ cognitiones excellentissimæ Virginis altiores fuerunt notitia fidei, et præter eam, imo et altiores notitia raptus et ecstasis cognitionisque Adæ ante ruinam.

Tu igitur, præstantissima incomparabilisque Maria, in fide vicisti et excessisti sanctum patrem Abraham patriarcham: qui quamvis de fidei firmitate specialiter

A Denique, Moysen legislatorem, Aaron primum pontificem, Gedeonem virorum fortissimum, constat dubitasse subinde in fide; similiter Zachariam sancti Præcursoris progenitorem. Quanta sunt ergo, o benedictissima virgo Maria, præconia tua! quæ tales ac tantos viros vicisti in fide; quæ legislatore constantior, pontifice primo prudentior, iudice Israel fortior, sacerdote præstantior es inventa; quæ ex angelica apparitione, ex incarnationis Filii Dei experientia, ex propriæ fecunditatis et integritatis experimentis, ex verbis et factis pastorum atque Magorum, ex prophetia Zachariæ et verbis Elisabeth, ex vaticinio Simeonis et sermonibus Annæ, atque ex aliis pene innumeris et jam partim præ-tactis, præsertim ex copiosissimis ac frequentissimis illuminationibus, visitationibus, inflammationibus, consolationibus Spiritus Sancti, crevisti, profecisti et summe perfecta es facta in fide; quæ robore fidei tuæ dicendo, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, montem illum altissimum, omnium montium montem, Verbum æternum, fecisti de summo cælo et Patris æterni sinu in hoc mare descendere, et in uterum tuum mundissimum per Incarnationis mysterium mox venire.

Num. xx, 7-12.
Judic. vi, 12 et seq.

Luc. i, 18-20.

lib. II, art. III, IV, VI et 8.

Luc. i, 38.

ARTICULUS II.

De perfectione et excellentia spei in deiformi et serenissima virgine Maria.

commendetur, quippe qui contra spem in
Rom. iv, 18.
Ibid. 11. spem credidit, et pater credentium nominatur; tamen pollicitatione desuper de
Gen. xvii, 16.
Ibid. 18. audita, quasi vacillans locutus est Deo sibi per angelum promittenti: Utinam Ismael
Ibid. xv, 7, 8. vivat coram te. Sic et promissione sibi facta de possidenda Chanaan terra, dixit: Domine Deus, unde possum hoc scire quod possessurus sim eam? Tu autem, electissima Dei, audita annuntiatione angelica de incomprehensibili et superarduissimo mysterio in te fiendo, hoc est de Filio Dei, vero Deo, in te et ex te incarnando ac nascituro, non respondisti: Unde hoc sciam? aut, Quale erit mihi signum? Sed ad omnipotentiam et veritatem Dei sapienter adspiciens, fidelissima mente dixisti: Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum. In quo etiam admirabili, sapientissimo sobriissimoque responso, tua humilitas, tua constantia, tua discretio, tua magnanimitas inclite respelenderunt.

D **S**PERA in Deo tuo semper. Spes definitur esse certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia Dei meritisque sperantis proveniens: quæ descriptio datur de spe formata, id est virtuosus actibus decorata, atque de actu hujusmodi spei. Porro spes quæ virtus theologica et habitus vocatur infusus, sic potest describi: Spes est virtus per quam certitudinaliter præstolamur æternam salutem, ex pietate Dei et propriis meritis. Nempè futuram felicitatem sine meritoriis actibus conse-

Osee xii, 6.

Ibid. 38.

qui velle aut putare se posse acquirere, **A** runt se omnibus illis magis electos ac sanctiores quibus revera electiores et sanctiores fuerunt. Sicque quamvis felix archiapostolus Petrus certissime se ceteris Apostolis in ecclesiastica potestate novit majorem, non tamen oportet fateri quod scivit quibus Apostolis fuit electior et sanctior gloriosiorque futurus in cœlis, quamvis probabiliter fors scivit quibusdam illorum se sanctiorem et electiorem consistere. At vero gloriosissima et unica virgo Maria, ex specialissima revelatione **B** et gratia certissime scivit se electissimam esse atque sanctissimam omnium hominum post Unigenitum suum, et super universos angelorum ordines exaltandam, ex hoc quod scivit se esse Matrem veri adorandique Dei, et præ omni pura creatura in esse creato subsistente electam. Ideo certitudo spei suæ fuit absoluta et maxima, summe quoque consolatoria et jucunda, quia certissime noverat se ad tam summam et ineffabilem beatitudinem perducendam. Etenim illud Apostoli, Gloria- **C** mur in spe gloriæ filiorum Dei, ipsa potissime et jucundissime dicere potuit, utpote tam certificata de his, veraque genitrix fontis totius salutis ac omnium Salvatoris.

Itaque spes duobus innititur, utputa pietati et gratiæ primo ac principaliter, deinde meritis. Et ex primo horum duorum spes certitudinem habet : certum est namque, quod ex parte divinæ misericordiæ non erit defectus nostræ salutis. Sed ex secundo spes timorem habet annexum : primo, quoniam sine revelatione cognoscere non valemus quod spem habeamus formatam, quæ sine caritate formata consistere nequit, quum sine caritate nil meritorium censeatur ; secundo, quia etsi vel probabiliter vel certitudinaliter nobis constet quod caritas et meritum vitæ æternæ in nobis sint, ignoramus tamen an in caritate et meritis veræ salutis simus finaliter permansuri ac morituri, nisi de hoc quoque desuper certificemur. Propter hoc **I** hortatur Apostolus : Qui stat, videat ne cadat. Itaque certitudo spei nostræ conditionalis esse asseritur, utputa quod salvabimur, si in caritate et actibus virtuosis manserimus. Est quoque certitudo spei nostræ conjecturalis atque probabilis, non absoluta : siquidem ex eisdem signis quibus probabiliter scire valemus nos esse in caritate, etiam agnoscere possumus quod spem formatam et opera meritoria habeamus.

I Cor. x, 12.

Apoc. xxi, 14.

Rom. viii, 28, 39.

Porro Apostoli, præsertim post receptionem primitiarum Spiritus Sancti, certi erant se esse ac perseverare debere in caritate, imo et in militanti Ecclesia esse præcipuos, in triumphanti quoque Ecclesia proportionaliter tales futuros. Hinc **D** claritas suæ notitiæ fuit ineffabiliter superior cognitione fidei secundum cursum communem, sic certitudo suæ expectationis proportionaliter exstitit major certitudine expectationis spei in viatoribus ceteris.

Rom. v, 2.

Præterea, spes pietati divinæ præsertim innititur ; et quanto quis propriam defectuositatem et insufficientiam clarius noscit, atque immensitatem misericordiæ Dei limpidius contemplatur, eo plus confugit ad Deum, et ab omni propriarum virium

præsumptione recedit. Itaque, sicut utriusque istius saluberrima ac limpidissima agnitio excellentissimæ Virgini cum incomparabili eminentia est collata, sic ipsa perfectissimam habuit spem in Deo, et in ipso totam suam firmissime immobiliterque fixit fiduciam : cui et tanquam principali causæ cuncta sua attribuit merita, et refluxit pure in omnium fontem bonorum.

Amplius, multa sunt quæ pariunt, augent et conservant confidentiam unius in alio, utputa : certitudo bonitatis et constantiæ ejus in quo quis confidit, experimentalis quoque familiaritas illius ad se, et experientia caritatis, communicatio beneficiorum et degustatio suavitatis ipsius. In quibus omnibus celeberrima ac divinissima virgo Maria circa Deum altissimum maxime abundavit. Nempe (ut patuit) Dei et proprietatum ipsius profundissima exstitit contemplatrix. Familiarissima quoque exstitit ei, utpote ex se nato Unigenito suo ; ac Deo Patri, tanquam suo comparentali ; atque Spiritui Sancto, tanquam suæ mentis inhabitatori suavissimo incessanti. Conformiter caritatem Dei ad se fuit eminentissime et frequentissime prorsus experta : quippe cui se ille tam propinquissime ac dignantissime counivit, in tantum ut fieret filius ejus. Sic et beneficia ejus munificentissime scivit se accepisse, et abundantissime degustavit quam dulcis sit Dominus, quam infinita sit magnitudo et copia dulcedinis ejus. Idcirco ex omnibus his habuit spem superperfectam et superplenam in Deo.

Nihilo minus cum summa reverentia habuit se ad illum ; nec familiaritas illa peperit contemptum aut parvipensionem, seu reverentiæ detrimentum : imo auxit dilectionem, admirationem, humilitatem et venerationem ad majestatem et pietatem illius immensam, qui tam familiariter ac dignanter habuit se ad ipsam. Hinc, quum in nuptiis dixisset dilecto, Vinum non habent ; et ille quasi durius respondisset, Quid mihi et tibi, mulier ? ipsa ni-

hilo minus certa de Filii bonitate, quod indubitanter suam impleret petitionem, dixit ministris : Quodcumque dixerit vobis facite. Etenim, si sancto Job dicere licuit, Etiamsi occiderit me, in eo sperabo : quanto magis mitissima Christifera Virgo in omni eventu immobiliter confidebat in illo ?

ARTICULUS III.

De ardentissima atque purissima caritate divinæ et gratiosæ Mariæ ad Deum.

FULCITE me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Quamvis caritas sit virtus infusa, tamen interior actus ejus, videlicet actualis dilectio Dei, ex multis procedit, crescit, perficitur, excitatur, fovetur et inflammatur. Interdum quippe asseritur, quod bonitas rei amatæ sit causa dilectionis ; interdum, quod cognitio ; quandoque, quod similitudo ; aliquando, quod propinquitas ; nonnunquam, quod beneficentia ; frequenter, quod dispositio affectivæ ; item, quod pulchritudo, probitas, strenuitas operis, mansuetudo, societas, humilitas : quæ tamen ad præacta queunt reduci. Itaque bonitas rei amatæ est causa dilectionis tanquam materia circa quam et objectum ; similiter pulchritudo, probitas, strenuitas, mansuetudo, humilitas, sapientia, scientia, ingeniositas : quæ omnia et eis similia movent et excitant voluntatem ad diligendum. Porro cognitio est causa dilectionis tanquam via ad eam, et sicut ostendens rem esse amabilem. Propinquitas quoque, similitudo et beneficentia sunt incitamenta amoris ; similiter affectio quam habet et sentit diligens in dilectum. Ex parte etiam diligentis, causa dilectionis sunt bonitas et intensa vis affectivæ, recollectio cordis, puritas, quies, reformatio, imperturbatio mentis. Ideo ubi hæc magis conveniunt, præsto sunt et abundant, ibi est major, ferventior, purior perfectiorque dilectio.

lib. II. art. VII et 8.

1 Petr. II. 3. Ps. XXX. 20.

Joann. II. 8-5.

Job XIII. 15.

Cant. II. 5.

Nunc ergo pensemus pro viribus, et quantum donaverit Dominus, qualiter ista inter Deum et beatissimam fuerunt Mariam. Et constat in primis, quod pura, incomparabilis ac prorsus infinita sit bonitas Dei, in infinitum amabilior quam a pura possit creatura amari. Deinde, ex introductis in secundo libello est evidens, quod serenissima et præamabilissima virgo Maria Deum in hac vita multum præclare cognovit: interdum quidem per speciem, quandoque per excellentissimum sapientiæ donum, aliquando per mysticæ theologiæ profundissimam visionem, ac aliis modis; imo per assiduum splendidissimam illuminationem Spiritus Sancti, per familiarem instructionem cohabitantis sibi Verbi æterni, veri Dei ex se nati; item per fidem rationibus credendorum purificatæque mentis intelligentia limpidissime decoratam, per donum intellectus acutissime penetrantis ac perspicientis ea quæ fidei sunt; per sapientiam quæ est donum gratiæ gratis datæ, atque per sapientiam naturalem scholasticam acquisitam: quæ utraque sapientia fuit in sincerissima per caritatem et sapientiam quæ est donum et per gratiam gratum facientem formata, et in actibus suis meritoria facta.

Insuper, similitudo mentis sacratissimæ Mariæ ad Deum, per dona gratuita et merita copiosa, per actus virtutum, per vitæ imitationem tanto exstitit major atque splendidior, quo virtutes infusæ, gratia, dona cum actibus suis incomparabiliter excellentiora erant in ipsa, et quo conversatio ac præsertim interna exercitatio ejus purior, sanctior ac deiformior (hoc est magis contemplativa) exstiterat. Propinquitatem demum inter benedictissimam Mariam et Deum altissimum facta est tanta, quod ille factus est unigenitus filius ejus, et ipsa, unica mater illius.

Beneficentiam vero Dei in Maria dignissima nemo potest exprimere. Ipse namque Omnipotens eam gratiosissime ac liberalissime prorsus prævenit in omni bene-

A dictione virtutis ac gratiæ atque dulcedinis suæ, et copiose sanctificavit in utero nondum ratione utentem; et tandem dedit ei se ipsum in filium, sicque in apice dignitatis puræ creaturæ possibili eam præclarissime collocavit, hoc est in statu maternitatis veri Dei, per quam parentalisis est effecta Deo Patri: quod est dignitas quodammodo infinita, ut in primo libello elucidatum est plenius.

Denique pulchritudo, probitas, strenuitas operum Dei, seu Christi ex optima B Virgine nati, mansuetudo, humilitas, sapientia, ingeniositas et societas ejus ad ipsam, nec plene intelligi nec digne queunt a nobis laudari: et tamen utcumque nostris cordibus innotescunt. Interim cor purissimæ admirabilisque Mariæ ad amandum sincere fuit aptissimum, utpote intensissima affectiva dotatum, ab omni inquietudine passionum ac vitiorum liberrimum, a fomite purgatissimum, ab omni distractione et inordinatione penitus alienum, imo et plenitudine donorum gratitutorum incomparabiliter plenum.

Jam ergo ex his elucescit quam incomparabiliter et omnino ineffabiliter mitissima et vere dulcissima virgo Maria præfulsit et arsit, abundavit, exuberavit, efferbuit, ebullivit, incaluit in sincerissimo Deitatis ac superessentialis Trinitatis amore, præsertim in amore Filii Dei ac sui, secundum naturam ejus utramque, potissime secundum divinam. Ipsa equidem felicissima Virgo, mundissima Mater, bonitatem et pulchritudinem, omnemque perfectionem, sapientiam et excellentiam Deitatis præ cunctis (ut tactum est) limpidissime intellexit, inspexit, perpendit; omnem quoque Filii sui secundum naturam ejus assumptam virtuositatem, sapientiam, mansuetudinem, humilitatem, decorem, dignationem, familiaritatem et societatem ad se. Et strenuissima opera ejus secundum utramque ipsius naturam, præclarior no- art. xv.
vit, diligentius atque subtilius consideravit, frequentiusque et quasi indesinenter attendit. Intuebatur se ab illo assumptam

art. III, IV,
VI et 8.

in amantissimam matrem, in singularem sponsam, in præclarissimam filiam, in summam amicam, in domesticam et familiarissimam cohabitatricem, in affectuosissimam nutricem, in fidelissimam secretariam, in sapientissimam unicamque discipulam. Quis jam vel ex minima parte queat concipere quantum ex omnium horum assidua et incessabili, diligentissima ac profundissima contemplatione, tu, o Mater virginea ac divina, o cœlestis Regina, o supergloriosissimæ Trinitatis consocia, o venerabilissima atque sanctissima virgo Maria, purissimo ac ferventissimo accendebaris amore, qualiter ex his in sancta et cœlifirmi dilectione crevisti atque continue profecisti? Nonne quasi totaliter in divinissimæ caritatis affectum transformaberis, et in viscera sancti ac puri amoris convertaberis? Certe excellentissime unus cum dilecto spiritus, una mens, una voluntas per amoris inhæsiōnem et per præcipuam vitæ conformitatem fiebas.

O omnium electissima ac beatissima creaturarum, qualiter ex ea hora qua Filium Patris æterni ex te inviolatissima ac integerrima matre natum vidisti, et ipsum maternaliter contrectare, lactare, amplecti, deosculari, deferre cœpisti, in ipsius accendebaris et proficiebas amore? Deinde, dum coram te cœpit deambulare, tibi convesci ac ministrare; dum ejus innocentissimam atque sanctissimam conversationem intuebaris; dum ejus modestiam et decorem, mansuetudinem, humilitatem et probitatem, omni hora corporalibus atque mentalibus oculis adspexisti; dum deinceps vidisti ipsius miracula et doctrinam audisti: certe in omnibus his inæstimabiliter et prorsus inenarrabiliter tu purissima et ad amandum aptissima, in sanctæ caritatis ardoribus profecisti, in pura, irreflexa dilectione crevisti, et in ipsa perfectione amoris assidue efficiebaris perfectior. Nempe, quis nostrum, quantumlibet durus, defectuosus, irreformatus, non vehementer emolliretur et

A cresceret in amore, proficeret in virtute et delectaretur in Domino, si vel uno die conspiceret Christum aut angelum in Christi persona, in ea effigie ac dispositione et morum probitate coram se ambulare et conversari, in quibus tu eum quotidie coram te ambulantem et conversantem videbas in pueritia sua? O præclarissima, celeberrima ac speciosissima Virgo, quantum ergo tu, tranquillissima, affectuosissima ac virtuosissima Domina, profecisti continue ex quotidiana cohabitantis et conviventis tibi inspectione Filii Dei, ex te nati et pueri tui facti?

Horum considerationi et contemplationi, magis quam recitationi et explanationi, oportet nos immorari: et tamen rursus ad loquendum de his impellit affectio. Nonne, o Virgo, o Mater, o Domina, o Salvatrix, miseratrix et consolatrix nostra, nonne in amore totaliter inflammaberis, et igne divini amoris quasi comburebaris, dum Deum tuum ex te natum videbas tecum taliter conversantem, te dulcissime alloquentem, tibi humillime ministrantem? Et nunc verba abrumpit affectio, et silentium indicit miratio.

ARTICULUS IV.

De naturali dilectione Mariæ illustrissimæ ad Filium suum unigenitum, secundum naturam ejus assumptam.

ORDINA VIT in me caritatem. Quamvis ordinatissima et sapientissima virgo Maria Unigenitum suum secundum quod Deus est, incomparabiliter plus dilexit quam secundum quod homo, nihilo minus ipsum secundum naturam assumptam, naturali amore vehementissime diligebat. Primo, quoniam filius suus sic erat. Porro amor materni cordis ad filium, præsertim ad unigenitum, intensus est et vehemens valde: quod et in matre vidua solet potissime ita esse. Propter quod David Jonathan deflens, locutus est: Sicut mater unicum amat filium suum, II Reg. 1, 26.

ita te diligebam. Denique amor iste tanto est plenior, et tanto de die in diem fit major, quo filius in omnibus voluntati parentis magis concordat et placet consolatoriusque consistit. Certum est autem voluntatem Jesu Christi et omnem conversationem ipsius, voluntati suæ Matris in cunctis concordantissimam placentissimamque fuisse, atque in multis consolatoriam valde; in aliquibus equidem tristitiam habuit bonam, actione dilectissimi Filii sui : ut dum ea ignorante in Jerusalem mansit, duodecim factus annorum; et dum vidit eum a Scribis et Phariseis observari, irrideri ac blasphemari. Et breviter, inter Matrem illam purissimam Filiumque sanctissimum ardentissima fuit etiam naturalis dilectio : qui nunquam se invicem in aliquo offenderunt, et quorum uterque scivit et experiebatur se ab alio summe ac sincerissime diligi.

Luc. II, 42
et seq.

Præterea, quo parens et proles in complexione exstant similiores, eo est inter ipsos dilectio naturalis ferventior. Certumque est ex declaratis in primo libello, quod post Christum excellentissimæ et optimæ complexionis consistentem, electissima Virgo fuit complexionis nobilissimæ atque tenerrimæ, et complexionis Filii sui simillimæ : ideo et ex hac parte ad se invicem naturaliter maxime afficiebantur. Insuper, quo aliqui sunt magis conformes in moribus, eo sunt invicem cariores. Et constat quod præ cunctis hominibus, Deus incarnatus et irreprehensibilis ac morigeratissima Mater ejus fuerunt in omni probitate morum sublimi : quippe in quibus solis nunquam aliquid fuit morum honestati contrarium.

art. xxxv.

Amplius, in quibus est natura vivacior, et affectiva vis naturaliter major ac melior, in eisdem est major dilectio naturalis ac mutua; nec dubium quin in Christo ac Matre ejus virginea fuerit natura vivacissima ac recentissima, affectiva quoque vis fortissima et aptissime prorsus disposita : ideo sine dubio fuit dilectio naturalis maxima inter eos.

A Adhuc autem, quo pia mater conspicit prolem suam esse indolis melioris, et sapientiores ac pulchriores sibi que magis obedientem, eo validius ad ipsam afficitur. Et manifestum quod felicissima virgo Maria certissime novit unicum Filium suum in omnibus his, etiam secundum naturam assumptam, excellentissimum esse : de quo noverat scriptum et vidit impletum illud Psalmistæ, Speciosus forma præ filiis hominum; quem et secundum superiorem suæ animæ partem cognovit esse comprehensorem. Hinc et naturali dilectione vehementissime eum dilexit secundum naturam qua et filius ejus erat. Nec ambiguum quin et deitatem naturali dilexit amore etiam amplius quam se ipsam : præsertim quoniam omnis naturalis sua dilectio fuit caritate et supernaturali amore perfecte jugiterque formata.

Ps. xlii, 3.

Rursus, quum parens naturaliter appetat proles suæ profectum, prosperitatem et promotionem, beatissima Virgo tanto ferventius Filium suum dilexit quanto ad majora eum noverat provehendum, sive secundum existentiam, aut certe secundum manifestationem. Noverat autem eum, qui secum in tanta humilitate paupertateque vixit, toto orbe terrarum pro vero Deo, quod erat, esse colendum, et corpore ac inferioribus viribus glorificandum, vivos et mortuos judicaturum, atque in tota militanti ac triumphanti Ecclesia regnaturum.

Insuper, cernimus quod dum sublimis cum inferiori persona proba et discreta familiarius atque dignantius conversatur, eo inferior in amore superioris illius cordialius inflammatur. Idcirco Maria prorsus humillima, probissima, discretissima, in suis oculis minima, attendens Filium Altissimi et coalitissimum Deo Patri secum tam superhumillime, familiarissime, dignantissime conversantem, in amore ipsius ineffabiliter crevit, inæstimabiliterque in caluit.

Præterea, in omni naturali perfectione

Deus homo et Mater ejus dignissima omnibus præfulserunt. Quanta autem et quam vere miranda, fortis ac singularis dilectio etiam naturalis fuerit inter Amelium et Amicum, narrat eorum Legenda : et tamen inter Christum et ejus incomparabilem Genitricem dilectio naturalis exstitit major ac fortior. Postremo, quantum primi parentes dilexerunt innocentem Abel, Abraham ipsum Isaac, Jacob filium suum Joseph, Davidque Jonathan, sacra docet Scriptura. Verumtamen illorum omnium mutuam dilectionem indicibiliter vicit B mutua dilectio naturalis Christi ac Matris suæ mundissimæ. Quorum tamen mutua caritas supernaturalis infusa, multum omnino major fuit ac fortior : quam et naturalis illa dilectio mutua vehementissime fovit, auxit, perfecit in benedictissima Virgine quantum ad actum. Porro caritas animæ Christi a sua infusione fuit æque perfecta, nec crevit nisi quantum ad manifestationem et opera.

ARTICULUS V.

De ferventissima caritate ad proximos ac calidissimo zelo animarum Mariæ sanctissimæ.

EGREDDIMINI et videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus. Agnovit et sapientissime ac frequentissime consideravit illuminatissima virgo Maria Unigenitum Dei Patris ideo hominem factum, quatenus suæ incarnationis mysterio homines deificaret, suæque mortis merito ac sanguinis pretio genus liberaret humanum a potestate diaboli et jugo peccati ac pœnis inferni, atque cœlestis beatitudinis eidem mereretur coronam. Ad hæc peragenda, ad mundum salvandum, ad convertendum Judæos et paganos, ad constituendum ex omnibus unum ovile et unam Ecclesiam, noverat juxta Prophetarum oracula suum Filium advenisse, Dei-

que Filium, suum filium factum esse : sicque cognovit se propter perditorum reparationem ad tantam excellentiam, ad Dei maternitatem assumptam ; atque ex hoc, quodam debito (saltem condecenti) se adstringi peccatoribus misereri, et eorum optare ac procurare salutem. Hinc jugiter, præsertim ex ea hora qua Filium Dei concepit, zelo salutis proximorum vehementissime fuit accensa. Hinc inter beatissimam Mariam et nos est mutuae dilectionis maxima causa : nam et ipsa recognoscit se peccatoribus suo modo debere quod Mater Dei effecta est ; nos quoque cognoscimus nos per ejus salutiferum fructum esse redemptos, imo et ipsam de congruo quodammodo meruisse Salvatoris adventum.

Præterea, quo Deum unum ac trinum ardentius puriusque dilexit, eo ipsius honorem et cultum fortius affectavit, ut scilicet ipse ab omnibus rationalibus creaturis debite honoraretur ac coleretur : quod aliud nihil fuit nisi zelo humanæ salutis C ex sancta caritate fervere. Amplius, quo Unigenitum suum etiam secundum naturam ex se sumptam amavit ardentius, eo suæ passionis fructum et sanguinis sui effusionem ac meritum vehementius appetiit operari ac dilatari, atque intentum consequi finem in hominum conversione et finali salvatione eorum : quod fuit tam divinæ quam humanæ dilectionis actio vere præcipua.

Hinc in caritate proximorum ardentissima ac perfectissima fuit, et in ea ac zelo divini honoris et humanæ salutis, ipsos quoque Moysen et Eliam ac Paulum miro et ineffabili modo excessit ac vicit. Propterea, de Judæorum excæcatione, ingratitude, perversitate, vehementissime doluit ; et dum vidit eos suo Filio eis evangelizanti ac eorum salutem quærenti resistere, ac mala pro bonis rependere, gravissime tristabatur, et illis condoluit vehementer. Et nunc, ut sacratissimæ Mariæ flammigeram ad homines dilectionem clarius cognoscamus, intueamur quantum

et qualiter præfati sancti viri caritate arserint proximorum atque divini zelo honoris. Nonne pro plebe cervicis durissimæ, pro gente incredula, pro rebellibus et ingratis sanctus Moyses Dominum exoravit, Aut dimitte populo hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti? O quantus ardor veri amoris! Eodem affectu locutus est Paulus, vas æternæ electionis: Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis Judæis.

Ezod. xxxii, 31, 32.

Act. ix, 15.

Rom. ix, 3.

Itaque præceptum caritatis Dei et proximi benedictissima virgo Maria præcunctis ineffabiliter excellenter implevit: quippe quæ nunquam motum aut actum vel inclinationem a caritatis plenitudine retrahentem aut impediendam in se sensit aut habuit. Insuper, ipsa cognovit se desuper constitutam Dei et hominum mediatricem, fidelium matrem, Ecclesiæ advocatam, miserorum refugium, pietatis reginam. Idcirco materna caritate jugiter affectuosissime ac fidelissime suum implevit officium, hominum procurando conversionem, et tanquam amorosissima universorum nutrix ac genitrix dilectione formatur; et sicut in ceteris virtutibus, ita in caritate Dei ac proximorum est Christo simillima et post eum altissima, ac tanto perfectior aliis quanto præstantissimam Dei Matrem decuit ejus ministris esse perfectiorem.

Joann. xv, 13.

Postremo, quum dicat Salvator, Majorem hac caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis; etiam istud ipsa pleno implevit affectu, et si possibile Deo placitum exstitisset, libentissime una cum Filio suo, et item pro Filio suo, id est pro ereptione illius a morte, acerbissimam mortem sustinuisset. Sed et animam Filii sui, quam plus quam propriam diligebat, aliquo modo tradebat in mortem. Quamvis enim naturali affectu appetituque sensitivo ac conditionaliter desideravit Filium suum non pati, sicut et ipsemet Filius dicens, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: nihilo minus ex deliberata ratione et superiori abso-

Matth. xxvi, 39.

lutaque voluntate voluit eum pro mundi mori salute, in quantum Deus ita præordinavit ac voluit; et maluit amantissimum suum temporaliter pati corporaliterque occidi, quam electos æterna felicitate destitui, ac superbeatissimam Trinitatem suo honore et cultu, quos ex Christi passione fuerat habitura, privari. Nihilo minus alio respectu de sui Filii passione vehementissime tristabatur, prout de hoc infra magis tractabitur.

Atque ad istud spectat quod in articulo hujus exordio ex themate est inductum: in quo sapientissima ac ferventissima virgo Maria hortatur filias Sion, id est fidelium speculativorumque animas, ut egrediantur de luto fæcis, de visco ac actibus carnalitatis, et per fidem, caritatem, compassionem ac imitationem contemplantur « regem Salomonem », videlicet Christum, verum et summum Pacificum, « in diademate quo coronavit eum mater sua », id est in assumpta humanitate et ejusdem acerbissima passione, qua humanitate eum coronavit, vestivit, ornavit sua Genitrix benedicta « in die desponsationis illius », hoc est in hora incarnationis et conceptionis qua illum intemerata concepit, in qua Filius ejus sibi desponsavit Ecclesiam, imo et ipsam quam assumpsit naturam, quam sibi intime copulavit atque plenissime fecundavit: quod factum est « in die lætitiæ cordis ejus », quia tunc exsultavit ut gigas ad currendam viam, et deliciae ejus tunc erant esse et demorari in medio singularis ac amantissimæ sponsæ et Matris suæ purissimæ.

Canf. iii, 11

Ps. xviii, 6.

Prov. vii, 31.

ARTICULUS VI.

Quam plene et eminenter glorificanda et optima virgo Maria duo caritatis præcepta in hac vita implevit.

JESUS respondit: Primum omnium mandatam est, Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente, et ex tota virtute; se-

Marc. xii, 29-31.

cundum autem simile est illi : Diliges A proximum tuum, tanquam de ipsum. Hoc primum caritatis divinæ præceptum tribus modis exponitur, et tribus modis impletur. Primo etenim ita exponitur, ut sic Deum totis corde, mente, anima et fortitudine diligamus, ut eo ac ejus spiritali amore nil amplius diligamus, nec præponamus, nec quidquam caritati contrarium admittamus. Istudque omnibus est necessarium ad salutem; et ita impletur istud præceptum a cunctis qui divina et ecclesiastica observant mandata. B

Secundo exponitur, ut non solum sic Deum totis corde, mente, anima viribusque amemus, quod caritati divinæ contraria devitemus, sed ea quoque abjiciamus et relinquamus, quæ quamvis in se non existant illicita, tamen solent habere multa mala annexa, suntque ruinæ propinqua, et incrementum ac perfectionem caritatis divinæ solent præcipue impedire, ut sunt : uxor et ejus amplexus, temporales divitiæ, et cognati, propria quoque voluntas. Ideo Sapientia Dei Patris non jussit, sed consuluit C a fidelibus ista propter Deum relinqui, quatenus Creatori purius vacent, liberius obsequantur, atque in ejus amore proficiant plenius; sicque præceptum caritatis a veris religiosis impletur, quorum non est circa communia tantum languere, sed ad perfectionem quotidie tendere.

Tertio exponitur hoc præceptum, ut totis corde, mente, anima et virtute indesinenter feramur actualiter per caritatem in Deum, secundum extremum et D maximum posse nostrum : quod secundum communem cursum nequit fieri in hac vita, nec puris viatoribus exstat possibile; verum in patria a Beatis ita impletur præceptum hoc.

Porro, perfectæ illi impletioni hujus præcepti, celeberrima et incomparabilis nostra Domina ac Regina in hac vita præ cunctis puris viatoribus incomparabiliter propinquavit et excellentissime se intinxit. Imo interdum ad horam ad eam

perfecte ac excellenter perducta est, dum scilicet Deum per speciem vidit : qua visione subtracta, præclarissima ac divinissima Virgo mansit ad elevatas ac fervidas Deitatis contemplationes et delectationes prorsus assiduas sive continuas maxime expedita, utpote omnino confirmata in gratia; in qua nullum impedimentum caritatis nec impeditivum incrementi aut perfectionis divini amoris habuit locum : imo divitias, delicias et honores sæculi hujus plenissime abnegavit, ab omni sensuali et carnali amore fuit prorsus immunis; sed et voluntas ejus voluntati divinæ indeviabiliter, inavertibiliter et perfecte fuit subjecta, obediens, conformata. Sicque gloriose implevit quod sanctus pater ejus David propheta et patriarcha admonuit eam in spiritu : Audi (inquiens), filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere Ps. XLV, 11. populum tuum et domum patris tui.

Verumtamen, quia dilectio cognitionem consequitur, et ex ea procedit ac oritur, quamdiu electissima ac dilectissima Dei Mater Maria Deum non vidit in se ipso clare per speciem, non potuit indurpate et secundum extremum suum posse instar Beatorum ferri in ipsum. Attamen, ex plenitudine gratiæ suæ, ex sua ferventissima caritate, ex assiduitate, diuturnitate et claritate contemplationum sapientiæ suæ, ex jugi suo profectu, ex illuminatione superna ac exercitatione et inflammatione interna, toties tamque perfecte, pure ac fervide ferebatur in Deum, ut menti viatrici ac puræ creaturæ a Domino adhuc peregrinanti atque in valle hac lacrimarum vianti fuit possibile. Nempe caritas ignis est, et caritas tam perfecta, tam summa et fervida non cessat assidue sursum moveri, ascendere, aspirare, ac dilecto unire amantem : quod si paululum interrumpatur, mox fortior redit ac vehementius incalescit, tanquam separationis impatiens. Sicque inter perfectionem animæ Christi comprehendentis et alios viatores perfectos

ac sanctos, Maria sanctissima se habuit **A** medio modo in contemplando ac diligendo.

ARTICULUS VII.

De amorosis et ignitis affectibus beatissimæ Matris ac Dominæ, quibus fervebat sacra loca sui Filii visitando post ascensionem ipsius.

Ps. xxxviii.
4.

IN meditatione mea exardescet ignis.

B Objectum voluntatis est bonum intellectualiter apprehensum et cognitum. Ideo, quo objectum assiduum considerationum et affectionum Mariæ clarissimæ fuit præstantius, utputa Dei Filius incarnatus, et quo ipsa illum profundius contemplabatur clariusque cognovit, eo ex consideratione tam summi et amabilissimi boni, imo tam dilectissimi atque dignissimi Filii et misteriorum ac beneficiorum ipsius, inflammabatur validius, æstuabat ardentius, suspiravit frequentius : præsertim post gloriosam et jucundam sui dilecti **C** ascensionem, et maxime dum sacra ipsius visitavit inspexitque loca in quibus nostræ salutis peregit mysteria : in quibus prædicavit et persecutiones sustinuit ; in quibus ter orans, sanguinem sudans, fuit angustiat, horrescens et usque ad mortem pœnalissime, rationabiliter ac voluntarie contristatus, captus, ligatus, consputus, flagellatus, irrisus, blasphematus, de iudice ad iudicem ignominiosissime tractus, spinis coronatus, falsissime accusatus, dijudicatus, ac propriis **D** humeris crucem sibi bajulans ad locum supplicii opprobriosissime ductus, clavis perfossus, in cruce violentissime distentus, aceto et felle potatus, illusus, occisus. O quantis piis compassionum affectibus in horum recordatione affligebatur ! quantas lacrimas fudit ! quomodo sacrificavit et mactavit se ipsam Deo hostiam prorsus acceptam ! Hæc quoque pensando, non minus de copiosissimo passionis Filii sui fructu, de omni salu-

A berrimo misteriorum ejus effectu consolabatur et gaudebat in Domino.

Denique, præacta jam intuens, remiscens, perpendens, quam ardentissime putas fructum desideravit omnium horum quæ pro hominibus Filius ejus assumpsit, fecit ac pertulit, hoc est hominum conversionem atque salutem, tam Judæorum quam paganorum ? quam sæpe et affectuosissime, quam humiliter et lacrimose oravit pro eis ? Puto quod ex inestimabili devotione ac pietate sacra loca frequenter osculabatur, lacrimis irrigavit, et pro mundi salute inenarrabilibus intercessit gemitibus : potissime quum legamus quosdam post sacrorum visitationes locorum in monte Calvariæ, tanta devotione, tanto fervore succensos, tanta compassione concussos, ut non solum ad ecstasim defectionemque virium, sed item ad cordis scissionem devenerint, et mortui fuerint asportati.

Deinde, quum tu, innocentissima et affectuosissima, illuminatissima totique mundo venerandissima ac celebrandissima virgo Maria, locum ascensionis amantissimi tui Filii visitabas, et qualiter ascenderat recolebas, cum quanto angelorum sanctorum beatarumque animarum exercitu, cum quanto gaudio et triumpho, et quemadmodum angeli gloriosi tunc dixerunt Apostolis, Viri Galilæi, etc. ; vehementer gloriabaris, et glorificatissimo Filio congratulararis : sic tamen ut huic quoque lætitiæ admisceret tristitia, sicut in omni vita tua in sæculo isto, consolationibus et spiritualibus jucunditatibus tuis assidue erant admixtæ piæ tristitiæ, afflictionesque variæ et internæ, in tantum quod tota vita tua in mundo hoc fuit quasi continuum quoddam martyrrium ; cui nihilo minus erant copiose permixtæ internæ lætitiæ, ita quod verissime psallere poteras : Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam ; et item : Sicut abundant **E** passiones Christi in nobis, ita et per

Act. 1, 11.

Ps. xciii.
19.

II Cor. 1, 5.

Christum abundat consolatio nostra. Nempe, gloriosam Christi recolendo ascensionem, suspirasti ad ejus præsentiam, et ipsa dispensativa dilatio fuit tibi amorosissimæ matri molesta. Contemplabaris tunc omnem beatitudinem Filii tui, et vehementissime congaudebas eidem, quod post flagella, sputa, flagra, opprobria, spinas et crucem, sedit ad dexteram Patris; ipsumque Regem ex te beatissima natum, in tanto decore conspicere affectasti, tuæque ardentissimæ caritati separatio, expectatio et hujus incolatus exsili fuerunt afflictiva. Tunc, o optima prædulcissima virgo Maria, ex sententia, ex felici experientia, ex caritatis vehementia dicere potuisti: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus; sitivit anima mea ad Deum fontem* vivum: quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Certe ex his innotescit quam convenienter dixit Hieronymus: Considerate attentius quibus ardoribus afficiebatur hæc Virgo, dum cuncta quæ audierat, viderat, noverat, mente revolvit; quibus tunc cremabatur sanctarum affectionum incendiis. Etenim ab omni terrena sollicitudine, prava inquietudine, ab omni culpa et distractione penitus aliena, ad caritatis excessus, ad contemplationum volatus, ad inflammationes indesinentes fuit prorsus aptissima; et nobilissima ac perfectissima Virgo, in cujus visceribus tot requieverat mensibus, imo in cujus præcordiis tot habitaverat annis is qui essentialiter caritas est, Filius paternæ dilectionis, Deus bonitatis immensæ dilectionisque infinitæ, fuit in viscera sancti amoris, in affectus piæ dilectionis, in ignem supernæ affectionis pene tota conversa.

Postremo, si de apostolo Paulo dicere licuit Joanni Chrysostomo, Sicut ferrum in ignem missum, totum quasi ignis efficitur, sic Paulus caritate accensus, totus quasi caritas factus est; et item, Paulus ac si totum mundum genuisset,

ita pro omnium laboravit salute; et, Sicut indulgentissimus pater circa phreneticum afficitur filium, cujus quanto plus injuriis ictibusque pulsatur, tanto amplius illum deplorat et ipsius miseratur insaniam, sic Paulus circa incredulos et ingratos afficiebatur, et bona reddebat pro malis: quanto magis hæc de incomparabili atque sanctissima sunt proferenda Maria, quæ indubitanter ineffabiliter plus quam Paulus Dei ac proximorum fuit caritate succensa, et indesinenter fuit sollicita, anxia, studiosa, præservida pro mundi conversione, pro universorum salute, pro divulgatione evangelicæ legis plenaria; cujus sanctitate, precibus ac meritis, Spiritus Sanctus innumerabilium tetigit hominum corda, animasque convertit innumeratas?

ARTICULUS VIII.

Quod ad originalis justitiæ perfectionem et eminentiam illustrissima virgo Maria præclarissime est perducta.

DEUS hominem fecit rectum. Creator omnipotens, infinite bonus et dives ac liberalis, non in puris naturalibus condidit primos nostros parentes, sed (ut docet Scriptura) originalem eis concreavit justitiam, per quam caro per omnia prompte obediens erat spiritui, sensitiva pars rationi, ratio atque voluntas Deo. Nec conurgebat in carne aut sensitiva parte aliquis motus rationi contrarius, nec ulla pœnalitas, quamdiu ratio mansit Creatori subjecta, ac voluntas divino præcepto. Estque probabilis multorum opinio, quod in gratia quoque gratum faciente virtutibusque et donis ei annexis producti fuerunt homines protoplasti.

Quum itaque in electissima Dei, gloriosa Maria, ex nimia gratiæ præventionem caro adversus spiritum nunquam concupierit, nec motus culpabilis in ea surrexerit, nec sensitiva pars fuerit rationi in ea unquam renitens, ipsaque ratio ac voluntas in ea-

Ps. xli. 2.
3.

* fortem

Eccle. vii.
20.

Ephes. iv.
24.

Galat. v.
17.

dem fuerint Deo plenarie inavertibiliterque subjectæ atque promptissime obediētes; constat quam eminenter ad originalis justitiæ conformitatem pervenerit. Et quamvis in excellentissima Virgine incomparabiliterque amanda Maria dulcissima fuerunt pœna, labor, fatigatio, mœror, timor, afflictio, quæ in primis parentibus ante lapsum esse nequibant; nihilo minus Deifera Virgo indesinenti profectu ad tantam celeriter pervenit perfectionem eminentiamque virtutum moralium, intellectualium, theologiarum, atque donorum ac fructuum, quod in his primos parentes vehementer transcendit, etiam quantum ad actus illorum: et ita non solum ad originalem illam innocentiam justitiamque conscendit, verum etiam virtuositatem, excellentiam ac confirmationem in bono multo sublimiorem sortita est, in tantum quod nec peccare valebat. O incomparabilis et unica Virgo, quæ innocentiae vestem tam immunem servavit, imo quotidie omnique hora puriorem, splendidiorem ac cœliformiorem exhibuit Deo!

ARTICULUS IX.

Quam excellenter morales ac cardinales virtutes erant ac præfulgebant in ipsa.

Prov. xxxi,
10.

MULIEREM fortem quis inveniet? Noverat Salomon, quod sicut per feminam deceptam et infatuatam periit mundus, ita ex femina sapiente ac insuperabili dependeret quodammodo mundi salus. Rursus agnovit de eadem muliere Deum in exordio sæculorum dixisse serpenti tartareo: Ipsa conteret caput tuum. Itaque intuens sapientissimus Salomon genus humanum non sine hac femina liberandum, nec ante ejus nativitatem, perfectionem ac robur virtutum, regem Messiam esse venturum, imo potius ex ea gignendum, affectuoso ac suspirante locutus est corde: Mulierem fortem quis inveniet? Nempe sapiens ille perpendens feminei sexus de-

Gen. iii, 15.

Abilitatem, inconstantiam, defectuositatem, mollitiem, atque ad Filii Dei conceptionem exigi mulierem virtuosam, constantem, perfectam, totius femineæ levitatis, mollietiei, imperfectionis victricem plenissimam, ita exorsus est: Mulierem fortem quis inveniet? tanquam dicat: Raro et difficulter invenietur, nisi desuper mundo provideatur, mittatur, donetur. Unde sic eam fore præstandam cognoscens, de futuro per modum præteriti loquens: Accinxit (inquit) fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum. De qua de novo in Canticis admiratorie sciscitatur: Quæ est ista quæ progreditur velut auroa consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? O vere omnium fortissima mulierum, quæ humanæ perditionis calcavit auctorem, atque amissæ beatitudinis reparatorem produxit!

Prov. xxxi,
17.

Cant. vi, 9.

Hæc omni morali virtute fuit summe ornata insuperabiliterque armata. Morales quippe virtutes dicuntur, quæ circa passionem versantur, refrenando et reformando ac moderando easdem. Verumtamen una earum, puta prudentia, rationis est directiva, et in ratione tanquam in subjecto consistit, aliarumque virtutum moralium moderatur ac dirigit actus. Alia circa operationes intenta est, id est justitia, cuique quod suum est reddens; et voluntati inhæret. Ceteræ in appetitu sensitivo a quibusdam esse dicuntur: et certe in eo sunt, aut per essentiam aut per quamdam impressionem. Quum itaque in sacratissima virgine Maria appetitus sensitivus inferior, cujus motus et inclinationes naturales vocantur passionem, fuerit rationi ac voluntati inviolabiliter subditus, indeviabiliterque obediens, ac prorsus promptissime serviens; constat quod virtutes morales in benedicta et in supernaturali Maria fuerunt, prout dicuntur virtutes purgati animi, atque heroicæ ac perfectæ. Quarum sunt quatuor cardinales, puta prudentia, justitia, fortitudo et temperantia. Sicque prudentiæ, secun-

dum Macrobius, est cuncta mundana contemplatione divinorum contemnere, et tanquam aliud nihil sit, omnem cogitatum in superna defigere, ac sola divina cognoscere; fortitudinis est passiones jam victas amplius non scire neque sentire; temperantiæ est terrenas cupiditates et carnis illecebras jam repressas de cetero oblivisci; justitiæ vero est sic Deo in bonis conjungi, ut servet cum eo fœdus perpetuum. Si ergo virtutes hæ, secundum philosophos atque theologos, competunt hominibus heroicis et perfectis, quanto magis incomparabiliter perfectæ divinæque Virgini, omnium perfectorum ac sanctorum matri ac dominæ? Ipsa verissime passiones nescivit, id est, immoderantiam passionum nunquam in se sensit aut habuit, ac menti divinæ inavertibiliter fuit unita ac conformata.

Nihilo minus habuit has ceterasque virtutes morales, prout homo per eas bene et condecenter se habet in conversatione sociali, humana, domestica, ad eos inter quos conversatur: superior namque gradus virtutum perfectionem inferioris gradus includit, et aliquid eis superaddit perfectionis. Sic dignissima virgo Maria per prudentiam inter alios ordinatissime se habebat, et media sua ad finem intentum irreprehensibiliter disponebat, cuncta discretissime agens. Per temperantiam quoque in usu alimentorum tam moderatissime habuit se, et taliter jejunavit atque abstinuit, quod nec in minimo in eisdem unquam excessit. Per fortitudinem etiam in adversis et arduis exstitit constans, et passionem timoris victoriosissime superavit, paratissima mori pro Deo, pro fidei veritate, pro defensione justitiæ; neque femineæ timiditati succubuit unquam. Per justitiam autem, non solum unicuique dedit quod debuit ei, sed plurimum cunctis supererogavit, universos ædificans, juvans, consolans: et sicut totum quod fuit ac habuit, a Creatore adorando ac summo accepit; ita se totam et omne quod habuit, Omnipotenti ac cultui atque amori ipsius

A integerrime mancipavit, exhibuit et rependit, prout de his infra plenius est tangendum.

ARTICULUS X.

De temperantia, honestate, pudicitia, modestia ac verecundia purissimæ Virginis, gloriosæ Mariæ.

CARNIS curam ne feceritis in desideris. Contraria contrariis curari dicuntur. Hinc infinita Dei sapientia ordinavit ut sicut prima femina per intemperantiam cecidit, sic salvatrix et reparatrix hæc femina in omni temperantia excellentissime præfulgeret. Etenim de perditrice femina illa scriptum est: Vidit mulier lignum quod bonum esset ad vescendum, et pulchrum oculis ad videndum adpectuque delectabile; et tulit de fructu ejus, et comedit; deditque viro suo, qui et comedit. Hæc vero salvifica mulier dicere potuit illud secundi Regum: Numquid delectare me potest cibus et potus? illud quoque quod locuta est sancta Esther, ejus figura: Nunquam lætata est ancilla tua, nisi in te, Deus Abraham. Spiritualissima namque et delicatissima virgo Maria, spiritualibus deliciis assuetissima, et divinis atque cœlestibus refertissima consolationibus, id est inebriata internis saporibus, et tanquam adipe ac pinguedine refecta et impinguata cœlestibus alimentis, pane vitæ et intellectus, aqua sapientiæ salutaris, pane supersubstantiali et omni actione gratiose vitali, nequaquam ad corporalia pabula aut pocula afficiebatur inordinate, nec in eis delectari sensualiter quivit, nec per usum talium a spiritualibus exercitiis suis internis impediabatur.

Denique, legimus spirituales et sanctos viros ad corporalem refectionem quasi ad carcerem sæpius accessisse, atque in ipsa mensa frequenter a sensibus abstractos corporeis, raptos fuisse ad Dominum. Quanto magis omnis hujuscemodi perfectio excellentius exstitit in Maria sanctissima,

Rom. xiii, 14.

Gen. iii, 6.

II Reg. xix, 35.

Esther xiv, 18.

Ps. lxxii, 6.

Eccli. xv, 3.

quamvis absque hujusmodi exteriori indicio?

Amplius, gustus et tactus vehementius in hominibus sunt infecti, difficilisque curantur. Idcirco virtutibus quibus delectationes et actus gustus et tactus refrenantur ac moderantur, utputa sobrietate et castitate, quæ sunt partes temperantiæ, fuit gloriosissima virgo Maria, mulier salvativa, ac totius spiritualitatis magistra, specialius atque præclarius decoranda: quippe quæ Fontem totius munditiæ, lumen æternale, universæ sanctitatis originem concipere, parere, lactare, contrectare, amplecti, deosculari et enutrire exstitit prælecta.

O supernaturalis et ineffabilis laus Mariæ, o exuberantissima gratiæ plenitudo, o inviolabilis ordinatissimaque discretio in vivendo, quod felicissima creatura in rebus et actibus ac necessitatibus illis quotidianis nunquam excessit, nec in minimo est prolapsa, nunquam in cibo, potu, somno, verbo, cogitatu aut omissione recessit a medio! Hinc prorsus honestissimæ fuit vitæ; et modestia ejus omnibus erat nota, nec fuit qui malum loqueretur de ea. Fuitque sapientiali pudore extreme ornata, omne quod probitati derogat et offensivum est divinæ præsentiae, toto corde detestans. Nempe honestum dicitur quasi status honoris; honor vero debetur virtuti: ideo, sicut electissima virgo Maria fuit virtuosissima, sic et honestissima fuisse censetur. Attamen honestas ad temperantiam specialiter pertinere asseritur: quoniam sicut in vitiis et delectationibus tactus et gustus est maxima inhonestas, turpitude, brutalitas, ita in virtute et actibus temperantiæ præcipua consistit honestas. Unde et casti ac sobrii specialiter appellantur honesti.

Præterea, verecundia proprie sumpta, fertur laudabilis passio, et non virtus, sed dispositio ad virtutes, retrahens a peccatis. Estque, juxta Philosophum, laudanda in juvenibus potius quam in senibus. Est quippe verecundia timor ingloriatio-

nis, secundum Philosophum, hoc est timor incurrendi quid confusione condignum; atque, ut asserit Damascenus, est timor de actu turpi, tanquam arduo ad vitandum. Juvenes autem communiter imperfecti sunt et proni ad mala culpæ quæ turpia sunt, quæ vitare est ipsis difficile: propterea commendabile est in ipsis, verendum exsistere. Senes vero debent esse in virtutibus stabiliti, et turpia posse faciliter vincere ac vitare. Ideo non commendatur in eis verecundia ista: quæ nihilo minus in eis multo commendabilior est quam sine verecundia peccare; sicut sunt multi etiam senes in quibus affectio boni honesti pene sopita est, et bono honesto præferunt utile ac delectabile bonum, hoc est commoda atque solatia sua, quamvis virtuti contraria. Exercitati autem in virtutibus et perfecti, rebus inhonestis ac turpibus faciliter queunt resistere. Idcirco non habet in eis verecundia locum, secundum istum loquendi modum, et juxta Philosophum: quia non apprehendunt inhonesta et turpia ut ardua ad vitandum. Nihilo minus habitualiter ita dispositi sunt, quod si inciderent turpia, mox verecundarentur. Hinc et Joanne contestante apostolo, perfecta caritas foras mittit timorem. Itaque, quoniam benedictissima virgo Maria ad virtutum perfectionem devenit celerrime, non videtur ei verecundia pro tunc proprie competisse, præsertim quoniam scivit se in gratia confirmatam. Interdum tamen verecundia pro virtute aut pro pudicitia bona accipitur, et sic gloriosæ Mariæ vere adscribitur.

Postremo, quia secundum theologica documenta, in laqueorum medio conversamur, justus quoque septies cadit in die, atque in multis offendimus omnes, nec sine continuo auxilio gratiæ Dei valemus peccata effugere; oportet nos jugiter coram Deo de tantis defectuositatibus nostris et culpis verecundari, ac speciali pudore incessanter ornari, ne in conspectu vultus divini inhoneste nos habeamus.

Philipp. iv.
5.
Judith viii,
8.

I Joann. iv.
18.

Eccli. ix.
20.
Prov. xxv.
16.
Jacob. iii. 2.

ARTICULUS XI.

De fortitudine, constantia ac stabilitate invictissimæ ac victoriosissimæ Mariæ clarissimæ.

Is. xl, 31.

QUI sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Virtus robur est mentis : ideo nisi præstantissima virgo Maria fuisset ineffabili cunctarum virtutum robore vehementissimo corroborata, nequaquam sic evasisset, non solum universorum mortalium, sed venialium quoque omnium peccatorum ruinam. Quæ ergo in campo sæculi hujus, in stadio peregrinationis istius, in humili sexu, in fragili carne, in medio nationis pravissimæ stetit immobilis, semper invicta, semper victoriosa contra aciem vitiorum, contra turbas invisibilium inimicorum, contra persecutiones Filio suo ac sibi illatas, fuit omnino virtuosissima, prorsus fortissima, in omni eventu tranquilla et constans.

Philipp. ii, 15.

Quid enim instabilitatem, inconstantiam, fluctuationem, infirmitatem menti inducit, nisi passiones et vitia? A quibus sicut celeberrima Virgo fuit liberrima, constat quod in omni constantia, stabilitate firmitateque animi fuit completa. Nempe, ut Salomon dixit, justus quasi fundamentum sempiternum. Et de obediente sic

Prov. x, 25.

ait Salvator : Omnis qui audit verba hæc et facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificavit domum suam supra petram ; et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit : fundata enim erat

Matth. vii, 24, 25.

supra petram. Beatissima ergo Virgo, quæ in cunctis obedientissima exstitit Creatori, immobilis fuit in eo, nec a regia via flexibilis ex incidentia quarumcumque adversitatum, tribulationum, tentationum aut varietatum. Quod itidem innotescit, si quæ de plenitudine sapientiæ ejus secundo libello sunt introducta pensentur. Etenim, teste Scriptura, homo sanctus in sapientia manet ut sol, stultus autem mutatur ut luna. Ideo plenitudinem sapientiæ et lu-

art. iii-vi.

Ecclesi. xlvii, 12.

A cem splendidissimam intelligentiæ ejus nulla potuit tentatio, mœror, varietas ita obruere, ut de veritate et æquitate fieret dubitans aut vacillans.

Talem decuit esse felicissimam Matrem ejus qui est virtus et sapientia Patris, Dominus fortis et potens, Dominus virtutum, Rex gloriæ ; per quam princeps hujus mundi fuerat superandus ; quam omnium virtutum oportuit esse exemplar formamque vitæ. Nonne Omnipotentem decuit sic roborare Virginem quam elegit in matrem? De qua convenienter dixit Hieronymus : Talibus decebat Virginem oppignerari muneribus, ut esset gratia plena, quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum pacemque refudit, fidem gentibus, finem vitiis, ordinem vitæ, moribus disciplinam. De cujus excellentia potentique gratia, et mirabilibus per eam et in ea completis, de novo protestatur S. Hieronymus : Quod natura non habuit, usus nescivit, ignoravit ratio, mens non capit humana, pavet cœlum, stupet terra, creatura omnis, etiam cœlestis, miratur : hoc totum est quod per Gabrielem Mariæ divinitus nuntiatur et per Christum impletur.

Insuper, quum dicat Apostolus, Optimum est gratia stabiliri cor ; certum est naturam per gratiam stabiliri, et mentem virtutibus figi. Incomparabilis ergo fuit stabilitatis ac firmitatis, cui tam excellentissima gratiæ plenitudo consummatioque virtutum erant impressæ.

Legitur quoque primo Regum de Anna, quod vultus ejus non sunt amplius in diversa mutati. Sed et de S. Martino scripsit Severus : Nemo illum unquam vidit iratum, nemo mœrentem, nemo ridentem ; sed uno et eodem jugiter permanens vultu, angelici vultus exhibuit apparatus. Salomon etiam : Non contristabit (inquit) justum quidquid ei acciderit. Si hæc et consimilia de Sanctis utriusque sexus vere conscripta sunt : quanto magis de Sancta Sanctarum, de præclarissima Matre Sancti Sanctorum, et plane de incomparabili Genitrice Dei deorum hæc hisque majora ve-

1 Cor. i, 24. Ps. xxiii, 8. 10.

Hebr. xiii, 9.

1 Reg. i, 18.

Prov. xii, 21.

rissime adstrui queunt? Hanc equidem ~~Filius velle opulentiam ac~~ munificentiam penitus infinitam, præ omnibus incomparabiliter adimplevit virtutibus, deiformemque uniformitatem eidem largitus est.

ARTICULUS XII.

De justitia Mariæ rectissimæ.

Cant. 1, 2.

RECTI diligunt te. Rectum est quod nulla curvitate distortum est, nulla obliquitate deflectitur: sicut in corporalibus rebus primo videmus in linea. Ideo recta est mens creata quæ linealiter tendit in Deum, et in suum redit principium, atque in ipso tanquam in ultimo fine defigitur ac quiescit, hoc est, cujus tota intentio est sincera, tota affectio pura, tota conversatio virtuosa; quæ nec cogitatu, nec verbo, nec actu a divinæ beneplacito voluntatis discordat, avertitur seu recedit. Quod præ cunctis puris viatoribus Mariæ competit gloriosæ: cujus vita nulli fuit culpæ obnoxia; cujus summa et tota intentio fuit honorificentia Creatoris; cujus universa affectio fuit Dei dilectio, aut ad Dei amorem bene et sincere relata; cujus tota conversatio, actio, passio, fuit sub ordine divini amoris irreprehensibiliter posita, ita quod quidquid egit aut pertulit, compendiosissime ac optime ordinavit ad Dei amorem atque honorem, et ad proficiendum per illud in sancta dilectione. Ideo nil injustitiæ fuit in ea.

1 Cor. iv, 7.

Denique, prout sanctus fatetur Hilarius, hoc potissime Deo tenemur, ut eum omnis sensus noster, omnis virtus, vita et actio nostra loquantur ac venerentur: quatenus sicut quidquid sumus, possumus et habemus, desuper sumpsimus (dicente Apostolo: Quid habes quod non accepisti?); sic totum referamus in Deum, et in ejus amorem ac cultum omne illud integraliter convertamus, nec aliquid nostri nobis servemus, imo totum dilectioni ac honorificentiam Conditoris ac Salvatoris totaliter mancipemus totis viribus nostris. Quod

A nullum mortalium tam gloriose implese ut amandissimam glorificandissimamque Mariam, certissimum est: quippe quæ tota agilitate et alacritate, omni seclusa ignavia, fuit Creatoris contemplationi, amori, obsequio, indesinenter et (quantum possibile fuit) actualiter semper intenta. Itaque, quod debuit Deo, exhibuit ei pro viribus: quanquam de condigno non poterat æquivalens reddere Deo, præsertim pro supernaturalibus beneficiis ejus, et maxime quod eam assumpsit in matrem.

B Præterea, quamvis ceteri Sancti rependerit Deo per gratiarum actionem, cultum et actionem, se ipsos et quidquid divinitus acceperunt, quantum eorum infirmitati fuit possibile: nulla tamen rationalis persona sic Deo rependit quod ab ipso recepit, ut id quod suæ substantiæ est, fiat et sit aliquid Dei et de ejus substantia seu natura; nec sic, ut id quod ex substantia sua emanat, convertatur in naturam atque substantiam Dei; nec sic Deo servivit, tanquam indigeat ipse servitio creaturæ. Sed hæc tria tu, o benedictissima virgo Maria, Deo altissimo vere exhibuisti: nempe ex tua substantia natus est, et portio tuæ carnis facta est caro ipsius, sicque incarnationis præbuiisti ei materiam, et carnis naturam; deinde aluisti eumdem in utero, et natum ex utero tuo lactasti et educasti ipsum virgineo mundissimorum tuorum uberum lacte; sed et quotidie ministrasti ei in propria sua persona, et pabulum vitæ parasti ei assidue. Hæc omnia persona Dei et Deus ipse accepit a te, atque in tantum obligavit se tibi dignatione, non necessitate.

Pro aliorum quoque conversione et inductione ad amandum et honorandum proprium Creatorem, fecisti quod tuum erat, et proximos summe ædificasti, eisque in spiritualibus maxime subvenisti, et gratiam tibi plenissime impertitam, eis copiose communicasti: sicque naturalis illud legis præceptum, Quod tibi vis fieri, fac alteri, perfectissime adimplesti, et justa per omnia ad proximos exstitisti.

Matth. vii, 12; Tob. iv, 16.

Postremo, et quod tibi ipsi tenebaris, A tibi moderatissime præbuit. Corpori et enim suo tenetur homo sustentationem, directionem et gubernationem, ut faciat illud servire spiritui; animæ quoque suæ tenetur ex ratione custodiam, et sibi ipsi directionem ad veram salutem, quemadmodum in Ecclesiastico fertur: Deus ab initio constituit hominem, et reliquit eum in manu consilii sui; adjecit præcepta sua; apposuit tibi ignem et aquam: ad quod volueris, porrige manum tuam. Porro gratiosissimam Mariam hæc suo corpori, suo cordi, suæ personæ perfectissime impendisse non oportet probare, quum in præstantissimi atque mundissimi corporis sui educatione nunquam a regia discesserit via, versus magis aut minus; cor quoque suum sanctissimum ab omni custodivit jugiter labe; et quidquid suum fuit, pro sua strenue fecit salutem, cooperans gratiæ.

O gloriosissima virgo Maria, quantum in virtute justitiæ resplenduit anima tua, et quantum per eam placuisti Altissimo! C Similitudo namque, dilectionis est ratio; et de illo ait Scriptura: Quoniam justus Dominus, et justitias dilexit, æquitatem vidit vultus ejus. Nam, ut etiam sapientes hujus mundi testati sunt, justitia est præclarissima virtus, et nec Hesperus neque Lucifer est ita admirabilis. In ea namque virtutis splendor est maximus. Nec tam pulchre sol fulget in cælo ut in anima tua radiavit justitia: quæ tamen circa proximos fuit in omnibus temperata misericordiæ, juxta censuram vere prudentis.

ARTICULUS XIII.

De misericordia et pietate gloriosæ Mariæ.

A B infantia mea crevit mecum misericordia. Misericordia virtus est qua proximis condolemus in eorum miseriis, et pro posse subvenimus eisdem. Hæc virtus

in caritate fundatur, et ex dilectione procedit. Ideo, sicut benignissima virgo Maria præ cunctis, visceribus caritatis redundat, repleta est et superabundat, ita præ universis misericordissima comprobatur.

Insuper, pietas ex bonitate emanat: bonum namque est sui ipsius communicativum ac diffusivum. Ideo, sicut Fons infinitæ et incomprehensibilis bonitatis suam dilectissimam Matrem suæ immensæ bonitatis liberalissima participatione replevit, ita deiformi pietate replevit eandem. Ideo prorsus piissima est. Et sicut Deo essentialiter et incircumscribibiliter bono ac pio proprium est misereri semper et parcere, quoniam ex se ipso id convenit ipsi, irasci vero et ulcisci, punire, damnare, ex aliorum perversitate; sic præstantissimæ Virgini, misereri, subvenire, indulgere ac parcere proprium est. Implevit equidem excellenter quod hortatur Apostolus: Imitatores Dei estote sicut filii carissimi. Sicque ipsa tanquam filia vere carissima imitata est Deum in ista proprietate dignissima, in omni pietate et misericordia. *Ephes. v. 1.*

Denique, Deo majestatis immensæ nihil similis, nihil propinquius quam electissima Mater ejus Maria. Idcirco in pietate et misericordia est Deo incomparabiliter præ cunctis conformior. Et sicut unicuique connaturale ac delectabile est facere illud quod ipsi est proprium, et ad quod conatam sive ingentam habet inclinationem; sic serenissimæ et optimæ Matri virgineæ connaturale atque jucundum est miseris subvenire, pauperrimis condolere, misericordiam cunctis ad se confugientibus exhibere.

Præterea, sapientissimus Deus unicuique infundit ac tribuit dona per quæ exstat idoneus ad exsequendum suum officium, ad quod est divinitus ordinatus ac institutus: si enim natura non deficit in necessariis, multo utique minus gratia. Benedictam vero sincerissimamque Mariam omnipotens Deus ab æterno elegit in matrem et advocatam, in custodem

Ecclesi. xv.
14, 15, 17.

Ps. x, 8.

Job xxxi.
18.

et mediatricem universorum fidelium ac totius Ecclesiæ. Matrem vero et advocatam, custoditricem ac mediatricem pietas et misericordia potissime decent, et tanto copiosiores quanto majora sunt miserorum pericula, quo major indigentia, quo plures egeni ac miseri. Idcirco Mariam dignissimam tam innumerabilium millium miserorum, imo miserorum ac indigentissimorum matrem et advocatam, oportet esse omnifarie misericordissimam atque piissimam : præsertim quum miseri et exules isti, quorum divinitus constituta est mater et advocata, sint gravissimis et ineffabilibus, irreperabilibus ac æternis periculis perpetuæ damnationis expositi, atrocissimis, fortissimis et versutissimis inimicis circumdati, omni fragilitate, inopia, calamitate repleti. Hæc ergo pericula clementissima et sapientissima illa Maria clarissime ac diligentissime intuens, multo plus quam ipsimet miseri, vehementissime condolet eis, et paratissima est misereri, auxiliari, et usque in finem adstare et adjuvare.

Insuper, servo ingrato, duro, immiseri-
cordi, Dominus in Evangelio loquitur :
Matth. Serve nequam, omne debitum dimisi tibi
xviii, 32, 33. quoniam rogasti me : nonne ergo oportuit
et te misereri conservi tui, sicut et ego
misertus sum tui? Quo constat unumquem-
que tanto misericordiosem esse debere,
quanto majorem desuper misericordiam
est sortitus. Piissima autem virgo Maria,
præ omni creata persona summam et incomparabilem prorsusque ineffabilem misericordiam et pietatem est consecuta, utpote abundantissima benedictione divinæ dulcedinis omnino præventa, in utero sanctificata ac Spiritu Sancto repleta, deinde ab omni culpa etiam veniali misericordissime præservata, mater sui Creatoris ac Salvatoris effecta, ad incomparabilem gratiæ ac gloriæ excellentiam plenitudinemque perducta. Nec misericordia Dei solum consistit in remissione culparum, sed etiam in largitione præventionisque gratiarum.

Adhuc autem, unumquodque contrahere

A solet proprietates et qualitates ejus cui magis unitur, et quod propinquius ei conjungitur, et quod infra ipsum continetur, commoratur ac diuturne quiescit. Nonne ergo venerandissima virgo Maria in viscera misericordiæ ac pietatis pene tota conversa est, omnique pietate et misericordia exuberantissime et supereffluentissime est repleta, quæ Fonti totius pietatis et misericordiæ tam propinquissime ac familiarissime est unita, quæ illum vere concepit, atque ex se incarnatum, intra se tot mensibus bajulavit, ac natum ex se tot annis contrectavit, fovit, cohabitantemque habuit? Quanto pietatis odore inde perfusa est! quanta misericordiæ largitate ex illo impleta est! quanta totius benignitatis affluentia est inde respersa! Si quis ad horulam teneat in manu herbam fragrantem aut odoriferum pomum, nonne manus ejus hinc contrahit odorem suavem? Imo et rebus illis amotis, adhuc manet in manu odoris suavitas. Quanto magis divinissima virgo Maria ex tam familiari et intima conjunctione cum illo qui substantialiter et interminabiliter pius misericorsque consistit, in suavissimum totius pietatis ac misericordiæ affectum commutata censetur? Et vere piissima perhibetur, in tantum ut rite Mater gratiæ, Regina misericordiæ, Imperatrix clementiæ nuncupetur : quam Trinitas Deus in regni sui sumpsit consortem, et regno justitiæ sibi ipsi retento, regnum misericordiæ illi commisit; nec illos condemnat qui ad thronum confugiunt misericordiæ piissimæ Matris, cujus meritis et precibus nil decrevit esse negandum.

Postremo, propter miseris sublevandos, tanta gratiæ plenitudo est glorificandæ Mariæ tam misericordissime condonata. Decentissimum ergo est ut de plenitudine misericordiæ suæ communicet miseris, præsertim quum et princeps Apostolorum dicat : Unusquisque sicut accepit gratiam, *1 Petr. ii, 10.* in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Tactum est quoque, et certum, quod fe-
art. v, vi.

licissima virgo Maria quanto plus cupit A fructum passionis et sanguinis Filii sui, tanto paratior est miseris subvenire quousque salventur.

Insuper, ad præsidentes et principes, ad reges et imperatores misericordia spectat potissime, quemadmodum Salomon loquitur : Firmatur clementia thronus regis.

In cujus rei signum, rex apud aculeo. Tullius quoque in laudibus Julii imperatoris ait : Nulla te virtus tam commendabilem reddit ut pietas tua. Unde et Assuerus rex : Quum plurimis (inquit) B gentibus imperarem, volui nequaquam magnitudine abuti potentia, sed clementia et lenitate gubernare subjectos. Hinc, quo major, latior ac universalior est auctoritas et potestas, regnum ac dominatio beatissimæ Deiferæ Matris, quæ jure maternitatis Dei, et quia comparentalis est Patri æterno, verissime creditur, est et vocatur angelorum et hominum Imperatrix, Regina cœli, Domina mundi, tanto plenior et exuberantior est pietas ac misericordia ejus. Postremo, sexum femineum præcipue C decent dulcor clementiæ ac lenitas pietatis ; et quanto persona sexus hujusmodi major est atque potentior, tanto eam esse magis piam condecet et clementem.

ARTICULUS XIV.

De magnitudine pietatis et misericordiæ admirabilis ac cœlestis Mariæ, ex verbis Patrum sanctorum.

QUOMODO potueris, ita esto misericors ; si multum tibi fuerit, abundanter tribue. O quam præclarissime adimplevit Maria dignissima hanc doctrinam ! Quemadmodum enim abundantissima fuit et est in opulentia spirituali, in plenitudine gratiæ, in omni benedictione cœlesti ; sic et copiosissime semper subvenit invocantibus se, atque ad omnes per cuncta tempora se extendit, sicut devotus pater ait Bernardus : Quis, o benedicta, misericordiæ tuæ longitudinem, latitudinem,

et profundum queat investigare ? Nam longitudo ejus usque ad novissimum diem invocantibus se subvenit universis ; latitudo ejus replet orbem terrarum, ut tua quoque misericordia plena sit omnis terra ; sic et sublimitas ejus supernæ civitatis fecit instaurationem ; et profunditas ejus sedentibus in tenebris et umbra mortis obtinuit redemptionem.

Denique, tam opulenta est gratia et misericordia sacratissimæ Virginis, ut se communicet cunctis, Creatorisque gloriam videatur augere. Unde rursus testatur Bernardus : Maria omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi : captivi redemptionem, ægri curationem, tristes consolationem, peccatores veniam, justii gratiam, angeli lætitiæ, tota Trinitas gloriam, persona Filii carnis humanæ substantiam. Nempe, ut denuo Bernardus disseruit, quemadmodum sol indifferenter oritur super bonos et malos, sic Maria præterita non discutit merita, sed se omnibus exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium necessitates amplissimo miseratur affectu. Etenim, sicut vas liquore plenum, si quo modo moveatur, de facili effundit liquorem ; sic beatissima Virgo, si precibus moveatur, gratiam mox effundet. Ideo dico vobis, carissimi, si pie a vobis fuerit pulsata, non deerit vestræ necessitati, quoniam misericors est et misericordiæ mater. Si enim compassa est inopiæ ac verecundiæ illorum a quibus fuerat invitata in nuptiis, multo magis compatiatur vobis, si pie fuerit invocata.

Hinc iterum Bernardus disseruit : O Maria piissima, tu peccatorem quantumlibet fœdum non horres, non despicias ; sed si ad te suspiraverit, tuumque interventum pœnitenti corde petierit, tu illum a damnationis barathro pia retrahis manu, ac toti mundo despectum, materno affectu amplecteris, foves, nec deseris, quousque tremendo Judici reconcilies miserum. Si leat ergo misericordiam tuam, si quis invocata te in suis necessitatibus sibi

Ps. xxxiii, 5.

Luc. i, 79.

Prov. xx, 28.

Esther xiii, 2.

Job. iv, 8, 9.

memerit defuisse. Etenim, quando misereri non poterit. Mater omnipotentia? quando misereri non velit Mater misericordia? In manibus tuis, o beatissima, sunt omnes thesauri miserationum Dei repositi. Absit ergo ut cesset manus tua a munere.

Hinc quoque dixit Anselmus : O femina mirabiliter singularis et singulariter mirabilis, per quam homines salvantur, animæ de purgatorio liberantur, angeli lætificantur ! O femina plena et superplena gratia, de cujus plenitudinis abundantia respersa reviviscit omnis creatura humana ! O Virgo benedicta, per cujus benedictionem benedicuntur non solum omnis creatura a Creatore, sed etiam Creator a creaturis ! His consonat verbum Bernardi, dicentis : O Maria, in te merito respiciunt oculi omnis creaturæ, quoniam in te, ex te et per te benigna manus Omnipotentis quicquid creaverat recreavit. In te angeli lætitiæ, justi gratiam, peccatores misericordiam invenerunt : sicque omnibus generationibus gratiam genuisti, dum omnium Creatorem toti sæculo peperisti.

ARTICULUS XV.

De religione et devotione benignissimæ ac sublimis Mariæ.

Ps. cmi, 33. **P**SALLAM Deo meo quamdiu sum. Religio seu latria, est virtus moralis, parsque justitiæ, cultum et cærimoniam offerens Deo. Cujus virtutis actus sunt : orare, adorare, laudare Altissimum, votere et sacrificium ei offerre, decimas atque primitias solvere ejus ministris. Interior quoque et elicitus actus latriæ, est promptitudo voluntatis ad ea quæ Dei sunt : quæ promptitudo voluntatis vocatur devotio. Devotio quoque interdum vocatur fervor bonæ voluntatis ad colendum Altissimum : quod redit in idem. Vel devotio appellatur hujusmodi fervor, quia ex caritatis fervore procedit devotio inspirative : sicque descriptio illa devotionis, est

A prædicatio per causam. Tertio, devotio describitur, quod sit quædam teneritudo cordis, qua quis ex conceptu atque affectu boni faciliter in fletum resolvitur : quod est descriptio et prædicatio per effectum.

Denique, quum devotio sit promptitudo et fervor actusque voluntatis, certum est quod ex prævia apprehensione, meditatione seu contemplatione intellectivæ oriatur potentia ; immediatius tamen ex caritate, quæ efficit mentem ad actus divini cultus promptam et expeditam. Itaque, quo felicissima et incomparabilis virgo Maria fuit in divino amore ferventior, et in divinorum contemplatione profundior, eo utique erat devotior, hoc est promptior et alacrior ad omnem actum cultus divini, ad orandum, psallendum et laudandum suum Creatorem ac Salvatorem. Porro, quam ardentissima et incomparabiliter stabilis ac perfecta fuerat in caritate divina et in sapientia salutari, in superioribus est ostensum. Unde certissimum est quod divina et electissima virgo Maria fuit præ omnibus Sanctis ineffabiliter prompta et fervida ad præactos actus divinos, ac stabilissima in eisdem, jugiterque intenta orationibus prorsus purissimis, devotissimis Dei præconiis, psalmis et hymnis, ac reverentialissimæ adorationi Omnipotentis. Et quamvis interdum in exterioribus occupata, aut cum hominibus loquens, a vocali oratione et laudatione Dei cessavit, ab intimis tamen et devotissimis mentalibus orationibus et laudibus Dei non destitit, quemadmodum nec a contemplationibus, meditationibus affectionibusque divinis : quippe quæ tantæ fuit perfectionis, tantæ plenitudinis, tamque assiduæ illustrationis et inflammationis a Spiritu Sancto, quod per exteriora ab interioribus non impediatur.

Præterea, quoniam juxta præhabita, devotio ex consideratione et caritatis affectione emanat, ideo ea quorum consideratio exstat diviniore, et quæ ex sua natura magis idonea sunt caritatem accendere, utpote meliora, majorem possunt devo-

tionem causare in mente, et in ipsis major ac altior consistit devotio, cum est deitas Christi, adorandaque Trinitas. Verumtamen ex parte imperfectionis nostræ frequenter contingit, quod consideratio humanitatis Christi, et passionis ac ceterorum mysteriorum et actuum ejus, ad devotionem et compunctionem magis nos incitat, seu etiam Sanctorum Legendæ : quia et ex sensibilibus atque humanis ad divinorum notitiam et amorem erigimur. Porro perfecti, ex contemplatione et fervido divinorum amore, ex consideratione infinitæ bonitatis, honorabilitatis et excellentiæ Dei, ex superbeatissimæ Trinitatis intuitu, et ex consideratione communicationis et emanationis ejus ad intra, ac mutuæ intuitionis, dilectionis, complacentiæ ac fruitionis, ad devotionem potissime excitantur. Gloriosissima autem virgo Maria, tam in devotione ex consideratione humanitatis et mysteriorum Christi nascente, quam in devotione ex contemplatione deitatis Filii sui ac superbenedictæ Trinitatis surgente, perfectissima fuit, quemadmodum et in utraque illa cognitione atque dilectione. Denique, ipsa omnium creaturarum electissima ac prorsus dignissima Virgo, se totam in obsequio Filii sui secundum ipsius humanitatem devotissime, reverentialissime et assidue occupavit, maternam ei ministrationem in cunctis impendens ; et faciendo hoc ipsum, divinitatem ipsius, ac superessentialis Trinitatis caritatem, pietatem et munificentiam contemplabatur clarissime : ex qua contemplatione ad inæstimabilem movebatur devotionem, et offerebat se ipsam totam Deo in holocaustum continue ex summa devotione.

Amplius, religio, cujus actus existit devotio, dicitur a relegando, quoniam mentem a vanis et caducis relegat, ac Deo efficit inhærentem. Ideo religiosi vocantur, qui a sensibilibus et terrenis se alienantes ac sequestrati, mente libera ac sincera Deo intenti sunt. Hinc Maria dulcissima tanto religiosior atque devotior existit,

A quanto mens ejus longius ac purius fuerat relegata ab omni affectu et actu a Christo et ejus intuitu ac amore impediente. Hinc quoque in adolescentia sua, antequam Filium Dei concepit, quatenus Omnipotenti posset mundiori corpore puriorique mente perfectius obsequi et vacare, virginitatem suam Deo promisit, vel absolute, vel sub honestissima conditione, videlicet, nisi Deus aliter secum disponeret : alias Archangelo conceptum ei annuntiante, quum esset desponsata, non tam constanter respondisset ac inquisisset : Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ?

Postremo, devotioni tanto solet major conjungi spiritualis jucunditas, quanto ipsa devotio alacrior ferventiorque consistit, et quo persona devota est magis perfecta. Unicuique namque delectabile est agere ea ad quæ vehementer afficitur. Ideo, quo benedicta et gloriosa virgo Maria fuit in omni virtute, præsertim in actibus caritatis ac sapientiæ, magis perfecta, eo actibus devotionis fuit ferventius, jucundius stabilisque intenta : quamvis consolationi et alacritati ipsius frequenter fuerit mixta pia quædam tristitia ex dilecti absentia et propter mundi peccata, atque ex consideratione passionis Unigeniti sui interna compassio, prout diffusius est ostensum. Itaque, in omni actu devotionis, scilicet cordis, oris et operis, incomparabiliter devotissima fuit sacratissima Domina, in omni promptitudine et affectione interna, in omni oratione et laudatione ac adoratione vocali, in omni prostratione, genuflexione, inclinatione, in oblatione et sacrifice : in cujus corde et corpore tanquam in electissimo templo habitavit Dei Filius incarnatus.

ARTICULUS XVI.

*De mansuetudine et patientia
excellentissimæ virginis Mariæ.*

NIGRA sum, sed formosa, filiæ Jeru-
salem. Unigenito suo, Deo, Dei Filio
incarnato, præelectissima Mater ejus vir-

Math. 1.
18.

Luc. 1, 34.

lib. I, art.
xix.

Cant. 1, 4.

ginea fuit in cunctis gratiarum muneribus proxima atque simillima. Etenim, in omni genere ac ordine rerum, primum est maximum et magis perfectum in genere ac ordine illo : sicut in universitate sensibiliter lucidorum sol est maxime lucidus. Estque primum illud in ordine et genere suo mensura et regula secundorum. Itaque, quanto aliquid illi propinquius est, tanto in ordine illo exstat perfectius. Quemadmodum ergo amantissima Dei præ cunctis viatoribus fuit Christo incomparabiliter in omni perfectione caritatis ac sapientiæ, ceterarum quoque virtutum et donorum, conformior ; sic et in adversitatum patientissima ac tranquillissima tolerantia ei consimilior exstitisse censetur, in tantum quod nec contra Herodem, Christum adhuc infantulum persequentem, nec contra Scribas et Phariseos ac sacerdotes, dilectissimum Filium suum usque ad acerbissimam et ignominiosissimam mortem crudeliter ac multipliciter persequentes, unquam indignationem, impatientiam, iram, murmurationem aut aversionem concepit, quin potius illorum perversitati condoluit, et oravit pro eis. Durante quoque amarissima Christi passione, quum videret unicum sui virginei ventris fructum tam ferocissime contrectari, totque blasphemias et crimina objici ei audiret, atque in cruce confossum et fixum ac miserabilissime distentum eum conspiceret, nullatenus adversus sævissimos illos homicidas, imo et deicidas, commota est, nec indiscreto zelo permota, sed inæstimabilem mansuetudinem patientiamque servavit. Nec ex suavissimo, tranquillissimo, mitissimo ac patientissimo corde illo materno Deiferæ Virginis poterat emanare impatientiæ verbum, amaritudo, torvus adpectus, indignatio dura, iracundiæ fumus, murmuratio sive contentio : quippe quod totum in viscera caritatis et pietatis, in abyssum mititatis ac patientiæ, in affectum humilitatis et bonitatis erat conversum immobiliterque mutatum.

Denique, commendantur viri eximii de

mititate præcipua, de patientia magna. Nonne de se ipso tanquam de alio sanctus Moyses in Numeris scripsit, Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra? Sic et David loquens de se : Memento (inquit), Domine, David et omnis mansuetudinis ejus. Porro beatum Job de patientia specialiter collaudari, liber ipsius fatetur. Sed quid horum et consimilium mansuetudo et patientia ad tuam, o amabilissima et suavissima virgo Maria, patientiam ac mititatem? Nonne legifer ille Moyses rebellium pravitate exasperatus Dominum exoravit, Ne respicias sacrificia eorum, moxque horribiliter sunt plagati? Ægyptium quoque rigore occidit, et multa idololatrarum millia jussit interfici. Sic et David improbitate Nabal commotus, juravit se illum interempturum ; et super adversarios suos Ammonitas circumegit ferata carpenta, divisitque cultris. Joseph demum fratres suos vindicavit et afflixit ad libitum. Job vero disputans contra amicos, multa dura et increpatoria eis locutus est verba. Sed numquid tale quid mitissima ac patientissima Domina, suis aut Filii sui persecutoribus locuta est unquam?

Christo autem tanquam judici, rigor quoque justitiæ et judicialis censura tribuuntur. Et quanquam virtuosissima Virgo etiam omni decore justitiæ fuerit decorata, tamen omnium mater et advocata ac mediatrix effecta, misericordiam et miserationem in cunctis exercere elegit, mansuetudinem demonstravit, patientiam est amplexa. Patientia namque est omnium probatrix virtutum, et caritas patiens est. Mansuetudo quoque reddit hominem multum amabilem, atque divinæ illuminationis ac supernæ consolationis capacem, sicut ait Scriptura : Fili, in mansuetudine opera tua fac, et super hominum gloriam diligeris ; et rursus : Mansueti autem hereditabunt terram, et delectabuntur in multitudine pacis. Hinc incomparabiliter perfectam et

Matth.
ii, 16.

Numer. xii. 3.

Ps. cxxxi. 1.

Job i, ii ;
Tob. ii, 12
Jacob. v. 11.

Numer. xvi.
15 et seq.
Exod. ii.
12 ; xxxi.
27, 28.
I Reg. xxi.
22.

II Reg. xx.
31.

Gen. xlii.
xlii.

Job vi, xi.
xvi, xlii, etc.

I Cor. xiii. 4.

Ecclesi. iii.
19.

Ps. xxxvi.
11.

sanctam, sapientem ac supernis consolationibus assuetam Mariam, *summa* et incomparabilis mansuetudo et patientia decuerunt. Propter quod ait Bernardus : Revolve diligentius evangelicæ historiæ seriem universam, et si forte quid increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cetero suspectam habeas et accedere verearis. Quod si plena magis omnia pietatis et gratiæ, plena mansuetudinis et misericordiæ inveneris quæ ad illam pertinent, gratias age illi qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione providit, in qua nihil possit esse suspectum.

ARTICULUS XVII.

De ineffabili ac profundissima humilitate Mariæ altissimæ.

Luc. 1, 48.

RESPEXIT humilitatem ancillæ suæ. Quum beatissima et admirabilissima virgo Maria cunctis esset virtutibus in termino excellentiæ præ cunctis viatoribus incomparabiliter plena, ipsa tamen humilitatem suam asserit a Deo clementer respectam per approbationem et acceptionem, quia (ut plenius dictum est supra, primo libro) benedictissima Virgo per humilitatem præcipue disponebatur ad tam supernaturalem sui elevationem, qua facta est Mater Dei altissimi, quum dicat Salvator : Qui se humiliat, exaltabitur. Ideo quoque dixit, Respexit humilitatem ancillæ suæ, ut innuat se non meritis suis de condigno tam incomparabiliter sublimatam in Matrem Dei, sed omnipotentem Deum approbasse in ea illam sui ipsius coram Deo depressionem, qua se majestati divinæ prostravit bassissime, et comparatione illius se vehementissime parvi pendit ac prorsus indignissimam reputavit ad tantum mysterium in se, ex se et per se complendum.

Denique, quando Deus voluit eam super omnem puram creaturam in esse creato

A subsistentem elevare, tam in donis gratiæ gratificantis quam in donis gratiæ gratis datæ, dedit ei in primis perfectissimam ac profundissimam humilitatem : quia humilitas ad omnium divinatorum charismatum susceptionem, profectum ac perfectionem disponit ; et quanto quis crescit in sancta humilitate, tanto fit aptior ad proficiendum in omni ceterarum virtutum atque donorum completionem. Nempe (ut constat) quemadmodum pluviarum fluenta ad vallium confluentibus, et quo valles fuerint profundiores, eo sunt plurium imbrum susceptivæ, abundantioresque aquæ colliguntur in eis ; ita quo cor humiliter fuerit, tanto copiosior ei infunditur gratia, juxta quod ait Scriptura : Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hinc Deus virtutum, Rex gloriæ, volens unicam illam sacratissimam et singularissimam virginem Mariam, quam sibi ab æterno præelegit in matrem, incomparabili gratiarum plenitudine adimplere in vita hac, atque incomparabili felicitate, honore et gloria in cœlesti extollere patriam, implevit eam in primis summa et profundissima humilitate in via.

Denique, perfecta humiliatio sui ipsius ex duplici dependet cognitione, videlicet Creatoris ac sui ipsius. Quo enim intellectualis creatura bene disposita Creatoris sui majestatem, perfectionem excellentiamque immensam clarius contemplatur, eo comparatione illius se ipsam profundius deprimit, vehementius parvi pendit, et cordialius humiliare cognoscitur. Hinc Abraham loquens cum Deo, et illius eminentiam pensans : Loquar (inquit) ad Dominum meum, quum sim pulvis et cinis. Rursus, quo quis se ipsum limpidius noscit, omnem videlicet suam defectuositatem, proprietatem, indigentiam, nihilitatem dependentiamque indesinentem a Deo, eo profundius humiliat semetipsum. Porro, quam incomparabiliter clare ac sapientialiter amantissima virgo Maria in hac vita contemplata sit Deum,

Jacob. iv, 6;
1 Petr. v, 5.

art. xvii.

Luc. xiv, 11.

Ibid. 1, 48.

Gen. xviii,
27.

quam etiam verissime se ipsam et omnem suam proprietatem cognoverit, patet ex art. vii et s. introductis in secundo libello. Ideo innotescit quod ex parte utriusque cognitionis istius, in omni exstiterit humilitate ineffabiliter summa incomparabiliterque perfecta, sicque in totius humilitatis fundo defixa oceanoque demersa, quod applaudentibus turbis Filio ejus atque dicentibus, Bene omnia fecit, et, Nunquam apparuit sic in Israel, et, Propheta magnus surrexit in nobis, et, Hic est vere Propheta qui venturus est in mundum, ac rursus, Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis, nunquam inaniter est gavisa, nec spirituali elatione hinc mota.

Marc. vii, 37.
Matth. ix, 33.
Luc. vii, 16.
Joann. vi, 14.
Matth. xxi, 9; Luc. xix, 38.

Denique, post missionem Paraleti, quum ab universis fidelibus vera Dei Genitrix crederetur, atque in summa post Deum admiratione venerationeque haberetur, ac cultu hyperdulie coleretur, quum ad eam conspiciendam multae et excellentes personae ex diversis mundi partibus convenirent, et undique diffunderetur fama ipsius; nunquam ex tantis suis honorificentis atque praeconiis quacumque vanitate aut superbia est pulsata, sed in profundissima humilitate mansit immobilis. Imo, quo plus reputabatur, honorabatur, laudabatur ab omnibus, eo amplius humiliavit se: jugiter et in cunctis totum bonum suum Deo cum praecordialissima gratiarum actione ac purissima humilitate attribuens, et tanto perfectius se illi in omni obedientia subdens, quanto plura et eminentiora ab ipso beneficia fuit sortita; plenissime implens quod ait Scriptura: Quanto major es, humilia te in omnibus.

Eccle. iii, 20.

Erant etenim ei semper aperti duo libri, id est duae illuminationes internae. Unus fuit liber sapientialis, in quo ea quae Dei sunt et omnem excellentiam ejus contemplabatur perlucide ac profunde. Alter fuit liber scientialis, in quo se ipsam et ea quae sua erant intuebatur clarissime. Sicque cum admiratione et

reverentia summa dixit: O Deus meus, quid tu, et quid ego? Unde, quo Deum gratiosius ac magis dignanter secum egisse conspexit, eo vehementius mirabatur, regratiabatur, et humiliabat se penitus. Quo etiam suam parvitatem ac qualitatem comparatione infinitae excellentiae Dei limpidius noverat, atque pro nihilo reputavit, eo profundiorum sui ipsius humiliationem concepit.

Adhuc, quum fuerit docilissima ac obedientissima Christi discipula, perfectissime didicit ab eodem quod dixit, Discite a me quia mitis sum et humilis corde: praesertim quoniam vidit illum, cujus immensam optime noverat majestatem, tam humillime ac obedenter secum et coram se quotidie conversantem, cujus exemplaritate et virtuositate ineffabiliter edificabatur et accendebatur indesinenter.

Insuper, in Actibus Apostolorum describitur quemadmodum misso et infuso Paralecto, constituti sunt septem diaconi, et paulo ante Matthias pro Juda; multaque alia recitantur ibidem gesta. Verumtamen in toto libro illo nihil legitur praedignissima virgo Maria egisse, dixisse aut ordinasse, aut materna auctoritate ullatenus attentasse vel se intromisisse de aliquo.

Act. vi, 5, 6.
Ibid. i, 23.
26.

O quam immensa, incomparabilis humilitas summæ et gloriosæ Mariæ! Quantum nostram confundit stultissimam damnabilissimamque superbiam! quoniam non obstante quod sumus omni fragilitate, defectuositate ac culpulis repleti, gravissimisque et pene innumeris periculis circumdati, et incerti an simus electi an reprobi, an amore an odio digni; tamen ceteris nostris miseris ac vitiis hanc quoque adjicimus impietatem, insaniam, perversitatem, quod extollimus ac aliis praefereamus nosmetipsos, non metuentes secreta ac metuenda judicia Dei, qui superbis resistit, et humilibus dat gratiam, et (ut totius magistra humilitatis fatetur) dispersit superbos mente cordis sui. O vere beatissima Virginis glorificandae

Eccle. ix, 1

Jacob. iv, 6

Luc. i, 51.

humilitas, tam fecunda, tam digna et A non vident, sum reputatus? Famæ credo, Deo Patri ita gratissima, quod perdito quoniam conscientiam non attendo; et mundo peperit Salvatorem, quod excæcatis et imperitis genuit lumen æternum tanto me æstimo sanctiorem, quo me cerno et Sapientiam increatam, quod hominibus generavit Deum ac Dominum universonum, viam errantibus, veritatem deceptis, vitam mortalibus, imo et mortuis; quæ sua fecunditate angelicam reparavit dignam duceret sublimare. Nunquam enim ruinam, detentos in limbo perduxit ad gloriam!

O amabilissima ac delectabilissima virgo Maria mundissima, quam fortis et B insuperabilis, quam perfecta atque immobilis fuit tua humilitas, quæ nullo præconio, nulla promotione, nulla sui honorificatione poterat flecti, aut qualicumque vanitate seu elatione aut complacentia vana pulsari! Vides Archangelum tibi apparentem, audis illum te excellentissime salutantem, te cunctis feminis præferentem, tibi incomparabiliter grandia promittentem, te Unigenitum Dei concepturam annuntiantem. Audis dicentem et tibi spondentem quod nunquam C

creatura rationalis neque angelica sibi dici et sponderi audivit, utputa: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Quo promisso advertis te omnium creaturarum reginam ac dominam mox futuram. Nec tamen tantis præconiis, tantis prærogativis, tantis honoribus mens tua extollitur, nec ulla tangitur vanitate, sed respondes humillime: Ecce ancilla D Domini; fiat mihi secundum verbum tuum.

Hinc apte ait Bernardus: Non magnum est humilem esse in abjectione, sed magna prorsus et rara virtus est humilitas honorata. Si me miserum homuncionem, Ecclesia simulationibus meis decepta ad aliquem vel mediocrem provexit honorem, Deo nimirum hoc permittente, vel propter mea, vel propter subditorum peccata: nonne statim oblitus quis fuerim, talem me reputo, qualis ab hominibus, qui cor

Postremo, sicut in triumphanti Ecclesia unusquisque angelicorum spirituum est tanto humilior quanto sublimior, non quod superior inferiore se reputet viliorem, sed quod tanto humilior ac reverentialius se Deo subjiciat, quanto et illius majestatem et suam propriam conditionem clarius intuetur; eo modo beatissima virgo Maria, et etiam Christi anima, dicuntur fuisse humillimæ, et sub omni se homine humiliasse, quanquam agnoverint se omnium creaturarum electissimas atque dignissimas esse.

ARTICULUS XVIII.

De obedientia, diligentia, ac quotidiano, imo assiduo incessabilique profectu sapientissimæ ac deiformis Mariæ.

QUÆ præcepit tibi Deus, illa cogita *Ecc. iii. 22.* semper. Obedientiam in tantum commendat Scriptura, ut Deus omnipotens supra omnem legem, naturam ordinemque consistens, obedientibus sibi obedire dicatur: quia quo quis divinæ voluntatis imperio suam voluntatem integrius promptiusque subjecerit, eo voluntati illius ac precibus citius ac copiosius acquiescit Altissimus, ita ut per modum obedientis se habere cernatur. Hinc scriptum est in libro

Luc. i. 35.

Ibid. 28.

Josue x., 12-14. Josue : Dixit Josue Domino, Sol, contra ~~Gabaon ne movearis~~; stetitque sol in medio cœli, et non festinavit occumbere spatio unius diei, obediens Deo voci hominis. Siquidem Josue ille fuit Deo eminenter ac perfecte obediens, quemadmodum in ipsius libro legitur : Non præterivit Josue de universis mandatis Domini ne unum quidem verbum.

Ibid., xi., 15.

Verumtamen, sicut in ceteris virtutibus, ita in sancta obedientia, electissima ac singularissima virgo Maria ipsum Josue incomparabiliter vicit, præceptaque caritatis præ cunctis præclarissime adimplevit, et conformiter reliquarum præcepta virtutum tam plenissime, devotissime, ferventissime atque humillime consummavit, ac se totam Creatori tam integerrime subdidit, quod Deus adorandus præ nimia complacentia sua ad ipsam descendit in eam, et habitavit in medio uteri virginei ejus, factus homo ex ea, et vere nascens ex ipsa. Sicque in propria persona subjecit se illi ut Matri dignissimæ, prorsus carissimæ : et ita, juxta desiderium felicissimæ Matris, non sol, sed solis creator, Sol sapientiæ atque justitiæ, stetit in medio cœli, id est militantis Ecclesiæ, quæ in

Matth., xiii.; xviii., 23 ; etc. ; *Apoc.*, i., 6 ; v., 10 ; xii., 10 ; etc. *Luc.*, ii., 51. *Joann.*, viii., 29.

Ps., i., 2. inclyte adimplevit illud Psalmi : In lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Jure ac merito tibi, o præstantissima ac speciosissima Domina, subjicitur ac obedit omnis creatura, cœlestis, terrestris, ac intermedia, quoniam omnium conditor Deus tibi ut Matri fuit subjectus. Evangelica quoque consilia, o sponsa Dei carissima, gratiose implesti. Hinc in Revelationibus S. Brigittæ, serenissima ac honestissima virgo Maria ait ad illam : A principio, quum audirem et intelligerem Deum esse,

A semper sollicita et timorata fui de salute et observantia mea. Quum autem plenius audissem ipsum Deum esse creatorem meum et judicem omnium actuum meorum, intime eum dilexi, omnique hora timui et cogitavi ne eum verbo aut facto offenderem. Deinde, quum audissem eum dedisse legem et præcepta populo Israel, atque cum eis tot et tanta mirabilia perpetrasset, proposui firmiter in animo meo, nihil nisi ipsum diligere, et amara mihi erant mundana omnia vehementer. Post hæc, audito quod nasciturus esset de virgine et redempturus genus humanum, tanta circa eum fui caritate affecta, quod nihil nisi Deum cogitavi aut volui. Ego me elongavi, quantum potui, a præsentia atque colloquiis parentum et amicorum. Omnia quoque quæ habere potui, indigentibus dedi, nihil nisi victum tenuem et vestitum mihi reservans ; et nulla mihi nisi Deus complacuerunt, cui omnem voluntatem meam commisi ac subdidi ; et novis quotidie inflammabar æstibus desideriiisque amoris. — Hinc constat quod summa et optima virgo Maria fuit filiali amore repleta.

ARTICULUS XIX.

De veris, spiritualibus, copiosis ac indeficientibus gloriosæ Mariæ divitiis.

DEUS det vobis secundum divitias gloriæ suæ. Veræ divitiæ rationalis creaturæ sunt quæ ei invite auferri non queunt, ut sunt interna charismata Spiritus Sancti, gratia gratum faciens, virtutes et dona, beatitudines et fructus, virtuosique actus ac merita. His sacris divitiis, ut constat ex præinductis, adeo fuit repleta beatissima virgo Maria præ omnibus Sanctis, ut decuit electissimam Matrem Dei præ ministris ejus repleri, ditari, exuberare, ornari ab unigenito Filio suo, fonte magnificentiæ infinitæ ac opulentiæ prorsus immensæ. Denique, quum ipsa constituta sit desuper mater gratiæ, mater misericordiæ,

Ephes., ii., 16.
lib., ii., ccl.
lib., iii., cclvii.
et s.

refugium pauperum, regina clementiæ, A mater ac miseratrix cunctorum fidelium, decuit eam tanta spiritualium divitiarum plenitudine adimpleri, ut de plenitudine sua universis queat communicare, cunctisque miseris subvenire, totum mundum illuminare, ac omnium indigentias locupletare.

Hinc spiritualiter prorsus ditissima fuit, exuberantissima in omni sapientia, caritate, gratia, omnique abundantia deiformi. Quid namque Omnipotens suæ non daret electissimæ Genitrici? Nam et Deus dives B perhibetur, non pecunia, sed omnipotentia. Unde, quemadmodum liberalissima fuit benedictissima virgo Maria ad dandum, ita et potentissima fuit ad prosequendum et succurrendum. Et sicut regnum misericordiæ ei commissum est, ita et divitiæ gratiarum ei redundantissime sunt collatæ ab eo qui dat omnibus affluenter.

Præterea, adeo dives fuit, quod ipsum universarum divitiarum Fontem, causam, auctorem, infinitis in se ipso divitiis plenum, genuit, effudit, exhibuit nobis. Sicque fons processit de rivo, et Mater virginea facta est fons fluminis gloriosi, qui omnem terram, id est, totam irrigat ac perfundit Ecclesiam.

O beatissima et præamabilissima virgo Maria, quam gloriosa dicuntur de te! Vere in plenitudine Sanctorum detentio tua, quæ universos Patriarchas fide vicisti, Prophetas lumine prophetiæque spiritu transcendisti, zelo quoque divini honoris ac fraternæ salutis superasti Apostolos, fortitudine martyres, devotione confessores, D castimonia virgines, secunditate conjugatos, puritate sanctitateque angelos. Nempe opulentissimum ac pretiosissimum illud balsamum Deitatis, exuberantissima unda gratiæ ac virtutis, fons bonitatis immensæ, tanta liberalitate ac plenitudine tibi influxit atque se ipsum infudit, ut copiosissime effluat circumquaque. Plane tu digne vocaris gratiis plena, quæ sola hanc gratiam quam nulla alia meruit, consecuta es, ut totius gratiæ replereris auctore.

Recte dixit de te devotissimus puer tuus Bernardus : O dives in omnes et super omnes Maria, cujus substantiæ modica pars assumpta, suffecit solvere totius mundi peccata, imo et gratiarum recuperare charismata, promererique nobis gaudia sempiterna ! O tu fidelis Maria, quæ salutis antidotum viris ac mulieribus propinasti ! De plenitudine tua accipimus universi. Et omne quod dat tibi Filius tuus, venit ad te ; et eum qui venit ad te, non ejicis foras ; nec ullum eorum permittis perire, quos dedit tibi Excelsus, quos per te speciali pietate ac munere decrevit salvare.

Joann. i, 16.

Ibid. vi, 37.

ARTICULUS XX.

Quam amanda ac veneranda sit nobis virginea Mater salutis ; quam multa ac magna sint nobis per eam collata beneficia desuper.

V*VULNERASTI cor meum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor meum.* Unumquodque tantum habet de amabilitate quantum de bonitate, quum bonum sit ipsius appetitus objectum. Est quoque res nobis amabilis, non solum quoniam in se ipsa est bona, sed etiam quoniam nobis bona est, id est utilis ac necessaria, delectabilis atque benefica. Insuper, naturale est homini affici ad res pulchras, suaves et pias. Nec aliquid naturalius quam amare consortem naturæ. Ex his pensemus quam amanda et veneranda, imo quam amandissima ac venerandissima sit nobis summa et benedictissima virgo Maria.

Primo namque amabilis nobis est ob similitudinem suam nobiscum in specie, et quia in naturalibus optimæ fuit dispositionis, utpote egregiæ complexionis, prorsus pulcherrima corpore, et moribus summe venusta, ingeniosissima et optimæ inclinationis. Deinde, quoniam acquisitis virtutibus atque scientiis fuit excellentissime perornata, prout hoc secundo libello est declaratum.

art. vi, xv, xxi.

II Cor. viii, 9 : Ephes. ii, 4.

Jacob. i, 5.

Gen. ii, 6.

Ps. lxxxvii, 3. Eccli. xxiv, 16.

Tertio et præcipue, quoniam in donis **gratiæ gratum facientis**, hoc est in omni virtute infusa, in donis Spiritus Sancti, in octo beatitudinibus, in duodecim fructibus, in omni merito et profectu, fuit post Christi humanitatem ineffabiliter incomparabiliterque perfecta. Quarto, quoniam nunquam peccavit, utpote prorsus innocentissima, in illis virtutibus potissime decorata fuit et est, quæ faciunt hominem homini magis amabilem, hoc est omni pietate et misericordia, omni liberalitate ac caritate, omni innocentia simplicitateque **B** sancta, et sinceritate penitus columbina. His omnibus in termino excellentiæ fuit plenissima.

Quinto, propter excellentiam ejus in donis gratiæ gratis datæ, et maxime quoniam veri Dei Mater existit, quod est dignitas summa puræ creaturæ in esse creato subsistenti communicabilis : ob quam etiam ab omni intellectuali rationalique creatura honore hyperdulæ adoranda est et colenda. Dulia quippe est virtus per quam creaturis rationalibus reverentia debita exhibetur ; hyperdulia vero est, per quam excellentissimis creaturis, ut humanitati Christi gloriosæque Virgini, debitum et decentem exhibemus honorem.

Sexto, propter inæstimabilem eminentiam ejus in omni felicitate et gloria æternali, in omni glorificatione et gloriosissima pulchritudine, supernaturali bonitate atque dulcedine ejus : de quibus in sequenti libello tractabitur.

Septimo, propter caritatem et pietatem omnemque benevolentiam et misericordiam ejus ad nos : quoniam ipsa prior dilexit nos, et misericordissime ac piissime afficitur circa nos, et nostrum profectum ac salutem appetit summe. Ideo, quod **C** Joannes apostolus ait, Carissimi, diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos, etiam proportionaliter applicari potest Genitrici illius, dicendo : Carissimi, diligamus Mariam, quoniam ipsa prior dilexit nos, et post Deum maxime amat nos.

1 Joann. iv,
19.

Octavo, propter beneficia quæ per eam

sumus sortiti, et propter præstantissima ac supernaturalia bona quæ ipsa vel Deus per ipsam contulit nobis. Nempe per ipsam et per benedictum fructum virginei uteri ejus, Deus creator et judex noster, factus est frater, salvator advocatusque noster. Per ipsam et Prolem ipsius adorandam, dignissimam, liberati sumus a pœnis inferni, a jugo peccati, a potestate, imo tyrannide et servitute diaboli, ab originali infectione, a multiplici calamitate ; atque Altissimo sumus reconciliati, servi et filii Dei effecti, heredes gratiæ ac gloriæ constituti, christiformes ac deiformes facti : imo Deus noster factus est similis nobis in natura, gratia et gloria, et super omnem angelicam dignitatem et gloriam exaltata est nostra natura ; sicque æternaliter sumus recuperati et salvati per ipsam.

Nono, quoniam ipsa est constituta mater et advocata, protectrix, domina ac regina mediatrixque nostra fidelissima, potentissima atque piissima. Si ergo parentes nostros secundum carnem amamus et veneramur, quanto magis Matrem hanc nostram secundum gratiam et gloriam, diligere ac honorare debemus ?

Decimo, propter beneficia ejus quotidiana, assidua et indesinentia : quoniam jugiter orat pro nobis ; et nos ad se confugientes ipsamque invocantes, misericordissime suscipit et exaudit ; nosque reconciliat Christo, gratiam et profectum nobis procurat, nosque tuetur, nec unquam in toto relinquit nos ; et adversarios nostræ salutis, crudelissimos ac callidissimos dæmones, ipsa reprimit, compescit, refrenat, depellit, conculcat.

Undecimo, quia per ipsam, per ejus merita atque suffragia, per ejus directionem et opem, speramus et (quantum in ipsa est) indubitanter adipiscemur felicitatem æternam ; atque in morte protegimur ab ea, et in judicio mox post mortem adsistet ; pœnas quoque purgatorii, si illud incidimus, misericordissima Mater ac Domina piissime nobis diminet.

Ecce quam copiosa, ingens ac multiplex

nobis est causa ac ratio ardentissime diligendi, fiducialissime invocandi, ac sincerissime honorandi præstantissimam suavissimamque Mariam, in se ipsa tam bonam et pulchram, nobis quoque tam caritativam, piam, necessariam, utilem, beneficam, consolatoriam. Certe post Deum eam unice, præcipue ac devotissime debemus diligere, venerari, laudare et colere, atque universa motiva ac incitamenta amandi venerandique eam, in unum colligere pariterque pensare : quatenus ex eorum consideratione, amabilissimam ac venerabilissimam illam ferventius puriusque amemus, ac perfectius honoremus ; et ita ex corde dicamus ei veraciter : *Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa. Soror, inquam, mea, per communionem naturæ ; sponsa singularis ac amantissima sponsi cœlestis : quæ non solum summæ et super-nobilissimi, superpulcherrimi, superditissimi, sapientissimi ac omnipotentis illius sponsi sponsa esse et vocari es digna, verum etiam ex inæstimabili tua pietate et gratia, sponsa esse et vocari non despicias omnium te sincere amantium, quamvis adhuc defectuosorum ac pauperum, infirmorum atque in multis quotidie culpabilium.*

Accendatur cor meum tuo sancto amore, o præamabilissima Mater, o Virgo mundissima, o Domina summa, ita ut tui amore omnem carnalitem detester, et quidquid tuæ sanctitatis est offensivum, abominer jugiter ac devitem. Illuminetur anima mea splendore contemplationis tuæ excellentissimæ dignitatis ac puritatis, ut te semper pure contempler, ac diligentissime venerer. Repleantur mens mea et os meum indesinenter tuis sanctis et gloriosis præconiis, o omnium decus, ornamentum ac gloria creaturarum, universorum Imperatrix angelicorum spirituum, potentissima victrix ac refrenatrix cunctorum spirituum malignorum.

Diligam te, Mater ac Domina mea, cujus quanto major est dignitas et majestas, tanto abundantior exstat dignatio ac viscerosior pietas. Idcirco, quamvis totus indi-

gnissimus, vilis, fœdus et aspernabilis, tamen confidenter accedo te, o Regina misericordiæ, ad te suspiro, ad te animam meam levo, ad te ingemiscit spiritus meus, ad te stillat oculus meus. Te intuendo accendor, te diligendo resolvor, te apprehendendo consolatur, exhilaratur et liquefit anima mea. Effundam sicut aquam cor meum coram te, Domina ; aperiam tibi et confitebor ante conspectum clementiæ tuæ miseras meas, culpas et negligentias meas, pericula quibus expositus sum, indigentias quibus involvor.

O tota mitissima, dulcissima et misericordissima virgo Maria, Genitrix Filii Dei, comparentalis æterno Patri, templum atque sacrarium Spiritus Sancti, laudabo te et invocabo assidue. Exsultabit cor meum laudando te, exaltabo et magnificabo te in sempiternum, genitrix vitæ, impetratrix veniæ recuperatrixque gratiæ, quæ misericordiam tuam nunquam abstulisti a me, nec errantem, aversum, ingratum deseruisti, imo adolescentulo adhuc, vel potius puerulo, et inter bonum et malum discernere nondum valenti, præveniente pietate dulcissima, contulisti nominis tui affectum ac tui ipsius amorem. Hanc, precor, o optima Domina, misericordiam tuam continuare et conservare digneris in me usque in finem.

O quam bene ait Bernardus, Altius intueamini quanto devotionis affectu Mariam a nobis voluit honorari qui totius boni plenitudinem collocavit in ea, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare ! Et rursus : Quidquid in Maria gestum est, totum puritas et simplicitas, totum gratia et veritas fuit, totum misericordia et justitia quæ de cœlo prospexit.

Anselmus quoque recte disseruit : O sancta, et inter Sanctos post Deum singulariter sancta Maria, Mater admirabilis virginitatis, Virgo amabilis fecunditatis, quæ Filium Altissimi genuisti, quæ perditio humano generi Salvatorem peperisti, Domina præfulgens tanta sanctitate, supereminens tan-

Thren. II,
19.

Ps. LXXXIV,
12.

ta dignitate, quam utique certum est non **A** parabiliter et interminabiliter dulcis, a **minor** **præditam esse** potestate ac pietate!

Hinc loquitur Augustinus : Maria hominem adjuvat in vita et in morte. Quomodo? Audi, o Christiane. Anima in Baptismo Christo vero sponso per fidem desponsatur, et per Spiritum Sanctum dotatur, ac heres Dei cum angelis deputatur. Sed dum peccatis inficitur, Christum sponsum mox abjicit, et diabolo se conjungit atque adultera ejus efficitur : sicque Deo et regno cœlesti juste privatur. O triste et stultum concambium, Christum sponsum pro vili **B** dolentissima præamabilissimaque Maria, in te ipsa omni tranquillitate, bonitate, pietate, caritate, jucunditate plenissima! Merito dulcis vocaris, quæ in te ipsa tam suavis et gaudiosa consistis, omnique menti bene dispositæ tam dulciter ac consolatorie sapis, quæ desolatos lætificas, miseros foves, animas ungis, imo universam triumphantem ac militantem Ecclesiam dulcedine tua mira ac magna magnificè ac clementer reficis, exhilaras et perfundis.

O dulcis, delectabilis et amœna, o re-

Dulcis Dominus, dulcis Domina : quoniam ille Dominus meus, misericordia **C** mea ; hæc Domina mea, misericordiæ porta. Ille nihil gratiæ et virtutis, nihil spiritualis lætitiæ et consolationis internæ habere nos voluit nec dare decrevit nisi per manus Mariæ, in qua nihil unquam fuit distortum, nil indignabundum, nihil reprehensibili amaritudini mixtum.

Tu, suavissima Virgo, mater es floris misericordiæ, mater Solis justitiæ, mater Fontis sapientiæ, mater Regis gloriæ, genitrix dulcedinis summæ suavitatisque **D** universæ. Hinc omni pietate, æquitate, sapientia, felicitate, suavitate et gloria, usque ad summum et quantum capere potuisti, es repleta ac prorsus plenissima. Ad quam devotus puer tuus Bernardus sinceriter est locutus : Hortus deliciarum nobis est tuus sacratissimus uterus, o Maria, quia ex eo multiplicis gaudii flores colligimus, quoties mente recolimus quam magna multitudo dulcedinis universo orbi inde profluxit. O fons voluptatis deificæ, utere virginee, ex quo natus est fructus

ARTICULUS XXI.

De dulcedine Virginis gloriosæ.

Cant. vi, 3. **P***ULCHRA es, amica mea, suavis, et decora sicut Jerusalem. Fons pulchritudinis infinitæ, Deus essentialiter, incom-*

ille ac Filius qui ex mente Dei Patris est æternaliter genitus! Quid nisi delicias dixerim, decus virginitatis cum munere fecunditatis, imo cum fructu Proles divinæ, humilitatis insigne distillans caritatis favum, viscera misericordiæ, plenitudinem gratiæ, prærogativam gloriæ singularis? Ideo, quicumque mœrore deprimeris, desolatione affligeris, adversitatibus prægravaris, hanc piissimam prorsusque suavissimam accede, implora, contemplare Mariam, et cito senties ejus opem; persevera invocare ejus misericordiam, et celeriter experieris consolationem mentalem.

ARTICULUS XXII.

De supernaturali ac plena pulchritudine Mariæ dignissimæ.

Ps. XLIV, 12. **C**ONCUPISCET rex decorem tuum. Pulchrum ad sui amorem inclinat et allicit intuentem. Et sicut bonum ac appetibile dicitur per comparisonem ad appetitivam potentiam, sic verum ac pulchrum, per respectum ad potentiam intellectivam. Pulchritudo quoque consequitur formam rei. Et sicut forma est ornamentum materiæ, sic gratia est ornamentum naturæ decorque animæ.

art. XXXIV. Porro, de naturali et corporali pulchritudine Virginis benedictæ, dictum est primo libello. De excellentia quoque pulchritudinis quæ fuit in intellectu ejusdem ex plenitudine sapientiæ, scientiæ atque prudentiæ multiplicis, ceterorumque habituum et actuum, quibus intellectiva vis præstantissimæ Virginis ineffabiliter existit decorata, et ab omni errore ac ignorantia aliena, patet ex introductis in libello secundo. Nunc quoque ex habitis in libello hoc tertio, potest utcumque patere de pulchritudine potentiæ affectivæ seu voluntatis divinæ ac præclarissimæ Matris. In omni namque virtute, præsertim in caritate hanc potentiam pulchrificante, perficiente, dignificante, fuit amantissima Dei perfecte plena ac plene perfecta, quan-

tum puræ creaturæ conferri quivit aut decuit.

Hinc verissime tota pulchra laudatur, in qua nunquam ulla exstitit macula culpæ, sed splendidissimus nitor gratiæ, universarum splendor virtutum, claritasque donorum in summo, ardentissimus fervor divini amoris, copiosissimus zelus divini honoris ac fraternæ salutis, exuberantia meritorum ac omnium interiorum ornatum; in qua singulæ vires, modis sibi congruentibus, erant præfatis charismatibus gratiarum in termino excellentiæ cœliformiter ac christiformiter perornatæ.

Quid mirum, si tam speciosissimæ puellæ, tam honestissimæ virginis, tam perfectæ adolescentulæ speciem concupivit Rex summus, princeps cœlorum, gloriæ Dominus, nec cessavit quousque fieret filius ejus, et habitaret in medio ejus, ac deinceps conversaretur cum ea in terra, atque se invicem purissime amplecterentur, deoscularentur et contrectarent? Certe non alium filium quam Deum habere decuit virginem, præsertim virginem talem; nec aliam matrem quam virginem tam præclaram habere decebat Deum.

Te, o sacratissima virgo Maria, sibi ipsi tam amabilem, tam desiderabilem, tam summe et singulariter, tam plene atque totaliter complacentem fecit altissimus Deus Pater, qui te voluit habere comparentalem; Deus Filius, qui te elegit in matrem; Deus Spiritus Sanctus, qui te sibi præparavit in formosissimum ac toto orbe famosissimum templum, atque in ejus præstantissimam genitricem a quo ipse vere procedit per emanationem ad intra æternam. Tuam, o felicissima Domina ac Regina cœlestis, tuam speciem et decorem, non solum sol et luna, sed universi electi ac cives superni mirantur, admirandoque intuentur, ac intuendo inflammantur: sicque in te et de te vehementer, imo ineffabiliter delectantur. Tu, amantissima Domina, in utero tuæ matris sanctificata, egressa es pulchra, moxque ut rationis compos es facta, in

tantum quotidie in pulchritudine illa interna profecisti tantumque intus induisti decorem, tantam sanctitatem atque perfectionem, quod omnium supernorum civium in te provocasti ad aspectum, et demum ipsius Regis ac Creatoris universorum ad te animum inclinasti, ac Deum deorum de summo cœlo in terram, de sinu Patris in medium tui castissimi ventris traxisti. O Virgo prorsus mundissima, in cuius gremium omnipotens ille rhinoceros caput suum ac verticem reclinavit, sequere a te, o potentissima, capi permisit! Ecce quomodo pulchritudo tua interna eum attraxit.

Num. xxiii, 22; xxiv, 8.

Postremo, quemadmodum corporalis pulchritudo ex eleganti statura, et proportionata membrorum cohabitudine, atque vivido quodam superfuso resultat colore; sic pulchritudo præacta interior ex complemento perfectionis tanquam ex spirituali eleganti statura, et ex virtuosorum habituum actuumque eorum apta connectione et contemperatione, et item ex discreta directione seu recta intentione resultare videtur. Ideo, sicut hæc omnia incomparabiliter exstiterunt et præfulserunt in Virgine benedicta, sic et pulchritudo ejus interna incomparabiliter fuit grandis, jucunda, oblectans et attractiva.

ARTICULUS XXIII.

De perpetua virginitate Mariæ sanctissimæ, et de immunitate ejus ab omni peccato.

Sap. vi, 20.

INCORRUPTIO facit esse proximum Deo. Æternum et invariable Verbum, Unigenitum summi Patris, decuit de integerrima virgine nasci. Et sicut habuit Patrem sine matre in cœlis, sic congruentissimum fuit eum habere matrem sine patre in terris; nec decuit Unigenitum Dei duos habere patres immediatos.

Rursus, quemadmodum purissima est generatio ejus æterna, sic et purissimam, quantum possibile erat, oportuit esse ejus

A generationem temporalem ac maternalem. Filium quoque Dei tam excellentem ac Patri æterno æqualem, specialis, imo et singularissima ex virgine pura nativitas condecebat. Nec condecens erat Matrem tanti Filii postmodum generationi vacare carnali. Ideo, sicut per omnipotentiam deitatis Christus surrexit de clauso sepulcro, ita eadem virtute processit ex clauso Virginis utero, tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Nec comparentalem Deo Patri et singularem ac unicam sponsam ipsius licuit unquam, præsertim post Verbi in se incarnationem, viro misceri.

Conformiter, nullatenus decuit Matrem Dei ulla unquam culpa fuscari, et eam per quam ceteri sunt salvati, et per quam corrupti ac perdit et peccato obnoxii, sunt redintegrati, recuperati, purgati, decuit ulli unquam corruptioni, perditioni ac culpæ quantumlibet modicæ subjacere, nec Deo in aliquo displicere, sed potius, sicut præhabitum est, tanta puritate pol-
C lere, ut sub Deo major non possit intelligi.

lib. II, art. I.

Hinc impiissimi, miserrimi ac odibilissimi hæretici, Ebion, Cerinthus, Helvidius, his contradicentes, æternaliter sunt confusi, damnati et reprobati. Absit, absit, ut in amantissima ac spiritualissima et divinissima Dei sponsa ac Matre dicatur unquam carnalis libido fuisse, aut sensualitatis motio ulla: imo hoc ipsum in sui Filii dedecus redundasset.

Præterea, si his objiciatur, quod Augustinus dicit eam in passione sui Filii dubitasse: nempe in Quæstionibus novi et veteris Testamenti, exponens illud Lucæ secundo, Tuam ipsius animam pertransibit gladius, ait per gladium illum dubitationem Mariæ intelligi qua in morte Christi quodam dubitavit stupore. Cui videtur consonare quod dicit Basilius: Beatissima Virgo adsistens cruci, et adspiciens singula post Gabrielis testimonium, post infabilem divinæ conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat: ex una scilicet parte

Luc. II, 35

videns eum pati abjecta, et ex alia parte considerans ejus mirifica. Respondendum, quod sapientissima et constantissima Virgo, quæ et Filii sui passionem passionisque modum clare ac distincte præcognovit magis quam David, Isaias, Daniel, aut aliquis Prophetarum, in passione ipsius nullatenus dubitavit, imo fidelissima mansit. Ideo verba Augustini et Basili expontur non de dubitatione infidelitatis, sed admirationis naturalisque pietatis, qua quis de veritate aliqua omnino certissimus miratur, et per modum dubitantis stupet seu discutit qualiter res possit se ita habere, dum videt ea illi accidere quæ videntur ei maxime disconvenire : quemadmodum innocentissimo atque altissimo Filio Dei tam acerbissima et ignominiosissima passio minime competeat et maxime disconveniebat per respectum ad ejus dignitatem, innocentiam, virtutes ac merita.

ARTICULUS XXIV.

De vehementissima affectuosissimæ Mariæ compassione in Filii sui passione.

Joann. xix.
25.

STABAT juxta crucem Jesu Maria mater ejus. Quam præcordialissime et amarissime amorosissima, fidelissima ac benignissima mater virgo Maria Unigenito suo compassa sit in passione illius, ex multis potest perpendi. Primo et maxime ex incomparabili et ineffabili amore quem ad dilectissimum et unigenitum suum habuit Filium : qui quanto præcordialior atque intensior exstitit, tanto acerbior in corde piissimæ Matris produxit compassionem. Denique, triplex fuit amor Matris illius ad Filium suum, videlicet naturalis, acquisitus, gratuitus : quorum unusquisque intensissimus fuit in ea, ut patet ex præinductis. Idcirco compassio illa materna ex cunctis illis emanans amoribus, innarrabiliter fuit pœnalis et dolorosa ac penetrativa, corporali martyrio gravior, ac ipsa morte amarior : imo, sicut in

art. iv.

A Christo patiente dolor compassionis quo ingratis ac perituris, præsertim populo peculiari ad quem fuerat missus, condoluit, dolorem corporalis passionis excessit et vicit ; sic et in benedictissima Matre dolor compassionis dolorem corporeæ transcendit passionis.

Secundo potest istud perpendi ex hoc quod mitissima Virgo prorsus affectuosissima, dispositionem Filii sui in corpore et anima præ ceteris omnibus clarissime novit. Scivit quippe quod esset nobilissimæ et omnino tenerrimæ, recentissimæ ac vivacissimæ complexionis in corpore : unde perpendit quod cruciamenta illa corpori suo afflicta, erant ei ineffabiliter pœnosa ad sustinendum, quodque separatio illa corporis sui dignissimi ab anima sua sanctissima, fuit violentissima. Noverat quoque dulcissima mens materna inæstimabilem innocentiam Filii sui, et omnem caritatem, pietatem mansuetudinemque ipsius. Ideo inæstimabiliter ei condoluit, potissime quod a crudelissimis ac impiissimis illis ribaldis tam irreverentissime ac immisericordissime tractabatur : nam et Filii sui dignitatem immensam secundum suam divinam naturam, indicibilem quoque secundum assumptam humanitatem, certissime scivit.

Tertio idem perpenditur ex dispositione ipsius Matris compatientis : quæ tota piissima, mitissima, misericordissima exstitit etiam ex dispositione ingenita, ideoque ad compatiendum intense, summe disposita. Quarto, quoniam scivit quod non pro se ipso, sed pro ceteris universis, imo et pro salute ipsius Matris adstantis pertulit cuncta. Quinto perpenditur istud ex multiplicitate pœnarum Filii sui quas intuebatur, atque ex diuturnitate afflictionis ipsius.

Ex quibus omnibus piissimæ Matris compassio continue augebatur. Quod posset prolixè probari, totam passionis historiam percurrere ; sed prolixitatem vitando, breviter tangi potest.

Primo itaque gravissime doluit aman-

tissima Domina, quando in die Cœnæ recessit a Filio suo, hora Cœnæ instante, certa quod eum amplius non videret nisi in manibus inimicorum, quoniam nocte illa eum noverat capiendum, sicut ipse evidenter prædixit. Idcirco ab illa hora fuit inæstimabiliter anxia, sollicita, dolorosa. Secundo vehementissime augebatur dolor, angustia atque compassio ejus, dum primo audivit carissimum Filium suum esse jam captum ac crudeliter tentum : tunc namque creditur præ dolore mox corruisse in terram.

Matth.
xxvi, 31 et
seq.

Ibid. xxvii,
1 et seq.

Luc. xxiii,
7 et seq.

Joann. xix,
1 et seq.

Ibid. 15.

Ibid. 25, 27.

Tertio, dum vidit eum ligatum duci ad Pilatum, miserabiliter immutatum, consputum, cæsum, afflictum, dolentem ac mœstum. Quarto, quando audivit Sanctum Sanctorum, dilectissimum Filium suum, multipliciter atque falsissime accusari ac blasphemari. Quinto, dum vidit eum ab Herode illum, contemptum, ac pro fatuo reputatum, ad Pilatum remitti.

Sexto, dum vidit eum inhumanissime flagellari. Septimo, dum ipsum sic flagellatum, spinis coronatum, purpurea veste indutum, vidit a Pilato educi ac populo præsentari : quod revera fuit tenerrimæ et affectuosissimæ Matri intolerabile pœnalissimumque spectaculum. Octavo, dum audivit implacabiles invidiosissimosque Judæos clamantes: Tolle, tolle, crucifige eum. Nono, dum vidit quod potius elegerunt latronem quam Jesum sibi dimitti. Decimo, quando advertit eum morti adjudicatum.

Undecimo, quando conspexit eum propriis humeris crucem sibi bajulantem, duci ad mortem. Duodecimo, dum vidit eum cruci affigi : quod super omnia pœnalissimum erat conspiciere. Tertiodecimo, dum vidit eum jam crucifixum, a sceleratissimis derideri, blasphemari, aceto et felle potari.

Quartodecimo, quando audivit eum se Matrem alloquentem atque dicentem : Mulier, ecce filius tuus; deinde discipulo : Ecce mater tua. Cujus verbi recordatio sola, nostra (quamvis dura et saxeæ) corda scindit : quanto magis realis illa auditio

tuam penetravit, scidit, punxit benignissimam mentem, o dulcissima Mater? Quindecimo, quando audisti eum dicentem : Sitio; imo et antea, quando dixit : Pater, ignosce illis. Sextodecimo, quando audisti eum præ intolerabili pœna clamantem : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quæ verba omnia interiora tua, amantissima Domina, perfoderunt.

Joann. xii,
28.
Luc. xxiii,
34.

Matth.
xxvii, 46.

Septimodecimo, dum vidisti eum in tantis constitutum tormentis, se ad expirationem disponere, et jam totum exhaustum, desiccatum, extenuatum, tam miserabiliter pœnaliterque pendere, quod nunquam homo in mundo visus est tam lamentabiliter se habere aut dispositus esse. Octavodecimo, dum audisti eum valide exclamare : Pater, in manus tuas commendo spiritum meum; sique inclinato ad te capite suo, tradidit spiritum.

Luc. xxiii,
46.
Joann. xix,
30.

Nonodecimo, dum primo considerasti eum jam mortuum, quem noveras esse omnium vitam et Redemptorem. Vicesimo, dum latus ejus vidisti lancea militis perforari, sique inauditam crudelitatem in mortuo exerceri. Vicesimo primo, dum eum de cruce depositum accepisti in brachia et tenuisti in gremio. Vicesimo secundo, dum eum avellebant a pectore tuo ac sepelierunt, et tuo conspectui subtraxerunt.

Ibid. 24.

Ibid. 42.

Certe, venerabilissima Virgo ac Mater dignissima, in horum adpectu, auditu, præsentia, dolor parturientium fuit duplicatus in te. Mortuo autem et sepulto dilectissimo Filio tuo, ex consideratione fructus suæ sanctissimæ passionis, et ex certa notitia suæ resurrectionis mox futuræ, consolata est utcumque mens tua purissima.

ARTICULUS XXV.

An gloriosa et benedicta virgo Maria, Filio suo in cruce pendente, habuit gaudium ex consideratione fructus dominicæ passionis.

PONE me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Quæstio ista est, utrum Christo

Canf. viii. 6

patiente, beatissima Virgo simul habuit A dolorem compassionis et gaudium congratulationis, quemadmodum ipsemet Christus tunc habuit summum gaudium maximumque dolorem.

Et videtur quod non : quoniam sacratissima Virgo fuit tunc tota absorpta dolore, nec videtur tunc actualiter considerasse fructum passionis Filii sui. Nam anima circa unum vehementissime intenta, ab aliorum consideratione impeditur, motus quoque majores expellunt impediuntque minores. Insuper, dolor et gaudium videntur contrariari, nec simul posse eidem inesse. Præterea, gaudium causatur ex apprehensione boni convenientis et unione potentiæ ad objectum convenientis ; dolor vero seu tristitia, ex apprehensione perceptioneque mali et unione cum illo. Non autem videtur possibile animam simul ad diversa converti tanquam ad terminos. — Sed oppositum hujus apparet : quoniam Virgo dignissima fuit sapientissima et contemplatrix illuminatissima mysteriorum Filii sui ; et optime scivit quod C passio ejus esset Dei Patris maxime honorativa, atque totius humani generis redemptiva. Quum ergo ipsa felicissima Maria fuerit in amore Dei et proximorum summe perfecta, ac maxime zelans et cupiens Dei honorem et proximorum redemptionem, quorum utrumque agnovit per sui passionem Filii procurari ; ergo de Filii sui passione ut tam fructuosa, summe gaudebat secundum superiorem suæ animæ partem.

Circa hujus dubii solutionem, pensandum quod passionem Christi debemus multipliciter considerare. Primo, ad recolendum, ne tanti beneficii simus immemores : quoniam maxima pars ingrati tudinis est beneficii impensi oblivio. Secundo, ad compatiendum, in quantum innocentissimus Dei Agnus tot et tanta absque suo toleravit demerito. Tertio, ad imitandum Christi vestigia : ut crucifigamus corpora nostra cum vitiis et concupiscentiis ; et caritatem, pietatem, pa-

tientiam, fortitudinem, mansuetudinem, ceterasque virtutes quas Christus in sua passione nobis ostendit ac docuit, imitemur. Quarto, ad gratulandum, in quantum passio Christi fuit tam fructuosa. Quinto, ad admirandum quod Unigenitus Dei tot ac tanta pro nostra sustinuit redemptione. Sexto, ad regratiandum de beneficiis tantis. Septimo, ad inflammandum : ut ex consideratione passionis dominicæ, et caritate ac fructibus ejus, divino accendamus amore. Octavo, ad B contemplandum : quia in Christi passione possumus et debemus Dei Patris, imo et supergloriosissimæ Trinitatis, sapientiam, misericordiam atque justitiam contemplari, imo et caritatem ejus ad genus humanum. Juxta hunc modum opinati sunt aliqui, quod serenissima virgo Maria, durante passione Filii sui, non solum vehementissime doluit atque condoluit de passione illa, in quantum fuit ita læsiva et afflictiva, sed etiam vehementissime gloriabatur, in quantum passio illa fuit tam saluberrima ac fructuosissima, ut est tactum.

De hoc sic scribit Albertus : Hoc privilegium quod est communicatio passionis Christi, duo importat. Primum est actualis fides crucifixi Dei et hominis ; secundum est per se passio ex compassione patientis. Et fuit quadruplex diversitas respectu dominicæ passionis. Quidam enim nec habebant fidem, nec compassionem : ut crucifixores et eis consentientes, blasphemantes ac irridentes. Quidam habebant compassionem, non fidem : sicut Apostoli, et mulieres quibus Dominus dixit : Filiæ Jerusalem, nolite flere super me. Quidam habebant fidei cognitionem, sed non compassionem : ut angeli et alii extra statum viæ positi, et latro electus, qui habuit fidem, sed non compassionem per se, quia circumdatus fuit propria mortis passione. Sola autem beatissima Virgo fidei tunc habuit, et compassionem crucifixi Dei et hominis, atque per se passionem ex compassione patientis. Concedimus

Mariale,
q. c.

Luc. xxiii,
28.

Ibid. 40, 41.

etiam, quod sicut Dominus Jesus Christus A simul habuit summum gaudium et summum dolorem, sic Domina simul habuit summam compassionem et summam congratulationem, compassione existente in natura simul et in ratione ut natura, congratulatione autem in ratione ut ratione. Vel dicatur, quod summum tristabile in tali genere potest dupliciter accipi : uno modo ut summe contrarium appetitui, et sic summum infert dolorem ; alio modo ut est via ac medium ad summum delectabile, sicque infert gaudium summum. B Et sic anima beatissimæ Virginis apprehendit mortem Filii ut summe contrariam appetitui ejus naturali, et sic intulit ei summum dolorem ; et ut medium in redemptionem generis humani, et sic causavit in ea summam delectationem. Et possunt hæc simul esse, quia unum materia est ad alterum, vel secundum alium modum, via ad alterum, mediumque in illud. — Hæc Albertus. Quibus consonare videtur quod ait Ambrosius : Maria stetit juxta crucem, non ut Filii passionem videret, sed ut mundi redemptionem expectaret.

Joann. xix, 25.

Porro alii potius sentiunt, quod electissima virgo Maria, Filio patiente, ita fuit compassione, dolore, mœrore absorpta, quod fructum dominicæ passionis non attendebat, nec de resurrectione mox futura consolabatur ; et quamvis habitualiter scivit hæc, non tamen actualiter attendebat, vel tenuiter ea pensavit. Unde S. Paulinus in epistola ad Augustinum testatur, quod mors seu passio Christi in oculis adstantis Matris posita, fidem resurrectionis cœcavit, id est, ab actu impedit. Cui concordare videntur verba Augustini atque Basilii, dicentium quod Maria tunc dubitavit : quod, ut ex vicesimo tertio habetur articulo, de dubitatione admirationis, secundum Thomam in tertia parte Summæ suæ, vel naturalis pietatis, secundum Alexandrum de Hales super tertium Sententiarum, est accipiendum.

q. xxvii, a. 4 ad 2^m.

ARTICULUS XXVI.

Cur Christus sapientia Patris voluit suam dilectissimam Matrem passioni suæ esse præsentem.

EXEAMUS ad Christum extra castra, Hebr. xii. 13. improperium ejus portantes. Mirum videri potest cur Dominus et Salvator, sine cujus providentia nil fit, sine cujus nutu nec folium arboris cadit, voluit innocentissimam atque piissimam Matrem suam suæ adesse passioni, tamque gravissima afflictione torqueri.

Ad quod arbitror respondendum, quod non absque sublimes consilio, nec sine multiplici ac rationabilissima causa, id voluit ac permisit. Primo, quoniam præstantissimam suam Genitricem voluit nostræ salutis esse cooperatricem præcipuam. Ideo voluit ut sua fidelissima compassione, vehementissima ac materna, mereretur copiose exaudiri pro multis, et illis obtinere fructum dominicæ passionis qui eidem passioni sunt facti ingrati. Et item, ut incomparabilis Domina suam caritatem, fidelitatem, constantiam, imo et fidem ad Filium suum monstraret, adistendo et condolendo ei usque in finem. Insuper, ut per hæc felicissima Mater sibi ipsi inæstimabilem gloriam ac coronam promereretur : quia, ut ait Apostolus, si compatimur, et conregnabimus. Ideo, sicut amantissima ac præclarissima virgo Maria præ cunctis incomparabiliter ac acerbissime Filio patienti est compassa, sic ei præ omnibus est beatissime atque dulcissime conglorificata, et in omni felicitate simillima. Amplius, ut nos jugiter compatiamur, non solum Christo patienti, sed et Matri compatienti, ac per hoc plenius mereamur, ac per Matrem accessum habeamus ad Filium.

Rom. vii. 17; II Tim. ii. 12.

Hinc scribit Albertus : Ut Christus suæ Matri daret præmium, voluit ei communicare passionis meritum ; et ut ipsam participem faceret beneficii redemptionis, participem esse voluit et pœnæ passionis :

quatenus sicut fuit adjutrix Redemptoris A
per eompassionem, ita mater fieret om-
nium per recreationem; et sicut totus
mundus Deo obligatur ob passionem ejus,
ita et beatissimæ Dominæ omnium obliga-
retur ob ejus compassionem.

ARTICULUS XXVII.

*An sacratissima virgo Maria
fuerat baptizata.*

Joann.iii.5. **N**ISI quis renatus fuerit ex aqua et
Spiritu Sancto, non potest introire
in regnum Dei. Baptismus, juxta Sancto-
rum doctrinam, est janua sacramentorum,
et sacramentum necessitatis : ita quod
omnes tempore Evangelii divulgati tenen-
tur ad illud, dummodo adsit facultas. Et
sicut sanctificati in utero tempore legis
Mosaicæ circumcisionem sumpserunt, ut
patet de beatissimis Joanne Baptista ac
Jeremia ; sic et si qui in evangelica lege
sanctificarentur in utero, adhuc tamen C
deberent Baptismus accipere, tum pro-
pter Christi præceptum, tum propter sus-
cipiendum characterem quo baptizatus
Christo interius conformatur ejusque po-
pulo annumeratur, tum propter gratiæ in-
crementum, tum ut per corporalem bap-
tizationem Christo passo et sepulto etiam
corporaliter configurentur. Hinc quoque
Apostoli in circumcissione ab originali cul-
pa purgati, creduntur a Christo baptizati,
prout de hac re doctores super quartum
Sententiarum et in Summis suis plenius D
describunt. Quamvis enim circumcisio in
lege scripta, et Baptismus in evangelica
lege, instituti sint contra originale pecca-
tum, secundum communem cursum ; ta-
men et alios habuerunt effectus salubres,
et Baptismus adhuc habet, propter quos
possunt et sanctificatis in utero conve-
nire.

Hinc immaculatissima et optima virgo
Maria fertur Christi Baptismate baptizata :
quæ etiam legi purificationis ex obedi-

tia ac humilitate se subdidit. Et item ob
singularitatem vitandam, ne Baptismus
vitando, videretur innocentiam suam ja-
ctare : præsertim quia et innocentissimus
atque sanctissimus Filius ejus Christus
baptismus sumpsit S. Joannis. Item ob
scandalum evitandum, et adhibendum ex-
emplum, ne persona quantumlibet emi-
nens Baptismus renuat Salvatoris ; atque
ob gratiæ ac virtutum augmentum et me-
ritorum suorum supererogationem, et pro-
pter characteris impressionem sumendam,
B et ad ampliorem suam exaltationem ac
gloriam sempiternam, quia quo amplius
ac profundius se humiliavit, eo gloriosius
exaltari promeruit.

Math.iii,
12-16.

ARTICULUS XXVIII.

*Utrum præstantissima virgo Maria cete-
ra quoque evangelicæ legis acceperit
sacramenta ; et specialiter an confite-
batur.*

ESTO in illis quasi unus ex ipsis. To-
tius humilitatis magistra et perfectis-
sima Christi discipula, Filii sui vestigia
perfectissime est secuta, in tantum ut pro-
pter motiva in præcedenti articulo tacta,
dicatur sacramentum Pœnitentiæ non vi-
tasse, sed confessa fuisse, præsertim Joan-
ni apostolo, cui fuit commissa, quando
poterat opportune habere ejus præsen-
tiam, alias Jacobo Jerosolymorum episco-
po, aut forsan beatissimo Petro omnium
summo : non quod directe dixerit se pec-
casse, sed gratiis ac beneficiis Dei ex se
incarnati non esse plenarie gratam, nec
condignas grates rependere posse Deo, nec
Deum ut dignus exstat, diligere. Et ita se
habuit potius per modum pœnitentis et con-
fidentis, quam vere pœnitens aut confitens
fuerit, prout pœnitere est peccata deflere,
et de propriis culpis dolere. Sacramentum
vero Ordinis femineo non convenit sexui.
Confirmationis autem sacramentum magis
potuit ei competere, quod baptizatis datur

Eccli.
xxxii, 1.

ad robur, ad exercitia christianæ militiæ : **A** in qua ipsa strenuissima fuit, caput hostis victoriosissime conterens, omnemque aciem vitorum atque tentationum promptissime et invictissime prorsus expugnans et vincens. De sacramento etiam Matrimonii non remanet quæstio. An vero sacramentum Extremæ Unctionis accepit, magis ambigitur, quoniam sine dolore migravit, quum unctio illa sit infirmantibus constituta. Porro sacramentum Eucharistiæ creditur indubie suscepisse.

Mariale,
q. XLIII.

Hinc scribit Albertus : Dicimus beatissimam Virginem accepisse omnia Ecclesiæ sacramenta quæ tempore suo omnibus hominibus fuerunt generaliter instituta, et promulgata omnibus observanda : ob majorem sui ipsius humiliationem, ob scandali evitacionem, ob præcepti impletionem, ob meritorum supererogacionem ; ob hæreticorum confutationem dicentium eam angelum esse, non hominem ; ob perfectorum instructionem, quatenus qui sanctus est, sanctificetur adhuc ; atque ob peccatorum redargutionem. Suscepit ergo per Baptismum, impressionem characteris, exercitationem virtutum, augmentum in meritis. In sacramento Confirmationis accepit alterius impressionem characteris, ampliorem meritorum augmentationem, perfectiorem quoque virtutum exercitationem et declarationem. In Sacramento altaris recepit commemorationem dominicæ passionis, exercitationem actualis devotionis, et consolationem de corporali absentia Salvatoris. De sacramento Pœnitentiæ accepit gratiam in excellentia æquipollenti, videlicet : pro contritione, conservationem innocentiam ; pro confessione, gratiarum actionem ; pro satisfactione, supererogacionem. At vero si Extremam Unctionem suscepit, in ea completæ victoriæ præteritæ et plenæ gloriæ futuræ significationem percepit ; ac loco remissionis venialium, totius doloris mortis immunitatem ; pro infirmitatis alleviatione, totius sui corporis glorificationem. Hæc Albertus.

Apoc. xxii,
11.

ARTICULUS XXIX.

De duodecim privilegiis mitissimæ atque sanctissimæ Virginis.

SIGNUM magnum apparuit in cælo : *Apoc. xii. 1.*
Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. Vere grande miraculum, magnum signum, divinum præclarissimumque prodigium est gloriosissima et præamabilissima virgo Maria. Sicut hoc primo

B ostensum est libro, hæc beatissima amicta

est sole justitiæ, sole sapientiæ infinitæ, Verbo æterno, de quo ait Apostolus : **I**nduimini Dominum Jesum Christum ; et rursus : Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hoc Sole spiritualiter est amicta, induta, circumdata incomparabilis Virgo, cujus mentem Sol luminis infiniti implevit, circumdedit, ornavit, vestivit, munivit omni divino charismate ac se ipso. Etenim Dominus in circuitu ejus ; Dominus in templo sancto suo ; Dominus fortitudo ejus, robur, protectio, decor ipsius. Ipsa quoque circumdedit et vestivit hunc Solem, exhibens ei humanæ carnis substantiam, tanquam deitatis vestem et habitum.

art. II, XIV.

Rom. xii, 14.

Galat. iii, 27.

Ps. cxxiv, 2.

Ps. x, 5.

Ps. xlii, 2.

C fortitudo ejus, robur, protectio, decor ipsius. Ipsa quoque circumdedit et vestivit hunc Solem, exhibens ei humanæ carnis substantiam, tanquam deitatis vestem et habitum.

Denique, sub benedictæ Mariæ pedibus jacet luna, tanquam Reginæ cælorum prostrata, id est Ecclesia militans, cujus advocata est electissima virgo Maria, per quam a Sole justitiæ illuminatur Ecclesia, accedendo ad ipsum justitiæ Solem, et minoracionem lucis incurrit per elongacionem ab ipso.

Porro, per coronam stellarum duodecim quibus ornatur felicissimæ Virginis caput, vertex et mens, intelliguntur duodecim ejus prærogativæ : quarum quatuor sunt cœlestes, quatuor ad corpus ejus spectantes, quatuor quoque ad mentem ipsius. Quatuor prærogativæ cœlestes sunt : superna suæ nativitatis promissio seu prænuntiatio, angelica illa celeberrima salutatio, superventio Spiritus Sancti, ineffabilis conceptio Filii Dei. Prærogativæ carnis

sunt, quod fuit virginitatis primiceria, sine corruptione fecunda, sine gravamine gravida, et sine dolore puerpera. Prærogativæ cordis ipsius sunt : mansuetudo pudoris, devotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. De his prærogativis loquitur plenius S. Bernardus in sermone quodam de Assumptione excellentissimæ Virginis.

At vero Albertus ponit quatuordecim privilegia virgineæ Matris. Primum est, quod nunquam peccavit ; secundum, quod peccare non potuit ; tertium, quod est virgo et mater ; quartum, quod est Mater Dei ; quintum, quod est Virgo virginum ; sextum, quod nullius ignorantiam proprie habuit ; septimum, quod habuit puritatem in summo post Deum ; octavum, quod est mater omnium ; nonum, quod quolibet motu suo promerebatur, id est quolibet motu, actione et passione liberi arbitrii ; decimum, quod est stella maris ; undecimum, quod est porta cœli ; duodecimum, communicatio passionis dominicæ, juxta sensum paulo ante expressum ; tertiumdecimum, super omnem puram exaltatio creaturam ; quartumdecimum, quod est regina misericordiæ. Verumtamen quatuordecim ista privilegia, ad duodecim possunt reduci : quia ad summam post Deum præclarissimæ Mariæ puritatem, reducuntur immunitas a peccato (id est, quod non peccavit) et impossibilitas peccandi (ad quod item reducitur, vel in quo potius includitur extinctio fomitis). Hæc Albertus.

Insuper, per duodecim stellas intelligi queunt duodecim virtutes morales, quæ in summitate et termino excellentiæ radiabant in mente altissimæ Virginis. Sic et duodecim fructus Spiritus, qui eminentissime exstiterunt in ipsa, valent per duodecim stellas signari. Octo quoque beatitudines et quatuor virtutes cardinales accipi per duodecim stellas nil prohibet. Sed et instar stellarum coruscabant in corde Mariæ dulcissimæ, tres virtutes theologicæ, septem dona Spiritus Sancti, virginitatis

A promissio, et evangelicorum consiliorum quantum ad ipsam pertinebat impletio.

ARTICULUS XXX.

De virtute et efficacia nominis hujus, Maria.

SANCTUM et terribile nomen ejus. *Ps. cx, 9.*
Deus gloriæ, Rex cœlorum, Unigenitus Patris, omnipotens sermo Genitoris altissimi, unicam illam quam sibi prælegit et assumpsit in matrem, sibi ipsi mirabiliter ac gratiosissime conformavit : ita quod sicut nomen ejus est efficacissimum, virtuosissimum, terribile impiis, dulce justis, salvativum, consolatorium, jugiter recolendum, reverenter ac devote pronuntian- dum, incessabiliter invocandum ; ita et nomen Matris suæ dulcissimæ. Est ergo hoc nomen, Maria, ineffabiliter virtuosum, directivum, exhilarativum, suavissimum, terribilissimum, et omni præconio extol- lendum : non quod nomen ex se ipso, ut est prolatio quædam, aut ex litteris ac syl- labis constans, hæc habeat, quum et multæ personæ vitiosæ ac reprobæ tali nomine nuncupentur, sed ex virtuositate rei illius singularis per ipsum significatæ, videlicet virgineæ Matris Dei : ob cujus beatissimæ Deiferæ Matris honorem, sanctitatem et gloriam, Deus omnipotens hoc nomen, Maria, ut est proprium nomen illius, tam honorabile, efficax virtuosumque fecit et esse constituit.

De quo apte ait Bernardus : Ubi et dum nomen Mariæ exprimitur, vires dæmonum effugantur. Non sic timent hostes visibiles quamlibet castrorum multitudinem copio- sam, sicut aeris potestates Mariæ vocabu- lum, patrocinium et exemplum. Fluunt et pereunt sicut cera a facie ignis, ubicum- que invenerint hujus nominis crebram re- cordationem, devotam invocationem, et sollicitam imitationem. Ideo bene conve- nit ei : Tu confregisti capita draconis, id est, dæmonum vires abstulisti. O magna, o pia, o multum amabilis ac suavis Maria,

tu nec nominari potes quin accendas, nec cogitari nisi recrees affectus diligentium te; tu nunquam sine insitæ tibi dulcedinis adpersione portam memoriæ piæ ingrederis. O Virgo purissima, o Mater Deifera, o Maria dulcissima, quam dulcis est tua memoria! De te cogitare, magna est cordis refectio; de te loqui, magna est consolatio; te invocare, grande est adjutorium in omni necessitate, tentatione, adversitate; te sequi, est ad æternam beatitudinem recte ac saluberrime proficisci.

Denique, hoc nomen, Maria, in Salutatione angelica ex devotione addidit sancta Ecclesia: nullum enim nomen post Jesum est in cælo vel in terra, quod ita devotionem accendat compunctionemque excitet, consolationem ingerat, defensionem contra hostes exhibeat, sicut hoc nomen, Maria. Ideo bene in Canticis dicitur

Cant. 1, 2.

Hinc quoque ait Gilbertus: Quemadmodum nebula matutina dissolvitur a calore meridiani fervoris, et sicut cera liquescit ac deficit a facie ignis; sic vitia quæque atque dæmonia universa eorumque tentamenta, fugantur ac pereunt potentia ac virtute nominis Mariæ sacratissimæ virginis.

Luc. 1, 27.

Mariale,
q. xxx.

Hinc super illud, Nomen virginis Maria, Albertus: Hoc (inquit) nomen beatissimæ Virgini congruentissime adaptatur, et propter rei perfectionem quæ in hoc nomine denotatur, et ad exprimendum proprietatem conceptionis quæ hic annuntiatur, et ad designandum statum mediationis beatissimæ Virginis, qua mediante genus humanum per mare hujus sæculi ad portum cæli exemplo, suffragio et merito revocatur. — Unde Bernardus: Loquamur pauca de hoc nomine, quod interpretatur maris

A stella, et Virgini Matri valde congruenter aptatur: quoniam sicut sidus absque sui læsione radium emittit, sic Virgo sine sui corruptione peperit Filium; nec radius sideri suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est nobilissima stella ex Jacob orta, cujus radius universum orbem illuminat, cujus splendor in supernis præfulget, et inferos penetrat, terram quoque perlustrans, et calefaciens mentes magis quam corpora, fovet virtutes et excoquit vitia. O quisquis in hoc sæculo fluctuas, ne avertas oculos a fulgore sideris hujus, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, invoca Mariam. Si avaritia, si iracundia aut illecebra carnem concusserit, naviculam mentis impulerit, intuere Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, judicii terrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ et desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non a corde; atque ut impetres orationis ejus auxilium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens, non devias; ipsam cogitans, non erras. Ipsa tenente, non corruis; ipsa protegente, non metuis; ipsa duce, pervenis. Hæc Bernardus.

NUM. XLV.
17.

Præterea, in Revelationibus S. Brigittæ hinc narratur quod dixit gloriosissima Virgo ad Brigittam: Audi quantum Filius meus nomen meum honoravit. Nomen meum est Maria. Hoc nomen dum angeli audiunt, gaudent et Deo regratiantur, qui per me et mecum talem gratiam fecit, et quoniam vident humanitatem Filii mei in deitate glorificatam. Qui in purgatorio sunt, gaudent nomine meo audito, quemadmodum æger jacens in lecto, quum audit verbum solatii. Angeli etiam boni audito hoc nomine, justis magis propinquant quibus sunt ad custodiam deputati, et de eorum lætantur profectu. Omnes quoque dæmones verentur hoc nomen, Maria, et

eo audito fugiunt. Sicut enim avis quæ in prædam fixit ungues suos et rostrum, si audierit sonum, relinquit prædam, et dum nihil operis sequi videt, revertitur ad eandem; sic dæmones audito nomine meo, statim relinquunt animam tanquam perterriti, sed rursus revertuntur et advolant ad eam velut velocissima sagitta, nisi emendatio subsequatur. Nullus demum in vita hac est tam frigidus ab amore divino, quin si invocaverit nomen meum cum integro proposito pœnitendi, statim diabolus ab ipso recedat. Nec aliquis est ita damnatus in inferno, nec tam graviter punitus in purgatorio, quin propter me minor sit pœna ipsius.

Postremo, in apparitione cujusdam boni defuncti, in purgatorio diu atque dirissime cruciati, describitur quod ipse defunctus viro fideli cui diu ac frequenter apparuit, dixit se ob aliquas culpas in purgatorio dire punitum, de quibus sibi in confessionibus suis non fecerat conscientiam remor-

sum : quarum exstitit una, quod audito hoc nomine, Jesus, aut nomine isto, Maria, non inclinavit reverenter cum capite. Quo constat quod unaquæque persona fidelis debeat taliter inclinare quum audit hæc nomina, Jesus, Maria.

Scio item per experientiam certam, quod ad repellendum terrores qui, machinante diabolo, interdum contingunt in somno, imo et excitant dormientem, potissime valeat ut expergefactus mox dicat ex corde, Ave, Maria, gratia plena, etc., usque ad finem, et sæpius repetat : quoniam sic fugatur diabolus, acceditque angelus, et Domina suffragatur. Et hoc ipsum in omni tentatione ita agendum est, et ita se habet. Hinc Honorius anachoreta : Hoc (inquit) nomen, Maria, plenum est omni dulcedine ac suavitate divina, dignum æterna memoria, omnium ore simul et corde celebrandum, invocandum et gloriosum. Ad laudem et gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

www.libtool.com.cn

DIGNITATE ET LAUDIBUS

B. V. MARIÆ

LIBER QUARTUS

DE BEATITUDINE FELICISSIMÆ VIRGINIS IN ANIMA ET CORPORE.

PROCEMIUM.

POSITUS est thronus matri regis, quæ
sedit ad dexteram ejus. III Reg. II, 19.

Deus gloriæ, dator munificentiae infinitæ, cujus opulentia in se ipsa penitus est immensa, imminorabilis, indeficiens, sui ipsius maxime diffusiva, et nihilo minus in se ipsa permanens invariabilis et perfecta, in qua est omnium bonorum et pulchrorum omniumque desiderabilium inexhaustibilis, superplena ac superfelix possessio: hic universorum creator et rex, cœli et terræ possessor, ultra condignum remunerat justos, et citra condignum punit iniquos, quoniam miserationes ejus sunt super omnia opera ejus. Ipse supergloriosissimus Deus diligentes se diligit: imo in dilectione prævenit eos, et hoc ipsum quod diligunt eum, benigne ipsis largitur.

Ipse quoque glorificantes se glorificat; et quanto quis cordialiiori ac reverentia-
liori affectu ipsum honorat, tanto ipse præclarius atque felicius illum in regno
cœlesti exaltat. Denique, quo quis fer-

ventius ac sincerius diligit Deum, et ei cupit uniri ipsumque intueri, tanto in patria claritatis æternæ ostendit se illi magis clare, magis jucunde ac gloriose. Porro, quam incomparabiliter excellentissima ac divinissima virgo Maria unigenitum Filium suum, verum Deum, secundum utramque ipsius naturam dilexerit ac venerata sit in sæculo isto, in præhabitis jam libellis utcumque et pro viribus est inductum. Unde certissime constat quod ipsa quoque ab Unigenito suo, omnium judice summo, incomparabiliter sit exaltata, glorificata ac remunerata in cœlis.

Itaque, quoniam in primo libello de excellentiis atque præconiis incomparabilissimæ virginis Mariæ ad corpus ipsius virgineum præsertim spectantibus, est tractatum; in secundo autem libello, de excellentia sapientiæ, scientiæ ac prudentiæ ejus; in tertio vero, de virtutibus, sanctitate et meritis ejus ad vim ipsius appetitivam specialiter pertinentibus: superest nunc de felicitate, gloria et præmiis ejus, prout ipsa concesserit meritisque ipsius fuerit condonatum, tractare.

lib. I, art.
xviii, xxx-
xxxiii; lib.
II, art. vii
et s.; lib. III,
art. iii, iv,
vi, vii.

Ps. cxliv, 9.

Proc. viii,

17.

I Joann. iv,

10, 19.

I Reg. ii, 20.

ARTICULUS PRIMUS.

Quod Christo per resurrectionem et ascensionem glorificato, benedictissima virgo Maria cœpit etiam in hac vita cœlifor- miter glorificari.

II Cor. 1, 5. **S**ICUT abundant passiones Christi in

nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Domino nostro Jesu Christo super terram cum hominibus conversante ac prædicante, præstantissima ac dilectissima Mater ipsius mente et corpore gradiebatur cum illo, atque sermonibus, signis, virtutibus ac gestis ipsius fuit summe intenta. In tribulationibus quoque et persecutionibus unici et adorandi Filii sui, unice ac præcordialissime condoluit illi. Porro, Filio ejus in cœlum assumpto, glorificato ac præsidente, jam cor electissimæ ac spiritualissimæ Matris simul cum Filio ascendit, quievit et habitavit in cœlo, et illud Apostoli, Nostra conversatio est in cœlis, excellentissime dicere potuit. Si enim, ut asserit Augu-

Philipp. iii, 20.

Matth. vi, 21.

stinus, verius est anima ubi amat quam ubi animat, consequens est quod sacratissimæ Mariæ virginis anima tanto verius fuit cum Filio suo in cœlo quam in proprio corpore in terra, quanto Filium suum præ omnibus, imo et plus quam se ipsam dilexit, potissime quum et Filius ejus, veritas summa, testetur : Ubi fuerit thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum. Quis autem benedictæ et gloriosæ Mariæ thesaurus, nisi unicus et amantissimus Filius ejus ? Hinc dicitur, Ubi amor, ibi oculus : D quia in illum interior exteriorque oculus dirigi solet, qui magis diligitur, et in quem fertur dilectio, atque in quo quiescit affectio.

Tunc itaque contemplationi gloriæ Filii sui serenissima virgo Maria fuit omnino continue sive assidue prorsus intenta, non sine consolatione interna. Imo, quo præillustriissimo Filio suo vehementius fuit compassa, eo decentissimum exstitit ut illo jam glorificato, ipsa quoque præ solito

A quotidie desuper consolaretur, exhilararetur et exsultaret in Spiritu Sancto, ita quod eminentissime dicere potuit Deo : Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. Hinc, quanto de Christi passione vehementius fuerat contristata, afflicta, compassa, tanto de fructu passionis ipsius post missionem Spiritus Sancti cordialius lætabatur in Domino, videns quotidie tot millia passim converti ad fidem, primo in populo Judæorum, deinde in gentibus. Et quamvis fidelibus pro Christo adversa quamplurima et amarissimas mortes assidue patientibus pie condoluit, attamen de illorum constantia, patientia, meritis et præmiis multo abundantius gloriabatur ac regratiabatur Altissimo. Jamque tota mente fuit suspensa in cœlum, quietem, silentium ac solitudinem diligens et complectens, quantum permisit caritas proximorum, pro quorum consolatione, ædificatione, instructione, opportunis temporibus exhibuit se gratiosissime prorsus affabilem ac præsentem. Erat quippe cunctis fidelibus, imo et sanctis Apostolis, dulce consolatoriumque spectaculum, ipsam videre, audire, sectari, quam certissime noverant veram Matrem Dei deorum, omnique angelorum ordini meritis jam prælatam, ac paulo post præmiis præferendam, dignitate quoque maternitatis Dei ineffabiliter omni superpositam puræ creaturæ in esse creato subsistenti.

ARTICULUS II.

Quod dignissima virgo Maria, completo vitæ hujus curriculo, vere sit mortua ; et de specialibus gratiis ei circa mortem concessis.

QUIS est homo qui vivet et non videbit mortem ? Sicut ad Hebræos affirmat Apostolus, statutum est hominibus semel mori. Sic beatissima Domina, virgo Maria, per corporalem mortem migravit a sæculo

Ps. cxviii, 19.

Ps. lxxxviii, 49.

Hebr. ix, 27.

isto, et anima ejus sanctissima per mortem fuit a **sacratissimo suo corpore** separata, ita quod non fuit in cœlum assumpta simul cum corpore et anima absque prævia morte. Verumtamen, ut in sermone de Assumptione Mariæ dulcissimæ scribit Hieronymus, quidam fidelium ambigebant an simul cum corpore et anima fuerit absque morte assumpta, an relicto corpore anima ejus migraverit primo ad Dominum. Quocirca refert Hieronymus quemadmodum sepulcrum purissimæ Virginis ostendatur in vallis Josaphat medio, ubi in ejus honore pulcherrima fuit constructa ecclesia, in cujus medio ejus conspicitur monumentum. Estque vallis illa inter urbem Jerusalem montemque Sion sita. Et circa eundem locum creditur post Christi ascensionem, secundum Hieronymum, habitasse, quoniam locus ille sic situs est, ut ab eo faciliter poterat sacra dominicæ passionis, sepulturæ atque ascensionis loca adire. Sicque pro certo relinquitur eam mortuam ac sepultam fuisse, sicut vere fuit mortalis.

Porro, circa mortem benedictissimæ Virginis quinquepartita gratia est ei concessa : prima, quod diem mortis suæ ex divina revelatione cognovit ; secunda, quod mox moritura, fuit a Filio suo adorando ad gloriam invitata ; tertia, quod obiit sine dolore ; quarta, quod protinus evolavit ; quinta, quod paulo post resurrexit atque cum corpore et anima in cœlum conscendit : prout infra clarius ostendetur.

ARTICULUS III.

De quatuor primis gratiis istis.

Cant. v. 1. **V**ENI in hortum meum, soror mea, sponsa. Hæc est unica et amantissima Dei, quæ a nullo illustrium superatur, in qua collectæ et superabundantes fuerunt gratiæ Creatoris, ita quod dona supernorum charismatum aliis per partes atque divisim collata, ei simul ac plene sunt

A data. Quid igitur mirum, si Dominus universorum, qui sanctis apostolis Petro et Joanni, multisque aliis, imo et Cypriano, Antonio, Martino, Benedicto, ac consimilibus utriusque sexus Sanctis, diem mortis eorum prædixit, suæ etiam prædilectissimæ, dignissimæ atque incomparabiliter sanctæ Matri prænuntiavit diem obitus sui, in signum præcipuæ dilectionis suæ ad ipsam, ac merito sanctitatis ejusdem ?

Præterea, Joannem apostolum Christus eidem cum aliis apparens Apostolis, invitavit ad mensam ac ad epulas paradisi cœlestis : Veni, inquit, mi dilecte, ut cum fratribus tuis epuleris. Conformiter sacras victoriosasque virgines in martyriis constitutas, Catharinam, Barbaram, Agatham, ad cœlestes nuptias invitavit : imo multis utriusque sexus martyribus in carceribus et tormentis apparuit, ut Marco, Dionysio, Theodoro, et ipsos confortans ad æternæ felicitatis invitavit delicias. Multo magis est credendum, quod incomparabiliter prædilectam, virtuosissimam ac sacratissimam suam Matrem ad supernæ beatitudinis invitavit dulcedinem, affectuosissimis utique ac suavissimis verbis, quæ in Canticis sunt expressa, et ibi erant prædicta.

Insuper, quod sapientissima et contemplativissima virgo Maria obierit sine dolore, hinc videtur, quia in Filii sui passione præ compassionis acerbitate plus fuit quam martyr, et nisi fuisset divinitus conservata atque a morte præservata, spiritum exhalasset. Tunc quoque perforata *Luc. II, 35.* est gladio, aureolamque martyrii fertur promeruisse. Idcirco condecuit ut in morte esset a dolore immunis. Præterea, ad amplexus sponsi cœlestis et ad facialem dilecti sui intuitum, cum inestimabili et incomparabili adspiravit ardore. Divinorum quoque ac supernorum contemplationi erat profundissime ac limpidissime tunc intenta. Ergo præ spiritualis suavitatis affluentissima experientia ac ferventissima dilectione [anima ejus] separabatur sine pœna a corpore : præsertim quum multi martyres utriusque sexus in atro-

cissimis suis martyriis, præ nimia exuberantia et redundantia internæ consolationis spiritualis et lætitiæ, sua vix senserunt tormenta, et gloriabantur in illis sicut in cunctis deliciis, ut patet de SS. Laurentio, Vincentio, Agatha.

Amplius, de S. Joanne fertur apostolo, quod facta oratione, ad suos est appositus fratres, tam alienus a mortis dolore quam immunis a carnis corruptione. Sed Virgo dignissima incomparabiliter fuit a carnis corruptione alienissima et sanctior digniorque ipso Joanne, ergo privilegio gratiæ hujus præclarius honoranda. Præterea, homo actibus unius potentiæ vehementer intentus, aliarum virium actiones et passionem aut minus aut prorsus non sentit. Propter quod Moyses et Elias ac plures evangelicæ legis Sancti, diuturnas ac miras jejunationes ac abstinentias sine defectu fecerunt. Quum igitur beatissima virgo Maria fuerit tempore mortis suæ actibus superioris partis animæ vehementissime ac jucundissime occupata, potuit anima ejus a suo sacratissimo corpore sine dolore sensibili, cum ingenti lætitia separari.

II Cor. xii,
2-4.

Ad quod probandum etiam confert quod de se ipso fatetur Apostolus, Scio hominem raptum, sive in corpore sive extra corpus, nescio, Deus scit. Unde elicitur, quod anima separari et exire queat a corpore, homine ignorante, nec sentiente : quod in Maria summe theoricæ ac divinæ maxime creditur adimpletum. Aliqui quoque catholici viri sunt fassi se interdum tanta spiritali jucunditate repletos ex auditu concentus angelici ac melodici cœlestis, aut divinorum prægustu, quod eis apparuit quod animæ eorum a suis prosilirent corporibus. Hinc quoque in Vitis Patrum de quodam recitatur mendico devoto et sancto in plateis moriente, quod Michael et Gabriel descenderunt ad eum, ejusque animam hortabantur exire de corpore. Qua nolente suum corpus relinquere, dixit Gabriel sanctus beatissimo Michaeli : Accipe jam nunc animam istam ut eamus. Responditque Michael : Non potest sic fieri,

A quoniam Dominus jussit ut sine pœna voluntarie ejiciatur de corpore. Tunc Dominus dixit : Ecce mitto David cum cithara, et omnes psallentes Jerusalem. Quibus venientibus atque psallentibus, anima illa præ gaudio exsilivit de corpore, et sedit in manibus Michaelis. Si hoc aut tale quid datum est Dei famulis ac ancillis, quanto magis innocentissimæ Virgini, quæ nunquam alicui culpæ fuit obnoxia, et tanta passa est in hac vita ?

Postremo, de multis utriusque sexus personis eximie sanctitatis fide dignæ narrant historiæ, quod lenissima morte recesserunt a corpore, dulciter obdormientes in Domino, quasi in soporem subitum resolutæ : ut patet de sacratis Maria Magdalene et Maria Ægyptiaca, quæ tamen interdum magnæ peccatrices fuerunt. Nonne ergo prorsus credendum est pieque sentiendum de incomparabili et sacratissima virgine Maria, matre Deifera, quod sine dolore obierit, quum et aliqui in hoc mundo ita nonnunquam rapiantur ad Dominum, quod durante hujusmodi raptu, non sentirent, quamvis eis manus et pedes amputarentur ?

Luc. vi. 1.

ARTICULUS IV.

De quinta gratia circa mortem beatæ virginis Mariæ collata, quod scilicet corpore et anima sit glorificata et gloriosissime in cœlum assumpta.

VENI de Libano, sponsa mea ; veni de Libano, veni. De splendidissima, optima et gloriosissima virgine Maria sancti Apostoli et Evangelistæ pauca scripsisse videntur, nisi quod S. Lucas plus ceteris scripsit de ea. Porro, ultimum quod de ipsa in Evangelistis narratur, est quod interfuit passioni unigeniti Filii sui, et ibi a Filio suo est affata, atque Joanni apostolo commendata. In Actibus vero Apostolorum hoc solum et ultimum recitatur de ipsa, quod Apostoli post Christi ascensionem a monte Oliveti reversi, in cœnaculo per-

Cent. iv. 6

Joann. vii.
25-27.

Act. i. 12
14.

manserunt cum mulieribus et Maria Matre A Jesu et fratribus ejus. Sed quamvis Apo-
stoli et Evangelistæ pauca nobis de ipsa
reliquerunt in scriptis, tamen eo ipso quo
docuerunt et conscripserunt eam esse Ma-
trem virgineam veri Dei, videlicet Christi
Filii Patris æterni, eam excellentissime
laudaverunt, extulerunt, omnique puræ
prætulerunt creaturæ, atque copiosissimam
et quasi immensam nobis reliquerunt ma-
teriam, incitamenta et causas laudandi,
magnificandi et glorificandi eandem, ita
ut omnia illa benedictissimæ adscribamus
Mariæ, quæ Genitrici veri Dei decet ad-
scribi. Ad quod primo omnium pertinet,
ut confidenter et indubitanter dicamus
eam ab omnipotente et superoptimo Filio
suo præ omni creatura pura honoratam,
impletam et glorificatam; et item, quod
dilectissimam Matrem suam sibi plenis-
sime, integraliter atque totaliter sociavit
in cœlis, hoc est in anima et corpore.

Denique, materialia inanimataque tem-
pla sua Deus omnipotens honorat et con-
servat in esse, nec solet permittere quod C
destruantur, nisi ob plebis peccata; quum-
que ex naturalibus cœperint causis cor-
rumpi, excitat mentes fidelium ad instau-
rationem illorum. Quomodo ergo putandum
est, quod amantissimæ Matris suæ corpus
dignissimum, ex sui ipsius reali inhabi-
tatione deificatum et propriissime factum
ipsius templum, tabernaculum, reclina-
torium, arcam ac thalamum vivum, ani-
matum et sanctum, permiserit communi
lege resolvi, incinerari, putrefieri, dissi-
pari, et non potius post mortis ruinam D
protinus instauraverit illud, suæ animæ
illud iterum uniendo, justisque præmiis
remunerando ac sublimando?

Præterea, proles est aliquid suæ matris,
præsertim quantum ad corpulentam sub-
stantiam, utpote ex substantia matris nata:
mater quippe in generatione præbet ma-
teriam proli. Ideo electissimum et sacra-
tissimum corpus illud virgineum, ex quo
et in quo incarnatum est Verbum Dei
Patris æternum, prorsus condecuit Christi

corpori sociari quemadmodum totum parti.

Amplius, sicut incomparabilis et dele-
tabilissima virgo Maria sua purissima
carne Deum Filium ex se natum unice
ac singularissime honoravit, ipsum intra
se affectuosissime, reverentissime atque
humillime bajulando, alendo, et deinceps
pariendo, ac natum ex se cum inæstimabili
reverentia et caritatis ardore ac profun-
dissima humilitate contrectando, lactando,
ac omne maternitatis obsequium fidelis-
sime ac diligentissime impendendo; sic et
B ipsa ab eodem Filio suo promeruit unice
ac singulariter in corpore et anima ho-
norari ac præmiari. Idcirco sic honoravit
ac glorificavit ipsam Filius ejus in corpore
et anima, non differendo resuscitationem
et glorificationem præstantissimi corporis
suæ Matris usque in finem mundi, juxta
communem legem, sed privilegiando eam
per plenam ac celere resuscitationem et
glorificationem in anima sancta et corpore
benedicto. Insuper, corpus illud ineffa-
biliter dignificatum ex Dei conceptione,
incarnatione, inhabitatione, educatione,
contrectatione, non decuit remanere in
terra, neque abscondi in ea, et sine ho-
nore relinqui in ipsa, quum inferiorum
Sanctorum corpora tam sublimiter sint
manifestata et honorata a Deo, et a fide-
libus visitentur ac honorentur.

Præterea, tam electissimam, præstantis-
simam atque sanctissimam Matrem Dei
non decuit communi legi, miserabili condi-
tioni, consuetæ resolutioni servorum an-
cillarumque subjici, sed corpori sui Filii
copulari ac consedere: quemadmodum
cernimus regem et reginam, reginam quo-
que et ejus filium, in eadem mensa locari
ac thronis propinquis sedere. Adhuc au-
tem, Christus Dominus et salvator, Deus,
judex et omnium dominator, non solum
sapientissimus, sed et Sapientia ipsa æter-
na, increata, immensa, fuit Salomone in-
comparabiliter probior, munificentior, ma-
gisque gratus. Salomon autem matrem
suam ad se venientem adoravit, et primo
in proprio throno, deinde in throno col-
III Reg. u.
19.

lateralis fecit eam sedere. Multo magis **Christus Matrem suam** sibi totaliter ac singulariter, imo et proxime in regno gloriæ sociavit.

Præterea, quo filius bonus ac potens, dives ac sapiens, matrem suam ferventius amat, eo plus satagit et festinat eam remunerare, exaltare honore ac præmio quæ ab ipso promeruit, quantum rationabiliter fieri potest. Quum igitur serenissima virgo Maria meruerit a Filio suo in corpore et anima præclarissime glorificari, et Filius eam incomparabiliter amet præ cunctis creatis; constat quod eam post ejus mortem celeriter in anima et corpore sublimavit, præsertim quia hoc decuit eum, et potuit illud: imo ad laudem et honorem spectat ipsius, quod Matrem suam humillimam sic glorificare anticipavit. Amplius, sicut eam in vita hac singulariter per dona gratiæ exaltavit, eamque mente et corpore ineffabiliter ac misericordissime adimplevit, habitans in ipsius ventre materialiter, atque in ipsius mente spiritualiter; sic decentissimum fuisse videtur, quod ipsam post vitam hanc singulariter ac plenarie per dona gloriæ sublimavit.

Rursus, ut ait Philosophus, diis, parentibus ac magistris non potest reddi æquivalens. Et quamvis hoc in Christo et Matre ejus virginea patiatur instantiam, nihilo minus ad gratitudinem, probitatem, liberalitatem et dilectionem Dei incarnati pertinuit, quod affectuosissimam ac fidelissimam, obedientissimam ac virtuosissimam suam Matrem tanta remuneratione et gloria protinus honoravit, quantis ipsa promeruit, imo et ultra, prout capax fuit ac decuit. Meruit autem in anima et corpore glorificari plenissime: mox ergo eam adorandus Filius ita glorificavit.

Ad quod probandum possent multæ similes rationes proferri. Nam et S. Augustinus hoc ipsum rationabiliter persuadet: cujus argumenta satis sunt nota. Idem fatetur et asserit devotissimus summæ Mariæ cultor et puer Bernardus, doctissimus quoque theologus Joannes

Cf. l. XXXV.
p. 567 D' et
a.

A Damascenus, et S. Germanus Constantinopolitanus antistes, imo et S. Cosmas, Apostolorum vicinus temporibus. Idem per diversas revelationes ostensum est. Quod etiam Honorius anachoreta in suo fatetur libro de Laudibus beatissimæ Virginis, de cujus præconiis duodecim libros scripsit. Albertus etiam in libro suo de Laudibus sacratissimæ Virginis hoc multipliciter probat atque affirmat. Quæ omnia nimis prolixum est recitare: de quibus tamen infra quædam tangentur. Et certum est quod anima naturalem inclinationem habet ad corpus suum, etiam anima glorificata ad corpus suum glorificandum, quod secum cupit glorificari, nec sine illius glorificatione glorificatur perfecte, nec vestitur duplicibus. Decuit ergo Christum suæ obedientissimæ ac sincerissimæ Matris naturalem inclinationem in isto mox adimplere, et eam plene in anima et corpore felicitare: de quo et si vellem dubitare, non possem.

C Cur ergo Hieronymus hoc relinquit sub dubio in sermone? Respondet Albertus, quod ideo, quoniam loquitur ut interpres Scripturæ: propter quod noluit affirmare nisi quod per Biblia est expressum. Augustinus vero, cujus auctoritas non est minor quam Hieronymi, loquitur ut investigator expositorque Scripturæ: idcirco et istud asseruit, quod ex Scripturis fit consequens, nulla ratione aut auctoritate repugnante. Ecclesia quoque non determinavit istud esse sub dubio relinquendum: idcirco non prohibet istud asserere.

ARTICULUS V.

An ex verbis magni et sancti Dionysii queat probari, sacrosanctam dulcissimamque Mariam in corpore et anima esse assumptam.

NONNE Dominus fecit Sanctos suos Ecclesi. xiii. 17.
enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabilis in gloria sua? In Aurea legenda Sancto-

rum, ad probandum in expiratione et assumptione excellentissimæ Virginis convenisse Apostolos, allegatur divinus Dionysius tertio capitulo de Divinis nominibus loquens ad Timotheum : Nos, ut nosti, et tu, et multi ex fratribus nostris, ad visionem corporis principis vitæ et quod Deum suscepit, convenimus ; præsto autem erat

Galat. 1, 19. Jacobus frater Domini, et Petrus eximia et maxima theologorum summitas. Deinde placuit ut post visionem universi summi sacerdotes hymnizarent, prout unusquisque esset idoneus, immensæ virtutis bonitatem vivificæ infirmitatis.

Hanc auctoritatem Albertus quoque allegat ad persuadendum Mariam dignissimam in corpore et anima esse assumptam, hac enim translatione : Nos, ut nosti, et ipse, et multi sanctorum nostrorum fratrum, convenimus ad visionem vel visitationem corporis vitæ principis et quod Deum suscepit ; aderat autem et frater Domini Jacobus, et Petrus summa et provectissima theologorum summitas. Super quæ verba, ut addit Albertus, Glossa vult maxime quod in dormitione Dominæ nostræ fuerunt prædicti Apostoli, et B. Dionysius et magister suus Hierotheus. Et post assumptionem corporis fecerunt collationem, et Hierotheus fuit raptus. Sicque videtur approbare hic Dionysii textus cum glossis suis, quod legitur de assumptione gloriosæ Virginis corporali. Hæc Albertus.

translatio
Joann. Sar-
raceni.

Insuper, tertia habet translatio : Nos, ut æstimatur, et tu, et multi sanctorum nostrorum fratrum, in visionem vitam inchoantis et Deum recipientis corporis convenimus ; aderat autem et Dei frater Jacobus, et Petrus vertex et honorabilissima theologorum summitas. Deinde placuit post visionem laudare summos sacerdotes simul omnes, quomodo unusquisque erat idoneus, multum potentem bonitatem divinæ infirmitatis.

translatio
Joann. Scoti.

Hæc theologicissimi Dionysii verba obscura sunt ; et fateor quod ad præactum sensum valeant applicari : nihilo minus ab aliis aliter exponuntur, qui per corpus

A vitæ principis intelligunt corpus Christi, quod vitam gratiæ inchoavit, et Deum suscepit, quoniam templum exstitit deitatis, qua personali unione assumptum est in persona Verbi æterni. Hinc abbas Vercellensis, qui in libris divini Dionysii studiosissimum se per viginti annos fuisse testatur, transtulitque eosdem, non ut alii translatores in stilo difficili, sed ad stilum facillimum, ita interpretatus est locum istum : Perfectionem Hierothei Dionysius sanctus insinuat ex excedente atque ecstasica laude divinæ bonitatis humanam infirmitatem assumptis, in civitate Jerusalem juxta sepulcrum Domini, in præsentia sanctorum apostolorum Petri, Jacobi et Joannis, Dionysii, Timothei, et aliorum spiritualium virorum, convenientium ad tractandum de mysterio incarnationis dominicæ. Cui etiam disputationi B. Paulus interfuisse ostenditur. Hæc Vercellensis.

Hæc magni atque seraphici Dionysii verba tam diligenter multipliciterque induxi, ut eorum clarius innotescat sententia. C Nempe si constaret divinissimum virum Dionysium omni fide dignissimum, prætendisse se dormitioni et assumptioni excellentissimæ Mariæ interfuisse cum sanctis Apostolis aliisque discipulis, vix quisquam Catholicorum, ut reor, aliter quam quod Dionysius scripsit sentiret. Præterea fateor me non scire certo, quem e duobus sensibus magis Dionysius sanctus intenderit.

Denique, tactum est supra, primo libro, quemadmodum magnus ille Dionysius legatur a Græcia venisse Jerusalem ad videndum corporali intuitu beatissimam Virginem adhuc in carne viventem. Quod Ubertinus libro quarto de Vita Salvatoris testatur ac plenius recitat, dicens : Dum Dionysius ad videndum Mariam virginem sanctissimam introductus fuisset, vidit tantum splendorem et multitudinem angelorum innumerabilem circa eam, ipsamque Virginem tanta luce fulgere, ut referatur dixisse quod eam adorasset præ magnitudine gloriæ in qua eam videbat,

art. xxix.

nisi evangelica fide de alia Deitate fuisset **A**mo die post suam expirationem resurrexerit, et glorificata atque assumpta sit corpore. Alii opinantur, quemadmodum et in Passionali Sanctorum habetur, quod duodecim annis post Christi vixit ascensionem. Porro Epiphanius protestatur, quod post ascensionem Salvatoris vixit viginti quatuor annis, atque quod quintodecimo anno vitæ suæ genuit Dominum : sicque in toto vixerit septuaginta duobus annis in isto exilio. At vero S. Brigitta in Revelationibus suis affirmat, quod Mater Christifera vixit post Christi ascensionem quindecim annis in sæculo isto. Unde elicitur, quod si quintodecimo aut sextodecimo anno vitæ suæ peperit Redemptorem, qui triginta tribus annis et tanto plus sicut a Nativitate ejus est usque ad diem Parasceves, quo exstitit crucifixus, vixit in mundo hoc, et ipsa post Filii sui ascensionem quindecim vixit annis, quod in toto vixit in terris sexaginta duobus annis aut circiter : quod verius æstimatur.

Cstet, videtur ex multis, quæ præcedenti articulo partim sunt tacta. Etenim ante conversionem B. Dionysii a Paulo apostolo, multi fluxerunt anni a Christi ascensione, ut ex Epistolis Pauli Apostolorumque Actibus colligi potest. Insuper, introductum est primo libro quemadmodum sanctus martyr ac præsul Ignatius interdum ad beatissimam scripsit Mariam. Ipse autem Ignatius a Joanne apostolo fuit conversus pluribus annis (ut creditur) post ascensionem Domini salvatoris. Quod autem B. Ignatius interdum, imo et frequenter, gloriosissimæ scripsit Mariæ, sanctus testatur Bernardus sermone septimo super psalmum, Qui habitat, loquens : Magnus ille Ignatius, discipuli quem diligebat Jesus auditor, martyr noster, cujus reliquiis nostra est ditata paupertas, Mariam sanctissimam in pluribus quas ad eam scripsit epistolis Christiferam consalutat. Egregius plane titulus et commendatio honoris immensi : nempe cui servire regnare est, hunc gestare, non onerari est,

nisi evangelica fide de alia Deitate fuisset **A**mo die post suam expirationem resurrexerit, et glorificata atque assumpta sit corpore. Alii opinantur, quemadmodum et in Passionali Sanctorum habetur, quod duodecim annis post Christi vixit ascensionem. Porro Epiphanius protestatur, quod post ascensionem Salvatoris vixit viginti quatuor annis, atque quod quintodecimo anno vitæ suæ genuit Dominum : sicque in toto vixerit septuaginta duobus annis in isto exilio. At vero S. Brigitta in Revelationibus suis affirmat, quod Mater Christifera vixit post Christi ascensionem quindecim annis in sæculo isto. Unde elicitur, quod si quintodecimo aut sextodecimo anno vitæ suæ peperit Redemptorem, qui triginta tribus annis et tanto plus sicut a Nativitate ejus est usque ad diem Parasceves, quo exstitit crucifixus, vixit in mundo hoc, et ipsa post Filii sui ascensionem quindecim vixit annis, quod in toto vixit in terris sexaginta duobus annis aut circiter : quod verius æstimatur.

Cstet, videtur ex multis, quæ præcedenti articulo partim sunt tacta. Etenim ante conversionem B. Dionysii a Paulo apostolo, multi fluxerunt anni a Christi ascensione, ut ex Epistolis Pauli Apostolorumque Actibus colligi potest. Insuper, introductum est primo libro quemadmodum sanctus martyr ac præsul Ignatius interdum ad beatissimam scripsit Mariam. Ipse autem Ignatius a Joanne apostolo fuit conversus pluribus annis (ut creditur) post ascensionem Domini salvatoris. Quod autem B. Ignatius interdum, imo et frequenter, gloriosissimæ scripsit Mariæ, sanctus testatur Bernardus sermone septimo super psalmum, Qui habitat, loquens : Magnus ille Ignatius, discipuli quem diligebat Jesus auditor, martyr noster, cujus reliquiis nostra est ditata paupertas, Mariam sanctissimam in pluribus quas ad eam scripsit epistolis Christiferam consalutat. Egregius plane titulus et commendatio honoris immensi : nempe cui servire regnare est, hunc gestare, non onerari est,

Galat. 1, 18, 19.

Act. ix, 15.

art. III.

Ps. xc.
Joan. ix.
7, 20.

ARTICULUS VI.

Quamdiu mundissima virgo Maria post Christi ascensionem vixerit in hoc mundo.

Sap. xi, 21. **O**MNIA in mensura, et numero, et pondere constituisti. De protractione temporis numeroque annorum quo Virgo mitissima, Maria dulcissima, post sui Filii ascensionem vixit in carne mortali, non habetur certitudo plenaria, eo quod fideles et virtuosæ utriusque sexus personæ, de hoc diversimode legantur sensisse atque scripsisse.

Nempe in Revelationibus Elisabeth fertur Virgo benedicta dixisse, quod post ascensionem Filii sui vixerit in hoc mundo uno anno, et tot diebus quot sunt a die Ascensionis usque ad festum Assumptionis, et quod beatissima Virgo quadragesi-

sed ornari. Itaque credibilis æstimatur, quod gloriosissima Virgo quindecim circiter supervixerit annis post ascensionem altissimi Redemptoris, quia et tot aut circiter annis feruntur Apostoli ante suam divisionem in Judæa et ejus circuitu prædicasse.

Postremo, ex præactis elicitur quod circa revelationes personarum fidelium, præsertim simplicium atque feminei sexus, grandis adhibenda sit cautio, ne contingat deceptio et falsitas misceatur. Non enim concordari posse videntur in hac re præactæ revelationes Elisabeth ac Brigittæ. Quumque revelationi divinæ falsum subesse non queat, altera talium salvari non valet.

ARTICULUS VII.

Ex Revelationibus S. Brigittæ, de modo et tempore assumptionis præstantissimæ Virginis.

EGO in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis. Sexto libro Revelationum S. Brigittæ recitatur insignissima virgo Maria dixisse ad Brigittam: Patiebar ex vehementi desiderio perveniendi ad Filium meum, postquam ascendit in cælum, quoniam longa mora quam habebam in mundo post ascensionem ipsius, meum auxit dolorem. Eodem libro fertur Maria dignissima Brigittæ revelasse: Ego post ascensionem Filii mei longo tempore vixi in mundo, et hoc voluit Deus, ut visa patientia mea et moribus meis, plures animæ converterentur ad eum, Apostoli quoque aliique electi roborarentur. Et etiam naturalis dispositio corporis mei hoc exigebat quod diutius viverem, ut mea augetur corona. Porro, quod assumptio mea non multis cognita fuit, nec a pluribus prædicata, hoc voluit Deus Filius meus, ut prius infingeretur cordibus hominum credulitas suæ ascensionis, quoniam corda humana tarda erant et dura ad cre-

dendum ascensionem ipsius: quanto magis, si prædicata fuisset statim in initio fidei assumptio mea?

Insuper benignissima virgo Maria libro eodem loquitur Brigittæ: Dum quadam die multum anxiarer desiderio pertingendi ad Filium meum, vidi angelum fulgentem mihi dicentem: Deus et Dominus noster, Filius tuus, misit me tibi annuntiare, quod tempus jam sit quo corporaliter ad eum pervenies; venientque amici Filii tui, qui corpus tuum sepelient. Quo dicto, disparuit angelus. Et ego me præparavi ad exitum, circuiens omnia loca in quibus Filius meus fuerat passus. Quumque quadam die animus meus esset in admiratione divinæ caritatis suspensus, anima mea in ipsa contemplatione caritatis illius tanta fuit exultatione repleta, quod se ipsam vix capere poterat, atque in ipsa consideratione a corpore fuit soluta. Verum quæ et quam magnifica vidit tunc anima mea, et quali honore honoravit eam Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, atque a quali et quanta angelorum multitudine fuit elevata, nec capere posses, nec tibi in hac vita dicere volo. Porro qui mecum tunc erant in domo dum tradidi spiritum, bene noverunt ex insolito lumine qualia divina mecum tunc agebantur. Post hæc, amici Filii mei divinitus missi sepelierunt corpus meum in Josaphat valle: cum quibus fuerunt angeli infiniti ut atomi solis; maligni autem spiritus non audebant appropinquare. Quindecim vero diebus jacuit corpus meum sepultum in terra; deinde cum multitudine angelorum fuit assumptum in cælum. Et hoc tempus nequam maximo mysterio caret: quia in septima hora erit resurrectio corporum, et in octava complebitur beatitudo animarum ac corporum.

Postremo, septimo suarum Revelationum libro asserit Brigitta sancta: Quum essem in valle Josaphat, orans ad beatissimæ virginis Mariæ sepulcrum, apparuit mihi cum splendore nimio, dicens: Attende, filia. Ego, postquam Filius meus ascen-

dit in cœlum, vixi in mundo per quindecim annos, et tanto diutius quantum est a festo Ascensionis Filii mei usque ad diem obitus mei; et tunc mortua jacui in isto sepulcro per quindecim dies. Deinde fui cum corpore assumpta in cœlum, cum infinito gaudio et honore. Scias quod nullum corpus humanum in cœlo est, nisi benedictum corpus Filii mei et corpus meum. Hæc loco præallegato.

At vero circa ultimum verbum hic dictum, quod scilicet nullum corpus humanum est in cœlo empyreo, præter corpus Christi ac Virginis benedictæ, pensandum quod sicut Hieronymus tangit in sermone, multi antiqui doctores ante ipsum dixerunt, eos qui resurrexerunt cum Christo, postea non obisse, sed glorificatos esse in corpore et anima cum Domino salvatore: quoniam aliter veri testes non essent suæ resurrectionis in corpore ultra non morituro. Quod etiam Albertus Magnus, Udalricus ac alii quidam defendunt. Et sicut sanctus refert Hieronymus, hoc ipsum quidam de David rege, propheta ac patriarcha dixerunt, eo quod apostolus Petrus ait de ipso, Sepulcrum ejus apud nos est; et non dixit: Corpus ejus aut ossa apud nos sunt. Idem de felici Joanne evangelista quidam dixerunt, quoniam in sepulcro ejus non nisi manna fuit inventum. Hieronymus etiam super Isaiam disseruit, quod Jacob patriarcha et Joseph ac ceteri filii Jacob idcirco voluerunt in Terra sancta sepeliri, secundum nonnullos, quia noverunt in terra illa Dei Filium moriturum ac resurrecturum, quatenus simul cum illo ibidem resurgerent. Sed, ut ait Hieronymus, istud totum securius committitur Deo.

Act. II, 29.
Gen. XLIX, 29; I, 24.

Postremo, sexto libro præfacto misericordissima virgo Maria narratur locuta ad Brigittam: Hieronymus non dubitavit de assumptione mea in cœlum cum corpore; sed quoniam Deus usque ad tempus Hieronymi non revelavit aperte hujus rei veritatem, ideo maluit pie sic credere, quam non ostensa a Deo definire.

ARTICULUS VIII.

Introductio testimonii Joannis Damasceni de assumptione plenaria Mariæ piissimæ.

EST hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum luci comparata, invenitur prior. Joannes Damascenus, virgo et doctor eximius, præclarus philosophus ac profundus theologus, cui abscisam manum legitur potentissima virgo Maria restituisse, qui et eidem excellentissimæ virgini Mariæ fuit multum devotus, de ejus gloriosissima ac integra loquens assumptione: Hodie, inquit, sacratissima virgo Maria cœlesti templo offertur; hodie sacra et animata arca quæ suum intra se tulit artificem, in templo non manufacto reponitur; hodie sacratissima columba, simplex et innocens anima, evolans ex arca, id est ex corpore suo, quod Deum suscepit, pedibus suis requiem adinvenit; hodie immaculatissima Virgo, terrenarum nescia passionum, imo cœlestibus intellectibus erudita, non in terram abiit, sed vere cœlum animatum vocata, in cœlestibus tabernaculis habitat.

Quamvis enim naturaliter beatissima atque sacerrima anima tua a glorioso corpore tuo separetur, et sepulturæ corpus tuum tradatur, verumtamen corpus tuum dignissimum non manet in morte, nec dissolvitur corruptione. Cujus enim parientis virginitas inviolata permansit, hujus et migrantis corpus irresolutum per omnia perseverat, et ad meliorem sanctionemque vitam traducitur, non morte solutum, sed in æterna sæcula permansurum. Quemadmodum enim sol iste lucifluus sub lunari corpore latens ad breve, quodammodo videtur deficere, quamvis suo lumine non privetur; sic tu fons veri deficientisque luminis et inconsumptus thesaurus, quamvis brevi temporis intervallo sis morti addicta, tamen copiose nobis infundis perpetui luminis claritatem.

Hinc sacra obdormitio tua, non tam mors quam transmigratio et adventus est appellanda. Discedens namque a corpore, advenis cœlo, tibi obviant Angeli atque Archangeli, ascensum tuum horrent spiritus immundi. Non ivisti, beatissima Virgo, in cœlum sicut Elias, neque ut Paulus in cœlum tertium ascendisti; sed usque ad regalem tui thronum Filii attigisti. Mors aliorum Sanctorum benedicitur, eo quod ipsos beatos exhibet. In te autem hoc ita locum non habet. Mors enim tua non est beatitudo tua, nec transmigratio tua est perfectio tua, nec recessus largitur tibi beatitudinis securitatem. Omnium namque honorum quæ humanam mentem excedunt, tu principium, tu medium et finis. Tua securitas et tua perfectio, est Christi conceptio et divina inhabitatio. Unde vere dixisti, non a morte, sed ab ipsa conceptione ab omnibus generationibus te beatificari. Hinc te mors non beatificavit, sed tu potius mortem clarificasti, solvens ejus mœstitiam, et mortem convertens in gaudium. Quomodo corruptio aliquid in tuum corpus auderet, quod ipsam vitam portavit?

Porro Apostolos, qui ubique terrarum dispersi, hominum piscationi vacabant, divina jussio quasi sagenæ quædam seu nubes Jerusalem contulit, velocius aquilis colligens eos. Tunc primi parentes Adam et Eva exclamaverunt: Veni ad nos, o sacrum et salutiferum Christi cellarium, quæ nostrum implesti desiderium. Econtra sancti qui aderant adhuc in carne mortali viventes dicebant: Mane nobiscum, consolatio nostra. Non relinquant nos orphanos, quam habemus laborum solatium refrigeriumque sudorum. Tibi viventi convivere, tibi morienti commori, gloriosum. Nobis enim hæc vita quomodo erit vita, destitutis tua præsentia? Hæc et similia (ut arbitror) Apostoli cum reliqua plenitudine Ecclesiæ, crebris singultibus querelas interrumpentibus, proponebant. At illa conversa ad Filium, ait: Tu dilectis filiis quos fratres appellare complacuit, de meo

recessu dolentibus, fias consolator, et per impositionem manuum mearum appone benedictionem super benedictionem eorum. Deinde extendens manum, fidelium collegium benedixit, et addidit: In manus tuas commendo spiritum meum. Suscipe animam meam tibi dilectam, quam inculpata servasti. Tibi, et non terræ, corpus meum commendo. Custodi illud integrum, quod inhabitare tibi complacuit. Transfer me ad te, ut ubi tu es, meorum viscerum partus, sim et ego tibi cohabitans. Ibi tunc talia sunt audita: Surge, dilecta mea, pulchra in mulieribus; tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. Quæ beatissima Virgo audiens, commendat in manus Filii spiritum suum, et migrat cum ipso in cœlum, regnatura in sempiternum. Perfusique lacrimis sancti Apostoli infigunt oscula tabernaculo Domini, benedictione et sanctitate ex contactu sacratissimi corporis adimpleti. — Hæc Damascenus.

ARTICULUS IX.

Qualiter supergloriosissima Trinitas venienti ad cœlos electissimæ Virgini obviam, et quam incomparabiliter gloriose eam suscepit et glorificavit.

UNA est columba mea, immaculata mea, perfecta mea. Pius et justus Deus unumquemque ex hoc sæculo sanctum ad se venientem, tanto amorosius suscipit, tanto jucundius amplexatur, tanto deosculatur, tanto sublimius felicitat, tantoque clarius se ei ostendit, et tanto vicinior sibi eum conjungit, quanto ardentius atque sincerius ipse ab illo fuit in hoc mundo dilectus et concupitus, quantoque purius ac perfectius ab illo exstitit honoratus. Et quanto rationalis creatura in vita præsentis se ipsam totalius, promptius ac reverentialius exhibet, offert et mancipat Creatori et ejus amori ac cultui, tanto in patria illa cœlesti Creator omnipotens semetipsum liberalius ac gloriosius rependit

Ps. xxx. 6;
Luc. xxiii.
46.

Cant. ii, 10;
iv, 7.

Cant. vi, 8;
v, 2.

IV Reg. ii,
11.
II Cor. xii,
2, 4.

Luc. i, 48.

Hebr. ii, 11,
12.

ac tribuit se illi in præmium, in sortem A et possessionem æternam.

lib. I, art. xxx, xxxii; lib. II, art. vii-x; lib. III, art. iii, iv, vu.

Si itaque, juxta præhabita, recte pense-
mus ac rite intueamur quam summe et
incomparabiliter, quam pure atque tota-
liter, quam perfecte et inæstimabiliter re-
verenter, benignissima et incomparabilis
virgo Maria in Creatoris ac Salvatoris sui
arserit caritate, fulserit cultu, excesserit
servitute, et in ejus contemplatione, ad-
hæsiōne, honoratione indesinenter quie-
verit, occupata intentaque fuerit; poterimus
utcumque pro posse intelligere quam in-
comparabiliter gloriose, reverenter, jucun-
de sit a superbenedicta Trinitate suscepta,
amplexata, deosculata, ac lumine gloriæ
adimpleta, beatifica visione remunerata,
suavissima Deitatis fruitione perfusa ac
superimpleta, et in totius superessentialis
supersanctæque Trinitatis consortium ele-
vata, atque ineffabiliter excellenter assum-
pta ad gustandum plenarie, ad videndum
clarissime, quam infinite dulcis ac spe-
ciosus sit Deus, et quæ, qualis ac quanta
sit beatitudo et gloria superaltissimæ Tri-
nitatis: qualiter tres superfelicissimæ et
superpræstantissimæ Personæ se invicem
æternaliter superclarissime intueantur, su-
perferventissime diligant, superdulcissime
perfruantur; qualiter Filius emanatione
ad intra et generatione æterna producat
a Patre, et Spiritus Sanctus æternaliter ac
superdeliciosissime profluat ab utroque;
quanta sit hujus supervenerandissimæ Tri-
nitatis complacentia mutua, quam super-
infinita lætitia; quam immensa sit abyssus
sapientiæ ejus, quanta profunditas judi-
ciorum ipsius, quanta incomprehensibili-
tas majestatis ipsius, quam prorsus im-
mensa excellentia ejus.

Ecce in omnibus his præelectissima vir-
go Maria, præ omni mente creata in esse
creato subsistente, tam incomparabiliter
summe, perfecte et proxime est Deitatis
luci immersa, Trinitatis abysso absorpta,
totiusque secreti secretaria facta, totius
gloriæ consors effecta, quantum sine hy-
postatica unione et sub personali conjun-

ctiōne dari potuit aut decuit creaturæ. Et
sicut vere ac prorsus felicissima Virgo
fuit in vita hac præ cunctis adorandæ Tri-
nitati familiarissima, utpote Deo Patri com-
parentalis ejusque singularis et unica
sponsa, atque Unigeniti Dei Genitrix vera,
ac Spiritus Sancti sacrarium, thalamus,
thronus, triclinium; ita in regno cœlesti
est supersublimi Trinitati familiarissime
ac secretissime juncta, ejusque perspica-
cissima, profundissima ac deliciosissima
contemplatrix effecta. Denique, sicut præ
cunctis fuit in valle hac lacrimarum gra-
tia plena meritisque abundans, et Christo
compassa, et ei in propria persona corpo-
raliter ac spiritualiter serviens; ita in pa-
radiso cœlesti est incomparabiliter gloria
plena, præmiis copiosa, Christo conglori-
ficata ac proxime juncta.

Itaque sponsæ suæ singulari, carissi-
mæ, fidelissimæ, pulcherrimæ, sanctissi-
mæ, comparentali, de hujus vitæ miseriis
ad cœlestem thalamum ascendenti, Deus
Pater jucundissime ac gratiosissime obvi-
avit, amplexum et osculum inæstimabilis
dignationis, suavitatis et pacis præbens et
imprimens ei. Unigenitusque Dei Filius
Matrem suam dignissimam consimili ob-
viatione, deoscultatione, amplexu, honora-
vit, suscepit, adstrinxit. Sic et Spiritus
Sanctus vas suum dilectissimum atque
mundissimum pari obviatione comple-
ctens, tam summe et singulariter adim-
plevit illud omni felicitate, donis ac do-
tibus gloriæ, quam eminenter illud ante
impleverat omni dono gratiæ ac vir-
tutum.

Ideo recte disseruit Augustinus: Te, o
Maria, ipse Rex regum, ut Matrem veram
et decoram sponsam præ omnibus dili-
gens, amoris amplexu sibi consociat; item-
que: Nec mirum, o Maria, ut dignetur tibi
congaudere Deus regnans in cœlis, quem
parvulum ex te hominem natum, toties es
osculata in terris. Hinc et Bernardus opti-
me contestatur: Profundissime ultra quam
credi valet, divinæ sapientiæ Maria pene-
travit abyssum, ut quantum sine personali

unione conditio patitur creaturæ, luci illi A
inaccessibili videatur immersa.

De hac materia loquitur Ubertinus : Non solum Jesus, Deus homo laureatus corpore glorificato, sed ipse Rex, Deus Trinitas, sanctissimæ Virgini triumphaliter occurrit et obviavit, non locali motu, sed eomplacencia favorali, glorificatione divinali, et influentia principali. Nam Pater per quamdam appropriationem occurrit et amplexatus est sponsam castissimæ dilectionis, singularissimæ fecundationis, ac sollicitissimæ educationis unigeniti Filii sui. Hanc coram cœlesti curia Pater dulcissime amplexatur et recognoscit esse matrem dignissimam unici Filii sui : unde benedictissima Virgo recepit fontalem fecunditatem ad generandum omnes electos, et etiam angelos sanctos, in gustu quodam et gradu experientiæ divinorum ; atque ex hoc habet a Patre rationem potestatis et sublimitatis imperialis post Filium suum super omnem naturam creatam.

Occurrit etiam ei Filius ejus, omnibus manifestans hanc Genitricem sui verissimam, quæ ipsum concepit, peperit, nutrit, ac fidelissime sociavit in natura humana assumpta. Ideo filiali reverentia eam dicitur adorasse ut matrem dignissimam. O bone Jesu, omnipotens, æterne Deus, quid est quod mulierem adoras ? Adoro, inquit, per dulciam, quoniam duo faciunt eam adorandam, videlicet, ratio maternitatis, et meritum humilitatis. Maternitas quippe fuit in ea singularis, humilitas incomparabilis. Adorat ergo Jesus matrem, non qualemcumque, sed matrem singularis sufficientiæ, singularis magnificentiæ et singularis diligentiæ : singularis (inquam) sufficientiæ, quoniam sine semine viri, sola de Spiritu Sancto concepit ; singularis magnificentiæ, quoniam nulla præter eam Deum genuit, nulla præter eam post partum virgo permansit ; singularis diligentiæ, quoniam nulla unquam mater tantum dilexit atque sollicita fuit pro filio, imo nec omnes aliæ simul sumptæ, quantum ad dilectionis sollicitudinisque sub-

stantiam. Quemadmodum ergo in conceptione Filii Dei nullum habuit socium, sic in isto honore nullum habet consimilem. Hunc quoque honorem requirit in Virgine meritum abyssalis humilitatis. Nam qui se humiliat, exaltabitur. Et quia in humilitate non habuit puram creaturam parem, in exaltatione non habet consortem. — Denique, triplex ponitur modus præmiandi virtutes. Primus, per evacuationem : ut in fide et spe, quibus evacuatis, succedit fidei visio clara, et spei tentio gloriosa. Secundus, per completionem : sicut in caritate et in pluribus virtutibus cardinalibus, quibus in patria addetur completio sine defectu. Tertius, per oppositionem : sicut in paupertate, esurie, luctu et humilitate, quibus Deus promittit regnum, saturitatem, consolationem et exaltationem. Vide igitur qualiter in beata Virgine et Regina, profundissima ejus humilitas ac bonitas Dei videntur contendere, Maria se humiliante, et Deo hanc exaltante : imo Maria non solum se humiliante, sed et in humilitate sub omni creatura se abyssante ; et Deo eam non solum exaltante, sed et super omnem angelicam creaturam eam magnificante. Sicque eam Deus sublimis, ut suam verissimam matrem, reverenter secundum quod homo adorat, atque ad eam honore inæstimabili corporaliter ac filialiter se inclinat. O stupendum privilegium, et inauditæ dignitatis fastigium, ut a virginea Matre ista se Dei Filius recognoscere videatur habere esse humanum ! Quid non debuit concedere Virgini Matri, quam taliter voluit honorare ? Certe isto honoris respectu non respiceret Dei Filius millesies mille millia Seraphim, et infinities infinitos, quia non possunt Deum amare ut filium, nec frui eo ut fructu uteri sui. In hac assumptione, beatissima Genitrix Dei, tanquam altera Esther, de triclinio feminarum, id est de militanti Ecclesia, adducta est per totam militiam cœlestis exercitus ad cubiculum sponsi cœlestis, Dei Patris : quoniam omnes hierarchiæ cœlestes viderunt eam ascendentem, atque

Luc. xv, 11.

Math. v, 3
et seq.

Esther ii,
12, 16.

Can. viii, 8.

deliciis divinorum amplexuum affluentem, innixam super dilectum suum. Certe ipsi soli ac Filio ejus in plenitudine natæ sunt deliciæ mutuorum amplexuum, quæ eundem habet sponsum ac filium.

Insuper tunc sacratissimæ Virgini occurrit Spiritus Sanctus, recognoscens eam esse sui amoris fornacem, ac suæ miræ operationis eximiam officinam, in qua et de qua formatum est corpus mundissimum Filio Dei, et summa creata est anima Christi. Ostenditque Spiritus Sanctus universis Beatis, quod in hac officina et per eam fabrefecit quidquid in gratia mirificum operatur, et quod in hac totum ignem operationis virtuosæ inclusit et quod unquam dare disposuit creaturæ.

Sic igitur tota Trinitas adoranda, uniformi et concordi voluntate ac caritate, inæstimabilem Virginem ostendit esse suam sponsam incommunicabilis caritatis, reginam cæli inattingibilis dignitatis, mundi dominam imparticipabilis potestatis, electorum omnium genitricem inexhaustibilis benignitatis, omnium hostium Dei conculatricem triumphalissimam insuperabilis strenuitatis, omnium thesaurorum cælestium dispensatricem largifluam pro suæ complacentia voluntatis. — Hæc Uber-tinus.

ARTICULUS X.

*De summa et ineffabili felicitate et gloria
amantissimæ Dei Mariæ.*

Cant. u. 10.
11.

EN dilectus meus loquitur mihi : Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni : jam enim hiems transiit, imber abiit. Essentiale præmium Beatorum est beatifica visio Deitatis, hoc est facialis, clara, immediata ac fruitiva contemplatio veri Dei, unius ac trini : qui sicut est vere unus et simplex in essentia, ita est vere trinus in personis. Porro hæc visio gloriosa correspondet perfectioni caritatis, ita quod quanto in Dei amore ferventior perfectiorque exstiterit

A quispiam, tanto clarius Deum videbit, et deliciosius eo fruetur. Quum igitur, juxta præhabita, Virgo dignissima in hac vita fuerit in caritate Dei summe incomparabiliterque perfecta, hoc est in caritatis substantialitate et habitu, et etiam in actu caritatis præ omni puro viatore, imo etiam in actu caritatis tam meritorio quod per eum promeruerit Deum clarissime intueri in cælo præ omni intellectu angelico spirituque cælesti (credendum est equidem, quod sacratissima virgo Maria sæpissime in hac vita habuit perfectiores, ferventiores ac puriores affectiones et conversiones mentis ad Deum, quam quicumque angelici spiritus ante suam confirmationem et beatificam visionem : quam meruerunt se libere convertendo ad Creatorem per amoris conjunctionem ; omnes autem angeli beati, de quocumque sint ordine, suam confirmationem et beatitudinem una conversione ad Deum promeruerunt) : quum itaque Maria dulcissima in omni sua conversatione in sæculo isto fuerit atque profecerit, imo et perfectissima præ omni pura creatura exstiterit in continuis aut certe assiduis caritatis sanctæ affectibus, ardoribus, adspirationibus, desideriis, et amorosis purissimisque excessibus contemplativis, flammigeris, ecstaticis, deformibus ac divinis ; constat quod præ cunctis angelicis mentibus, etiam seraphicis, meruit incomparabiliter Deo approximare, uniri, immergi, per profundissimam atque clarissimam superbenedictæ Trinitatis visionem, fruitionem, amplexum. Ideo omni jucunditate, felicitate et gloria ineffabiliter est repleta. Et nunc limpidissime videns facie ad faciem, quam misericordissime, gratiosissime, amorosissime, et incomparabiliter munificentissime, familiarissime ac magnifice tota Trinitas adoranda egit cum ea, ita ut Deus Pater faceret eam sibi comparentalem, et Filius Dei efficeretur filius ejus, et Spiritus Sanctus eam in summum ac unicum templum, thronum, triclinium, imo et in summam sponsam carissimamque amicam,

lib. III. c. 11.

secretariam, consiliariam, filiam et consortem assumere: hæc, inquam, et omnem gratiam, gloriam, excellentiam, laudem, honorem ac potestatem sibi collatam a Deo conspiciens, superineffabiliter deletatur in ipso, et superferventissime diligit eum, et cum inexcogitabili ardore, gratiarum actione, laude atque lætitia, incessanter et inavertibiliter inspicit ipsum, videtque omnem, non solum militantem, sed et triumphantem Ecclesiam, sibi subjectam ac servantem, sequē de tam immensa felicitate et gloria æternaliter ac plenissime securatam.

Præterea, de tanta beatitudine Mariæ dignissimæ diffuse loquitur Ubertinus, inter cetera dicens: Si considerentur quæ dicta sunt de occurso gloriosissimæ Trinitatis in ascensione Mariæ, bene apparet quod ipsa per se inæstimabiliter plus participat de gloria Trinitatis beatæ, quam omnis pura creatura alia simul sumpta. Quod probo ex hoc evidentē, quoniam firmiter tenet Ecclesia quod ipsa est super omnes angelorum ordines elevata. Ideo alter ab ea et inferior ipsa ad sedem Luciferi assumetur: quoniam de hominibus omnium angelorum ruina supplebitur. Sed nulli catholico ac devoto est dubium quin beata Virgo, in hora qua facta est Mater Dei, plus habuit de substantialitate gratiæ quam pura aliqua creatura; vel ad minus insanus est, qui eam cuicumque maximo non æquaret. Sed quid addidit super hoc plenitudo ex superventione Spiritus Sancti, generatioque materna atque inæstimabilis amor? Quantum autem superaddidit in gratia in hac vita, tantum in gloria in futura. Nihil ergo est gratiæ vel gloriæ in omni creatura inferiori simul sumpta, quod non sit multo præcellentius in Maria, secundum Dionysii documenta, dicentis quod omnia dona inferiorum angelorum præcellentius a superioribus angelis possidentur. Et quantum gradus materni amoris ac dignitatis maternæ requirit, tantum præ omnibus et super omnes participat gloriam Dei et inæstimabilem

A fruitionem Trinitatis. Unde consequitur, quod benedictissima virgo Maria super omnes ordines angelorum et hominum beatorum simul sumptorum impropotionaliter est prælata. Hæc Ubertinus.

Quocirca pensandum, quod ista majoritas gloriæ dupliciter posset intelligi. Primo, quantum ad specificam dignitatem seu perfectionem majorem in gradu aut specie: juxta quem modum, modicum auri est incomparabiliter dignius quacunque massa argenti, et sensitivum vegetativo. Secundo, quantum ad gradualementam additionem. Et primo modo intelligit Ubertinus. Nam subdit: Nec hic attendas copiosam multitudinem aliorum, quia hoc nihil facit ad substantialem rem majoritatis gloriæ: quia in spiritualibus idem est majus et melius.

Denique, gratia et gloria sunt quædam tota potestativa: in totis autem potestativis pars suprema plus continet de perfectione generis sui quam totum residuum. Itaque in glorificatione Mariæ facta est summa et ultima reseratio Deitatis fontalis, ita ut nunquam debeat tantum reserari alicui creaturæ sicut reserata est Mariæ sanctissimæ: quoniam ipsa tantum accepit de gloria Dei, quantum donabile est puræ creaturæ in sempiternum.

ARTICULUS XI.

De processione illa sollemnissima qua Deus incarnatus suam præstantissimam Genitricem migrantem a corpore, deduxit cum universitate cælestis militiæ usque in summum cælum.

QUÆ est ista quæ ascendit de deserto, Cant. viii, 5. deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sicut in sermone de beatissimæ Mariæ Assumptione ait Hieronymus, ad gloriosissimæ Virginis exsequias sancti angeli famulabantur, et universæ cælorum curiæ congratulabantur. Nec mirum, quoniam honor Matris est honor illius qui ex ea nasci dignatus est, quem omnis cæ-

lorum ordo veneratur et adoratur super se **elevatum cum Patre**. Consequenter Hieronymus probat istud per locum a majori, adjiciens : Legimus frequenter ad funera Sanctorum quorundam sanctos angelos advenisse, et ad eorum exsequias præstitisse obsequia, sicque animas Sanctorum cum hymnis et canticis ac laudibus detulisse ad cælos, ubi et utriusque sexus chori commemorantur auditi, ac laudes cecinisse in terra ; et quod perspicacius est, eosdem Sanctos nonnunquam multo lumine resplenduisse ; insuper, et adhuc **B** viventes in carne, ibidem miri odoris sensisse fragrantiam. Quod si interdum ad recreandam et corroborandam spem adstantium, Salvator noster ob merita electorum suorum amplius comprobanda ac declaranda, tanta et talia dignatus est exhibere circa morientes : quanto magis ejus Genitrici in die obitus sui credendum est cælorum militiam cum suis agminibus festive obviam advenisse, eamque ingenti lumine circumfulsisse, et usque ad thronum sibi olim ante mundi constitutionem **C** paratum, cum laudibus et canticis spiritualibus perduxisse ? Nulli dubium est, totam illam cœlestem Jerusalem ineffabili tunc lætitia exultasse, atque inestimabili caritate tunc jucundatam. Nec immerito. Creditur enim quod ipse Salvator omnium, per se, totus festivus occurrit, eamque cum gaudio secum in throno gloriæ collocavit. Alias, qualiter implevit quod in lege præcepit, Honora patrem tuum et matrem tuam ? Hæc Hieronymus. Unde Bernardus : Quis, ait, cogitare sufficiat quam gloriose ea die mundi Regina processerit, et quanto devotionis affectu tota in ejus occursum cœlestium legionum multitudo prodierit, quibus canticis ad thronum gloriæ sit deducta, quam placido vultu, quam serena facie, quam divinis amplexibus a Filio sit suscepta, ac super omnem creaturam exaltata cum eo honore quo tantam Matrem a tanto decuit Filio exaltari ac honorari ?

Exod. xx, 12; Deut. v, 16; Matth. xv, 4; etc.

A gloriosa apparet in ascensu suo virgo Maria, cujus ascendentis dignitatem et gloriam admiratur partus ac Filius ejus ! Hinc Christo occurrente suæ beatissimæ Genitrici, tota Trinitas obviam illi procedit in Filio. Quod si angelorum Dominus obviam illi procedit totus gratulabundus atque congratulans, quis putas angelorum retro tardavit, quin Reginæ suæ et Matri Regis æterni cum festinatione et gaudio obviam currens non exilierit ? Talis processio a principio nunquam facta fuit, nisi tunc dum Christus cœlum ascendit. Obviam procedunt virgineæ Matri Dei Cherubim ac Seraphim, cum Thronis et Dominationibus ceterisque choris angelicis, et assumptam ac elevatam super se Reginam splendidis honorant obsequiis. Quumque serenissima virgo Maria in cœlum deducitur, præ nimia exultatione cœlestes curiæ Deo cum jubilo resonantibus organis gloriam concinunt. Angeli et Archangeli, Principatus et Potestates, pro susceptione tantæ matris ac virginis, choros ante illam divinis concentibus agunt. Inter quos Gabriel archangelus felicissimæ Mariæ familiarissimus, utpote ipsius parânympus, illi post Christum nimirum occurrit, et quasi cantor ceteros ad cantandum provocans, suavissimum illud gloriosæ Mariæ canticum inchoans, ait : Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum, etc. Qui cantus dum ab aliis repetitur modulatis vocibus et organo variante, in jubilatione Virgo Mater deducitur.

Luc. 1, 28.

Hinc rursus ait Bernardus : Felicia prorsus oscula labiis Christi lactentis a virginea Matre impressa, cui Mater piissima virginali applaudebat in gremio. Verum numquid non feliciora censebimus oscula illa quæ ab ore sedentis in throno et in dextera Patris, hodierna die Maria gloriosa suscepit, quum ascenderet thronum gloriæ, epithalamium canens, ac dicens, Osculetur me osculo oris sui ? Denique, Christi generationem et Mariæ assumptionem quis enarrabit ? Quantum enim gratiæ præ ceteris adepta est in terris, tantum et in

Canf. l. 1. Is. lxxv, 8. Act. vii. 32.

cœlis obtinet gloriæ singularis. Quod si A
oculus non vidit, nec auris audivit, nec
in cor hominis ascenderunt quæ præpa-
ravit Deus diligentibus se : quid præpa-
ravit gignenti se, et (quod omnibus cer-
tum est) præ omnibus se amanti ?

His consonat quod scribit Hieronymus :
Maria quanto virtute Altissimi ad subli-
miora extollitur, tanto clarior resultat in
gloria. Plena siquidem Deo, plena gratia,
plena virtutibus, non potest non plene
possidere gloriam claritatis æternæ, quam
utique accepit plenissime. Hanc itaque B
viderunt filiæ Sion, beatissimamque præ-
dicaverunt, et reginæ laudaverunt eam-
dem : imo tantam viderunt ipsam, quan-
tam nullus explicare potest mortalium.

De hac celeberrima processione loquitur
Ubertinus : O quis sufficiet exprimere
cœlestis curiæ solennitatem, quando sur-
rexit Jesus rex festivus et lætus decoreque
regio laureatus, et totam commovit ci-
vitatem supernam, ut omnes cœli cives
occurrerent Matri virgini ascendenti ? Tunc
implebatur quod in libris Regum nar-
ratur : Adduxit David arcam Dei cum
gaudio, et erant cum eo septem chori psal-
lentium. Sic etenim deduxit Christus Ma-
trem suam carissimam cum jubilo summo,
et erant cum eo cœlestium spirituum, Pa-
triarcharum, Prophetarum, Apostolorum
tunc defunctorum, martyrum, confessorum
ac virginum turbæ. O imperialis solenni-
tas ! o inexpressibilis jubilus, qui nec plene
exprimi valet neque taceri ! Nam, salva re-
verentia ascensionis Christi, assumptio ista
Virginis benedictæ, atque processio ejus D
assumptionis, aliquid excellentius habuit
quoad triumphalem occursum præ Christi
ascensione : cui ascendenti soli occurrere
poterant angeli ; porro Matri ascendenti
Filius ejus cum tota curia tam angelorum
quam animarum beatarum occurrens, so-
lenniter evexit eam ad beatissimæ con-
sistorium sessionis.

Hinc denuo devotissimus protestatur
Bernardus : Sublimis ista dies et splen-
didior sole refulgens, in qua Virgo regalis

ad thronum Dei Patris evehitur, atque
in summæ Trinitatis throno reposita, nat-
uram etiam angelicam sollicitat ad vi-
dendum. Tota conglomeratur angelorum
frequentia, ut videant Reginam sedentem
a dextris Domini virtutum in vestitu de-
aurato, in corpore immaculato, circum-
datam varietate, virtutum multiplicitate
distinctam. Hæc est illa dies quæ cœlorum
officinas sublimiori gaudio cumulavit, an-
nua mundo, continua angelis, homines
angelis sanctis continuans, angelosque
hominibus felici confœderatione conjun-
gens. Hanc solennissimam processionem,
o optima Domina, meruisti ac recepisti
pro illa processione dolorosissima
atque mœstissima, qua cum dilectissimo
Filio tuo ad ejus crucifixionis locum pœ-
nalissime processisti.

ARTICULUS XII.

*Adhuc de eadem materia, et quod sinceris-
sima virgo Maria super omnes cho-
ros angelorum sit elevata, Christum
ore ad os alloquens, et oculo ad oculum
intuens.*

VIDI speciosam sicut columbam ascen-
dentem desuper rivos aquarum, cu-
jus inæstimabilis odor erat nimis in ve-
stimentis ejus, et sicut dies verni cir-
cumdabant eam flores rosarum et lilia
convallium. Recte exponuntur hæc verba
de innocentissima illa simplicissimaque
columba ac pudicissima turture, gloriosa
Maria : quæ instar columbæ exstitit spe-
ciosa, quia illius columbæ speciem ac
simplicitatem, secundum Hieronymum,
præmonstravit, quæ super Dominum venit
docuitque Joannem. « Cujus inæstimabilis
odor erat nimis in vestimentis », id est in
virtutibus ac meritis, « ejus ». Ad cujus
profecto odoris fragrantiam læta decurrit
omnis illa cœlestis Jerusalem. « Circum-
dabant » quoque « eam flores rosarum et
lilia convallium », eo quod omnes animæ
martyrio rubricatæ, brachiis eam dile-

Ps. xlv, 10.

Cant. v, 13;
iv, 11; Ec-
cli. l, 8.

Joann. i, 32.

1 Cor. n, 9.

Cant. vi, 8.

II Reg. vi,
12.

ctionis perpetuæ complectuntur. Consimiliter animæ virginitatis splendore candidatæ, atque in valle humilitatis enutritæ, eam circumdantes, eidem devotissime obsequuntur, quæ singulari commendatur privilegio, et immenso ditatur mercimonio. Quemadmodum enim comparatione Dei nemo bonus, sic comparatione Matris Dei nulla perfecta, quamvis eximia comprobetur. Etenim, sicut Virgo incomparabilis et incomparabiliter dignior ac sanctior est virginibus ceteris, sic et Assumptionis ejus solennitas incomparabilis est ceteris Sanctorum solennitatibus, et admiranda ipsis quoque angelicis spiritibus. Ipso etenim die beatissima Virgo, alternantibus hymnidicis angelorum choris, intravit feliciter pascua æternæ viriditatis, et usque ad celsitudinem throni pervenit, atque prima post Christum gloriosa resedit. Unde confidenter de ipsa cantat Ecclesia quod de nullo aliorum fas est dicere, quod scilicet ultra angelorum merita ordinesque transcendit, quum elevata est ad cœli palatium in dexteram Patris.

Hinc demum ait Bernardus, qui de beatissima Virgine ceteris gratiosius atque devotius videtur esse locutus : Fateor (inquit) imperitiam meam, et pusillanimitatem propriam non abscondo. Non est quod amplius me delectet, sed nec est quod magis me terreat, quam sermonem facere et habere de gloria Virginis Matris. A laudibus siquidem humana mortalitas non debet cessare, quum hominis sola natura super spiritus immortales exaltatur in Virgine : de cujus laude et gloria nec silere patitur devotio, nec dignum aliquid potest concipere cogitatio aut inerudita parturire locutio. Nam ipsi cœlestis curiæ principes in tantæ novitatis consideratione clamant non sine admiratione : Quæ est ista quæ ascendit de deserto, id est de sub sole, ubi non est nisi labor et afflictio spiritus ? Ascendit, inquam, deliciis affluens spiritualibus. Quid nisi delicias dixerim, decus virginitatis cum munere fecunditatis, humilitatis insigne favum caritatis distil-

Cant. viii,
5.

lans, viscera misericordiæ, plenitudinem gratiæ, prærogativam gloriæ singularis ? Ascendens ergo speciosa, facta est suavis etiam angelis sanctis. Hæc Bernardus.

Insuper, beatissimam Dominam esse super omnium angelicorum ordinum altitudines elevatam, et collocatam juxta solium Filii sui, multipliciter comprobatur. Primo, quoniam rex et regina ab eodem principatu, regno ac dignitate denominantur : sicut rex Franciæ et regina Franciæ ab eodem regno nomina suæ præsentia sortiuntur. Sed sicut Christus vocatur rex cœlorum, sic benedicta virgo Maria regina cœlorum asseritur. Dignitas autem Christi, et regnum principatusque ejus, incomparabiliter est super dignitates omnium angelicorum spirituum : ergo et dignitas, regnum ac potestas sacratissimæ Virginis.

Amplius, plus transcendit divinissima virgo Maria Seraphim, quam Seraphim Cherubim. Sed tanta est excellentia Seraphim super Cherubim, quod ad diversos pertinent choros. Ergo præclarissima Domina super Seraphim est provecta, et seraphico ordine altior est effecta. Denique, omnes angelici spiritus sunt servi Creatoris, et comparantur ad Virginem summam ut servi ad dominam : ideo ipsa super universos illorum ordines est sublimata, tanto sublimius quanto Matrem Regis Creatorisque omnium virtuosissimam præfici decuit et superferri mansionibus ministrorum et ordinibus angelorum sanctorum, ad dexteram Filii collocatam. Rursus, ad gloriam Seraphim homines possunt pertinere, non autem ad gradum, dignitatem et gloriam Virginis benedictæ : quæ quum sit vera Genitrix Dei, jure, titulo ac privilegio maternitatis istius prælata est omni personæ creatæ, regina et imperatrix ac domina angelorum.

Postremo, decentissimum fuit Christum Dei virtutem ac Dei sapientiam, propriam Matrem in donis gratiæ ac divitiis gloriæ, et tam in donis gratiæ gratificantis quam in donis gratiæ gratis datæ, omnibus suis

1 Cor. i. 24

præferre ministris, imo incomparabiliter A habent in humanitatis Christi adpectu.
collocare, exaltare et honorare præ illis.

ARTICULUS XIII.

De ineffabili jucunditate quam habet beatissima virgo Maria in visione corporali ac interiori humanitatis Filii sui.

EGREDDIMINI et videte, filie Sion, *Cant. III, 11.*
regem Salomonem in diademate quo
Ps. CIII, 31. coronavit eum mater sua. Sicut lætatur
Creator omnipotens in operibus suis, sic
et mentes creatæ in sui Creatoris effe-
Eccli. XLII, 16. ctibus jucundantur. Etenim gloria Domini
Ps. XCI, 5. plenum est opus ejus. Ideo dixit Psalmo-
graphus : Delectasti me, Domine, in fa-
ctura tua, et in operibus manuum tuarum
exultabo. Quemadmodum autem essentiale
præmium Beatorum in visione divinæ
consistit essentiæ, sic eorumdem præmium
accidentale in creaturarum speculatione
consistit, per relationem earum ad Cre-
atorem. Talis namque cognitio delectabi-
lis eis est, in quantum Conditoris magni-
ficentiam, omnipotentiam, perfectionem
et sapientiam in suis contuentur effe-
ctibus.

Denique, quo creatura aliqua fuerit perfectior, deiformior, speciosior, ac magis dilecta, Deo quoque magis propinqua, tanto in ejus intuitione Beati plus delectantur, et Deum in suis benedicunt operibus. Certum est autem solam Christi humanitatem toto residuo entis creati Deo esse cariorem, pulchriorem, perfectiorem, quum ipsa ad increatum et hypostaticum esse Verbi æterni assumpta sit et suppositata in illo, totaque ejus capacitas plenissime sit impleta omni dono gratiæ, omni quoque munere gloriæ. Omnes etiam Beati in patria diligunt eam præ omni creatura. Idecirco in ejus agnitione post Deum potissime gloriantur : imo plus collætantur in ejus intuitu quam in totius residui contemplatu ; nec omnia delectamenta et gaudia etiam simul vitæ præsentis, queunt æquari delectationi quam

Præterea, in humanitatis illius contemplatione exultant non solum quoniam ipsa in se tam bona, tam dulcis, tam amabilis et decora consistit, sed etiam propter beneficia ejus, hoc est propter bona quæ per eam sunt consecuti : quia per eam est reparata ruina cœlestis Jerusalem ; atque in ipsa humanitate a Verbo æterno assumpta, clarius quam in toto creato residuo omnipotentiam, bonitatem, caritatem, pietatem, misericordiam, justitiam, sapientiam et munificentiam Creatoris conspiciunt. Specialius autem gloriantur in humanitatis assumptæ intuitu animæ sanctæ jam beatæ ; atque post corporum suorum resuscitationem, homines prædestinati gloriabuntur præcipue in ejus adpectu exteriori et interiori.

Nunc vero singularissime, præcordialissime et exuberantissime gloriaris tu, o mundissima ac excellentissima virgo Maria, in contemplatione clarissima, sensibili et intellectuali glorificatissimæ humanitatis prædilectissimi ac unici Filii tui. Et quanto præ ceteris cunctis Filium tuum dignissimum secundum utramque ejus naturam clarius contemplaris, atque ferventius amas, tanto in omni ejus intuitu et in ejus humanitatis interiori ac exteriori perfecto adpectu ineffabilius jucundaris, et cum inæstimabili lætitia incessabiliter ejus intueris humanitatem prorsus pulcherrimam. Amplius, quo plura ac majora consecuta et adepta es bona per Christi incarnationem, eo plus diligis ejus humanitatem, et deliciosius atque affectuosius inspicis eam. Certumque est quod per Christi incarnationem sis facta Genitrix Dei, domina mundi, angelorum regina, et mater totius militantis ac triumphantis Ecclesiæ. Idecirco in contemplatione humanitatis Filii tui, est tibi, benignissima Mater, inexcogitabilis gloria et dulcedo.

Rursus, quo cum Unigenito tuo in hac vita es familiaris ac amosius conversata, et quanto fidelius ac cordialius ei

ctionis perpetuæ complectuntur. Consimiliter anima virginitatis splendore candidatæ, atque in valle humilitatis enutritæ, eam circumdantes, eidem devotissime obsequuntur, quæ singulari commendatur privilegio, et immenso ditatur mercimonio. Quemadmodum enim comparatione Dei nemo bonus, sic comparatione Matris Dei nulla perfecta, quamvis eximia comprobetur. Etenim, sicut Virgo incomparabilis et incomparabiliter dignior ac sanctior est virginibus ceteris, sic et Assumptionis ejus solennitas incomparabilis est ceteris Sanctorum solennitatibus, et admiranda ipsis quoque angelicis spiritibus. Ipso etenim die beatissima Virgo, alternantibus hymnidicis angelorum choris, intravit feliciter pascua æternæ viriditatis, et usque ad celsitudinem throni pervenit, atque prima post Christum gloriosa resedit. Unde confidenter de ipsa cantat Ecclesia quod de nullo aliorum fas est dicere, quod scilicet ultra angelorum merita ordinesque transcendit, quum elevata est ad cœli palatium in dexteram Patris.

Hinc demum ait Bernardus, qui de beatissima Virgine ceteris gratiosius atque devotius videtur esse locutus : Fateor (inquit) imperitiam meam, et pusillanimitatem propriam non abscondo. Non est quod amplius me delectet, sed nec est quod magis me terreat, quam sermonem facere et habere de gloria Virginis Matris. A laudibus siquidem humana mortalitas non debet cessare, quum hominis sola natura super spiritus immortales exaltatur in Virgine : de cujus laude et gloria nec silere patitur devotio, nec dignum aliquid potest concipere cogitatio aut inerudita parturire locutio. Nam ipsi cœlestis curiæ principes in tantæ novitatis consideratione clamant non sine admiratione : Quæ est ista quæ ascendit de deserto, id est de sub sole, ubi non est nisi labor et afflictio spiritus ? Ascendit, inquam, deliciis affluens spiritualibus. Quid nisi delicias dixerim, decus virginitatis cum munere fecunditatis, humilitatis insigne favum caritatis distil-

Cant. viii,
5.

lans, viscera misericordiæ, plenitudinem gratiæ, prærogativam gloriæ singularis ? Ascendens ergo speciosa, facta est suavis etiam angelis sanctis. Hæc Bernardus.

Insuper, beatissimam Dominam esse super omnium angelicorum ordinum altitudines elevatam, et collocatam juxta solium Filii sui, multipliciter comprobatur. Primo, quoniam rex et regina ab eodem principatu, regno ac dignitate denominantur : sicut rex Franciæ et regina Franciæ ab eodem regno nomina suæ præsententiæ sortiuntur. Sed sicut Christus vocatur rex cœlorum, sic benedicta virgo Maria regina cœlorum asseritur. Dignitas autem Christi, et regnum principatusque ejus, incomparabiliter est super dignitates omnium angelicorum spirituum : ergo et dignitas, regnum ac potestas sacratissimæ Virginis.

Amplius, plus transcendit divinissima virgo Maria Seraphim, quam Seraphim Cherubim. Sed tanta est excellentia Seraphim super Cherubim, quod ad diversos pertinent choros. Ergo præclarissima Domina super Seraphim est provecta, et seraphico ordine altior est effecta. Denique, omnes angelici spiritus sunt servi Creatoris, et comparantur ad Virginem summam ut servi ad dominam : ideo ipsa super universos illorum ordines est sublimata, tanto sublimius quanto Matrem Regis Creatorisque omnium virtuosissimam præfici decuit et superferri mansionibus ministrorum et ordinibus angelorum sanctorum, ad dexteram Filii collocatam. Rursus, ad gloriam Seraphim homines possunt pertingere, non autem ad gradum, dignitatem et gloriam Virginis benedictæ : quæ quum sit vera Genitrix Dei, jure, titulo ac privilegio maternitatis istius prælata est omni personæ creatæ, regina et imperatrix ac domina angelorum.

Postremo, decentissimum fuit Christum Dei virtutem ac Dei sapientiam, propriam Matrem in donis gratiæ ac divitiis gloriæ, et tam in donis gratiæ gratificantis quam in donis gratiæ gratis datæ, omnibus suis

1 Cor. 1. 24.

præferre ministris, imo incomparabiliter A habent in humanitatis Christi adpectu. collocare, exaltare et honorare præ illis. Præterea, in humanitatis illius contem-
 platione exsultant non solum quoniam ipsa in se tam bona, tam dulcis, tam amabilis et decora consistit, sed etiam propter beneficia ejus, hoc est propter bona quæ per eam sunt consecuti : quia per eam est reparata ruina cœlestis Jerusalem ; atque in ipsa humanitate a Verbo æterno assumpta, clarius quam in toto creato residuo omnipotentiam, bonitatem, caritatem, pietatem, misericordiam, justitiam, sapientiam et munificentiam Creatoris conspiciunt. Specialius autem gloriantur in humanitatis assumptæ intuitu animæ sanctæ jam beatæ ; atque post corporum suorum resuscitationem, homines prædestinati gloriabuntur præcipue in ejus adpectu exteriori et interiori.

ARTICULUS XIII.

De ineffabili jucunditate quam habet beatissima virgo Maria in visione corporali ac interiori humanitatis Filii sui.

EGREDDIMINI et videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua. Sicut lætatur Creator omnipotens in operibus suis, sic et mentes creatæ in sui Creatoris effectibus jucundantur. Etenim gloria Domini plenum est opus ejus. Ideo dixit Psalmographus : Delectasti me, Domine, in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Quemadmodum autem essentielle præmium Beatorum in visione divinæ consistit essentiæ, sic eorundem præmium accidentale in creaturarum speculatione consistit, per relationem earum ad Creatorem. Talis namque cognitio delectabilis eis est, in quantum Conditoris magnificentiam, omnipotentiam, perfectionem et sapientiam in suis contuentur effectibus.

Denique, quo creatura aliqua fuerit perfectior, deiformior, speciosior, ac magis dilecta, Deo quoque magis propinqua, tanto in ejus intuitione Beati plus delectantur, et Deum in suis benedicunt operibus. Certum est autem solam Christi humanitatem toto residuo entis creati Deo esse cariorem, pulchriorem, perfectiorem, quum ipsa ad increatum et hypostaticum D esse Verbi æterni assumpta sit et suppositata in illo, totaque ejus capacitas plenissime sit impleta omni dono gratiæ, omni quoque munere gloriæ. Omnes etiam Beati in patria diligunt eam præ omni creatura. Idcirco in ejus agnitione post Deum potissime gloriantur : imo plus col lætantur in ejus intuitu quam in totius residui contemplatu ; nec omnia delectamenta et gaudia etiam simul vitæ præsentis, queunt æquari delectationi quam

Nunc vero singularissime, præcordialissime et exuberantissime gloriaris tu, o mundissima ac excellentissima virgo Maria, in contemplatione clarissima, sensibili et intellectuali glorificatissimæ humanitatis prædilectissimi ac unici Filii tui. Et quanto præ ceteris cunctis Filium tuum dignissimum secundum utramque ejus naturam clarius contemplaris, atque ferventius amas, tanto in omni ejus intuitu et in ejus humanitatis interiori ac exteriori perfecto adpectu ineffabilius jucundaris, et cum inæstimabili lætitia incessabiliter ejus intueris humanitatem prorsus pulcherrimam. Amplius, quo plura ac majora consecuta et adepta es bona per Christi incarnationem, eo plus diligis ejus humanitatem, et deliciosius atque affectuosius inspicis eam. Certumque est quod per Christi incarnationem sis facta Genitrix Dei, domina mundi, angelorum regina, et mater totius militantis ac triumphantis Ecclesiæ. Idcirco in contemplatione humanitatis Filii tui, est tibi, benignissima Mater, inexcogitabilis gloria et dulcedo.

Rursus, quo cum Unigenito tuo in hac vita es familiaris ac amosius conversata, et quanto fidelius ac cordialius ei

Cant. III, 11.

Ps. CIII, 31.

Eccli. XI, 16.

Ps. XCI, 5.

in omni ejus persecutione, adversitate, A labore, angustia, irrisione, blasphemia, passione et morte condoluisti ac adstisti, eo nunc utique in omni honore, exaltatione, glorificatione, prosperitate, decore, gloria humanitatis Filii tui gloriosius gaudes, epularis, tripudias; et Regem in decore suo cernunt oculi tui, alloquitur lingua tua, osculatur os tuum, amplexantur brachia tua, adstringit sibi pectus tuum, contrectant manus tuæ dignissimæ, et juxta omne desiderium ac placitum tuum fruere eo purissime atque dulcissime in æternum. Postremo, o præcarissima et optima Domina, quo ipse tibi propinquior est, et quo magis es unum cum eo, quo major mutua tui et ejus communio, eo felicius in ipsius humanitatis adpectu lætaris. Porro ipse est unicus fructus ventris tui, singularis sponsus tuus, summus amicus tuus, Dominus et Salvator tuus: idcirco in ejus humanitatis adpectu inenarrabiliter gloriaris.

Nunc ergo, o venerandissima et prædilectissima Virgo Mater ac Domina, nunc cum omni jucunditate et gloria vide et intuere, ac æternaliter sine interpolatione conspice Unigenitum tuum in summo cælo, in throno altissimo felicissime residentem, cælo et terræ omnique creaturæ imperiosissime præsentem, præ cunctis electis incomparabiliter pulchrum ac radiantem, gloria et honore coronatum, amictum lumine tanquam veste; in cujus nomine flectitur omne genu, cælestium, terrestrium et infernorum; cujus adversarii sunt confusi, cujus persecutores æternaliter sunt damnati; quem olim vidisti in cruce suspensum, distentum, irrisum, blasphematum, factum opprobrium hominum, deformatum ut leprosum, et acerbissima atque ignominiosissima morte peremptum, tibi quoque vehementissime compatiens. Ecce nunc laudant eum astra matutina, et jubilat ei omnes filii Dei; et ipse delectatur in te, et gaudet in tuo adpectu, omnique felicitati ac gloriæ tuæ congratulatur.

Is. xxxiii, 17.

Hebr. i, 8.

Ibid. ii, 8, 9.

Ps. ciii, 2.

Philipp. ii, 10.

Ps. xxi, 7.

Is. liii, 4.

Job xxxviii, 7.

ARTICULUS XIV.

De honore et gloria quam Deus incarnatus suæ dilectissimæ Matri coram universis Beatis in triumphanti Ecclesia incessanter impendit.

OSTENDE mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Si verum est quod tu, Domine Jesu Christe, in Evangelio de te ipso et de tuis protestaris electis, Amen dico vobis, quod præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis: si, inquam, sic in tuo cælesti palatio tuos honoras electos, qualiter æternaliter veneraris tuam amantissimam Matrem? qualiter reficis eam? Tu quippe dixisti in novissima cæna Apostolis: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis; et ego dispono vobis regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Verumtamen hi quibus hoc ipsum dixisti, paulo post fugerunt a te, et in extrema tua persecutione ac amarissima passione te reliquerunt. Nonne ergo tuæ fidelissimæ ac constantissimæ Genitrici delicatissimam ac singularissimam parasti et exhibuisti indesinenterque exhibes refectionem, quæ te nunquam relinquit, neque te unquam offendit?

Denique, ipsa te jugiter totis viribus honoravit, tuis doctrinis promptissime obediit, tibi in cunctis reverentissime, humillime ac amorosissime ministravit: idcirco promeruit a te in cælesti paradiso præclarissime honorari. Et quam inter homines conversando es veneratus in terris, nunc inter Beatos regnando decentissime veneraris in cælis. Tu namque toti cælesti militiæ, cunctis angelorum agminibus et universis Beatis jussisti ut Matri tuæ benedictæ in cunctis obediunt sicut et tibi, et eam honorent hyperdulæ cultu, quem admodum et te secundum humanitatem assumptam.

Præterea tu dixisti: Qui me confessus

Mat. 14.

Luc. 12, 37.

Ibid. 28-30.

Math. 26, 56.

Ibid. 1, 32.

fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo. Ideo tuam præstantissimam Genitricem, quæ te non solum nunquam erubuit, nec tempore tuæ ignominiosissimæ passionis a te usquam recessit, imo circa te se semper reverentialissime habuit, et præ nimia humilitate ex consideratione excellentiæ tuæ, se vix matrem tuam audebat vocare, seque tuam ancillam maluit nuncupare: hanc, inquam, nunc coram Patre cœlesti, coram superbeatissima Trinitate, coram universa Ecclesia triumphanti, confiteris, honoras, commendas, omnibus testans, pandens, annuntians, quod ipsa sit tua dignissima atque carissima Mater, cui nil negas, cujus faciem nunquam confundis, a qua vultum tuum nunquam avertis. Et quanto ipsa piissima Virgo Mater ac Domina se ipsam profundius humiliavit in terra, et nunc usque in cœlo humiliat, tanto versa vice tu, Deus Sabaoth, Rex gloriæ, Judex justissime, et omnium sapientissime moderator ac ordinator, magis ac magis eam exaltasti et honorasti, exaltas atque honoras; et pro reverentia ejus, meritis ejus ac precibus, toti mundo misereris, parcis et subvenis. Postremo, in militanti Ecclesia, per præclara miracula, per innumerabilia signa, per basilicarum structuras, per fidelium devotas culturas, tuam ut decet dignissimam Matrem ab exordio primitivæ Ecclesiæ, præsertim a tempore suæ assumptionis, copiosissime honorasti.

ARTICULUS XV.

De dilectione ac veneratione quas universa triumphans Ecclesia impendit Reginæ cœli.

TU gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi tui: quia fecisti viriliter, et subvenisti ruinæ populi tui. Ostensum est paulo ante, quemadmodum accidentale præmium et secundarium gaudium omnium Beatorum in visione humanitatis Christi consistant. Deinde

A vero in contemplatione Deiferæ Genitricis, summæ et gloriosæ Mariæ, universi cives cœlestes potissime gloriantur ac delectantur, et ipsam potissime ac suavissime amant, reverentissime venerantur, ac devotissime laudant, et summe magnificant, admirantur, extollunt: quoniam ipsa post Christi humanitatem est maximæ bonitatis, summæ perfectionis, altissimæ dignitatis, splendidissimæ formositatis, dulcissimæ pietatis, sublimissimæ potentiæ, eminentissimæ sapientiæ, plenissimæ munificentiae, sed et saluberrimæ fructuositatis. Nam et per ipsam reparatum est genus humanum, ac instauratum cœleste palatium: quoniam ipsa sacratissima Virgo concepit et peperit, lactavit et enutrivit omnium Salvatorem. Tantamque prærogativam et excellentiam meruit saltem de congruo.

Porro animæ beatæ tanto specialius, ferventius ac honorificentius eam diligunt, venerantur, colunt, collaudant, quanto plus in specie ei propinquant, et quo majora pluraque bona per eam sortitæ sunt, atque quo gratiosius per eam adjutæ sunt ad evadendum laqueos et tormenta damnationis æternæ, et item ad obtinendum charismata gratiarum in via, ac munera gloriæ in patria; et quæ in his magis misericorditer ab ea adjutæ sunt, eam æternaliter quantum ad hoc amplius amant, laudant, glorificant, atque præcordialiter regratiantur eidem.

O quanta est beatitudo, caritas et concordia civium supernorum, quanta ordinatio, bonitas confirmatioque eorum, quanta subjectio et obedientia sub Creatore omnipotente, ubi nullus cœlestium illorum angelicorum spirituum, immaterialium substantiarum, nobilissimarum creaturarum, deiformium mentium, simplicissimorum incorporalium animorum, invidet mulieri ipsis tam eminenter prælatæ, tam incomparabiliter super se exaltatæ, nec ei subijci dedignatur! Non spernunt in ea sexus humilitatem, carnis conditionem aut inferioritatem naturæ: imo præcordialiter favent ei omnem excellentiam ejus, et

universæ exaltationi ac gloriæ ejus intime **A** congratulantur, ac ipsam Reginam summam atque humillimam magnifice venerantur humiliterque collaudant universi et singuli illi.

Præterea, quid mirum si eam ita extolunt, et illi se libenter subjiciunt, quam a Deo creatore suo cernunt sic præelectam ac prædilectam; in qua et ex qua vident Deum hominem factum; cui et ipsum universitatis Conditorum, Regem cœlorum, Deum deorum, vident fuisse obedientem ac subditum, imo adhuc et in æternum **B** exhibentem et impendentem honorem præcipuum, ut propriæ Genitrici; per quam insuper intuentur omnium civium supernorum felicitatem et gloriam tam ineffabiliter esse auctam?

In ipsa ergo post Christum vehementissime jucundantur, quia post Christi humanitatem, sacratissima virgo Maria est præclarissimum splendidissimumque simulacrum contemplandi Altissimum: in quo plane simulacro, adorandæ Trinitatis bonitatem, pietatem, caritatem, omnipotentiam, sapientiam, liberalitatem, misericordiam, æquitatem limpidissime ac jucundissime contemplantur; et Deum laudant in ipsa, ac ipsam in Deo, qui se tam caritative ac liberalissime communicavit ac dedit virgini tantæ, atque per eam omnia tam sapienter et clementer refecit, sicut per primam feminam omnia fuerant deformata. Imo per hanc multo plus profuit quam illa nocuerat: nempe per hanc confert quidquid gratiæ dare decrevit, ut

lib. III, art. XXI.

D patuit supra. Unde convenienter dixit Hieronymus: Hæc est Virgo quæ sola universam hæreticam perimit pravitatem, sola post Deum in omni nos roborat veritate, suisque meritis nos Deo commendat, ac precibus jugiter auxiliatur. Etenim, teste Bernardo, ipsa est nostra fidelissima mediatrix et advocata, ostendens Filio iudici pectus et ubera, et indesinenter interpellans pro miseris, pro periclitantibus in mari hoc procelloso, pro pereuntibus in hoc mundo immundo.

A O quam indicibiliter omnes Beati jucundantur in ea, in tam speciosissima domina, in tam fecundissima, mundissima, saluberrima ac divinissima matre, in tam sanctissima atque humillima imperatrice, in tam benignissima adjutrice! per quam tot beneficia sunt adepti; de cujus plenitudine suscipiunt universi; quæ tam pulcherrimum ornamentum est curiæ supernorum patriæ Beatorum, tam venustissimus ac pulcherrimus flos paradisi cœlestis, tam amorosissima universorum **B** amatrix; per quam Deus et Conditor noster factus est salvator et frater noster; in qua quod declivius est per naturam, copiosius venustatum et honoratum est per gratiam singularem et per incomparabilem gloriam. Unde optime dixit electus Bernardus, quod in terra non fuit dignior locus utero virginali, et cellula ejus virginea ubi Deum recepit, incarnavit, tulit et aluit; nec post thronum Christi in cœlo est altior locus quam ubi Christus suam Matrem locavit. Innotescit quoque ex **C** introductis, quam veraciter idem disseruit Sanctus: Summa gloria, o Maria, est post Dominum te videre, tibi adhærere, et in tuæ protectionis munimine demorari.

Hæc est beatissima illa, in qua, ut Sanctus ille fatetur, extruxit sibi domum **Sa-** Pror. x. 1 sapientia cœlestis et æternalis, quæ adeo Virginis mentem replevit, ut de plenitudine mentis fecundaretur caro ipsius, et Virgo singulari gratia eamdem Sapientiam carne tectam pareret, quam prius pura concepit. Postremo, hæc est mulier illa **D** dignissima, cujus pulchritudo et species est in ornamentum domus suæ, domus supernæ, domus totius triumphantis Ecclesiæ, sicut sol oriens in mundo in Eccl. i. 21. altissimis Dei est in ornamentum totius mundi sensibilis. Unde divinus Dionysius Cf. l. XV. p. 112 A. 551 A. verissime docuit et conscripsit, quod etiam summi ordines angelorum, Throni, Cherubim ac Seraphim, purgantur, illuminantur ac perficiuntur ab ea, multo præclarior sine dubio, quam inferiores ordines a quocumque choro superiori: secundum

quod ipsa unica et incomparabilis Virgo in omni sapientia, scientia et divinorum notitia secretorum incomparabiliter superat universos cives cœlestes; ideoque de exuberantissima plenitudine sua inferioribus communicat et diffundit.

ARTICULUS XVI.

De jucunditate et gloria quam habet optima virgo Maria in cunctis electis et Beatis.

QUÆ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum? Universi Beati, Christi sanguine liberati et gratia ejus renati, sunt spirituales filii ejus ac filiæ. Naturale autem est matri gloriari in sobole prolis suæ, dum soboli illi bene succedit. Ideo in omnibus animabus beatis felicissima Maria intime gloriatur; atque quo universos et singulos cives cœlestes clarius noscit ac plenius diligit, eo de universorum et singulorum salute, decore et gloria cordialius delectatur, cunctis quoque congratulatur, et universum illum triumphantis Ecclesiæ exercitum copiosissimum, pulcherrimum, jucundissimum, ordinatissimum atque sanctissimum, cum inæstimabili jucunditate, complacentia, congratulatione, caritate et benevolentia intuetur, tanquam opus et agmen, curiam et militiam unigeniti Filii sui, imo et tanquam ministros ac filios suos, quia per ipsam sunt omnes salvati aut instaurati.

Amplius, delectabile est habere bonum optatum, et bono concupito uniri. Ideo, quo præstantissima ac ferventissima virgo Maria in hac vita affectuosius concupivit universorum conversionem, gratiam et salutem, et quo pro cunctis intensius exoravit ac fortius laboravit, eo de ipsorum adepta salute cordialius gratulatur, atque de ea superbenedictæ Trinitati devotius ac jucundius semper regratiatur. Præterea, quo benedictum et adorandum fructum ventris sui virginei amat ardentius, eo

fructificationem suæ passionis ac mortis jugiter affectavit et affectat intensius. Idcirco in tam innumerabilibus millibus animarum sanctarum cernens passionem sui Filii saluberrime fructificasse, vehementissime gaudet de omnium illorum salute.

Insuper, dictum est quod quidquid gratiæ ac virtutis confertur hominibus, per Mariam dulcissimam distribuitur ipsis: ideo ipsa vere vocatur Mater gratiæ, Mater et Regina misericordiæ. Hinc ipsa in beatis animabus tanquam in sobole sua mirabiliter delectatur. Nempe et meritis ac precibus serenissimæ Dominæ nostræ, post preces et merita Christi, etiam ipsis Apostolis post eorum ruinam data est gratia reparationis; et quidquid boni per Apostolos et eorum coadjutores, successores et sectatores, in mundo est gestum, splendidissimæ atque piissimæ Virgini post Filium ejus est adscribendum. Unde asserit Ubertinus: Ipsa dignissima Virgo singulariter totum mysticum corpus cum vero Christi corpore suo portavit in utero, et in continuis cordis sui doloribus assimilata doloribus sui Filii singulos parturivit. Cui attribuitur tota corona duodecim Apostolorum, quoniam meritis ejus fuerunt vocati, atque per ejus instructionem edocti, per ejus quoque suspiria et orationes Spiritu Sancto repleti. Unde et Virgini sanctæ singulariter attribuitur tota per Apostolos facta mundi victoria.

Tu igitur, deliciosissima, tenerrima et illustrissima virgo Maria, in sanctis Patriarchis tanquam in tuis progenitoribus ac mysticis præsignatoribus gloriaris; in sanctis quoque Prophetis, tanquam in prænuntiatoribus mysteriorum Filii tui ac tuæ personæ ac dignitatis; atque in omnibus sanctis veteris Testamenti ac legis naturæ, qui tuum desideraverunt adventum, sine cujus præcessu noverant regem Messiam non esse venturum. Gaudes demum præcipue in sanctis Apostolis, tanquam in Filii tui summis præconibus carissimisque amicis, ac totius mundi conversoribus ac magistris: per quorum prædicationem,

lib. III, art. XXI.

virtutes, miracula, fructificavit passio Filii tui, et mundus conversus est. Præcipue autem gaudes in tuo adoptivo filio et custode Joanne apostolo, quemadmodum et in paranympho tuo Gabriele archangelo; sic et in sanctis tuis parentibus, in consanguineis tuis Apostolis ac ceteris sanctæ tuæ parentelæ electis personis, atque in fidelissimo tuo ministro, custode ac sponso castissimo Joseph; in feminis quoque sanctis, tibi in mundo familiaribus, et Filio tuo fidelibus, præsertim in præelecta illa Magdalena; item in victoriosis martyribus, tanquam in Filii tui efficacissimis testibus strenuissimisque militibus; in confessoribus viris heroicis, et potissime in sacris virginibus, tuis specialibus dilectricibus, imitatricibus, filiaribus, adolescentulis et ancillis carissimis; sicque in ceteris, quanto tibi in hac vita fuerunt devotiores, et in tuo sancto amore ferventiores, ac zelo fraternæ salutis atque divini honoris magis fuerunt succensi, et pro Christi honore ac proximorum salute plus laboraverunt, et plura ac graviora perpassi sunt. His omnibus tanquam diademate coronaris, et tanquam sponsa ornata suis monilibus, decoraris. Hæ animæ sanctæ post te Regi regum adducuntur, cui regratiantur ac jubulant incessanter: a cujus superdulci amplexu et amorosissimo prorsus affatu nunquam avelleris; quem corde tenus facieque tenus indesinenter gaudiosissime intueris.

Is. lxi, 10.

Ps. xlii, 15.

ARTICULUS XVII.

De dotibus glorificatissimi corporis felicissimæ Virginis.

Sap. iii, 7. **F**ULGEBUNT *justi, et tanquam scintillæ in arundinetis discurrent. Universi domestici Patris cælestis vestientur duplicibus, hoc est plena glorificatione animæ et corporis. Etenim corpus, quod modo cooperatur animæ et ei obedit in actibus bonis, et tribulationum ac passionum quæ Dei amore sustinentur est*

Prov. xxxi, 21.

A particeps, glorificationis quoque et præmii erit consors. Unde dixit Apostolus: Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ; et rursus: Oportet (inquit) corruptibile hoc induere incorruptelam, et mortale hoc induere immortalitatem.

Philipp. iii, 21.

1 Cor. xv, 51.

Itaque ponuntur quatuor dotes corporum glorificatorum, videlicet claritas, impassibilitas, agilitas atque subtilitas. Verumtamen Anselmus videtur ponere septem: Erunt, inquit, beatitudines corporis, pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, diuturnitas et voluptas. Sed hæc septem ad præacta quatuor reducuntur, et continentur sub eis, utputa: pulchritudo, sub claritate; velocitas, libertas ac fortitudo, sub agilitate; sanitas et diuturnitas, sub impassibilitate; voluptas autem concernit omnia jam præfata. Erunt quoque corpora glorificata odoris prorsus dulcissimi. Et omnia ista erunt in corporibus sanctis per redundantiam quamdam ab anima, per modum meritoriarum causæ, sed effective erunt a Deo. Ideo, quo major fuerit animæ beatitudo et essentielle præmium ejus, eo hæc dotes eminentius erunt in corpore. Atque quo anima increatæ luci propinquius unita exstiterit, profundiusque immersa, ac clarius per contemplationem intenta, eo caro erit splendidior, pulchrior, agilior, voluptuosior, dulcior, liberior atque robustior.

Si igitur præinducta pensentur, in quibus ostensum est quam incomparabiliter et inæstimabiliter grandis, copiosa, exuberans sit beatitudo animæ sacratissimæ Virginis post beatitudinem animæ Christi; poterimus utcumque conjicere, imaginari, intelligere, quam omnino ineffabiliter abundet Mariæ sanctissimæ corpus jam glorificatum, in universis dotibus et proprietatibus ac felicitatibus nunc præactis. O quam inenarrabiliter speciosum, clarum et splendidum, imo superclarissimum est corpus intemeratæ ac benedictæ Mariæ, cujus anima lumini increato tam profun-

art. n. et s.

dissime ac radiantissime est immersa, **A** quantum sine **personalibundione** communi-
cari quivit aut decuit creaturæ!

Matth.
III. 43.
Denique, prout ait Salvator, fulgebunt
justi sicut sol in regno Patris eorum : non
utique solum sicut modo sol fulget ac
radiat, sed etiam sicut splendebit post
generale judicium, dum mundo innovato
erit lux lunæ sicut modo est lux solis,
Jo. VII. 26. et lux solis septies major quam modo est,
ut Isaias prædixit. Præterea, creditur quod
lux illa gloriæ gratiose præstanda omne
lumen naturæ excedet. Et si corpora in-
animata tanto lumine supernaturaliter ve-
stientur, quanta claritate et luce venusta-
buntur ac induentur corpora rationalium
creaturarum Deo fruentium, increato lu-
mini immersarum, in quibus lux interior
omnem naturalem lucem et claritatem in-
comparabiliter vincet inæstimabiliterque
transcendet? Hinc creditur quod etiam
inferiorum Sanctorum corpora glorificata
erunt sole innovato clariora et pulchriora.

Quo dato, quis jam poterit enumerare,
concipere aut effari quam incomparabili-
Cter, quam multipliciter, quam abundan-
tissime corpus Deiferæ Virginis, caro prin-
cipis vitæ, quæ Deum in se suscepit vitam-
que inchoavit, clarior, candidior, speciosior
erit sole etiam innovato? Certe tunc sol et
luna pulchritudinem et splendorem virgi-
næ carnis deificatæ Mariæ admirabuntur,
et ejus comparatione nec stellæ splende-
bunt. Tunc per omnem amplitudinem cæli
empyreï serenissima virgo Maria splendi-
dissimos suæ indeficientissimæ claritatis
radios fundet, et suæ fragrantiam suavita-
Dtis undique sparget, totamque cœlestem
patriam venustabit ac delectabit, ac om-
nium animas in sui admirationem sus-
pendet : imo et nunc interim agit hæc
omnia.

Præterea, si consideremus quam deifi-
catum et supernaturalissime ac gratiosis-
sime dignificatum et exaltatum sit Mariæ
sanctissimæ corpus in vita præsentis, ex
incarnatione Verbi æterni in se et ex se
facta, ex conceptione Filii Dei, ex inhabi-

tatione tam diuturna veri Dei in utero
ejus, ex educatione, lactatione et contrec-
tatione assidua Sancti Sanctorum, ex fami-
liarissima et materna conversatione cum
ipso, ex sanctificatione ipsi in utero ma-
tris concessa, ex virtuosissima exercitatio-
ne in omni actu perfecto, ex immunitate
peccati atque plenissima subjectione sub
rectæ rationis imperio ; poterimus aliqua-
liter capere quam justissimum decentissi-
mumque exstiterit, innocentissimæ Virgi-
nis corpus taliter a suo Filio glorificari et
Badornari in cœlo. Nempe, quo in vita hac
caro illa virginea Deo Altissimo singula-
rius, familiarius et propinquius fuit com-
municans et conjuncta, eo est nunc ab
illo sublimius exuberantiusque glorifi-
cata.

O quis capere queat qualiter modo
splendeant ubera illa purissima, quæ Re-
gem gloriæ aluerunt, et ex divini oris con-
tactu assiduo honorabilissima erant facta !
Sic et venter ille castissimus, in quo tot
mensibus fons totius decoris, fons immen-
Csæ dulcedinis, Deus majestatis et claritatis
incircumscripæ incarnatus quievit et ha-
bitavit, nonne inæstimabili claritate, de-
core, suavitate resplendet et fragrat? Sic
et pectus illud virgineum ac maternum,
juxta quod Unigenitus Dei toties requie-
vit, quem pudicissima, affectuosissima ac
honestissima Mater toties pectori suo cum
summæ caritatis ardore purissimo appli-
cuit et adstrinxit ; sic demum manus ejus
eburnæ, oculi ejus siderei, labia ejus
dulcissima, et breviter, singula membra
D excellentissimæ Dominæ ac Reginæ indici-
biliter sunt glorificata, et omni suavitate
ac venustate exuberantissime incompre-
hensibiliterque perfusa, repleta et super-
impleta : quod facialiter intueri, sensibili-
terque percipere, atque experimentaliter
degustare, jucundissimum prorsus est, et
omnia gaudia mundi incomparabiliter vin-
cens. O quam beatissima es, Virgo et Ma-
ter piissima ! Quantum tibi congaudere de-
bemus ! quantum te laudare, amare, ac
venerari tenemur !

www.libtoof.com.cn
ARTICULUS XVIII.

An præstantissima virgo Maria triplici aureola ac triplici fructu decoretur in gloria.

Sep. iii, 13. **H**ÆC est quæ nescivit torum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Tres ponuntur Beatorum aureolæ, quæ operibus arduis privilegiatisque competunt ac donantur, per quæ specialis victoria obtinetur, et in quibus specialis difficultas ac pœna solet consistere : ut in martyrio, virginitate, ac docendi exercitio efficaci. Quum ergo dicat

1 Tim. ii, 12. Apostolus, Mulieri docere non permitto, videtur beatissima Virgo doctorum aureolam non habere. Rursus, quum nullam unquam habuerit inclinationem fomitis ad venerem, nec difficultatem in resistendo concupiscentiis, videtur nec virginitatis possidere aureolam. Amplius, soli voluntati patiendi aut interiori compassioni non debetur aureola martyrum, sed reali martyrio. Quum itaque Virgo dignissima in pace vitam finierit, non videtur aureola martyrum decorari.

Et respondendum, quod Maria sanctissima, quæ a nullo illustrium superatur, omnique gratia ac gloria et decore præfulget, prætactis tribus aureolis præclarissime decoratur : sicut et ipsa est Virgo virginum, Apostolorumque doctrix, et Evangelistarum

art. v. directrix. Atque ut supra, libro secundo, est declaratum, ipsa benedictissima Virgo per verba et quasdam epistolas docuit

D multas utriusque sexus personas, tam ex Judaismo quam ex paganismo conversas. Tempore quoque passionis Christi facta

A est plus quam martyr, mente et corpore vehementissime prorsus afflicta et dolens, in tantum quod nisi divinitus fuisset conservata, spiritum exhalasset, prout de isto supra, tertio libro, multa sunt introducta. Amplius, in ipsa fuit castitas triplex in summo, utputa virginalis, conjugalis ac vidualis. Nam et ante connubium virginitatem promisit, in conjugio virgo permansit, post obitum sponsi in sancta perseveravit viduitate : ideo fructus centesimus, castitati virginali correspondens, fructus quoque sexagesimus, qui castitati viduali debetur, fructus item tricesimus, castimonie conjugali proportionatus, in gloriosissima atque purissima Virgine inveniuntur plenissime, quæ omni nobilitate, plenitudine et excellentia gratiæ ac gloriæ incomparabiliter est præfulgens.

art. xv. et lib. iv. art. iii.
Math. xii. 23.

Nunc ergo, o misericordissima, prælectissima et affectuosissima virgo Maria, Mater dulcissima et præclarissima Domina, spiritualissima ac divinissima creatura in æternum dignissima, hoc imperitiæ meæ opusculum, hoc parvitatæ meæ præconium patienter admitte, benignissime suscipe, clementissima dignatione accepta. Nec juste despicias, quod ego immundus, vilis ac indignissimus, te laudare præsumpsi, et tua describere præconia usurpare ; sed solitam tuam benignitatem ostende in me, et apud omnium Judicem justum, tuum Filium adorandum, præsumptionem, insufficientiam, indignitatem meam excusa, meque sub alas misericordiæ tuæ maternæ indesinenter custodi, conserva et salva. Ad laudem et gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

www.libtool.com.cn

**DE MUTUA COGNITIONE
BEATORUM IN PATRIA**

www.libtool.com.cn

PROŒMIUM

PATER gloriæ det vobis spiritum sapientiæ in agnitione ejus. Ephes. i, 17.

Sapientiam sacra Scriptura multipliciter laudat, variosque ac sublimes ejus actus adscribit. Sapientia namque efficit hominem Dei amicum, quemadmodum in libro Sapientiæ legitur : Neminem diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Sap. vii, 28. Christus quoque apud Joannem ait Apostolis : Jam non dicam vos servos, sed amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Hinc rursus protestatur Scriptura : Sapientia in animas sanctas se transfert, Prophetas et amicos Dei constituens. Sap. vii, 27. Ut autem nil fugibilis, nil horribilius est quam Dei inimicum consistere ; sic plane nil appetibilius, nihil præclarius quam esse Dei amicum. Sapientiam ergo, per quam mens creata Dei creatoris sui fit amica, ardentè ac maxime debemus diligere. Propter quod ad Colossenses scribit Apostolus : Postulamur ut impleamini agnitione voluntatis Dei in omni sapientia et intellectu spirituali, ut ambuletis digne Deo, per omnia crescentes in scientia Dei. Coloss. i, 9, 10.

Secundo, per sapientiam vilescunt homini cuncta hæc inferiora, carnalia ac terrena ; pretiosaque, cara et dulcia fiunt ei superna, divina ac spiritualia bona. Sapientia quippe est saporosa divinorum notitia, per quam anima gustat et videt quam dulcis est Dominus : gustato autem spiritu, desipit omnis caro, secundum Gregorium, id est, supernis atque internis gustatis deliciis, carnales delectationes vilescunt. I Petr. ii, 3.

Tertio, sapientia omni peccato resistit ac prævalet : quia per eam homo vitam suam gubernat juxta regulas juris divini, seu legis æternæ præcepta, et in ratione constabillitur ac constans efficitur, secundum quod scriptum est : Homo sanctus in sapientia manet ut sol ; nam stultus mutatur ut luna. Et Apostolus ait : Libenter suffertis insipientes, quum sitis ipsi sapientes. Et iterum divina affirmat Scriptura : Sapientia vincit malitiam. Signum itaque veræ sapientiæ, vita est virtuosa, potissime conversatio mansueta, juxta illud Jacobi : Quis sapiens et disciplinatus inter vos ? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quamvis enim universa peccata, specialiter tamen ira et impatientia sapientiæ contrariantur. Propter quod Salomon loquitur : Ira in sinu stulti requiescit ; et, Qui impatiens est, operatur stultitiam. Eccli. xvii, 12. II Cor. xi, 19. Sap. vii, 20. Jacob. iii, 13.

Postremo, in tantum sapientiam commendat Scriptura, ut summum hominis bonum, videlicet felicitatem, in ea constituat, prout apud Joannem asserit Filius Dei, alloquens Patrem : Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. Sed et tempore passionis dixit Salvator : Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Ideo ait Cyrillus, quod semper, etiam usque ad finem vitæ, sapientiæ studere debemus. Joann. xvii, 3. Ibid. xviii, 37.

Verum hæc omnia de sapientia supernaturali, infusa ac salutari, illa præcipue quæ

est unum ac primum septem donorum Spiritus Sancti, sunt intelligenda : de qua Sapientia primo inducitur, In malevolam animam non introibit sapientia. Hanc equidem sapientiam nullus in mortali existens vitio habet. Est autem et alia sapientia, naturalis, scholastica, quæ per studium obtinetur seu discitur : quæ duplex consistit, utputa philosophica et theologialis.

Quoniam ergo tanta sapientiæ exstat nobilitas, hinc anima tua, prædilecte ac venerabilis frater Guillelme, in hac ultima tua ætate sapientiæ avida, me rogavit instanter quatenus aliquid tibi conscribam de modo quo homines electi se invicem noscent et cernent in regno cœlesti. Et quidem de ista materia doctores catholici copiose subtiliterque scripserunt ; sed quoniam laicus es, et hæc ipsa quæ tibi scribo, in Teutonicum transferri optas, congruit ut juxta tuam capacitatem scribantur. Eapropter planius, facilius quoque quo poterò, loquar.

DE MUTUA COGNITIONE BEATORUM IN PATRIA¹

ARTICULUS PRIMUS.

*Propter quid rationalem creaturam
Deus creaverit.*

DEUS gloriosus et sanctus, qui in se ipso infinite perfectus, dives ac plenus est, nec aliquo eget, ex suæ purissimæ bonitatis superexuberanti plenitudine, atque ex suæ æternæ dilectionis liberalissima benevolentia, totum mundum creavit, ut scilicet suam perfectionem, bonitatem ac felicitatem omnibus communicaret, ad sui ipsius gloriam et honorem. Bonum enim est sui diffusivum, id est suæ bonitatis communicativum, sicut Aristoteles docet. Amor quoque nil proprium sibi reservat, sed communicat bonum quod habet dilecto, prout divinus Dionysius profitetur. Hinc in libro de Doctrina christiana asserit Augustinus : Quia bonus est Deus, ideo sumus. Et quarto capitulo libri de Divinis nominibus sanctus ac magnus Dionysius adstruit, quod divinus amor non reliquit Deum sine germine esse.

Hoc ipsum et gentiles philosophi aliquantulum cognoverunt. Plato enim, quem Augustinus duodecimo de Trinitate nobilem vocat philosophum, ait in primo Timæi, quod Deus optimus existens, omnique prorsus carens invidia, ideo universa instituit, ut singula divinæ bonitatis aliquid

participarent. Quædam namque ab ipso participant esse ; quædam vero, esse et vivere ; alia vero, esse, vivere et sentire ; cetera autem, esse, vivere, sentire et intelligere, et ista dumtaxat divinæ felicitatis capacia sunt, Creatorem suum contemplando, diligendo, et ipso fruendo. Ideo rationalem intellectualemque creaturam, videlicet hominem et angelum, condidit Deus, ut suæ æternæ atque immensæ beatitudinis ipsa sit particeps, divitias gloriæ suæ volens ei monstrare et communicare, ut et ipsa in ipso beata sit, et quod ipse Creator habet et est per naturam, creatura hæc habeat et sit per gratiam.

Hinc Magister Sententiarum ait libro secundo : Tanta est bonitas Dei, ut suæ beatitudinis, qua æternaliter beatus est, alios velit esse participes. Sicque fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Et si quæritur, ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur : ad laudandum Deum, ad serviendum ei, ad fruendum eo. In quibus proficit ipsa, non Deus.

Hinc duodecimo de Civitate Dei loquitur Augustinus : Quam porro magna sit laus rationali creaturæ Deo adhærere ut ei vivat, inde sapiat, illo gaudeat, tantoque bono sine morte, sine errore, sine molestia perfruat, quis digne cogitare possit aut eloqui ?

¹ Ex editione Coloniensi Joannis Soteris, 1532.

www.libtoof.com.cn
ARTICULUS II.

Quod propter supernaturalem beatitudinem rationalem creaturam Deus condiderit.

QUAMVIS omnipotentia Dei sublimis et benedicti in totius mundi creatione, sapientia in gubernatione, bonitasque ipsius in creaturarum conservatione, evidenter ac eminenter resplendeant; verumtamen in hoc omnipotentia, sapientia et bonitas amabilissimi ac serenissimi Dei multo, imo et ineffabiliter evidentius eminentiusque relucet, quod non propter naturalem felicitatem ac finem dumtaxat, sed et propter supernaturalem finem seu beatitudinem, rationalem et intellectualem creaturam plasmavit. Non enim satis visum est optimo atque piissimo Creatori se per naturalem beatitudinem communicare rationalibus creaturis, verum supernaturalem felicitatem eis conferre decrevit: in quo utique ejus bonitas, sapientia et potestas tanto sublimius præclariorque refulgent, quanto supernaturalis felicitas naturali beatitudine exstat præstantior.

Quæ ergo est felicitas naturalis, quæ item beatitudo supernaturalis?

Dicendum, quod naturalis felicitas est contemplatio Dei ad quam intellectualis creatura per dona naturæ valet pertingere, utputa per naturale lumen rationis, et per scientias acquisitas, eo modo quo Deus creator ex rebus creatis potest agnosci. De hac felicitate loquuntur philosophi. Ait enim Aristoteles decimo Ethicorum, quod in speculatione optimi speculabilis, scilicet primæ summæque veritatis, beatitudo consistit. Hanc quoque naturalem felicitatem quidam elegantes philosophi valde desideraverunt ac magni penderunt. Refert namque decimo de Civitate Dei Augustinus, Plotinum Platonicum scripsisse, quod contemplatio Dei tantæ pulchritudinis visio est, et tanto amore dignissima, ut sine hac, quibuslibet aliis bonis homo sit præditus et abundans, infelicissimus sit.

A Præterea, supernaturalis beatitudo, ad quam creatus est homo, est contemplatio divinæ essentiæ in se ipsa, clare et immediate: quam Apostolus nominat visionem Dei per speciem, seu facie ad faciem, quia in hac beatifica ac desiderabilissima et deliciosissima visione, conspicitur Deus benedictus sicut est in sua claritate et gloria infinita, non per similitudines creaturarum, sed per ipsammet increatam lucem ac divinam essentiam, menti creatæ per modum intelligibilis formæ unitam, prout

B S. Thomas in Summa contra gentiles profunde disseruit. De hac felicitate ait in prima sua epistola Joannes apostolus: Carissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus; scimus quoniam quum apparuerit, similes ei (scilicet Deo) erimus, quia videbimus eum sicuti est. De hac vera, plena, cœlesti, sempiterna ac supernaturali felicitate philosophi nil loqui sciverunt: imo impossibilem eam putabant omni menti creatæ, angelicæ et humanæ.

C Quoniam itaque ob tantam beatitudinem conditi sumus, non negligamus nos ipsos, nec Deo altissimo simus ingrati, nec propter ista terrena, caduca, temporales honores, aut immundæ carnis turpia oblectamenta, æterna hac gloria nos privemus; sed bonum ac munificentissimum Deum ardentem amemus, sollicite honoremus, eique indesinenter in vera justitia devotissime ministremus.

ARTICULUS III.

Quomodo Deus omnia in se ipso cognoscit.

UT innotescat quomodo Beati omnia vident in Deo, dicendum paulisper quomodo Deus adorandus et felix omnia in se ipso conspiciat. Nil quippe videri potest aut nosci, nisi per aliquam ejus similitudinem in vidente et agnoscente consistentem. Quum igitur Deus sit infinitus, omnisque creatura finita, difficile forte appa-

1 Cor. xii.
12: 11 Cor.
v. 7.

lib. ii, c. 11.
51 et a.

1 Joann.
iii, 2.

ret quomodo in Deo sint similitudines A creaturarum, quum finiti et infiniti nulla existat proportio, et quidquid in Deo simplicissimo est, Deus sit.

Est ergo sciendum, quod inter Deum et creaturas est proportio ac similitudo imitativa, non naturalis. Per hoc itaque quod sapientissimus Deus intuetur suam essentiam, perfectionem et bonitatem ut a rebus creatis imitabilem seu participabilem secundum aliquem gradum seu speciem entitatis, bonitatis seu perfectionis, prout creatura aliquo modo participare et imitari potest perfectionem et bonitatem proprii Creatoris : per hoc, inquam, divina essentia appellatur et est exemplar, idea, et quasi intelligibilis similitudo omnis rei creatæ. Rursus, per hoc quod Deus omnipotentiam suam perfecte cognoscit, videt et scit universa et singula in quæ sua omnipotentia potest, et quæ ei subjecta sunt aut subjici possunt : sicque cognoscit plenissime atque certissime, non dumtaxat universa quæ sunt, fuerunt et erunt, sed et cuncta (imo utique infinita) quæ nec sunt, nec unquam erunt. Omnia itaque splendent, continentur ac præsentantur in divina essentia seu in Deo, tanquam in primo fonte ac summa origine, atque causali ac principali virtute, prout Augustinus in libro LXXXIII Quæstionum et illustrissimus doctor Bonaventura declarant.

ARTICULUS IV.

Quod Beati Deum clare videntes, non comprehendunt Deum, nec omnia vident in eo quæ in ejus essentia splendent aut continentur.

QUONIAM Deus in se ipso vere, essentialiter ac perfectionaliter infinitus consistit, ita quod suæ bonitatis et excellentiæ nullus est finis, suæ sapientiæ nullus est numerus, suæ majestatis et perfectionis nulla prorsus exstat mensura : ideo a nulla creatura potest comprehendi, id

est tam perfecte, clare et plene cognosci sicut ex sua natura cognoscibilis est, sed ipse solus comprehendit se ipsum; creatura vero, quum finitæ capacitatis sit atque potentiæ, distat ac deficit infinite a Dei dignissimi plenaria comprehensione. Denique, præcedenti articulo patuit, quod in divina essentia ejusque omnipotentia splendent et continentur penitus infinita. Et certum est quod intellectus creatus, quum sit finitus in esse, posse et agere, nequeat infinita cognoscere. Idcirco Sancti Deo fruentes, quamvis divinam essentiam, sapientiam ac omnipotentiam clare inspiciant, non tamen omnia vident in ea quæ continentur ac lucent in ipsa, imo in infinitum pauciora in ea conspiciunt; sed quo majoris fuerunt meriti, quo Deum ardentius amaverunt, quo in majori puritate ei ministraverunt, eo ipsum clarius delectabiliusque conspiciunt, et plura in ipso cognoscunt. Et in hoc doctores concordant.

Aliqui tamen dixerunt, prout quarto Sententiarum narrat Magister, quod videntes divinam essentiam, omnia vident in ea quæ Deus scit scientia visionis, id est omnia præterita, præsentia et futura. Sed ut S. Thomas aliique doctores ibi declarant, dictum illorum repugnat documentis Sanctorum, potissime B. Dionysii, qui in libro de Hierarchia ecclesiastica docet, quod angeli superiores purgant inferiores a nescientia quorundam divinorum operum Dei mysteriorumque gratiæ, et de eisdem illuminant inferiores. Insuper docet, quod Christus secundum humanitatem assumptam, et item virgo Maria, etiam summos angelicorum spirituum de Dei operibus mysteriisque effectuum gratiæ ejus illuminant. Septimo quoque capitulo Angelicæ hierarchiæ ostendit, quod Christo post passionem et resurrectionem ascendente in cælum, angeli sancti tres quæstiones fecerunt, in quarum prima inferiores a superioribus edocti sunt. Constat ergo, quod angeli non vident in Deo quidquid agitur et est in creaturis.

Cf. t. XXV, p. 418 C et a.

cap. vi.

De Eccl. hier. c. 1. Cf. t. XV, p. 112 A, 551 A.

ARTICULUS V.

www.libtool.com.cn

*Quæ sint illa quæ omnes Beati vident
indesinenter in Verbo.*

In libro Confessionum S. Augustinus ait ad Deum : Domine, creasti nos propter te ; et inquietum est cor nostrum, donec veniat ad te. Hinc mentem humanam nil potest satiare atque plenarie quietare nisi Deus creator, qui est bonum incommutabile et immensum : unde nec intellectus noster penitus potest quiescere, nisi summam veritatem, quæ Deus est, clare beatificeque cognoscat ; nec voluntas nostra potest finaliter satiari, nisi summam bonitatem, quæ Deus est, fruitive adepta sit. Omnes ergo Deum clare cernentes, omnia sciunt conspiciuntque in eo quæ naturaliter scire desiderant, utputa : totum ordinem universi, omnesque species rerum ac genera, et virtutes ac proprietates earum ; illa quoque individua quæ non plurificantur, sed in uno eorum salvatur tota natura specifica, sicut sunt sol, luna, et phoenix, quæ est unica avis. Sciunt insuper singularia hæc inferiora, et quosdam actus eorum, in quantum specialis ratio id ipsum efflagitat, aut per species sibi divinitus inditas cognoscere talia possunt. Verumtamen interiores actus nostros, qui ex mera libertate nostra procedunt, videlicet affectiones voluntatis et cordium meditationes, certitudinaliter scire non valent nisi ex revelatione divina : quanquam conjecturaliter talia possint perpendere ex actibus exterioribus et sensitivis pureque naturalibus. — Hanc materiam plenius prosequi, majori indiget disputatione : idcirco omitto. Verum Albertus Magnus in libro suo de IV Coæquævis, et Thomas in Summa contra gentiles, libro

cap. 56, 59. tertio, Durandus quoque de S. Portiano super secundum Sententiarum, ista diligenter pertractant.

Præterea dici non potest quam utique delectabile et jucundum sit præfato modo cognoscere totum ordinem universi, et

A omnium entium naturas específicas, vires ac proprietates, cetera quoque prædicta, videlicet : choros et ordines omnium angelorum, virtutes, naturas ac proprietates celestium orbium omniumque stellarum et planetarum ac elementorum, formas mixtorum, naturas et vires cunctorum animalium, universarum gemmarum atque herbarum, et ceterorum innumerabilium nobis in hac vita ignotorum.

ARTICULUS VI.

Auctoritates quædam Sanctorum, ex quibus alicui apparere potest quod Beati videant in Deo quiddam in toto ambitu creaturæ seu in toto mundo consistit ; et quomodo auctoritates illæ sint intelligendæ.

DIVINA essentia est velut splendidissimum speculum in quo omnia clarissime præsentantur ac lucent : nam ipsa est exemplar, similitudo et ratio omnium rerum. Qui autem inspicit speculum, intuetur ea quæ resultant in speculo. Quum ergo universi Beati divinam essentiam in se ipsa clare conspiciant, videtur quod omnia vident in ea quæ in ipsa relucent, et maxime omnia ea quæ fuerunt, sunt aut erunt. — Præterea Augustinus super Genesim dicit, quod ea quæ temporaliter in materia fiunt, Deus in principio angelorum mentibus præmonstravit. Isidorus quoque : Omnia, inquit, angeli sciunt in Verbo, id est Filio Dei, antequam fiant. — Insuper Gregorius protestatur : Illi qui claritatem lucis divinæ in se ipsa conspiciunt, nihil agitur in creaturis quod intueri non possint. — Postremo, majus est videre divinam essentiam quam cetera universa. Quum ergo divinam conspicerent Beati essentiam, videtur quod aliorum nil prorsus ignorent, præsertim quum dicat Gregorius : Quid est quod nesciant qui Deum cuncta scientem sciunt ?

Ad ista dicendum, quod Deus sublimis et benedictus est omnium rerum speculum

vivum ac voluntarium, prout S. Thomas A ignorat; beatus autem qui te scit, etiã deducit quarto Sententiarum c. ideo se ostendit mentibus Beatorum prout vult, et ut decet ex parte ipsorum, videlicet secundum capacitatem, dispositionem et dignitatem meriti eorumdem, quemadmodum Guillelmus Parisiensis describit. Ideo non oportet ut intuentes speculum illud æternale et exemplare, omnia quæ in ipso continentur atque refulgent intueantur. — Denique, verba Augustini et Isidori intelligi possunt de omnibus, non simpliciter, sed per modum distributionis ac commodæ, scilicet de omnibus in genere, et item in specie; vel de omnibus ad angelos specialem respectum habentibus, seu eorum beatitudinem concernentibus.

— Ad verba vero Gregorii Thomas respondet, quod in visione beatifica est sufficientia ad omnia singularissime cognoscenda, ex parte divinæ essentiæ: ideo Sancti quidquid videre aut scire desiderant, aut ad eos seu felicitatem eorum pertinet, in ipsa agnoscunt, horumque nihil ignorant. — Ad id demum quod ultimo tactum est respondetur, quod licet sit majus videre divinam essentiam quam cetera universa, non est tamen majus, imo minus, videre divinam essentiam, et videre illam simulque cum ea et in ea cetera universa: idcirco non sequitur, quod videntes divinam essentiam, omnia contemplantur in ea quæ relucent in ea.

Præterea advertendum, quod sicut Divinitas est ens omnino perfectum, sic ejus clara facialisque visio ad plenam atque perfectam beatitudinem sufficit: idcirco non sequitur quod beatitudo Sanctorum sit imperfecta, si non omnia sciant quæ in divina splendent ac repræsentantur essentia. Hinc videns divinam essentiam, quamvis aliud nihil cognosceret, vere et perfecte beatus esset; nec est perfectior ex hoc quod aliquid aliud cum ea videt, nisi in quantum eam perfectius videt. Propter quod quinto Confessionum loquitur Augustinus: Infelix homo qui omnia illa (scilicet creaturas) scit, te autem

ignorat; beatus autem qui te scit, etiã si illa nesciat; qui vero te et illa novit, non propter illa beator, sed propter te tantum beatus.

ARTICULUS VII.

Quod Sancti in regno cœlesti distinctissime noscunt omnes secum in regno eæsistentes; et de innumerabili multitudine angelorum.

DUODECIMO de Civitate Dei assertit Augustinus, quod angeli sancti cum Deo et inter se sanctam habent societatem, suntque una civitas Dei. Eadem autem est ratio de animabus beatis, ita quod ipsæ cum Deo et inter se atque cum angelis societatem sanctam sortitæ sunt. Qui autem societate junguntur, se invicem noscunt.

Præterea, secundum Gregorium aliosque doctores, ex electis hominibus et angelis sanctis fit una triumphans Ecclesia, quia et homines secundum varietatem meritum ad diversos assumuntur choros seu ordines angelorum. Sicque omnes Beati concives sunt supernæ Jerusalem, et summa uniuntur concordia, ac maxima caritate nectuntur, et unusquisque de alterius beatitudine gloriatur: quod esse non posset, nisi se invicem distincte et perfecte cognoscerent. Hæc nempe cognitio mutua ad plenitudinem felicitatis eorum exigitur, et ad accidentale pertinet præmium [gaudium] quod ex mutua communionem, præsentia et ad aspectu concipiunt: quo enim se invicem ardentiori complectuntur amore, tanto ex mutuo ad aspectu inseparabilique præsentia copiosius gratulantur, et de omni felicitate sua ac gloria sibi invicem abundantius cordialiusque congaudent. Et sicut eorum pulchritudo, ornatus, opulentia, beatitudo, lætitia nobis in vita hac incomprehensibilis est; ita incomprehensibile nobis est, quam cordialissime ac hilarissime de mutua sua societate ac de omni sua felicitate ac glo-

ria sibi mutuo congratulentur et intra se gloriantur.

Verumtamen ista eorum lætitia accidentaleque præmium quasi nullius est reputationis respectu præmii et gaudii essentialis, quod ex superexaltati ac beatissimi Dei præsentia sortiuntur : sicut et Deus solus universis simul creatis incomparabiliter melior, amabilior, pulchrior, dulcior præstantiorque consistit.

Porro, secundum Gregorium, et Anselmum in libro *Cur Deus homo*, tot homines electi perducentur ad regnum cœleste, quot in eo angeli stantes et boni manserunt : qui quot sunt, a nobis comprehendendi non valet. Imo, secundum divinum Dionysium, angelicorum multitudo spirituum quasi incomparabiliter major est omni multitudine corporalium rerum. Unde per illud Danielis, Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia adsistebant ei, non insinuatur aliquis certus numerus angelorum ; sed per numerum determinatum, exprimitur numerus indeterminatus, et per numeros illos perfectos ac maximos in se taliter repetitos, datur intelligi multitudo angelorum penitus inæstimabilis et quodammodo infinita. Propter quod scriptum est : Numquid est numerus militum ejus (scilicet Dei) ? Imo utique, sicut testante Psalmista, Deus secundum altitudinem suam multiplicavit filios hominum, ita et angelos.

Verumtamen ex Scripturis aliquantulum potest perpendi quam inæstimabilis sit angelicorum multitudo spirituum. Constat enim, quod quilibet homo in mundo hoc vivens, tam fidelis quam infidelis, specialem habeat angelum sui custodem : imo, secundum doctores, etiam pueri in utero materno, antequam gignuntur, angelum habent. Sed et Antichristus angelum bonum habebit, qui etiam filium illum perditionis ab aliquibus retrahet malis, secundum Thomam, et Alexandrum de Hales, qui fuit maximus temporis sui theologus ; etatque Frater minor, devotissimus homo.

Omnes autem angeli isti, qui singulos custodiunt homines, de infimo sunt ordine angelorum, secundum Dionysium. Ad minus ergo tot sunt angelici spiritus de infimo choro seu ordine angelorum, quot modo sunt homines in toto mundo viventes : quamvis dubium non sit quin sint plures. Sed quis æstimare queat quot nunc homines in mundo existant ? Nonne innumerabiles sunt ? Quod etiam ex Scripturis perpendere possumus. Siquidem in Deuteronomio Moyses ait ad populum Israel : Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris : non quia cunctas gentes numero vincebatis, quum sitis omnibus populis pauciores. Ecce secundum verbum hoc Moysis, pro tunc filii Israel erant ceteris nationibus pauciores : et tamen pro tunc erant communiter sexcenta millia virorum, sicut in libro scribitur Numerorum, mulieribus parvulisque exceptis. Parvuli autem vocantur, qui citra vicesimum annum fuerunt : qui forte simul cum puellis fuerunt non pauciores quam viri ; et forte mulieres viris non fuerunt pauciores. Si igitur tunc tot erant personæ in populo Israel cunctis gentibus pauciori, quam innumerabiles in toto mundo fuerunt ? Et tamen tunc multæ terræ inhabitabiles exstiterunt, quæ interim habitari cœperunt. Insuper, secundum beatissimum, imo, ut verbis Damasceni utar, secundum sacratissimum, divinissimum ac theologicecissimum Dionysium, quo angelicorum spirituum chorus est altior, eo plures angelici spiritus continentur in eo : sicque quasi inæstimabiliter plures sunt angelici spiritus de ordine Seraphim (qui est ordo supremus) quam de infimo choro angelico.

Constat igitur quam inæstimabilis sit multitudo supernorum spirituum : qui sunt splendidissimi atque fortissimi milites omnipotentis Dei ; quorum omnium naturam, virtutes, proprietates beatitudinesque cognoscere jucundissimum erit.

Verumtamen posset aliquis objicere, quia, secundum Damascenum, species spe-

De Cœlest. hier. c. xiv.

Dan. vii. 10.

Job xxv. 3.

Ps. xl. 9.

De Cœlest. hier. c. vii.

Deut. vii. 6, 7.

Num. i. 45, 46.

Cf. l. xli. p. 232 C.

cialissimæ angelicorum spirituum soli Deo creatori sunt agnitæ. Rabanus quoque dicit, quod soli Deo competit scire quomodo angelica natura in sua puritate subsistit. — Ad hæc dicendum est, quod verba istorum intelligenda sunt per exclusionem viatorum et inclusionem Beatorum, ita quod soli Deo illa sunt agnita per respectum ad viatores.

Ex istis, carissime Frater, aequaliter patet quomodo homines electi se invicem in regno cœlesti cognoscent atque inspicient. Omnes quippe se invicem videbunt ac noscent in increata luce sui Creatoris, in quo videbunt ac noscent omnes suos concives. Videbunt ac noscent se etiam per species intelligibiles sibi a Deo impressas, per quas et angelicos spiritus et omnium rerum naturas ac ordinem universi cognoscent : quemadmodum anima Christi, licet a primo suæ creationis instanti vidit Deum clare per essentiam, et universa in ipso, nihilo minus per species seu similitudines rerum intelligibiles sibi a principio sui concreatas, eadem vidit ac novit, secundum omnes doctores.

Postremo, quomodo homines electi videbunt se etiam oculo corporali post generalem resurrectionem et diem iudicii, infra, Deo præstante, dicetur.

ARTICULUS VIII.

Quomodo anima rationalis a corpore separata intelligat.

SICUT in libris de Trinitate et Civitate Dei ac aliis locis sæpius recitat Augustinus, quidam philosophi, ut Plato atque Platonicus, posuerunt scientias et virtutes ac intelligibiles rerum species animabus concreatas, ita quod nostrum addiscere, esset reminisci eorum quæ scivimus, eo quod anima per dimersionem suam in corpore oblivisceretur scitorum. Hæc autem positio quantum ad suum fundamentum non solum est falsa, sed et fidei sanctæ contraria : ponebant namque phi-

losophi isti animas ante corpora esse creatas. Alii autem philosophi, scilicet Aristoteles cum suis sequacibus, posuerunt animam non præcedere corpus, et intellectum nostrum in principio sui esse ut tabulam in qua nihil est pictum aut scriptum. Et ista positio consonat fidei nostræ.

Quum itaque quæritur quomodo anima a corpore separata post hanc vitam intelligat : si quæstio intelligatur de naturali animarum separatarum cognitione, habet difficultatem præcipuam de animabus innocentium infantium qui ante discretionis tempora moriuntur : in quorum animabus, quum recedunt a corpore, non sunt scientiæ et species intelligibiles acquisitæ nec concreatæ. Et quamvis quæstio ista de animabus puerorum baptizatorum separatis facilius solvi posset, quia mox perducuntur ad regnum cœlorum, ubi omnia vident in Deo, et per similitudines rerum eis desuper inditas seu a Deo impressas ; tamen de animabus infantium non baptizatorum remanet difficultas, quomodo illuminantur, et quæ, quanta et qualiter noscunt. In qua quæstione etiam magni doctores satis discordare videntur : nam et Thomas, et Bonaventura, et Joannes Scotus, qui vocatur Doctor subtilis, diversimode loquuntur. Idcirco pertranseo, quia materia difficilis est ; et in tantum dico, quia, ut omnes isti concorditer dicunt, hujusmodi animæ separatæ aliquam suscipiunt illuminationem a Deo et angelis, per quam naturalia et ordinem rerum aliquo modo intelligunt.

De animabus autem eorum qui scientia præditi erant in hac vita, dicitur quod tanto majorem illuminationem a Deo et angelis sortiuntur, quanto in hac vita per scientias, virtutes et species intelligibiles acquisitas fuerunt magis dispositæ : et istud de naturali earum cognitione asseritur. Ceterum, secundum christianæ fidei veritatem loquendo, animæ tales quum ad regnum cœleste pervenerint, ex revelatione divina atque angelica scire possunt

ea quæ aguntur in mundo seu vita præ-
senti, itemque per animas hinc decedentes
et illuc pervenientes. Similiter animæ quæ
in purgatorio detinentur, per sanctos an-
gelos et animas illuc venientes multa
agnoscunt.

Dicit autem Thomas in prima parte
Summæ, quod animæ separatæ a corpore
per species intelligibiles eis a Deo influxas
non intelligunt singularia omnia, sed ea
dumtaxat ad quæ aliquo modo determi-
nantur, id est ad quæ specialem habi-
tudinem habent, sive per præcedentem
cognitionem, aut præviam affectionem,
vel per naturalem aut divinam ordina-
tionem : sic enim et omnes Beati eos
specialiter noscunt qui colunt seu invo-
cant eos in speciali.

Porro, de animabus beatis Deo fruenti-
bus dicit Gregorius, nequaquam esse pu-
tandum quod ignorent ea quæ foris agun-
tur, id est, quæ in mundo hoc fiunt, sed
quidquid præsentialem hic agitur aut est,
noscant. — Augustinus autem in libro
de Cura mortuorum aliter dicit, scribens
quod mortui, quamvis beati, non sciunt
quæ hic aguntur, et quid eorum filii agant.
Et allegat Augustinus pro se quod Isaïæ
sexagesimo tertio scriptum est in persona
populi Judæorum : Abraham nescivit nos, et
Israel (scilicet Jacob patriarcha) ignoravit
nos. Unde Patriarchæ illi defuncti igno-
rasse videntur facta posteriorum suorum.
Allegat quoque pro se, quod mater sua
defuncta eum non visitavit. Verum, ut
Thomas exponit, Augustinus scribit hæc
verba dubitando seu opinando magis quam
asserendo. Argumenta etiam Augustini
præfacta nihil concludunt : quia tempore
quo verba illa Isaïæ scripta sunt, Patriar-
chæ erant in limbo patrum, nondum beati.
Sed et verba illa Isaïæ multipliciter expo-
nuntur. Nec sequitur quod mater ejus
defuncta facta sua nescivit, quoniam eum
post mortem non visitavit. Visitationes
enim et apparitiones mortuorum, secun-
dum dispositionem sapientiæ Dei aguntur
et subtrahuntur ex causis occultis.

ARTICULUS IX.

*De dotibus Beatorum in patria
celestis paradisi.*

QUANDO electi de hoc sæculo aut pur-
gatorio in regnum cæleste transfe-
runtur, dantur eis quædam supernaturalia
dona adornantia : qui ornatus a ma-
gistris dotes vocantur. Suntque dotes hæ
septem : quarum tres primæ ac princi-
pales spectant ad animam, scilicet visio,
fruitio, tentio. Quæ etiam tribus virtutibus
theologicis correspondent : fidei quippe
succedit correspondetque visio ; spei,
tentio ; caritati, fruitio.

Aliæ quatuor dotes spectant ad corpus,
utputa claritas, agilitas, impassibilitas,
subtilitas : per quas dotes corpora Be-
atorum glorificabuntur, et animabus ple-
nissime subjicientur, ita quod actum con-
templationis ac fruitionis beatificæ nullo
modo impediunt, imo animæ felicitatem
gloriamque augebunt. Nunc enim durante
hac vita, corpus corruptibile aggravat ani-
mam, deprimitque terrena inhabitatio in-
tellectum multa cogitantem ; tunc vero
corpora electorum omnino impassibilia et
immortalia erunt, agilia, clara atque sub-
tilia, tanto utique agilia seu mobilia,
clariora ac subtiliora, quanto anima fuerit
Deo magis gloriose, propinque ac intime
copulata : siquidem beatitudo, claritas
et gloria animæ redundabit in corpus ;
ideo, quo anima divina increataque luce
magis perfundetur et implebitur, et quo
summa bonitate suavius fruatur, eo magis
claritas, agilitas subtilitasque redundabunt
in corpus.

Verumtamen natura carnis seu corporis
permanebit, ita quod corpora glorificata
solida erunt, carnem et ossa habentia,
sicut et Christus post resurrectionem ap-
parens Apostolis : Palpate (inquit) et vi-
dete, quia spiritus carnem et ossa non
habet, sicut me videtis habere. Hinc cor-
pora illa dicuntur futura spiritualia atque
subtilia, non quod in spirituales con-

q. LXXXIX,
a. 4.

Is. LXIII, 16.

Summ. th.
1^a part. q.
LXXXIX, a. 8.

Sup. II, 13.

Luc. XXV,
39.

vertentur naturam, sed quantum ad proprietates spiritualis naturæ, seu per effectum spiritualis potentæ; et quia dominio animæ erunt plene subjecta, erunt quoque aliorum corporum penetrativa.

Postremo, quia proprietas gratiæ excedit proprietatem naturæ, merita credimus quod corpora glorificata erunt sole clariora. Hinc Christus in Evangelio ait : Fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum. Et Sapientiæ tertio legitur : Fulgebunt justi, et tanquam scintillæ in arundinetis discurrunt. Augustinus quoque tertio decimo de Civitate Dei : In corporibus (inquit) glorificatis, natura carnis remanente; nulla omnino corruptibilitas aut tarditas remanebit. Et ut alibi scribit, ubicumque voluerit anima, ibi protinus erit corpus. Imo, secundum Anselmum, in momento glorificata corpora movebuntur, id est in tempore brevissimo, non tamen in instanti.

ARTICULUS X.

De claritate corporum glorificatorum ; et an erunt transparentia.

JAM dictum est, quod corpora Beatorum clara ac splendida erunt, tantoque clariora, quo interna lux animæ fuerit major, hoc est, quo lumen gloriæ (quo anima ad Dei beatificum intuitum disponitur) perfectius splendidiusque exstiterit, et quo increatæ æternæque Creatoris luci mens intimius fuerit juncta.

Sed tunc quæstio oritur, an corpora ista glorificata ad lucida, erunt etiam pervia, transparentia seu translucientia. Et respondent quidam quod non. Unde in compendio theologiæ quod incipit, Veritatis theologiæ, dicitur quod aliquid fertur clarum dupliciter : primo, quia est pervium, sicut vitrum ; secundo, quia est lucidum, sicut stella. Corpora autem glorificata, ut consequenter ibi asseritur, non erunt pervia, sed lucida. Sed istud non reor tenendum : primo, quoniam sanctorum Patrum dictis

A manifeste repugnat. Ait namque S. Gregorius octavodecimo Moralium super illud Job, Non adæquabitur ei (puta sapientiæ) aurum vel vitrum, quod in regno patriæ cælestis ipsa etiam corporis harmonia corporalibus oculis patebit. Ex quo sequitur, quod omnia corporis viscera, juncturæ ac disposituræ, corporeo oculo videntur. Præterea, B. Augustinus vicesimo secundo de Civitate Dei, capite ultimo, loquitur : Omnia membra et viscera incorruptibilis (scilicet glorificati) corporis, proficient in laudibus Dei. Omnes quippe harmoniæ corporis, quæ nunc latent intrinsecus, tunc non latebunt, sed in eis mirabilis pulchritudo cernetur, atque ex omnibus mens in amore pulchritudinis sui Creatoris succendetur. Hinc S. Thomas super quartum Sententiarum, asserit huic sententiæ consentiendum, quia per eam magis salvatur dignitas corporis glorificati. Sed et dominus Joannes Ruysbroeck, vir magnæ illuminationis, scribit in libro de Regno electorum, quod corpora glorificata transparentia erunt.

Ex quibus elicitur, quod unum corpus glorificatum cernetur corporalibus oculis per aliud, ita quod corpus glorificatum non abscondet ab oculis quæ retro ipsum sunt. Erunt quoque colorata pulcherrime, secundum exigentiam dispositionis suæ naturæ partiumque suarum, et color ille per claritatem adjunctam miro modo ornabitur.

ARTICULUS XI.

Quod Beati secreta conscientiarum et cogitationum suarum mutuo intuentur.

SICUT in Moralibus super Job, loco allegato articulo præcedenti, ait Gregorius, in illa supernorum civium societate, corda electorum sibi invicem claritate fulgent et puritate translucunt ; et quum uniuscujusque vultus attenditur, simul et conscientia penetratur : ibi quippe uniuscujusque mentem ab alterius oculis mem-

Math. xiii, 43.
Sep. iii, 7.

Job xxviii, 17.

dist. xlvii, q. ii, a. 4.

et. preced.

brorum corpulentia non abscondit, sed patebit animis; quousque autem in hac mortali carne vivimus, cogitationes nostras in alterutrum non videmus. Illa autem superna civitas, quæ sua vicissim singulis corda manifestat, ex auro simili vitro mundo constructa dicitur, ut designetur auro clara, vitro perspicua. De qua civitate celesti Joannes ait in Apocalypsi : Et erat civitas aurum mundum simile vitro mundo. Denique his concordat quod vicesimo secundo de Civitate Dei asserit Augustinus : Patebunt etiam cogitationes nostræ tunc invicem nobis. Pluraque alia ad id pertinentia Augustinus disseruit. Ex hac autem mutua agnitione interiorum, sibi invicem ineffabiliter congaudebunt. Certum est enim, quod unusquisque Beatorum de alio sciet qualiter mens ejus intenta sit Deo, contemplando, amando, fruendo, et omnia in ipso videndo, et quomodo omnes concives suos ardentissime diligit.

Apoc. xxi,
18.

Verumtamen inferiores Beati, superiorum interiores actus non ita perfecte, distincte et clare cognoscent ut superiores. Ante finale quoque iudicium inferiores angeli et Beati a superioribus de aliquibus mysteriis gratiæ ac divinis operibus, quæ inferiores ante non noverunt, illustrantur ac edocentur, ut supra jam dictum est. Idcirco fateri oportet, quod inferiores Beati jam interim non sciunt in particulari quidquid in mentibus superiorum intellectualiter continetur, splendet et est de hujusmodi effectibus Dei.

ARTICULUS XII.

Solutio ad principale quæsitum.

EX omnibus præinductis, venerabilis atque carissime Frater, claret solutio ad id quod principaliter interrogasti, quomodo scilicet homines electi se invicem videbunt ac noscent in regno cælorum. Dico ergo, quod visio et cognitio duplex est, scilicet corporalis et spiritualis, seu exterior et interior, vel sensitiva et intel-

lectiva. Si itaque de cognitione ac visione corporali, exteriori ac sensitiva loquamur, dicendum quod Sancti post diem iudicii in corporibus suis glorificatis videbunt ac noscent se mutuo, corpora sua intus et extra cernendo, imo perspicendo, videlicet ipsam complexionem, harmoniam, renes, venas, nervos et musculos, interiorumque sensuum organa, et quidquid sub pelle corporeum est, lucidissime ac jucundissime intuendo. Nec aliquid impuritatis aut indecentiæ in illis erit corporibus.

Porro, si de interiori, spirituali, intellectuali cognitione ac visione loquamur, dicendum quod animæ beatæ modo se invicem omnesque angelos sanctos vident et noscunt, per species seu similitudines intelligibiles sibi a Deo impressas seu inditas; vident quoque se invicem in divina essentia, illam beatifice contemplando. Taliter autem se invicem intuendo, cognoscunt mutuo omnia dona naturæ, gratiæ et gloriæ sibi divinitus condonata, conscientias quoque, cogitationes et affectiones, juxta modum in præcedenti articulo assignatum: imo, ut affirmat Gregorius, unusquisque tunc magis conspicabilis erit aliis quam in hac vita sit sibimetipsi.

Postremo, Beati in corporibus glorificatis Deum secundum divinam suam naturam corporali oculo non videbunt, imo nec angelos, nec proprias animas, tanquam visibile per se, sed ut visibile per accidens, in quantum divinæ naturæ excellentia, perfectio et majestas tunc in omnibus rebus quas corporaliter sunt visuri, eminentissime apparebit. Nihil autem visibile est per se, nisi sit aliquid situm habens materialem, et visum per radium visualem immutans, suamque similitudinem visui corporaliter seu materialiter imprimens. Ideo Deus omnipotens et excelsus, quum sit simplicissimus spiritus, angeli quoque et animæ, quum sint immateriales essentiæ, non sunt corporali oculo quamvis glorificato visibiles directe per se. Augustinus tamen vicesimo secundo de Civitate Dei, quæstionem hanc, videli-

cet an Deus ab oculis glorificatis possit A videri, prolixè movet, discutit, atque determinat; sed solutio ejus jam virtualiter tacta est.

Solent præterea nonnulli simpliciores inquirere, an corpora glorificata erunt vestita, an nuda. Ego tamen in nullo doctore eam quæstionem legi motam neque solutam; et puto quod doctores magni ac solidi reputent eam puerilem, et tangi indignam. Nihilo minus quidam minus (ut arbitror) eruditi dicunt, quod erunt vestita, et quod vestes illæ tenuissimæ erunt B

ac perviæ, mirabiliterque decoræ. Sed contra hoc objici potest: si enim vestita erunt, hoc erit vel propter nuditatem occultandam, vel propter frigus vel cauma pellendum, aut propter ornatum. Primum dici non potest, quum vestes illæ dicantur perviæ ac transparentes. Jam quoque ex verbis Gregorii et Augustini innotuit quod corpora glorificata tam translucida erunt, quod eorum harmoniæ ac intima viscera, juncturæ et ossa corporalibus oculis videbuntur: quod esse non posset, si vestimenta illa corporum nuditatem occultarent ab oculis. Secundum etiam dici non potest, quoniam nulla intemperies frigoris aut caloris, imo nulla pœna aut incommoditas erit in regno cœlorum, quemadmodum Isaias profatur: Non percutiet eos æstus et sol. Sed nec tertium congrue dici potest, quoniam corpora glorificata pene ineffabiliter pulchriora erunt et ornatiore quam sint aliqua vestimenta, imo sole et cunctis sideribus venustiora honestioraque erunt.

Denique, Adam et Eva in paradiso ante D peccatum nudi fuerunt, nec erubuerunt, neque ex mutuo adspectu aliquam indecentem motionem perpessi sunt. Beati autem erunt confirmati in bono, eorumque corpora pene incomparabiliter splendidiora erunt ac pulchriora quam fuerunt corpora Adæ et Evæ in paradiso. Minus ergo eis competet vestimenta habere extrinseca atque corporea quam Adæ et Evæ. Si autem alicubi scriptum est quod erunt vestita, intelligendum est de vestimentis meta-

phorice dictis, ut vestes dicantur ornatus, splendor et decor exterior corporis, et decentissimi mores ipsius. Nam et de Deo scriptum est in libro Psalmorum: Dominus Ps. xcii, 1. regnavit, decorem indutus est; et item: Confessionem et decorem induisti, amictus Ps. ciii, 1, 2. lumine sicut vestimento. Sic intelligendum existimo quod in Revelationibus S. Brigittæ legitur benedicta Virgo Christifera dixisse ad Brigittam: Ego talia habeo vestimenta in cœlo qualia Filius meus, scilicet Jesus Christus.

ARTICULUS XIII.

De essentia, perfectione ac majestate Dei æterni.

UT clarius intelligatur quam beatum ac jucundissimum sit, Deo frui; et quam desiderabile ac nobile sit, ei in vita hac per caritatem et gratiam firmiter adhærere, reverenter servire, affectuose uniri, quam etiam vile, impium atque miserimum sit, eum offendere, inhonorare, non amare, sed perdere: aliquid de natura et excellentia, felicitate et gloria superbenedicti et supergloriosissimi Dei dicendum videtur, simpliciter tamen et plane, ut ab omnibus capi possit.

Itaque, prout in Exodo legitur, quum Deus vivus et verus Moysen ad filios Israel destinaret, Moysesque ad Deum dixisset, Quod est nomen tuum? Deus statim respondit: Ego sum qui sum; hæc dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Ex hoc dicunt doctores, præsertim S. Hilarius et Damascenus, quod proprium nomen Dei est, Esse, seu Qui est, sic quod esse, vere, plene ac propriissime competit Deo: in tantum quod sicut comparatione infinitæ sapientiæ Dei nullus est sapiens (quum et Salomon dicat: Stultissimus sum virorum; et Jeremias propheta: Stultus, inquit, factus est omnis homo a scientia sua), et sicut comparatione lucis divinæ, supersplendidissimæ et immensæ, nihil creatum est clarum aut candidum (sicut in libro

Job xv, 15. Job scribitur : Ecce cœli non sunt mundi *in conspectu eius*; et denuo : Ecce luna non splendet, et stellæ non sunt mundæ coram eo); sic comparatione increati, æterni divinique esse, nulla creatura dicitur esse, imo potius fertur non esse et nihil, quam esse aut aliquid, quoniam a plenitudine, perfectione et puritate divini esse distat et deficit infinite. Deus ergo est ipsum esse æternum, primum et increatum, plenum, perfectum, immensum, ita quod quidquid ad eminentiam, perfectionem, nobilitatem ac beatitudinem ipsius esse pertinet, hoc cum infinita plenitudine, gloria et excellentia, simplicissime competit Deo : imo hoc est ipsemet Deus, ita quod in esse divino absque omni additamento et compositione continetur simplicissime et perfecte quidquid perfectionis et gloriæ est.

Porro, in rebus creatis videmus aliqua esse, sed esse eorum non est vitale : idcirco est imperfectum. Esse ergo divinum est vitale. Quædam vero sunt et vivunt, non autem intelligunt, ut sunt bruta : ideo sunt imperfecta. Esse ergo divinum est vitale et intellectuale. Quædam autem sunt, vivunt et intelligunt ; sed entitatis, vivacitatis et intellectualitatis eorum est finis, et quidquid sunt et habent, non a se ipsis, sed aliunde sortita sunt : idcirco non sunt omnino perfecta, sed imperfecta, indigentia ac dependentia. Illic nempe incipit entis imperfectio, et non esse, non vivere, non intelligere, ubi ipsius perfectio, et esse, vivere ac intelligere finiuntur. Esse ergo divinum quum sit omnino perfectum, ita est vitale et intellectuale, ut ejus vivacitatis et intellectualitatis nullus sit finis. Nec esse istud divinum est aliquo indigens aut dependens, sed simplicissimum ac nobilissimum est in se ipso, ita quod quidquid in ipso esse asseritur, est ipsummet esse divinum.

Insuper, esse intellectuale non est prorsus perfectum, nisi omni virtute et sapientia decoretur, nisi omni sanctitate, pulchritudine, suavitate ornetur. Esse ergo

A divinum est virtuosum ac sapientiale, sanctum, pulchrum ac dulce. Et ita de ceteris, quidquid, absolute simpliciterque loquendo, melius atque præstantius est habere quam eo carere, id competit Deo, et id ipsum est Deus cum perfectione penitus infinita. Itaque in Deo est, et ipsemet Deus est bonitas interminata, sapientia infinita, potestas immensa, voluntas liberrima, sanctitas incircumscripita, pulchritudo illimitata, dulcedo immensurata, dilectio ardentissima, delectatio exuberantissima, beatitudo omnifarie infinita. Similiter cum immensa perfectione conveniunt Deo adorando et superexaltato justitia, misericordia, invariabilitas, æternitas, pax, opulentia, serenitas, omnisque omnino dignitas ac majestas.

Ecce talis ac tantus est Dominus Deus noster omnipotens et excelsus : de cujus perfectione summe gaudere, cujus beatitudini summe congratulari debemus ; quem præ omnibus ac super omnia ardentem amare, jugiter honorare tenemur.

C Præterea, secundum nostram sanctissimam fidem, Deus noster unus et trinus est, ita quod Pater et Filius ac Spiritus Sanctus sunt tres Personæ coæternæ, coæquales et consubstantiales, et unus verus ac simplicissimus Deus : ita quod trium Personarum est una essentia, una sapientia, una potestas, una majestas, una pulchritudo, una beatitudo ; et quidquid absolutæ perfectionis est in una earum, est in tribus, sic utique quod quælibet harum trium superexcellentissimarum ac supersanctissimarum et superbeatissimarum Personarum est infinitæ dignitatis, perfectionis, felicitatis, dulcedinis, gloriæ ac virtutis. Et quidquid Filius est et habet, a Patre æterno suscepit ; quidquid etiam Spiritus Sanctus est et habet, a Patre et Filio tanquam ab uno principio sumpsit. Ideo quælibet harum Personarum infinitam in se habet felicitatem et gloriam ; et unaquæque earum diligit aliam amore penitus infinito, superardentissimo et superdulcissimo, et unaquæque habet in alia compla-

centiam prorsus immensam, et delectationem verissime interminatam. Aeternaliter quoque intuentur se invicem deliciosissime atque clarissime, et fruuntur se invicem cum voluptate infinita ac supermundissima : sicque lætitia, pax et suavitas Domini Dei nostri in se ipso est omnifarie plena, perfecta, immensa. Et si vere ac sincere diligimus eum, debemus de hoc cordialissime exsultare : quo etenim aliquis sincerius atque ferventius diligit aliquem, eo de felicitate, perfectione et gloria ejus abundantius gaudet.

ARTICULUS XIV.

De ineffabili et inæstimabili gaudio præmii essentialis Sanctorum in regno cælesti.

PULCHRUM vocamus quod visum delectat ; et dulce, quod delectabiliter sapit. Et quo aliquid pulchrius fuerit, eo ejus adspectus deliciosior est ; quo autem suavius exstat, eo gustus et usus seu fruitio ejus sentitur jucundior. Quum ergo Deus altissimus et æternus sit ipsa pulchritudo penitus infinita, sapientialis ac viva, non accidentaliter, sed substantialiter, imo potius superessentialiter, in se ipsa purissime invariabiliterque subsistens, atque ab omnibus per infinitam excellentiam separata et superexaltata : nonne inæstimabiliter gaudiosum est, hunc superpulcherrimum Deum, hancque infinitam, supersplendidissimam pulchritudinem, primam, exemplarem ac supermundissimam, in se ipsa clare ac immediate conspiceret, cum ipsa æternaliter habitare, ab ejus intuitu nunquam cessare ?

Porro, quam incomparabilis, amœnissima atque gratissima sit pulchritudo et claritas Dei adorandi ac benedicti, ex diligenti creaturarum consideratione potest perpendi. Ecce enim quanta est speciositas et claritas solis, lunæ, planetarum, stellarum, cælorum ac elementorum ; quam delectabiliter tempore æstivali terra ornatur fructibus, herbis, graminibus, floribus,

A arboribus et virgultis. Et si in faciebus quorundam hominum mortalium tantam pulchritudinem posuit Deus, ut intuentes facies tam decoras plurimum delectentur, et diutius inspiciendo vix lassentur, ipsumque tempus eis breve videatur, quum tamen facies hominis sit vilis et corruptibilis materiæ portio parva : quam pulcher est ipse Creator omnipotens, cujus essentia est lux superpurissima, prorsus immensa, et ipsa hæc lux, est sapientia increata, veritas interminata, sanctitas cujus nullus

B est finis ?

Præterea, quum Deus superamabilis, superdesiderabilis ac supergratiosissimus, sit in se ipso infinitæ suavitatis, imo utique ipsa dulcedo fontana, immensurata : nonne ejus fruitio, ejus gustus et sapor interminus ineffabiliter jucundissimus deliciosissimusque consistit ? Et si corporalia alimenta ac potus nonnulli tam delectabiliter sapiunt, si corporum unio tantum delectat : quam voluptuosissima est beatifica illa fruitivaque unio, qua mens creata, dulcedine Dei increata, purissima et immensa, in se ipsa ad libitum fruitur, eamque in suo fonte experitur, gustat, et ea ad plenum intus in æternum reficitur ? Nonne excæcati, insipientes atque miserimi comprobantur, qui tanta felicitate se privant propter præsentis vitæ delectationes impuras, fœdas ac bestiales, propter caducos honores ac pereuntes divitias ?

Nunc igitur mentis puritatem amemus : quia, ut Salomon loquitur, qui diligit cordis munditiam, amicum habebit regem :
D de quo ait Apostolus, Regi autem sæculorum immortalis, invisibili, soli Deo, honor et gloria. Quid autem est ista cordis munditia, nisi detestatio omnis carnalis affectionis, expulsio totius mundani amoris, atque immunitas a peccato, decor gratiæ et virtutum, divini amoris sinceritas ? De hujus munditiæ amatoribus, qui a peccato velut a colubro fugiunt, qui omnem injustitiam tanquam venenum abhorrent, Salvator disseruit : Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Prov. xxii,

11.

1 Tim. i, 17.

Ecclesi. xxi, 2.

Matth. v, 8.

Job xv, 15. Job scribitur : Ecce cœli non sunt mundi **A** in conspectu eius ; et denuo : Ecce luna non splendet, et stellæ non sunt mundæ coram eo) ; sic comparatione increati, æterni divinique esse, nulla creatura dicitur esse, imo potius fertur non esse et nihil, quam esse aut aliquid, quoniam a plenitudine, perfectione et puritate divini esse distat et deficit infinite. Deus ergo est ipsum esse æternum, primum et increatum, plenum, perfectum, immensum, ita quod quidquid ad eminentiam, perfectionem, nobilitatem ac beatitudinem ipsius esse pertinet, hoc cum infinita plenitudine, gloria et excellentia, simplicissime competit Deo : imo hoc est ipsemet Deus, ita quod in esse divino absque omni additamento et compositione continetur simplicissime et perfecte quidquid perfectionis et gloriæ est.

Porro, in rebus creatis videmus aliqua esse, sed esse eorum non est vitale : idcirco est imperfectum. Esse ergo divinum est vitale. Quædam vero sunt et vivunt, non autem intelligunt, ut sunt bruta : ideo **C** sunt imperfecta. Esse ergo divinum est vitale et intellectuale. Quædam autem sunt, vivunt et intelligunt ; sed entitatis, vivacitatis et intellectualitatis eorum est finis, et quidquid sunt et habent, non a se ipsis, sed aliunde sortita sunt : idcirco non sunt omnino perfecta, sed imperfecta, indigentia ac dependentia. Illic nempe incipit entis imperfectio, et non esse, non vivere, non intelligere, ubi ipsius perfectio, et esse, vivere ac intelligere finiuntur. Esse ergo divinum quum sit omnino perfectum, ita est vitale et intellectuale, ut ejus vivacitatis et intellectualitatis nullus sit finis. Nec esse istud divinum est aliquo indigens aut dependens, sed simplicissimum ac nobilissimum est in se ipso, ita quod quidquid in ipso esse asseritur, est ipsummet esse divinum.

Insuper, esse intellectuale non est prorsus perfectum, nisi omni virtute et sapientia decoretur, nisi omni sanctitate, pulchritudine, suavitate ornetur. Esse ergo

divinum est virtuosum ac sapientiale, sanctum, pulchrum ac dulce. Et ita de cæteris, quidquid, absolute simpliciterque loquendo, melius atque præstantius est habere quam eo carere, id competit Deo, et id ipsum est Deus cum perfectione penitus infinita. Itaque in Deo est, et ipsemet Deus est bonitas interminata, sapientia infinita, potestas immensa, voluntas liberrima, sanctitas incircumscripita, pulchritudo illimitata, dulcedo immensurata, dilectio ardentissima, delectatio exuberantissima, beatitudo omnifarie infinita. Similiter cum immensa perfectione conveniunt Deo adorando et superexaltato justitia, misericordia, invariabilitas, æternitas, pax, opulentia, serenitas, omnisque omnino dignitas ac majestas.

Ecce talis ac tantus est Dominus Deus noster omnipotens et excelsus : de cujus perfectione summe gaudere, cujus beatitudini summe congratulari debemus ; quem præ omnibus ac super omnia ardentem amare, jugiter honorare tenemur.

C Præterea, secundum nostram sanctissimam fidem, Deus noster unus et trinus est, ita quod Pater et Filius ac Spiritus Sanctus sunt tres Personæ coæternæ, coæquales et consubstantiales, et unus verus ac simplicissimus Deus : ita quod trium Personarum est una essentia, una sapientia, una potestas, una majestas, una pulchritudo, una beatitudo ; et quidquid absolutæ perfectionis est in una earum, est in tribus, sic utique quod quælibet harum trium superexcellentissimarum ac supersanctissimarum et superbeatissimarum Personarum est infinitæ dignitatis, perfectionis, felicitatis, dulcedinis, gloriæ ac virtutis. Et quidquid Filius est et habet, a Patre æterno suscepit ; quidquid etiam Spiritus Sanctus est et habet, a Patre et Filio tanquam ab uno principio sumpsit. Ideo quælibet harum Personarum infinitam in se habet felicitatem et gloriam ; et unaquæque earum diligit aliam amore penitus infinito, superardentissimo et superdulcissimo, et unaquæque habet in alia compla-

centiam prorsus immensam, et delectationem verissime ~~interminatam~~. ~~Eternaliter~~ quoque intuentur se invicem deliciosissime atque clarissime, et fruuntur se invicem cum voluptate infinita ac supermundissima : sicque lætitia, pax et suavitas Domini Dei nostri in se ipso est omnifarie plena, perfecta, immensa. Et si vere ac sincere diligimus eum, debemus de hoc cordialissime exultare : quo etenim aliquis sincerius atque ferventius diligit aliquem, eo de felicitate, perfectione et gloria ejus abundantius gaudet.

ARTICULUS XIV.

De ineffabili et inæstimabili gaudio præmii essentialis Sanctorum in regno cælesti.

PULCHRUM vocamus quod visum delectat ; et dulce, quod delectabiliter sapit. Et quo aliquid pulchrius fuerit, eo ejus adspectus deliciosior est ; quo autem suavius exstat, eo gustus et usus seu fruitio ejus sentitur jucundior. Quum ergo Deus altissimus et æternus sit ipsa pulchritudo penitus infinita, sapientialis ac viva, non accidentalis, sed substantialis, imo potius superessentialis, in se ipsa purissime invariabiliterque subsistens, atque ab omnibus per infinitam excellentiam separata et superexaltata : nonne inæstimabiliter gaudiosum est, hunc superpulcherrimum Deum, hancque infinitam, supersplendidissimam pulchritudinem, primam, exemplarem ac supermundissimam, in se ipsa clare ac immediate conspicerem, cum ipsa æternaliter habitare, ab ejus intuitu nunquam cessare ?

Porro, quam incomparabilis, amœnissima atque gratissima sit pulchritudo et claritas Dei adorandi ac benedicti, ex diligenti creaturarum consideratione potest perpendi. Ecce enim quanta est speciositas et claritas solis, lunæ, planetarum, stellarum, cœlorum ac elementorum ; quam delectabiliter tempore æstivali terra ornatur fructibus, herbis, graminibus, floribus,

A arboribus et virgultis. Et si in faciebus quorundam hominum mortalium tantam pulchritudinem posuit Deus, ut intuentes facies tam decoras plurimum delectentur, et diutius inspiciendo vix lassentur, ipsumque tempus eis breve videatur, quum tamen facies hominis sit vilis et corruptibilis materiæ portio parva : quam pulcher est ipse Creator omnipotens, cujus essentia est lux superpurissima, prorsus immensa, et ipsa hæc lux, est sapientia increata, veritas interminata, sanctitas cujus nullus

B est finis ?

Præterea, quum Deus superamabilis, superdesiderabilis ac supergratiosissimus, sit in se ipso infinitæ suavitatis, imo utique ipsa dulcedo fontana, immensurata : nonne ejus fruitio, ejus gustus et sapor internus ineffabiliter jucundissimus deliciosissimusque consistit ? Et si corporalia alimenta ac potus nonnulli tam delectabiliter sapiunt, si corporum unio tantum delectat : quam voluptuosissima est beatifica illa fruitivaque unio, qua mens creata, dulcedine Dei increata, purissima et immensa, in se ipsa ad libitum fruitur, eamque in suo fonte experitur, gustat, et ea ad plenum intus in æternum reficitur ? Nonne excæcati, insipientes atque miserimi comprobantur, qui tanta felicitate se privant propter præsentis vitæ delectationes impuras, fœdas ac bestiales, propter caducos honores ac pereuntes divitias ?

Nunc igitur mentis puritatem amemus : quia, ut Salomon loquitur, qui diligit cordis munditiam, amicum habebit regem : Prov. xxi, 11. de quo ait Apostolus, Regi autem sæculorum immortalis, invisibili, soli Deo, honor et gloria. Quid autem est ista cordis munditia, nisi detestatio omnis carnalis affectionis, expulsio totius mundani amoris, atque immunitas a peccato, decor gratiæ et virtutum, divini amoris sinceritas ? De hujus munditiæ amatoribus, qui a peccato velut a colubro fugiunt, qui omnem injustitiam tanquam venenum abhorrent, Salvator dissevit : Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. v. 8.

Prov. xxi, 11.

1 Tim. i, 17.

Ecclesi. xxi, 2.

Matth. v. 8.

Porro, hæc præscripta æternæ veritatis **A** **Sancti** ex mutua societate, intuitione, dilectione ac communione : sicque beatitudo **vac** **summa** **bonitatis** visio fruitiva, est **B** **essentiale** præmium electorum, correspondens fervori caritatis divinæ, ita quod quanto quis jam Deum ardentius puriusque dilexerit, tanto eum clarius cernet, atque jucundius eodem fruetur. Hæc itaque est vita Beatorum in regno cœlesti : Deum incessabiliter intueri, eo jucundissime frui, ipsum cum inæstimabili fervore amare, ejus infinitæ beatitudini cordialissime congaudere, ipsum securissime stringere ac tenere totisque viribus perfectissime revereri, a laudibus ejus nunquam cessare, et omni bono impleri.

Postremo, summa perfectio quam in vita præsentis possumus obtinere, est ut huic cœlesti felicissimæ vitæ nunc quotidie quantum possibile est propinquemus, videlicet : contemplationi Dei ac supernorum, per illuminatam fidem ac luminosum sapientiæ donum, frequenter et quantum valemus jugiter insistendo, soli Deo finaliter propter se pure adhærendo, ejus suavitatem jam prægustando, eum **C** **quotidie** ardentius diligendo, ejus felicitati et gloriæ congratulando, ipsum intra nos sanctæ caritatis brachiis amplectendo ac zelo fervido in omnibus honorando, orationibus ac laudibus ejus incessanter vacando. O quam felix ac nobilis est talis vita, sicut et incomprehensibiliter vilis est **D** **coram** Deo vita carnalis ! Itaque, qui gloriatur, in Domino gloriatur ; et qui stat, videat ne cadat ; et quo quis plura a Deo gratiarum charismata sortitus est, eo plus regratiatur, amet, subdatur, obediat. Qui **D** **autem** in luto carnalitatibus et vitiorum jacet fœtore, consurgat, id est pœniteat, nec differat : quia nescimus diem neque horam.

1 Cor. i. 31.
Ibid. x. 12.
Matth. xxv. 13.

ARTICULUS XV.

De accidentali præmio Beatorum.

ACCIDENTALE præmium Beatorum in summi Regis palatio, in cœlesti paradiso, est beatitudo et gloria quam habent

Sancti ex mutua societate, intuitione, dilectione ac communione : sicque beatitudo ista consistit in creatura ad Creatorem relata, id est in ordine ejus ad Deum. Potissime quoque felicitas ista, quæ est accidentalis et secundaria merces, consistit in adspectu humanitatis Christi, et in omni pulchritudine ejus interiori et exteriori accidentali : quæ sola omnium Beatorum pulchritudinem vincit ; nec cogitare aut concipere possumus quam deliciosissimus erit iste adspectus, præsertim beatis hominibus, qui corpore glorificati, corporalibus oculis exteriorem corporis Christi pulchritudinem intuebuntur, et de suæ naturæ glorificatione in Christo ineffabiliter lætābuntur ac gratias agent, et ipsam Christi humanitatem affectuosissime diligent, quia per eam et ejus acerbissimam passionem salvati sunt, et propter bonitatem, sanctitatem ac pulchritudinem ejus. Deinde beatitudo ista et gloria in visione beatæ virginis Mariæ consistit : quæ beatissima Virgo indicibili speciositate post Christum resplendet, omniumque Beatorum oculis gratissima amabilissimaque monstratur. Ineffabiliterque delectabile erit, videre mutuam dilectionem, delectationem, complacentiam unionemque Jesu Christi ac Matris ejus virginæ.

Deinde beatitudo ista et gloria consistit in omnium angelicorum ordinum ac beatorum hominum visione clarissima. O quam jucundissimum erit, videre ac noscere inexcogitabilem magnitudinem, multitudinem, pulchritudinem, perfectionem, dignitatem et gloriam omnium angelicorum spirituum ; intueri quomodo sacratissimæ illæ mentes de ordine illo altissimo Seraphim in Dei amore ardent, quomodo spiritus universi de ordine Cherubim in Creatoris sui contemplatione clarissime lucent, et ita de ceteris choris angelicis (nec dubium quin infimi angeli pulchritudo, ornatus et splendor, omnium hujus mundi visibilium rerum pulchritudinem vincat) ; insuper beatissimorum Apostolorum venustatem, excellentiam et gloriam

intueri, martyrumque innumerabilem victoriosum ~~vexeritum, o confessorum~~ lucidissimam turbam, virginum purissimam collectionem, totiusque cœlestis curiæ præclaram militiam, sapientissimam connectionem, pulcherrimam ordinationem!

Denique, quum unum civem cœlestem in suo decore et gloria cernere, omne gaudium præsentis vitæ transcendat : quam jucundum erit, tam innumerabilem supernorum multitudinem in suo decore et gloria feliciter sine fine inspicere, videre glorificata corpora electorum in tanto splendore, ornatu ac venustate ! In quibus omnibus erit etiam quædam decentissima ac delectabilissima pulchritudo moralis, videlicet ordinatissima omnium membrorum habitudo, dispositio, modestia sive facetia, quæ et in vultibus maxime apparebit. Erunt quippe in illis beatis hominibus venustissimi mores, nec ali-quod membrum sine prævio infallibilis rationis iudicio unquam movebitur. Ibi

A erit omnium inviolabilis æterna concordia, mutua complacentia, caritas perfectissima. Eruntque omnia corda voluntati divinæ plenarie ac inavertibiliter conformata, atque in Deo inseparabiliter confirmata.

Tantæ ergo beatitudinis desiderio, et supergloriosi Dei amore, nunc peccatis viriliter resistamus, carnem cum vitiis et concupiscentiis crucifigamus. Absit nobis gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi : per quem nobis crucifixus sit mundus, et nos mundo. Per arctam viam, id est poenitentialem vitam, infatigabili corde tendamus ad patriam electorum. Et super omnia atque præ omnibus Deum filialiter metuamus, ne scilicet eum in aliquo offendamus ; eumque pure ac fervide diligamus, primo ac potissime propter puram et immensam ipsius bonitatem, deinde propter beneficia ejus innumera ac promissa cœlestia : qui est super omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

FINIS TRACTATULI DE MUTUA COGNITIONE BEATORUM IN PATRIA.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

**DE MODO AGENDI PROCESSIONES
SANCTORUMQUE VENERATIONE**

www.libtool.com.cn

PROŒMIUM

ZELUS domus tuæ comedit me. Ps. LXVIII, 40.

Verbum istud in Psalmo ad litteram de Christo conscriptum, tropologice potest intelligi de quolibet Christiano divini honoris affectu accenso, qui salute propria non contentus, omnium Creatorem ac Salvatorem ab omnibus cupit debite honorari, atque ad hoc pro viribus suis laborat : in primis quidem se ipsum exhibens fidelem ac fervidum Dei cultorem. Nam caritas incipit a se ipsa, id est a proprio suo subjecto ; estque ingratum Spiritui Sancto quidquid ei quisquam obtulerit, si id ad quod tenetur neglexerit, hoc est, si propriam non operetur salutem, quum et ipse Christus testetur : Quid proficit homo, si universum mundum lucretur, se ipsum autem perdat? Deinde talis pro communi bono sollicitus, alios quoque optat ac satagit exhibere fideles ac fervidos Dei cultores, ita quod zelus domus Dei, id est fervens affectio reformationis et boni status Ecclesiæ, comedit eum, hoc est, interiora ejus in se assumit, transformat, præoccupat, in tantum ut hoc sancto zelo vincatur et quasi absorbeatur : quemadmodum fervens amator suo dicitur superari amore, dum aliud nequit cogitare, desiderare, diligere, quam quod tam singulariter amat. O quam felix, quam electus, quam carus est Deo, quem sic comedit zelus domus Dei, qui proximorum suorum sic cupit salutem, qui boni communis amore sic fervet, cujus mens in affectum omnis boni honesti tam inexstinguibiliter est conversa, ita ut nec precibus parcat, nec sumptibus neque laboribus, quatenus suam queat sanctam affectionem ad effectum perducere concupitum ! Denique, quamvis in his nequaquam quærat commoda sua, sed honorem Altissimi et communis salutem, attamen cooperantibus ei ita regratiatur quasi sua dumtaxat causa agatur. Luc. ix, 25.

Certe, ut ait Salvator, Spiritus ubi vult spirat. Nam sicut nonnulli qui ex officio, Joann. iii, 8. gradu aut ordine ad zelum obligantur præfatum, sua carnalitate, perversitate et negligentia ita cæcantur et obdurantur, quod dono ac gratia tam saluberrimi zeli prorsus privantur ; sic quidam simplices spirituales, imo aliqui boni sæculares, ex speciali miseratione gratioque munere Spiritus Sancti decorantur et inflammantur hoc zelo : quibus incomprehensibilis altitudo sapientiæ atque justitiæ Dei præparavit ac reservat copiosissimum præmium illud quod carnales, negligentes et intorati prælati et præsules obtinerent, si sua efficaciter exsequerentur officia. Ideo tales boni spirituales sæcularesque viri in suo confortentur proposito, nec a zeli sui frigescant ardore, etiam si optato non valeant potiri effectum, quia inspector cordium Prov. xxiv, 12. Deus juxta sinceritatem et flammam affectus ac zeli eorum coronaturus est eos.

Præterea, zelus iste, qui (teste S. Gregorio) sacrificium Deo acceptissimum est,

ex Dei amore et proximorum caritate procedit. Etenim, quanto quis Deum intensius diligit, tanto ardentius cupit venerationem ipsius in omnibus. Propter quod sanctus asserit Augustinus : Ille plus diligit Deum, qui plures ad eum convertit, id est, convertere cupit aut converti desiderat, atque ad hoc pro suo posse laborat orando, sollicitando, prædicando, seu aliis modis. Conformiter, quanto aliquis proximos suos amat ferventius, tanto valentius eorum appetit et procurat pro posse salutem. Caritas quippe otiosa esse non valet : imo nulla forma, nulla virtus tam prompte ac delectabiliter agit ut caritas, præsertim quum et ipsa sit mater, motrix et auctor ceterarum virtutum. Procedit quoque zelus præfatus ex virtute justitiæ, qua quis fervide cupit unicuique quod suum est reddi, rectitudinemque salubrem in omnibus observari. Idcirco flagrantes hoc zelo merentur audire a Christo : Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Matth.
v, 6.

Dan. x, 11. Inter hos tam divino zelo accensos, esse te gaudeo, o amande Amande, qui re et nomine es amandus, atque cum Daniele propheta, vir desideriorum rite vocari potes : qui quamvis sis sæcularis et uxoratus, copiosæque sobolis sollicitudine oneratus, nihilo minus toto corde spiritualibus desideriis æstuas, et zelo præfato te esse ignitum perseveranter ostendis per scripta, labores et sumptus, imo et aliis modis. Postremo, in urbe tua, in qua magistratum assidue geris, commune bonum politiæ tam fideliter quæris, procuras et auges, ut tota communitas te tanquam communem omnium patrem præcipue amet. Nec contentus es bono regimine politiæ oppidi tui in temporalibus, sed bonam ejus gubernationem in spiritualibus affectuosissime cupis et pro posse procuras ; nec tantum pro tua urbe ferves hoc zelo, sed pro aliis quoque. Hinc humiliter parvitatem meam rogasti ut pro extirpandis quibusdam abusionibus cujusdam alterius urbis aliquid scribam. Itaque tuæ religiosæ petitioni plenarie satisfacere cupiens, intendo de proposita materia diffusius, quantum Spiritus veritatis præstiterit, scribere, potissime quia materia ista non dumtaxat concernit urbem unam aut duas vel paucas, sed plurimas valde.

DE

MODO AGENDI PROCESSIONES
SANCTORUMQUE VENERATIONE¹

ARTICULUS PRIMUS.

*De materia et causa motiva compilationis
hujus tractatuli.*

VIR cujus in fine præinducti prologi memini, inter cetera scripsit mihi : Est quoddam oppidum satis famosum, per cujus gyrum corpus cujusdam Sancti defertur processionaliter semel in anno, sed cum tantis insolentiis, potationibus, aliisque defectibus, ut formidandum sit Deum omnipotentem inde non parum exacerbari. Ideo commodum esset quod consulatus dicti oppidi ratione et Scriptura instrueretur, talem abusum Deo ac suo Sancto ac patrono non esse acceptum : et ita sollicitè providerent de processione honesta, devota ac ordinata. Restat igitur mihi refugium ad tuam personam, quam peto ut amore Jesu et vulnerum ejus, ex quibus nostra profluxit redemptio, velis aliqua mihi conscribere, per quæ quidam vir religiosus ac bonus consulatum præactæ urbis sic valeat informare, quod cives C solitas abusiones in annua illa processione dimittant. Quas (ut metuitur) non dimittent faciliter, nisi valde rationabiliter per scripta authentica informentur : quoniam dicunt, quod ex modo processionis suæ

A urbs eorum ditetur, eo quod populus illo die ibi manens, cogitur sic et sic manducare ac bibere, atque similia exercere. Secundo allegant consuetudinem. Isto attempto, oportet probare quod urbs illa inde non ditatur, sed propter peccata quæ ibi in die tam celebri fiunt, potius depauperatur. Secundo, quod Sanctus cujus corpus defertur, dehonoretur, et Deus gloriosus offenditur. Peto ergo ut absque mora mittas mihi materiam istam tam scholastice rationabiliterque discussam, quod præfatus religiosus consulatum urbis præfatæ sic possit instruere ut emendatio subsequatur.

Hæc est recitatio, hæc supplicatio viri prænominati. Itaque, juxta ipsius conceptum et postulationem, quod Dominus ipse donaverit, scribam.

ARTICULUS II.

Quod processiones Ecclesiæ ex veteri Testamento ortum sumpsisse videntur.

POPULO ac patribus veteris Testamenti omnia in figura contigerunt, ut ait ^{1 Cor. x. 11.} Apostolus : quod in libro de Mysteriis diffuse probat Ambrosius, docens qualiter multa in evangelica lege servantur ex traditione et præfiguratione Mosaicæ legis.

¹ Ex editione Coloniensi Joannis Soteris, 1532.

Denique, sicut doctores aliqui super A quartum Sententiarum conscribunt, et Henricus de Gandavo in Quodlibetis suis insinuat, annus jubilæus qui in Ecclesia Christi servatur, qui est annus plenariæ remissionis, ex veteri lege sumpsit exordium, vel potius præfigurationem. Fuit enim in veteri lege annus quidam quinquagesimus, qui vocabatur annus jubilæus, annus videlicet propitiationis et remissionis, in quo populus Israeliticus multa temporalia beneficia consequebatur : quia relevabantur a debitis persolvendis, et liberabantur a servitutibus pristinis, atque ad possessiones quas vendiderant, revertebantur. De quo anno scriptum est in Levitico. Sicque per omnia illa præfigurabatur annus jubilæus Ecclesiæ, in quo populus christianus spiritualia beneficia copiosissima a Deo consequitur.

Lev. xxv.
10 et seq.

Denique, quod nunc ubique in claustris atque collegiis Ecclesiæ Dei sunt duo chorî psallentium, ex opposito stantes et Deum alternatim laudantes, sumpsit originem ex hoc, quod (ut primo Paralipomenon legitur) sanctus et devotissimus David rex statuit in domo Dei duos psallentium choros.

1 Par. xv.
16-18.

Conformiter, quod in Ecclesia Christi fiunt processiones, et corpus Christi, imago Virginis gloriosæ, corpora quoque Sanctorum, reliquiæ atque imagines eorumdem processionaliter circumferuntur, ex ritu et observantia veteris Testamenti traxit institutionem præfigurationemque habuit, et causam saltem partialem, quamvis non totalem, inde suscepit. Legitur enim

Josue vi, 3
et seq.

in libro Josue, quemadmodum Deo præcipiente, sacerdotes Levitici generis circumdlexerunt arcam Dei per circuitum urbis nomine Jericho, per sex dies quotidie semel, et septimo die septies. Deinde legitur primo Paralipomenon et secundo Regum, qualiter David cum sacerdotibus ac populo Israel duxit arcam Dei de Gabaa usque in domum Obededom, et post tres menses de domo Obededom in civitatem

1 Par. xiii,
xv, xvi ;
II Reg. vi.

A Jerusalem. Porro tertio Regum describitur qualiter Salomon rex transtulit arcam de tabernaculo David in templum quod ipse Salomon ædificavit. Insuper, præacta observantia Ecclesiæ præfigurata est per deportationem tabernaculi Moysis, et eorum quæ in tabernaculo illo erant, utputa mensæ, candelabri, tabularum altaris, arcæ, vasorumque sanctuarii, ut in Numerorum libro legitur.

III Reg. vii.

Numer. ii. v.

Præterea, processiones Ecclesiæ ex aliis quoque causis sunt institutæ : quia in primitiva Ecclesia, dum quinta feria celebris fuit sicut dies dominica, fiebat communiter processio feriis quintis, in commemorationem processions qua Christus eduxit Apostolos et existentes cum eis de cœnaculo Jerusalem in Bethaniam, et deinceps coram ipsis ascendit cum Sanctis in cœlum, ut in Luca et in Actibus Apostolorum habetur. Consequenter, S. Gregorius et alii sancti Patres præsules propter diversas causas instituerunt quasdam processiones. Postremo, etiam ante Gregorium fuerunt a sanctis Patribus processiones aliquæ institutæ, ad removendum et exstirpandum errorem ac ritum gentilium et idololatrarum, qui ante conversionem suam ad Christum, fecerunt diis et idolis suis quasdam processiones : ideo ordinavit Ecclesia, ut quod ante superstitiose egerunt, jam conversi religiose ad Dei atque Sanctorum honorem peragerent, prout in Aurea legenda Sanctorum narratur.

Luc. xlv.
50, 51. Act.
i. 9.

ARTICULUS III.

Declaratio ex his quæ in veteri Testamento facta leguntur, quam devote, ordinate ac reverenter fieri debeant processiones et deportationes sacrarum ac reliquiarum in Ecclesia Dei.

QUAM magnifice et præclare lex evangelica atque Ecclesia excedant in omni dignitate, perfectione et gratia Mosaicam legem ac Synagogam, beatissimus Pau-

I Cor. x.
II: Hebr.
x, 1.

lus in suis docet Epistolis copiose. Ideo, quantum veritas transcendit figuram, et lux umbram, meridesque diluculum, tantum excedunt et excedere debent ea quæ in evangelica fiunt lege et in militanti Ecclesia, illa quæ gerebantur in Synagoga ac lege Mosaica. Ut igitur innotescat quam devotissime ac decentissime fieri debeant processiones Ecclesiæ, et deportationes sacrorum quæ circumferuntur in eis, intueamur qualiter factæ sint processiones et deportationes sacrorum in veteri lege.

Num. ix, iv.

Itaque, cum quanta reverentia et ordinatione tabernaculum Moysis et contenta in illo deferebantur, diffuse describitur in Numerorum libro. Siquidem, juxta Dei præceptum, duodecim tribus Israel distinctis ordinibus per gyrum tabernaculi ordinatissime processerunt. Filii quoque Levi per tres partes divisi, portabant unusquisque quod sibi fuit commissum, atque sub pœna mortis fuerat eis jussum ne aliter agerent. Insuper, in Josue libro habetur quomodo filii Israel circumeundo urbem Jericho cum arca, non poterant aliquod verbum loqui, quoniam Deo jubente, Josue dixit ad eos : Non audietur vox vestra, nec ullus sermo egredietur ex ore vestro, donec dicam vobis. Per quod datur intelligi, quod corde Deo intento ac devotissime occupato arcam circumferebant. Amplius, in primo Paralipomenon libro et secundo Regum, describitur cum quanta devotione et spirituali jucunditate David rex et sacerdotes ac populus Israel arcam duxerunt, absque omni carnali potatione et fabulatione. Etenim tota virtute psallebant, et Deum ore ac musicis instrumentis laudabant, sacrificia quoque abundantissime offerebant : quod

I Par. xii, xv, xvi ;
II Reg. vi.

III Reg. vii.

etiam Salomon rex, sacerdotes et populus Israel celeberrime peregerunt, deducendo arcam de tabernaculo (in quo eam posuerat David) in templum, ut tertio Regum fertur. Præterea, cum quanta devotione ac reverentia contractanda ac honoranda sint sacra evangelicæ legis, constat ex eo,

A quod (ut primo Regum narratur) dum Bethsamitæ, qui erant ex filiis Israel, inspexerunt arcam Dei detectam, a Deo percussi sunt : occidit enim Deus septuaginta viros de populo et quinquaginta millia plebis propter illum arcæ adspectum, ut primo Regum inducitur. Similiter secundo Regum recitatur qualiter Oza Levita a Deo plagatus est et occisus, eo quod indecenter arcam Dei sustentare præsumpsit.

I Reg. vi,
12, 19.

II Reg. vi,
6, 7.

B Si ergo in veteri lege populus Synagoga cum tanta reverentia, sobrietate, devotione ac spirituali jucunditate arcam (quæ fuit res corporalis, inanimata et lignea) deportavit, et si tam dire a Deo plagati sunt qui circa arcam irreverenter se habuerunt : cum quanta devotione et honorificentia Dei, cum quanta sobrietate et cordis custodia ac spirituali lætitia, imo et filiali timore Dei, debet populus christianus suas agere processiones, et sacramenta Christi deferre, reliquiasque Sanctorum et alia sacra portare ? Quantam demum Dei offensam incurrunt, quam enormiter peccant, quam diram ultionem merentur, qui ita non agunt, sed in processibus illis dissolute se habent, fabulando, ridendo, undique circumspiciendo incedunt, potationi et petulantia præstant locum, et insolenter, immorigerate ac vane se gerunt ? Nonne diabolo faciunt processionem, non Deo et Sanctis ejus ? Et si ore asserant se ad Dei et Sanctorum honorem processionem peragere, operibus tamen pandunt oppositum, sicut de talibus scribit Apostolus : Dicunt se nosse Deum, factis autem negant.

Tit. i, 16.

ARTICULUS IV.

De veneratione Sanctorum reliquiis exhibenda, præsertim dum processionaliter circumferuntur.

QUEMADMODUM dominus Petrus de Aliaco cardinalis in libro de Ecclesiastica potestate fatetur, veritas catholicæ

fidei inter duos errores extremos medium tenet, sicut et virtus moralis inter duo vitia extrema quædam exstat medietas. Sic in proposito circa venerationem reliquiarum sanctarum sunt duo errores extremi. Quidam namque hæretici, ut impius Eunomius, et post eum Vigilantius, vel potius Dormitantius, asseruerunt nullam reverentiam Sanctorum reliquiis impendendam. Alii circa reliquiarum honorationem superstitiose se habent, arbitrantes se eis honorem impendere per ea quæ Sanctis omnibus penitus displicent, ut insolentiæ, carnalitates, pompositates, curiosi ornatus, inordinatæ potationes, ac variæ dissolutiones: quæ omnia contrariantur legi naturali atque divinæ. Inter hos ita errantes, veri Christifideles habent se medio modo: quoniam ipsas venerandas reliquias cum ingenti devotione et omni alacritate, spirituali quoque iucunditate, laudibusque et canticis divinis, amplectuntur, circumferunt, prosequuntur, suscipiunt et honorant, tanquam corpora quæ olim fuerunt sanctuaria et templa in quibus habitavit Spiritus Sanctus, ac instrumenta virtutum, per quæ Sancti olim virtuose sunt operati, et tanquam proxime pertinentes ad animas sanctas.

Denique et animæ sanctæ quæ nunc Deo beatifice perfruuntur, suas amant, honorant visitantque reliquias, et gratissimum sibi esse ostendunt quod eorum reliquiæ honorantur decenter; magna quoque ac varia beneficia impetrant et impendunt locis et urbibus atque hominibus, in quibus et a quibus eorum reliquiæ reverenter locantur, debite honorantur, ac devote circumferuntur. Insuper, Deus altissimus per copiosa et præclara miracula Sanctorum reliquias ornat, veneratur, extollit. De hoc S. Hieronymus in libro suo contra Vigilantium hæreticum, Tertullianus quoque, vir eruditissimus, in libro contra sceleratum Eunomium, plenius conscriperunt.

Præterea Damascenus libro quarto dis-

seruit: Honorandi sunt Sancti ut amici et filii atque heredes Dei, et tanquam ejus ministri. Honor enim qui ministris impenditur, signum est bonæ voluntatis ac venerationis ad Dominum. Sancti fuerunt promptuaria Dei et pura ejus cœnacula, animataque templa et tabernacula Spiritus Sancti. Per quorum reliquias tanquam per fontes salutare, Christus omnium dominator irrigavit nos multiformibus beneficiis. Ex quibus reliquiis nobis emanat unguentum boni odoris. Et de hoc nullus dubitet. Si enim Deo jubente, aqua fluxit filiis Israel ex rupe et petra, et Samsoni ex maxilla asini, nequaquam incredibile est ex Sanctorum reliquiis emanare unguentum boni odoris sitientibus gratiam Dei et virtutes Sanctorum. Per ipsas reliquias feliciter suscitandas dæmones abiguntur, infirmi curantur, cæci vident, leprosi mundantur, tentationes atque tristitiæ dissolvuntur. Hæc Damascenus.

Ecce qualiter honorandæ sunt Sanctorum reliquiæ, cum vera religione et sancta devotione, per opera virtuosa.

ARTICULUS V.

Qualiter quidam in processionibus et deportationibus sacrorum superstitiose et vitiose se habent.

RELIGIO uno modo pro latria sumitur; sicque religio seu latria est virtus moralis quæ Deo cultum et cærimoniam exhibet. Et consistit hæc virtus in medio inter duo vitiosa extrema, quorum unum religioni opponitur per excessum: non quod Deo major queat honorificentia exhiberi quam dignus est, sed quia Deus indebito modo ab hominibus colitur, ita quod in ejus honore et cultu aliqua fiunt quæ ejus venerationi et evangelicæ legi ac veræ religioni contraria sunt; et hoc vitiosum extremum superstitio appellatur. Istud est de mente S. Thomæ in secunda secundæ, quæstione nonagesima secunda; et idem

*Exod. xv. 1.
6. Num. xv. 11.
Judic. xv. 19.*

art. 1.

asserunt Raimundus aliique doctores concorditer. www.libtool.com.cn

Constat autem omni intelligenti Scripturas, quod quamvis in omni actu humano vitandæ sint universæ insolentiæ, levitates, dissolutiones, pompatici gestus et ornatus ad libidinem provocantes, superflua quoque et inordinatæ potationes ac curiositates inanes, maxime tamen vitanda et abominanda sunt omnia ista in cultu divino, in processionibus sanctis, in deportationibus reliquiarum et sanctarum imaginum et ceterorum sacrorum, potissime in deportatione superdignissimi Sacramenti. Idcirco qui præfatas insolentias, levitates, dissolutiones, gestus, ornatus, potationes, curiositates, processionibus suis deportationibusque sacrorum admiscunt, et per talia aut per quædam eorum arbitrantur aut dicunt se colere Deum aut honorare Sanctos ipsius aut sacra, superstitiose se habent : quod est valde periculosum, quoniam superstitio ex suo genere est peccatum mortale, tanquam contraria

primo divino præcepto, quo dicitur, Unum cole Deum : prout in libro de Fide et legibus plenius docet profundus ille doctor Guillelmus Parisiensis.

Insuper, præallegato loco asserit Thomas : Aliquid dicitur superfluum dupliciter. Primo, secundum quantitatem absolutam : sicque in divino cultu non potest esse superfluum, quoniam quidquid boni egerimus aut facere possumus, minus est eo quod Creatori debemus. Secundo dicitur aliquid superfluum secundum quantitatem proportionis, utputa quod non est proprio fini proportionatum. Finis autem cultus divini est, ut homo se ipsum Deo totaliter tradat et offerat, subjiciendo se ei perfecte mente et corpore : quod fit dum se ipsum et cuncta quæ habet ac agit refert ad gloriam Dei, corpus suum domando et animam humiliando, ac Deum glorificando. Porro quidquid ad Dei gloriam et honorem non pertinet, neque ad hoc quod anima Deo subdatur suoque corpori dominetur : hoc totum est superstitiosum atque

A in cultu Dei superfluum, quoniam ad interiorum Dei cultum non pertinet, sicut et Augustinus in libro de Vera religione testatur. Hæc Thomas. Quum ergo præfata insolentiæ, dissolutiones, pompatici apparatus, inordinatæ potationes et consimiles abusiones nequaquam pertineant ad hoc, quod homo corpus suum perfecte subjiciat animæ, et animam Deo, ipsumque Deum omnipotentem cum debita reverentia colat, sed omnino his bonis repugnent ; luce clarius innotescit, quod eas exercere in processionibus deportationibusque sacrorum, ab Ecclesia ordinatis ac institutis ad honorem et gloriam Dei atque Sanctorum, superstitiosum et superfluum et penitus vitiosum ac abusivum existat : propter quod a processionibus et deportationibus sacrorum prorsus sunt excludendæ.

ARTICULUS VI.

Contra præfactas abusiones, inordinationes et insolentias, ex corpore Juris.

PRÆTEREA, in Decreto, de Consecratione, distinctione 3, dicitur ex concilio Toletano : Irreligiosa consuetudo est quam vulgus in Sanctorum solennitatibus agere consuevit, quia turpibus saltationibus vacat, et religiosorum divinis Officiis perstrepat ; ideo hoc ab universis provinciis depellatur. Quum ergo per præfactas insolentias, dissolutiones, potationes, curiositates, et inordinationes consimiles, hi qui talia agunt, non solum se ipsos a Deo elongent, sed et devotorum orationes ac salubres meditationes impediunt, et religiosorum ac spiritualium hominum in processione Deum laudantium sacris perstreperant atque molestiam ingerant, constat quod omnino vitandæ sint et vitiosæ consistent.

Insuper, Papa Martinus ait, et habetur in Decreto : Non liceat in christiana religione iniquas agere observantias Calendarum, nec lauro aut viridibus ramis cingere domos ; omnis enim observatio ista est paganorum. Ex quibus verbis elicitur quod

Decret. p. III. dist. 3. c. 2.

Ibid. p. II. caus. 26. q. 7. c. 13.

Deut. vi. 13. x. 20.

Summ. th. 2^a q. xciii. 2.

sit contra præcepta Ecclesiæ, populum **w** christianum in suis processionibus et observantiis conformari paganis. Quum ergo pagani idololatræ in processionibus et cærimoniis suis utantur insolentiis, potationibus, dissolutionibus, pompis exornationibusque præfatis, constat eas a processionibus et sacris fidelium prorsus esse eliminandas. Nempe, ut ait Apostolus, Quæ pars fidei cum infideli? aut quis consensus templo Dei cum idolis? aut quæ societas luci ad tenebras? Qui iterum ait: Ab omni specie mala abstinete vos. Prætracta autem non solum apparentiam, sed et existentiam habent mali.

Hinc quoque sexto Decretalium loquitur Bonifacius Papa: Domum Dei condecet sanctitudo, ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad ecclesias humilis et devotus ingressus, cessent confabulationes, et quæcumque alia quæ divinum possunt turbare officium aut Dei majestatem offendere, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut peccata contingant. Quum itaque institutæ sint processiones et deportationes sacrorum ad Dei et Sanctorum honorem, atque ad veniam peccatorum ac gratiam impetrandam, præinductæ insolentiæ, dissolutiones, vanitates et potationes sunt separandæ ab eis. — Postremo in Decretalibus est jussio specialis ne talia ludicra in divinis agantur.

ARTICULUS VII.

*Reprobatio earumdem abusio-
rum, ex verbis sanctorum Doctorum.*

SANCTUS Hieronymus loquitur: Nihil irrorationabilius quam sanctum martyrem velle honorare per crapulam, quem scimus Deo placuisse per abstinentiam. Conformiter dicere possumus: Nihil irrorationabilius quam sanctum martyrem aut confessorem vel virginem sanctam, aut

A certe Virginem virginum, velle in processionibus aut deportationibus reliquiarum sive imaginum eorundem venerari per insolentias, et curiosos ac provocativos ornatus, aut apparatus pomposos, seu potationes loco et tempori illi inconvenientes: quos Sanctos et Sanctas scimus Deo placuisse per pudicissimos gestus, per venustissimos mores, per sobrietatem, humilitatem et timoratissimam vitam. Penitus ergo displicent Deo et Sanctis ejus, hujusmodi dissolutiones et abusiones in processionibus et deportationibus reliquiarum sanctorum.

Præterea, B. Augustinus in libris de Civitate Dei multipliciter reprehendit et reprobat processiones et sacra gentilium, quia in eis fiebant ludi scenici et alia inhonesta ac libidinosa. Omnia ergo illa et eis similia a processionibus et sacris Christianorum sunt æternaliter sequestranda. — At vero S. Bernardus testatur: Ille Sanctos veraciter veneratur, qui eorum virtutes ac sancta opera imitatur; qui vero amant et agunt quæ Sancti detestantur ac odiunt, illos non honorant, sed aspernantur. Ex quibus idem concluditur.

Denique, S. Thomas in secunda secundæ, quæstione nonagesima tertia, affirmat: **art. 2.** Quidquid est contra institutionem Dei aut ordinationem Ecclesiæ, superstitiosum habendum est. Quum ergo sancti Patres, Deo inspirante, ordinaverint processiones et deportationes sacrorum cum præcipua devotione atque ingenti reverentia, cum orationibus et laudibus Dei esse agendas, certum relinquitur, superstitiosum esse ut contrario modo cum prædictis abusio-
nibus, insolentiis, dissolutionibus, potationibus, loquacitatibus et lascivis exornationibus fiant.

Amplius, sicut præhabitu est, **art. 11.** Damascenus fatetur illos ex Sanctorum reliquiis perfundi beneficiis Dei, qui sitiunt (id est, fervide cupiunt et devote exquirunt) meritis precibusque Sanctorum juvari, et eorum reliquias condecenter honorant. Ideo qui cum præinductis abusio-
nibus agunt

processionem et sancta circumferunt, iram Dei et Sanctorum, non gratiam aut veniam, sibi mercantur.

Rursus, quum gloriosus dicat Hieronymus, Vir aut mulier suo vestitu aut ornatu quempiam ad libidinem provocans, peccat mortaliter; elucescit quam damnabile et periculosum existat, si feminæ aut puellæ, etiam viri vel adolescentes, ita se vestiant et exornent sicque in processione incedant ad vulnerandum se invicem mente, ac ceteros intuentes. Omnia itaque in processione fieri debent morigerate, humiliter ac devote, exclusa omni abusione.

ARTICULUS VIII.

Declaratio ex diversis considerationibus in Scriptura fundatis, quod processiones præfatis abusionibus insolentibusque sædatæ, Deo et Sanctis displiceant.

DE induratis et perversis Judæis loquitur Deus Isaiæ: Appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me; cor autem ejus longe est a me. Hanc autem auctoritatem Christus de Scribis et Pharissæis allegans: Hypocritæ (inquit), bene prophetavit de vobis Isaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me; in vanum autem colunt me. Si ergo Deus locutus est verba ista de indevotis et aversis Judæis, nonne ipse justissimus judex idem dicturus est de indevotis, dissolutis et carnalibus Christianis qui in processionibus deportationibusque sacrorum prædictis abusionibus ac vitiis involvuntur, præsertim de his qui suis fabulationibus, potationibus, insolentibus et evagationibus cordis et sensuum ita intenti sunt, quod nec labiis Deum honorant, sed ore, lingua, visu, auditu et corde obsequuntur diabolo, sicque contra doctrinam Apostoli membra sua exhibent arma iniquitatis peccato?

Insuper, in Isaiâ loquitur Deus populo Judæorum: Quo mihi multitudinem victi-

marum vestrarum? Ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi; solennitates vestras odit anima (id est mens) mea. In his verbis Deus excelsus testatur sibi displicere festa et sacrificia Judæorum; et hoc propter peccata eorum. Nam præallegatis verbis adjungit: Iniqui sunt coetus vestri. Eadem ratione Is. i, 12. juste contemnit processiones, orationes et cantus Christianorum qui eis admiscent præfatas abusiones mortiferas.

Præterea, per Malachiam ait Dominus Malach. ii, 2. Judæis carnalibus: Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum, et assumet vos secum. Circa quod dicunt expositores, quod verba hæc spiritualiter intelligantur de Christianis qui diebus solennibus committunt peccata carnalia, gulæ sive luxuriæ et insolentibus vanitatibusque intenti: quorum solennia Dominus detestatur ut stercora; et immunda opera quæ in suis committunt solenniis, projicit et dispergit super vultus eorum, quoniam ea publice imponit atque improperat ipsis.

Insuper, per Amos loquitur Deus vitiosis Judæis: Odi et projeci festivitates vestras, et non capiam odorem cœtuum vestrorum; aufer a me tumultum carminum tuorum, et cantica lyræ tuæ non exaudiam. Omnia ista loquitur Deus etiam contra indevotos et vitiosos Christianos, quorum festa, orationes, cantus et musicorum consonantiam instrumentorum perhibet sibi esse ingrata propter eorum peccata.

Sic et Michæas propheta, quum insufficientiam exteriorum observantiarum et hostiarum manifestasset, volens docere quid ab hominibus Deus requirat et approbet, mox adjecit: Indicabo tibi, homo, quid sit bonum, aut quid Dominus requirat a te: facere judicium et justitiam, et diligere misericordiam, ac sollicitum ambulare cum Deo tuo. Hoc ergo advertant ac impleant qui processiones Deo et Sanctis acceptas cupiunt exercere; timeantque quod in Ecclesiastico legitur: Væ dissolutis corde; et quod loquitur Christus: Væ Ecclesi. ii, 15. Luc. vi, 25.

Luc. vi, 25. vobis qui ridetis ; et, Væ vobis qui saturati estis.

Adhuc autem per Isaiam loquitur Deus :
Is. LVIII, 3. Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. Per quæ verba insinuat sibi displicere eorum jejunia qui contra præcepta divina propriam voluntatem sequuntur. Conformiter displicet Deo illorum processio qui in ea præfatis abusionibus inquinantur. Quod si jejunia et sacrificia, orationes et cantus, quæ ex suo genere bona sunt et effectus virtutum, despiciuntur a Deo propter vitia eis admixta : quanto magis inordinatæ potationes, insolentia, dissolutiones, loquacitates, et consimilia sæpe præfacta, quæ ex genere suo sunt mala, displicent Deo, potissime diebus solennibus, et in processionibus deportationibusque sacrorum ? Peccata quippe ex loco, tempore et circumstantiis aliis aggravantur. Hinc quoque per Zachariam loquitur Deus Judæis : Quum plangeretis et jejunaretis per hos septuaginta annos, numquid jejunium jejunastis mihi ? quasi dicat : Jejunia vestra et lacrimæ tempore captivitatis vestræ in Babylone mihi grata non erant, quoniam non abstinuistis a vitiis. Multa consimilia ex Jeremia, Ezechiele, aliisque Prophetis ac Scripturis, possem adducere, sed brevitati studendum est.

Præterea, quamvis unaquæque communitas debeat suum patronum et reliquias sanctas quas habet quotidie venerari, hoc tamen singulariter agere debet in die solennis processionis et deportationis reliquiarum suarum. Idecirco præfatas abusiones tunc maxime debet vitare, et in processione taliter se habere quatenus finem propter quem fit ipsa processio, puta remissionem et gratiæ incrementum, valeat adipisci, ac suo patrono gratum impendere famulatum, honorificentiamque condignam ac puram, quoniam juxta exigentiam finis disponenda sunt media : imo deinceps totum diem illum debet in laudibus Dei virtuosisque actibus intuitu et amore sui patroni expendere, crapulam

A omnem vitare, choreas et similes vanitates abjicere, nec sine urgente necessitate in ipsa processione potare, quum et Salomon protestetur : Omnia tempus habent. Unumquodque etenim opus fieri debet tempore opportuno et congruo loco. Unde et Apostolus Corinthios qui in ecclesia comederunt et biberunt, increpans, ait : Numquid domos non habetis ad comedendum et bibendum ? aut ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent ?

ARTICULUS IX.

Quod prava consuetudo sit prorsus ac protinus exstirpanda, non in auctoritatem assumenda, vel pro argumento alleganda.

SICUT primo articulo tetigi, urbs de qua ibi mentio facta est, pro suarum defensione abusionum in processione et deportatione corporis Sancti cujusdam, consuetudinem suam allegat. Ut ergo veritatem agnoscant atque a suis resipiscant erroribus qui hujuscemodi argumento utuntur, respondebo nunc eis diffuse ex his quæ in Decreto, distinctione 8, habentur.

Nempe, ut recitatur ibidem, Nicolaus Papa sic ait : Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela est abscindenda : quæ nisi cito radicitus evellatur, in jus privilegii ab impiis assumitur ; incipiuntque prævaricationes et variæ presumptiones celerrime non repressæ, pro legibus venerari et more privilegiorum perpetuo celebrari. Insuper, Augustinus in libro de Unico Baptismo : Veritate (inquit) manifestata, cedat consuetudo mox veritati. Quis enim dubitet consuetudinem veritati cedere oportere ? Et rursus in libro eodem : Nemo consuetudinem et veritati præponat. Hinc quoque Gregorius Papa VII scribit : Si consuetudinem forsitan opponas, adverte quod Dominus dicit, Ego sum veritas ; non dicit, Ego sum

consuetudo, sed, veritas. Et certe (ut B. Cypriani utamur *sententia*) *quolibet* consuetudo, quantumcumque antiqua et divulgata, veritati est postponenda, et usus veritati contrarius, est protinus abolendus. Hinc rursus in libro de Baptismo parvulorum loquitur Augustinus : Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut contra proximos invidus est et malignus, quibus revelata est veritas, aut contra Deum ingratus est, cujus revelatione docetur Ecclesia. Itemque : Frustra qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis objiciunt, quasi consuetudo major sit veritate, aut in spiritualibus non sit sequendum quod melius esse constat. Porro, si consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet ea firmiter retineri. Nam bona consuetudo vim legis sortitur. Hinc ait et Cyprianus martyr, doctor et præsul : Consuetudo quæ apud quosdam irrepserat, impedire non debet quominus prævaleat veritas. Nam consuetudo sine veritate seu æquitate et ratione, vetustas erroris est : propter quod relicto errore, veritatem sequamur.

Quum ergo nunc tam multipliciter sit probatum, quod abusiones, insolentiæ et dissolutiones quæ in processionibus fiunt, sint prorsus illicitæ, et juri naturali, divino ac positivo contrariæ, ac graviter offensivæ Dei atque Sanctorum ; nulla consuetudine defendantur aut excusentur, sed penitus dimittantur. Imo multa fuerunt primo rationabiliter instituta, quæ tamen interim exstiterunt prohibita propter abusiones eis paulatim admixtas. Consueverunt enim in profestis vigiliæ celebrari ; sed propter mala quæ tunc admiscebantur, Ecclesia vigilias in jejunia commutavit. Sic quoque torneamenta et hastiludia fuerunt primo ex causa rationabili instituta, ut scilicet militares se in bellicis rebus exercitarent, quatenus tempore opportuno ad defensionem reipublicæ essent magis idonei ; sed propter abusiones exercitiis illis postea admixtas, Ecclesia prohibuit ea, ut in Decretalibus et in Summa Du-

randi et Summa confessorum habetur.

Postremo, quod prava consuetudo non solum sit relinquenda, sed etiam maxime vitiosa et summe periculosa, probatur ex verbis Augustini dicentis : Moles imposita sepulcro, ipsa est vis dura consuetudinis, qua premitur anima, ut nec respirare nec resurgere de facili queat. Peccata namque, quamvis magna atque horrenda, tamen quum in consuetudinem venerint, parva ac nulla esse videntur. Ideo consuetudinem vincere gravis est pugna, quoniam consuetudo quasi altera est natura.

ARTICULUS X.

Quid sentiendum sit de hoc, quod communitas illa præfata dicit urbem suam ditari ac prosperari ex processione sua insolentiis, potationibus ac dissolutionibus assueta.

INCOMPREHENSIBILIA et imperscrutabilia sunt Omnipotentis judicia, ut testatur Apostolus. Propter quod ait Propheta : Venite et videte opera Dei terribilia in consiliis super filios hominum.

Denique, sicut ait Gregorius, quamvis admiranda sint Dei judicia, quum in sæculo isto electis et justis contingunt adversa, et reprobis ac perversis hominibus prospera ; mirabiliora tamen et incomprehensibiliora sunt judicia ejus, dum electis et bonis hominibus in hac vita eveniunt prospera, perversis vero impiisque adversa. Deus etenim in hoc mundo electos suos per adversa exercet et purgat, atque a multis præservat peccatis ; reprobos vero nunc prosperari permittit, ditari et jucundari, quoniam hæc est pars hereditasque eorum, qui paulo post æternaliter punientur. Denique, peccata electorum Deus in vita hac punit frequenter per temporalia damna infirmitatesque corporis, et per afflictiones persecutionum atque injuriarum. Reprobos vero solet Deus in vita hac præmiare pro bonis quæ ope-

Decret. p. 1, dist. 8, c. 6.

Ibid. c. 7.

Ibid. c. 8.

Rom. xi, 33.

Ps. lxxv, 5.

rantur. Nam quamvis bona ex genere non agant ex caritate, propter quod nec meritoria sunt vitæ æternæ : tamen, quoniam aliquo modo bona sunt, sicut dum eleemosynas faciunt, jejunant, orant Missamque audiunt, vel ex fide informi, vel ex timore servili, vel ex consuetudine quadam ; ideirco Deus pro bonis hujusmodi largitur eis aliquid præmii in præsentī, videlicet prosperitatem, divitias aut honores, vitamve longiorem ac sanitatem. Sicque opera bona quæ essent æternæ salutis meritoria si fierent ex caritate et vera devotione, privantur tanta beatitudine propter peccata eis admixta, et temporalem mercedem sortiuntur dumtaxat. Hinc, teste Gregorio, viri virtuosi ac sapientes in prosperis magis formidant ; et dum se quandoque peccasse reminiscuntur, nec tamen pro suis peccatis se adversa pertulisse recordantur, immensa formidine concutiuntur et pavida suspicione turbantur, ne forte in hac vita pro suis operibus bonis remunerentur, atque futuris reserventur suppliciis.

Itaque, si urbs illa experitur, putat aut dicit se temporaliter prosperari et locupletari merito suæ processions et deportationis corporis sui Sancti, non obstante quod tot abusiones, insolentias, potationes et dissolutiones illi processioni ac deportationi immisceat ; valde habet vereri, et expavescere merito debet ne forte suæ processions ac deportationis meritum sortiatur in vita præsentī, caritura retributione gloriæ æternæ, eo quod processio illa sit admixta tot malis, propter quæ nec Deo, nec Sancto cujus corpus defertur, placet, ita ut sit meritoria gratiæ in præsentī, et gloriæ in futuro : hoc, inquam, civitas illa habet timere. Ideirco nequaquam blandiatur sibi de locupletatione terrena, nec inde argumentetur quod processio illa rite agatur, vel sic fieri debeat, aut Deo et Sancto ejus complaceat. Hoc quippe non solum ad insipientiam, imo et ad infidelitatem quamdam spe-

ctaret. Ex hoc equidem Romani adhuc gentiles putabant idololatriam suam esse justam et vere salubrem, quia multos obtinebant triumphos, et tandem monarchiam adepti sunt : quod diis suis et idolis adscriperunt. Sic quoque nunc usque Turcæ ac Sarraceni argumentantur suam superstitionem ac impiissimi atque spurcissimi Mahometi legem esse veram religionem, quoniam multas acquirunt victorias contra Christianos, et possident Terram sanctam. Non enim intelligunt, quod sicut in veteri Testamento Deus æternus et gloriosus castigavit filios Israel per Chaldæos Assyriosque idololatrias, ita in novo Testamento corripit Christianos per Turcas et Sarracenos.

Verumtamen, an civitas illa in hoc veraciter sentiat, quod dicit se ditari per talem processionem, an potius in tali æstimatione fallatur, certum non habeo. Siquidem esse potest ut ad tam erroneam inducatur a diabolo opinionem, quatenus amore suæ ditationis incorrigibiliter in suis abusionibus perseveret ; et forsitan sic, imo et amplius ditaretur, si processionem talem non faceret. Præterea, quidquid sit de hoc, istud omnino pie credendum est, quod si processionem et deportationem corporis sui Sancti cum debita devotione, maturitate, sobrietate et ordinatione perageret, multo felicius præmiaretur a Deo, et prosperitatem etiam temporalem fortassis sortiretur majorem : quoniam Deus interdum confert suis electis temporalem quoque prosperitatem in sæculo isto, potissime politiis boni regiminis.

Verumtamen intuitu et amore temporalis ac terrenæ remunerationis non est Deo principaliter serviendum, nec omitenda est abusionum et superstitionum correctio ex timore temporalis adversitatis aut damni, quum dicat Hieronymus : Latro est, et domum Dei convertit in speluncam latronum, qui lucra de religione sectatur ; cultusque ejus non tam cultus est Dei, quam negotiationis occasio. Postremo, si alicui vitia sua derelinquenti et emendanti

IV Reg. xiii.
xvii.

Math.
xxi. 12.

adversa occurrant præ solito, non debet A desideria cordis eorum; ibunt in adin-
 ex hoc pusillanimitas fieri, aut de bono ventionibus suis.

dolere incepto, neque ad pristina peccata reverti, sed potius Deo gratias agere et
 gloriari in Domino, quod jam plus solito
 paterne visitatur et castigatur ab eo, qui
 quos amat, arguit et castigat; qui et de
 reprobis protestatur: Dimisi eos secundum

Itaque, juxta doctrinam Sanctorum nunc
 introductam fiant ubique processiones et
 reliquiarum venerationes, omni insolentia
 et abusione exclusis. Ad laudem et glo-
 riam Omnipotentis, qui est super omnia
 Deus sublimis et benedictus. Amen.

Apoc. m,
 19.
 Ps. lxxx,
 13.

FINIS TRACTATULI DE MODO AGENDI PROCESSIONES,
 SANCTORUMQUE VENERATIONE.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

**CONTRA VITIA SUPERSTITIONUM
QUIBUS CIRCA CULTUM VERI DEI ERRATUR**

www.libtool.com.cn

PROÆMIUM

DOMINUM Deum tuum timebis, et ipsi soli servies. Deut. vi, 13.

Hoc est quod Christus in Evangelio jubet : Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere ; eum vero timete qui habet potestatem et corpus et animam perdere in gehennam ignis. Solus ergo omnipotens Deus summe et propter se timendus est, non servili, sed filiali timore, ne offendatur, et ne homo separetur et relinquatur ab eo. Porro vicarii Dei timendi sunt propter Deum ; nec aliquis est timendus, nisi per respectum ad Deum. Hinc Scriptura sacra hortatur ut solum Deum formidemus. Siquidem scriptum est : Fili, honora Deum, et valebis ; præter eum vero ne timueris alienum. Qui enim aliter metuit hominem, faciliter peccat, Salomone dicente : Qui timet hominem, cito corruet.

Matth. x,
28; Luc. xii,
4, 5.

Prov. vii, 1,
juxta LXX.

Ibid. xxix,
25.

Insuper soli Deo serviendum est servitute virtutis quæ latria vocatur. Latria namque est virtus moralis, Deo cultum cærimoniamque impendens. Unde actus latriæ sunt : adoratio, devotio, oratio, gratiarum actio, celebratio, decimarum et oblationum solutio. Quum etenim Deus altissimus et æternus sit summæ et incomparabilis dignitatis infinitæque majestatis, a nullo dependens nulloque indigens ; a quo omnibus datum est esse et vivere, et quidquid boni habent et sunt ; qui universa conservat, gubernat ac possidet ; de quo in Genesi patriarcha Abraham loquitur, Levo manum meam ad Dominum Deum possessorem cœli et terræ : hinc constat quod soli Deo debetur veneratio summa ac singularis, videlicet latriæ cultus. Idcirco per Isaiam ait prophetam : Ego Dominus, hoc est nomen meum ; gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam sculptilibus. Propterea quoque præcipitur nobis ut soli Deo serviamus : quoniam quidquid servitutis impendimus creaturis, ad Dei honorem referre debemus.

Gen. xiv,
22.

Is. xlii, 8.

Deut. vi, 13;
x, 20.

Sed quoniam circa obsequium Deo debitum variis modis contingit errare, ideo nunc de quibusdam vitiis cultui Dei contrariis aliquid est dicendum, quantum præsentis opusculi requirit intentio : præsertim quoniam laici quidam ex ignorantia multipliciter hic offendunt, qui quamvis idola non adorant, tamen in modo colendi Deum graviter errant. Pertinetque ad pastores ut illos corripiant, corrigant et informant, ne subditorum excessus redundent in eos. Ut igitur innotescat qualiter hoc fieri debeat, de ista materia breviter, plane atque simpliciter aliquid introducam.

www.libtool.com.cn

CONTRA VITIA SUPERSTITIONUM QUIBUS CIRCA CULTUM VERI DEI ERRATUR¹

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit superstitio, et de speciebus ipsius.

LATRIA, sicut præactum est, est virtus moralis consistens in medio. Ideo duplex vitium ei opponitur: unum secundum excessum, quod superstitio appellatur; aliud secundum defectum, sicut acedia. Dicitur autem superstitio vitium latriæ contrarium per excessum, non quod Deo possit major veneratio exhiberi quam dignus est (imo, quum sit sanctitatis et B majestatis immensæ, in infinitum majori est dignus honore ac cultu quam sibi a creaturis possit impendi), sed quoniam exhibet cultum divinum cui non debet, videlicet idolis, aut eo modo quo non debet.

Denique cultus divinus ordinatur primo ad reverentiam Deo plenarie exhibendam. Cui opponitur idololatria, qua creatura colitur potius quam Creator: idcirco idololatria est prima species superstitionis. Secundo Dei cultus ordinatur ad hoc ut C homo instruat a Deo quem colit, juxta illud in Psalmo: Viam justificationum tuarum instrue me; et, Beatus homo quem tu erudieris, Domine. Et quantum ad hoc, virtuti latriæ opponitur divinatio, quæ est

A secunda species superstitionis. Tertio ordinatur cultus Dei ad directionem actuum humanorum a Spiritu Sancto secundum præcepta et documenta sacræ Scripturæ. Et quoad hoc, opponitur latriæ multiplex observatio illicita, ut est observatio artis notoriæ, et benedictio seu adjuratio vel ligatura illicita: de quibus omnibus infra dicetur. Et hæc observatio est tertia species superstitionis. Omnes itaque species istæ virtuti latriæ cultuique divino contrariantur.

ARTICULUS II.

Quid sit divinatio, et de speciebus ipsius.

DIVINATIO est usurpata prænuntiatio futurorum eventuum: unde divini hoc modo vocantur, qui indebito modo sibi usurpant quod Dei est, utpote præscire ac prænuntiare futura pure contingentia, quorum præcognitio est propria Deo.

Porro futura dupliciter prænoscentur. Primo in se ipsis: et sic Deus cuncta futura certissime prænoscit, quia in luce sapientiæ suæ omnia futura tanquam præsentia æternaliter intuetur.

Secundo prænoscentur futura in suis

¹ Ex editione Coloniensi Petri Quentel, 1533.

causis. Aliquæ autem sunt causæ quæ ex necessitate et semper suos producunt effectus : quemadmodum sol accedendo tempore vernali causat renovationem terræ nascentium. Talia ergo futura ex consideratione causarum suarum certitudinaliter possunt præcognosci ac licite prænuntiari. Sic namque astrologi prædicunt eclipsim. — Quædam vero causæ producunt suos effectus ut in pluribus, ita quod raro a productione eorum deficiunt. Et ex talium consideratione causarum possunt effectus earum futuri prænosci ac prænuntiari conjecturaliter seu probabiliter, quamvis non certitudinaliter. Sic enim astrologi ex consideratione stellarum atque cœlestium influentiarum quædam prænoscent ac prædicunt de pluviis siccitatibusque futuris, medici quoque de sanitate et morte.

Aliquæ vero causæ secundum se consideratæ, sunt indifferentes ad utrumque oppositorum, ita quod raro aut libere suos producunt effectus, absque certa determinatione ad aliquam partem : sicut voluntas et intellectus ; et aliquæ aliæ causæ ad utrumlibet se indifferentes habentes, ut constat in his quæ fiunt a fortuna et casu. Idcirco ex naturali consideratione talium causarum non possunt earum futuri effectus prænosci : imo prænosci non valent nisi in se ipsis considerentur. Homines vero tales effectus in se ipsis considerare non queunt nisi quando præsentibus sunt, nisi ex revelatione divina. Sed Deo est proprium eos taliter considerare antequam fiant. Propter quod in Isaia D habetur : Quæ ventura sunt annuntiate, et sciemus quoniam dii estis vos. Si quis ergo talia futura præscire aut prænuntiari quocumque modo præsumpserit, nisi ex revelatione divina, usurpat sibi quod Dei est, et vitium divinationis ac superstitionis incurrit. Hinc omnis divinatio ex operatione dæmonum oritur : vel quia expresse dæmones invocantur ad prænuntiandum futura ; vel quia dæmones sponte se ingerunt curiosis ac vanis inquisitio-

Is. xlii, 23.

nibus futurorum, ut mentes humanas involvant laqueis suorum errorum.

Præterea, hujus divinationis multæ sunt species. Interdum etenim dæmones prænuntiant homini quædam futura per quædam præstigia seu apparitiones præstigiosas, quibus se ad spectui et auditui hominum ingerunt. Interdum autem prænuntiant futura in somno, quandoque per apparentem mortui suscitationem, quandoque per vivos, sicut per arrepticios, ac aliis modis, de quibus dicitur.

ARTICULUS III.

De superstitionibus observationum in verbis.

QUÆRITUR an benedictiones, seu adjurationes, aut similes observationes quæ fiunt pro curandis vulneribus aut sanitatibus acquirendis, sint licitæ. Pro hujus solutione quæsitæ, sciendum quod de hac ipsa materia S. Augustinus in multis loquitur libris, præsertim secundo de Doctrina christiana, ac aliis locis. Sed ut veritas pateat evidenter, primo inducam quid S. Thomas circa hæc sentiat.

Itaque in secunda secundæ, quæstione nonagesima sexta, breviter ait : Licitum est proferre aliqua verba sacra et invocare Dei nomen ad sanandum infirmos, si habeatur respectus ad reverentiam Dei tantum, atque ab ipso exspectetur effectus, puta curatio, nec aliquid vanæ observantiæ misceatur. Ait namque Salvator de suis fidelibus : In nomine meo dæmonia ejicient, super ægros manus imponent, et bene habebunt. Hæc brevis est responsio Thomæ in uno passu. Siquidem prætractam quæstionem non movet in propria forma. Verumtamen aliam movet quæstionem, ex cujus solutione potest ad præinductam quæstionem plenior haberi responsio. Nam quærit, an liceat verba divina ad collum suspendere. Et respondet, quod in omnibus incantationibus seu verbis atque figuris circa collum suspen-

art. 1. et

Marc. xvi. 17. 18.

sis aliqua sunt pensanda. Primum est, quid sit quod profertur aut scribitur : quia si esset aliquid ad invocationem dæmonum pertinens, esset manifeste superstitiosum et prorsus illicitum. Secundum est, an contineat aliqua verba ignota : quia tunc esset illicitum, ne sub verbis hujusmodi quidquam illicitum lateat. Unde Chrysostomus loquitur super Matthæum, quod exemplo Pharisæorum magnificentium fimbrias suas, multi nunc aliqua nomina Hebraica angelorum confingunt, scribunt et alligant, quæ non intelligentibus metuenda videntur. Tertio est pensandum, an cum verbis sacris admixtum sit aliquid falsitatis : quia effectus non posset tunc exspectari a Deo, qui nec testis nec confirmator est falsitatis. Quarto videndum, an cum verbis divinis et sacris aliqua contineantur vana, videlicet characteres seu figuræ (præter signum crucis) inscriptæ. Cavendum est quoque ne spes habeatur in modo scribendi sive ligandi, aut in quacumque hujusmodi vanitate ad Dei honorem non pertinente, quia hoc superstitiosum consisteret. Hinc in Decreto, causa 26, habetur : Nec in collectionibus herbarum quæ medicinales sunt, aliquas observationes aut incantationes attendere liceat, nisi tantum aut cum Symbolo fidei aut Oratione dominica colligantur, quatenus tantum Creator omnium honoretur. Itaque licet verba sacra ad collum suspendere ac portare, si eis admixta non sint aliqua verba ignota aut falsa, sive ad dæmonum invocationem spectantia, neque characteres, nisi signaculum crucis ; nec spes habeatur in modo scribendi ligandive abusivo atque insolito, aut in simili vanitate ad Dei reverentiam non pertinente. — Denique eadem ratio est de portatione reliquiarum ad collum aut aliter pro sui custodia. Si enim portentur ex fiducia Dei et Sanctorum quorum exstant reliquiæ, licet ; si vero circa hoc attendatur aliquid vanum ad reverentiam Dei et Sanctorum non attinens, puta quod vas in quo portantur, sit tri-

angularè aut aliter figuratum, ita quod aliquid fiduciæ in figuratone hujusmodi habeatur, superstitiosum illicitumque consistit. Hæc Thomas.

Ecce ex his elici potest plena ac plana responsio ad quæstionem præactam, quoniam eadem ratio est de verbis prolatis, et scriptis ac collo appensis. Idcirco dicendum, quod si in benedictionibus, adjurationibus seu invocationibus pro vulnerum curatione aut infirmitatibus expellendis, sint solum verba divina, sine admixtione nominum ignotorum et absque falsitate commixta, nec fiant ibi characteres nisi figuratio crucis, nec in aliquo abusivo proferendi modo spes habeatur, sed ad solam Dei reverentiam habeatur respectus, atque ab ipso dumtaxat exspectetur optatus effectus ; tunc benedictiones, invocationes, incantationes, adjurationes seu invocationes illæ non sunt illicitæ in se ipsis nec superstitiosæ, sed licitæ, quantum est ex parte ipsarum.

ARTICULUS IV.

Objectio contra prædicta, et ejus solutio.

PRÆINDUCTIS videtur repugnare quod super Matthæum sanctus ait Chrysostomus : Quidam aliquam partem Evangelii scriptam circa collum deportant ; sed nonne quotidie in ecclesia legitur Evangelium et auditur ? Cui ergo in auribus posita Evangelia seu verba sacra non prosunt, quomodo eum possunt circa collum suspensa salvare aut adjuvare ? Deinde, ubi est virtus Evangelii ? in figuris litterarum, an in intellectu sensuum ? Si in figuris, bene circa collum portantur ; si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quam circa collum suspensa.

Ex his apparet quod verborum sacrorum circa collum ligatio atque portatio illicitæ inutilesque consistant. Sed ad hoc Thomas succinctim respondet, quod Chrysostomus loquitur in casu, quando habeatur respectus potius ad figuras scriptas quam

Matth.
lxiii. 5.

Decret. p.
i. caus. 26.
f. 5, c. 2.

ad intellectum verborum. Verum est etiam quod verba sacra multo plus conferunt homini, si in corde memoriter cum debita reverentia ac obedientia teneantur, quam si solum ad collum ligata portentur. Nichilo minus licet et aliquantulum expediat ea ad collum portare, propter eorum dignitatem seu significationem salubrem, et propter divinæ majestatis honorem.

ARTICULUS V.

Declaratio plenior prædictorum; et de multiplici superstitione, abusione atque errore multorum circa benedictiones, adjurationes seu invocationes prætactas, et etiam circa ligaturas ac deportationes verborum sacrorum ad collum, circa alias quoque credulitates quasdam inanes.

QUEMADMODUM libro de Doctrina christiana secundo asserit Augustinus, quædam verba ex institutione divina certam ac specialem habent virtutem: ut verba sacramentalia, quæ dum cum intentione debita proferuntur, indubitanter efficiunt ea ad quæ facienda a Christo sunt instituta, ita quod Deus omnipotens potestatem suam verbis istis quodammodo alligasse videtur: non quod sine horum prolatione verborum operari non valeat quod operatur per ea, sed quoniam certitudinaliter ordinavit atque hominibus patefecit, quod quancumque verba hæc proferuntur, debitum effectum indubie sortiuntur. — Alia sunt verba quæ licet sint sacra et divinum quid designent, non tamen ex ordinatione divina neque ex institutione Ecclesiæ habent specialem ac certam virtutem agendi id quod per ea significatur, petitur sive intenditur: ut sunt certa verba sacræ Scripturæ, et orationes, benedictiones ac exorcismi quidam Ecclesiæ. Si ergo isti qui vulnera benedicunt, aut pro infirmitatibus repellendis invocationes seu adjurationes pronuntiant, proferant hujusmodi verba credendo quod

A habeant specialem ac certam virtutem exercendi seu obtinendi id propter quod proferuntur, superstitiosum est atque erroneum, quum nec ex institutione divina nec ecclesiastica habeant potestatem hujusmodi, nec Deus omnipotens potestatem suam verbis illis ullatenus alligavit: idcirco proferenda non sunt nisi per modum humilis obsecrationis, ad provocandum benevolentiam atque subsidium Dei. Ideo graviter errant qui verba hujusmodi proferunt quasi certam et specialem sortiantur potestatem agendi opus intentum.

B Conformiter errant qui credunt verbis sacris ad collum suspensis inesse certam virtutem præservandi a periculo quovis, aut obtinendi quodcumque bonum. Sacerdotes vero seu alii qui idiotas ad talem credulitatem inducunt, enormius peccant. Pariformiter errant qui putant certas orationes vel abstinentias sive jejunia talem habere virtutem, quod quicumque eas quotidie legerit, aut abstinentias vel jejunia illa certis diebus servaverit, inconfessus non poterit mori, seu mortis suæ prænosceret diem aut horam. Non enim universaliter ex divina providentia est promissum: imo experientia sæpissime oppositum docuit, et multi per tales fatuas credulitates frequenter decepti sunt. Nec sequitur, si alicui ex speciali gratia sic evenit, quod generaliter fiat.

C His concordat quod in Summa sua asserit Raimundus: Litteræ in quibus scribitur quod quicumque super se tale aut tale breve portaverit, a periculo erit securus, etc., sunt reprobandæ; et peccant qui eas scribunt, donant, vendunt, portant portandasve docent, nisi tam simplices sint quod per ignorantiam excusantur: quæ tamen eos nequaquam excusat, postquam super hoc admoniti fuerint et instructi.

D Præterea, secundum Guillelmum, incantationes seu carminationes quæ fiunt super pueros aut infirmos, sunt licitæ, dummodo incantantes nil superstitiosum dicant aut faciant, nec dici aut fieri mandent, sed tantum utantur precibus aut adjura-

tionibus licitis, sicut per passionem aut crucem, etc. Nec peccant hæc faciendo, nisi post prohibitionem sibi ab Ecclesia, scilicet a superioribus suis, factam, fecerint ea. Sunt etenim prohibenda propter multa superstitiosa quæ in eis solent misceri, nisi fierent per aliquem devotum atque discretum, qui preces funderet, manum suam non super pomum aut cingulum, sed super infirmum aut puerum ponens. Idem ait Joannes in Summa confessorum, et Bartholomæus in Summa Pisana, in qua etiam dicitur quod Thomas cum his satis concordet. Imo in secunda secundæ asserit Thomas, quod incantationes serpentium non exstant illicitæ, si in eis habeatur respectus solum ad verba sacra et ad virtutem divinam; sed plerumque incantationes tales habent observantias quasdam illicitas, atque per dæmones sortiuntur effectum, præsertim in serpentibus, quoniam serpens fuit primum dæmonis instrumentum ad hominem decipiendum.

ARTICULUS VI.

Quod finaliter videatur esse consultum circa benedictiones, invocationes seu adjurationes præfatas.

JAM dictum est, quod quamvis benedictiones et adjurationes præfate in se ipsis non sint superstitiosæ neque illicitæ, si fiant sicut præhabitu est, nihilo minus sunt vitandæ ac prohibendæ propter annexa pericula, quia in eis frequenter aliqua superstitiosa miscentur. Hinc finaliter reor expediens ut curati et ceteri præsidentes inferioribus suis ac subditis prohibeant eas; vel saltem instruant ipsos qualiter rite ac virtuose habere se possint ac debeant faciendo hujusmodi benedictiones seu invocationes; vel certe disponant ut non fiant nisi per discretas ac timoratas personas. Laici namque prorsus indocti frequenter faciunt talia periculose, putando certam vim esse

A in verbis hujusmodi quibus utuntur ad obtinendum effectum optatum: imo frequenter contingit quod homines indocti et malæ vitæ plus intromittunt se de talibus quam homines sapientes ac virtuosi.

ARTICULUS VII.

Solutio quæstionis quæ oritur ex prædictis, videlicet unde præfatæ benedictiones, adjurationes seu invocationes sortiuntur effectum, etiam tunc quando inordinate fiunt.

QUIDAM non mediocriter inducuntur ad credendum quod præmemoratæ benedictiones, adjurationes et invocationes passim ac generaliter licite fiant, præsertim quia communiter sortiuntur effectum. Sed, ut ait Guillelmus Parisiensis, de ista materia in libro de Fide et legibus, atque in libro de Universo, parte tertia, tractans, ex hoc non sequitur quod passim licite fiant, sicut non sequitur quod concubitus adulterini ac fornicarii liceant, quamvis ex eis proles nascatur quemadmodum ex toro legitimo.

Itaque, dum præfactæ benedictiones, adjurationes et invocationes fiunt licenter, certum est quod a Deo effectum obtineant, quando hunc obtinent. Dum vero illicite fiunt et nihilo minus celerem sortiuntur effectum, etiam multo celeriore quam per artem medicinæ possit acquiri; tunc operatione diaboli effectum acquirunt. Dæmones namque occultas rerum naturalium noscunt virtutes, easque imperceptibiliter applicant ad producendum diversos effectus, qui hominibus videntur mirabiles, quoniam causas eorum ignorant, quemadmodum libro secundo de Doctrina christiana et tertio de Trinitate B. Augustinus diffuse declarat. Unde, sicut in Exodo legitur, magi Pharaonis per quædam arcana aquam converterunt in sanguinem, produxeruntque ranas. Hinc etiam in secunda secundæ loquitur Thomas, quod dæmones idcirco cooperantur bene-

q. xcvi, a. 4
ad 2^m.

Gen. iii, 1.

art. præced.

Exod. vii,
22; viii, 7.

q. xcvi, a. 3.

dictionibus, invocationibus adjurationibus- A
que præfatis, dum fiunt inordinate, quoniam cupiunt ac nituntur hominum corda variis superstitionibus implicare, atque ad damnabiles incredulitates inducere.

ARTICULUS VIII.

*Quam intemorati ac vitiosi
sint homines multi.*

QUIDAM non mediocriter inducuntur ad credendum præmemoratas benedictiones, invocationes et adjurationes communiter esse illicitas, imo penitus vitiosas, nisi in eis vitentur omnia quæ jam præostensa sunt esse vitanda in ipsis; tamen utuntur eis, impendendo seu recipiendo, dummodo æstiment se optatum posse adipisci effectum, aut temporale consequi commodum, acquirere lucrum, vitare damnum: imo ob has causas etiam suis pecoribus faciunt eas impendi. Quodque damnabilius est, quamvis in benedictionibus, adjurationibus et invocationibus istis sint verba ignota et figuræ prohibitæ, tamen C ob causas præactas utuntur eisdem, nec Dei neque Ecclesiæ prohibitionem curantes, imo nec divini judicii districtiorem, nec infernalis supplicii acerbiter expavescentes. Ecce homines isti sunt penitus excæcati, atque in statu damnationis consistunt, contra ordinem caritatis agentes. Non enim se ipsos vere ac spiritualiter diligunt, sed temporalia commoda atque corporalia bona spiritualibus donis atque salutis suarum præferunt animarum. Potius ergo permittere debent omnia pecora D sua mori, quam pro illorum conservatione illicitum aliquid fieri: imo unusquisque tenetur magis velle omnia temporalia perdere, et propriam vitam amittere, quam aliquid divino amori contrarium operari, aut præceptum Dei sive Ecclesiæ prævaricari. Et qui ita non stat, non est in caritate et gratia Dei, sed in statu damnationis et culpa mortali. Nam homo tenetur Deum diligere incomparabiliter plus quam se ipsum et totum mundum.

ARTICULUS IX.

*Qualiter variis modis superstitio
committatur, eæ dictis cujusdam magistri.*

MAGISTER quidam in tractatu suo de Superstitionibus, quem pro magna parte ex libro domini Guillelmi Parisiensis de Fide et legibus collegit, inter cetera ait: In applicatione rerum naturalium ad effectus quos naturaliter possunt producere, non consistit superstitio nec peccatum. Si autem jungantur characteres aut nomina, vel res etiam sacratæ, aut aliæ res quæcumque quas certum est naturalem efficaciam non habere, nec etiam ex institutione Dei sive Ecclesiæ, ad id propter quod adjunguntur seu assumuntur; superstitiosum erit atque illicitum. Et si effectus qui quæritur ibi, sequatur, non evenit nisi a casu aut dæmone, seu quadam obligatione societatis perniciosæ hominis cum dæmone: quæ societas tanto prudentius est vitanda, quanto id quod adhibetur, efficacius posse prodesse videtur, præsertim dum latet qua causa quid valeat, et ubi de superstitionis veneno ambigitur. Ecce quantum errant ii qui cum rebus naturalibus adhibent res sacratas, aut certe per se ipsas adhibent eas hominibus aut brutis, pro sanitatibus acquirendis aut infirmitatibus devitandis, sive pro fertilitatibus arborum seu agrorum, et contra grandines atque tonitrua. Res quippe sacratas adhibent pro iis, qui aqua Baptismi vel adspersionis, aut cera cerei paschalis sive alterius luminis consecrati utuntur ad illa obtinenda vel evitanda. Res autem non consecratas adhibent ii qui quibusdam balneis utuntur certis temporibus, scilicet Nativitatis et Carnisprivii, contra febres. Isti peccant dupliciter. Primo, per falsam credulitatem, qua credunt res illas habere efficaciam quam non habent: per quod decipiuntur, societatemque contrahunt cum dæmonibus, qui talibus superstitionibus se immiscent, et interdum effectum, Deo permittente, im-

Apoc. XIII,
11.

pendunt, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc. Interdum quoque effectus non sequitur, Deo prohibente, aut dæmone non agente, ut plura requirat servitia et plura fiant opera superstitiosa. Secundo peccant abutendo rebus prædictis, quæ non sunt ad talem effectum ac finem creatæ aut consecratæ, nec habent virtutem ad talia. Hæc sunt verba hujus magistri.

Circa quæ mihi videtur aliquid esse addendum, ut error vitetur. Aqua etenim benedicta ordinatur ad dæmonum repressionem ac expulsionem. Dæmones vero, frequenter se miscent tempestatibus, coruscationibus, tonitruis : idcirco contra talia uti ad dispersionem aquæ benedictæ ex fide et devotione, non est superstitiosum, sed virtuosum atque laudabile. Præterea, quamvis ceteræ quædam res consecratæ, non sint directe ad talem effectum deputatæ, si tamen quis eis utatur ad Dei honorem, non quasi res illæ habeant directe virtutem ad effectum intentum, sed ut per earum usum seu Dei honorationem in earum usu existentem, impetretur ab Omnipotente optatus effectus ; non erit illicitum, dummodo usus rerum illarum pro tali causa, loco et tempore, non repugnet honorationi divinæ.

Insuper scribit idem magister : Ad superstitionem pertinet ponderatio hominum ad æqualitatem siliginis contra morbum caducum, exhibitio aquæ benedictæ animalibus brutis contra morsum luporum, credulitas quod contra dolorem dentium valeat clavus infixus parieti, aut quod verba Evangelii plus seu minus efficaciam habeant, si scribantur alio tempore quam dum Evangelium in ecclesia legitur. Præterea circa orationes non modica superstitio reperitur. Plurimi etenim credunt, quod sint aliquæ orationes per quas certitudinaliter aut quasi ex quadam necessitate obtineant quidquid in ipsis petierint : ut quod Virgo beata aut alii Sancti eis apparebunt in extremis, et quod sine communionem mori non poterunt, nec in peccato mortali.

A Quod est omnino erroneum, quum nemo absque speciali revelatione divina sit certus de sua finali salvatione, et in Dei voluntate atque dispositione providentiæ suæ sit exaudire orationem aut non exaudire. Nec aliqua oratio efficacior est Oratione dominica, scilicet Pater noster, quam ipsemet Christus edocuit. Quod autem quibusdam Sanctis legitur promissum a Deo, quod quicumque invocaverint eos, exaudientur vel adjuvabuntur, intelligendum est, dummodo ex vera devotione et sicut oportet invocaverint eos, ita quod capaces et digni sint, nec obicem gratiæ ponant. Hinc etiam graviter errant qui dicunt quod per numerum certum Missarum redimatur anima de purgatorio, quamvis per mille annos aut usque in finem mundi fuisset torquenda in eo, colorantes hoc nominibus seu allegationibus Apostolorum, quod illi hoc concesserunt : quod penitus falsum est. Similiter quidam adscribunt Gregorio seu Bernardo aut aliis Sanctis quædam similia, puta quod in qualibet Missa, una ad minus anima de purgatorio redimatur, et unus peccator convertatur. Dicunt quoque nonnulli, de quindecim Pater noster, quod per ea quindecim homines certitudinaliter convertantur, et quindecim animæ de purgatorio liberentur, et totidem justi in justitia confirmantur, dicentes quod Christus illa quindecim Pater noster quemdam devotum docuerit, et eorum efficaciam revelaverit ei. Sed nec officio Missæ nec orationibus quibuscumque taliter alligata est potestas divina, neque tam certus effectus annexus est. Hæc ex præallegato sunt sumpta tractatu.

Postremo, huic dicto de certarum valore Missarum, concordat quod in tractatulo quodam super hoc edito ait quidam doctor : Quidam (inquiens) ex ficta devotione dicunt, quod quicumque legerit tot aut tot Missas, quas vocant aureas, pro certa anima in purgatorio existente, certitudinaliter redimet eam, attribuentes illi numero Missarum aut certis orationibus

Matth. vi, 9-13.

quodammodo ex opere operato talem ac tantam virtutem, incurrentes per hoc superstitionis peccatum. Tales ergo assertiones et additiones de numero Missarum sive orationum abjiciantur, nec eis fides adhibeatur. Talem namque virtutem non habent Missæ certæ, aut orationes taxatæ, ex opere operato : quia non habent eam ex inviolabili pacto a Christo cum Ecclesia facto, quemadmodum habent certam vim verba sacramentalia. Sed per orationes et Missas quærat homo devotissime Deum, ut sic etiam virtute et merito operis operantis mereatur desuper exaudiri.

ARTICULUS X.

Quod divinatio quæ fit per invocationem dæmonum sit omnino illicita.

art. ii. **S**ICUT prædictum est, omnis divinatio utitur auxilio aut consilio dæmonis, qui vel expresse invocatur, aut vanæ inquisitioni futurorum occulte se ingerit, ut hominem vanitatibus implicet. Certum est autem quod ad futurorum præcognitionem habendam non liceat dæmonem invocare, nec ejus auxilium sive consilium quærere : quia hoc pertineret ad pactum et amicitiam aut societatem quamdam cum dæmone, cujus confœderatio, familiaritas, amicitia societasque vitanda est, quum sit implacabilis inimicus Dei ac hominum. Hujus quoque est alia causa, quoniam dæmones finaliter quærunt hominum perditionem : ideo, quamvis aliqua vera dicant ac blandiantur, semper tamen vitandi sunt, ne homo assuescat credere eis, sicque tandem decipiat ab ipsis. Verumtamen, ut asserit S. Thomas in secunda secundæ, quæstione nonagesima quinta, aliud est aliquid quærere a dæmone sponte occurrente : quod aliquando licet propter aliorum utilitatem, præsertim quando virtute divina compelli potest ad vera dicenda ; alias sibi incaute credendum non esset, quoniam mendax et

A fallax est. Aliud est dæmonem invocare ad obtinendum ab eo cognitionem occultorum : quod nunquam licet.

ARTICULUS XI.

An divinatio per astra sit licita.

CORPORA cœlestia, scilicet orbes, planetæ et stellæ, aliqua semper et de necessitate producant in istis inferioribus, sicut eclipsim, et generationem terræ nascentium ; et talia certitudinaliter possunt præsciri. Aliqua vero producant in pluribus ; et illa conjecturaliter valent prænosci, ut dictum est supra. Aliqua vero sunt quæ causalitati et influentiæ cœlestium corporum non subduntur : ut intellectus et voluntas, quæ sunt potentiæ incorporeæ et immateriales ; similiter ea quæ fiunt per accidens, et a fortuna et a casu, sive in naturalibus, sive in rebus humanis. Si ergo ex consideratione stellarum et planetarum aliquis vellet divinare, hoc est prænuntiare certive de futuro eventu horum quæ causalitati et influentiis cœlestium corporum non subduntur, superstitiosum existeret.

Sed contra hæc objici potest, quia experientia docet quod astrologi ex consideratione stellarum frequenter multa vere prædicunt hominibus de futuris eorum eventibus. — Ad hoc respondent doctores, quod dupliciter id contingit. Primo, quia cœlestia corpora possunt imprimere in corpora hominum et in sensitivas vires eorum : ex qua impressione intellectus et voluntas acquirunt inclinationem ad aliquos actus exercendos sive vitandos, quamvis non necessitentur ad eos, quia resistere possunt ; sed quoniam major pars hominum sequitur corporales inclinationes ac passiones, idcirco frequenter contingit in eis sicut prædicunt astrologi, ut puta juxta influxus cœlestes. Secundo contingit istud, quia (ut dictum est) curiosis inquisitionibus astrologorum immiscet

frequenter se dæmones, et occulte aliqua eis insinuant quæ variis modis agnoscere possunt magis quam homines.

Porro quidam philosophi astrologi dixerunt omnia inferiora, etiam actus humanos, de necessitate fieri ac evenire juxta constellationes, causalitates et impressiones cœlestes : quemadmodum Alkindi in libro suo de Radiis, atque Albumasar in Introductorio majori, Avicenna quoque et Algazel in Metaphysicis suis. Contra quorum stultissimos pessimosque errores doctores catholici plene et diligenter scripserunt, præsertim Guillelmus Parisiensis in libro de Fide et legibus, Ægidius quoque de Roma in tractatu suo Contra errores philosophorum, Thomas etiam in Summa contra gentiles. Unde summus ille astronomus Ptolemæus verissime dixit : Sapiens dominabitur astris.

ARTICULUS XII.

An divinatio quæ fit per somnia liceat.

DIVERSE sunt causæ somniorum : quia interdum nascuntur ex causa intrinseca. Et illa est duplex : una videlicet animalis, et quodammodo spiritualis, utputa intenta cogitatio seu magna affectio circa aliquid tempore vigiliæ. Quæ enim in vigilando fortiter cogitantur aut appetuntur, occurrunt imaginationi seu phantasie hominis in dormiendo. Talisque causa somniorum non est causa eventuum futurorum. Idecirco hujusmodi somnia per accidens habent se ad futuros eventus : imo, si interdum somnium tale et eventus sequens concurrant, est casuale. Aliquando autem causa intrinseca somniorum est corporalis, quoniam ex interiori corporis dispositione fit motus quidam in phantasia, dispositioni illi corporali conveniens : quemadmodum homini in frigidis abundantibus humoribus apparet in somno quod sit in aqua aut nive ; abundantibus vero in humoribus calidis videtur in somno quod existat in igne. Hinc medici asserunt in-

Atendendum esse somniis ad cognoscendum interiores dispositiones.

Interdum autem somnia oriuntur ex causa extrinseca, quæ etiam duplex est, scilicet : corporalis, quando imaginatio dormientis immutatur ab aere circumstante, vel a cœlestium corporum impressione, ita quod dormienti apparent aliquæ phantasie similes dispositioni aeris corporisve cœlestis : ut quod sit fertilitas terræ sive sterilitas, aut aeris humiditas sive serenitas. Quandoque autem causa extrinseca somniorum est spiritualis : et ista rursus est duplex. Nam una est bona : ut quando a Deo per angelos aliquid in somno revelatur hominibus. Unde in Numeris Deus ait ad Aaron et Mariam : Si quis fuerit inter vos propheta, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. In Job quoque scriptum est : Per somnium in visione nocturna, quando sopor irruit super homines et dormiunt in lectulo, tunc aperit Deus aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina. Nam, sicut ibidem Albertus, Thomas aliique testantur expositores, in somno cessantibus exterioribus sensibus ab occupationibus et inquietudinibus suis, vis imaginativa quietior est et anima magis quiescit, sicque fit aptior ad revelationes angelicas et informationes divinas. Aliquando vero causa somniorum extrinseca spiritualis, est mala, quando videlicet dæmonum operatione apparent aliquæ formæ seu phantasie dormientibus, per quas interdum quædam futura et secreta dæmones eis revelant qui cum ipsis **D** pacta habent illicita.

Est ergo dicendum, quod si somniis quis utatur ad præcognoscendum futura, secundum quod somnia procedunt ex revelatione angelica seu divina, aut certe ex causa naturali intrinseca aut extrinseca, in quantum se causa illa extendit ; non erit illicita divinatio seu futurorum prænuntiatio. Porro, si divinatio hujusmodi procedat ex revelatione facta in somno per dæmones, cum quibus habentur pacta expressa, quia ad hoc advocantur, aut ta-

Numer. xii, 6.

Job xxxiii, 15, 16.

cita, quia hujusmodi divinatio extenditur ad quod se veraciter extendere nequit; tunc erit divinatio superstitiosa et illicita.

Postremo non expedit faciliter et incaute somniis credere, quia ex præviis cogitationibus atque occupationibus, itemque a diabolica illusionem, sæpissime fiunt. Unde qui somniis suis immoderanter intenti sunt, ut quidam phantastici et indiscreti, variis patent deceptionibus hostis antiqui. Propterea scriptum est in Ecclesiastico : Somnia extollunt imprudentes; quasi qui apprehendit umbram et persequitur ventum, secundum hoc visio somniorum; multos errare fecerunt somnia. Debet igitur homo Deum instanter rogare ne immoderanter somniis infestetur, et ne per ea fallatur. Scriptum est enim præallegato Ecclesiastici loco : Sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur, nisi fuerit ab Altissimo emissa visitatio. Imo conari debet homo ut in cogitationibus bonis obdormiat, ne somniis perturbetur.

Ecclesi.
xxxiv, 1-3,
7.

Ibid. 6.

ARTICULUS XIII.

Utrum divinatio per augurium liceat.

DIVINATIO per augurium dicitur, quando ex consideratione eorum quæ fiunt in volatilibus prænuntiantur futura. Porro garritus motusque avium, vel quæcumque dispositiones hujusmodi in rebus irrationalibus consideratæ, certum est quod non sunt causæ futurorum eventuum : idcirco futura ex eis cognosci non possunt sicut ex causis. Unde si futura cognoscantur ex eis, hoc erit in quantum tales garritus et motus sunt effectus quarundam causarum. Causa autem intrinseca operationum brutorum est naturalis instinctus, quo moventur per modum naturæ, quæ est determinata ad unum : quemadmodum gravia moventur deorsum, levia sursum. Non enim habent bruta dominium sui actus : imo, secundum Damascenum, aguntur magis quam agunt. Hujusmodi vero instin-

ctus ex duplici potest causa procedere, videlicet corporali ac spirituali. Quum enim bruta non habeant nisi animam sensitivam et vires organicas, subjacent dispositioni corporis continentis, videlicet aeris, et præsertim influentiis cælestium corporum. Idcirco quædam operationes brutorum possunt esse signa futurorum eventuum, in quantum conformantur dispositioni cælestium corporum ac aeris continentis, ex qua dispositione causantur aliqui futuri eventus. Cavendum est tamen, ne ex consideratione talium operationum brutorum velit quis prænoscere actus futuros intellectus et voluntatis, qui cælestium corporum influxioni non subjacent, sed ea dumtaxat quæ ad hujusmodi bruta aequaliter pertinent. Siquidem bruta, ex ordinatione divina, per impressionem cælestium corporum sortiuntur quamdam naturalem cognitionem atque instinctum eorum quæ ad conservationem suæ vitæ sunt necessaria : sicut sunt immutationes quæ fiunt per ventos et pluvias. Unde per Jeremiam Dominus loquitur : Milvus in cælo cognovit tempus suum; turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui. Itaque, sic considerare garritus et motus avium ad talia prænoscentia, est licitum : ut si quis dicat pluviam cito esse venturam, eo quod audiat corniculam sæpius crocitantem. Præterea alia causa præfati instinctus brutorum est spiritualis, videlicet Deus, seu angelus, Dei minister : ut patet in columba quæ apparuit super Christum, et in corvo qui pavit Eliam, atque in pisce qui absor- buit Jonam. Interdum quoque est a dæmonibus, qui justo Dei permittente judicio, aliquando movent bruta ad decipiendum animas hominum. — Dicendum ergo quod omnis divinatio talis, si extendatur ultra id ad quod potest pertingere secundum ordinem naturæ aut divinæ providentiæ, superstitiosa est atque illicita.

Verumtamen præinductis objici potest, quod dispensator domus Joseph ex præcepto Joseph dixit fratribus ejus : Scyphus

Jer. vii. 7.

Math. m.
16; *III. Reg.*
xvii, 6; *Jer.*
xii, 4.

Gen. xlvii. 3.

quem furati estis, ipse est in quo dominus meus augurari solet. Et ipse Joseph paulo post dixit fratribus suis: An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? — Respondetur secundum Augustinum, quod Joseph non serio dixit hoc, sed joco-se, vel secundum id quod vulgus opinabatur de eo.

ARTICULUS XIV.

An divinatio sortium liceat, et qualiter licitum sit sortibus uti.

SORTES proprie appellantur, quum ali-quid fit ut ejus eventu considerato, occultum quid innotescat. Et si iudicio sortium quærat quid sit alicui exhibendum, sive illud sit res possessa, sive honor aut dignitas aut tormentum, vocatur sors divisoria. Si autem quærat quid sit agendum, vocatur sors consultoria. Quod si quærat quid sit futurum, vocatur sors divinatoria.

Porro actus hominum qui exiguntur seu applicantur ad sortes, non subduntur influentiis cœlestium corporum. Hinc si quis ea intentione sortibus utatur quasi putet actus hominum qui requiruntur ad sortes, constellationibus subdi, falsa opinio est, et divinatio superstitiosa. Remota ergo ista opinione, necesse est ut sortialium actuum eventus exspectetur vel a fortuna, vel ab aliqua spiritali causa dirigente. Et si a fortuna, quod locum non habet nisi in sorte divisoria, non videtur habere culpam, nisi forsitan vitium vanitatis: sicut si aliqui non valentes aliquid concorditer dividere, sortibus ad divisionem utantur, exponentes fortunæ quam quis partem accipiat. Si autem exspectetur eventus sortis a causa spiritali mala, videlicet dæmone, prorsus illicitum est. Porro, si eventus sortialis exspectetur a Deo, juxta illud Proverbiorum, Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur; talis sors, secundum Augustinum, non est mala in se: potest tamen in ea quadrupliciter culpa

A accidere. Primo, si absque necessitate recurratur ad sortes: quia hoc ad tentationem Dei pertinere censetur. Secundo, si quis etiam in necessitate absque reverentia Deo debita sortibus utatur. Unde super Actus Apostolorum loquitur Beda: Si quis necessitate compulsus putet Deum esse sortibus consulendum exemplo Apostolorum, qui Matthiam sorte elegerunt, videat eos hoc non fecisse nisi cœtu fratrum collecto, atque oratione præmissa ad Deum. Tertio, si divina oracula ad terrena negotia convertantur. Unde Augustinus disseruit: Iis qui ex divinis Scripturis sortes legunt, etsi optandum sit ut id potius faciant quam ad dæmones consulendos recurrant, tamen ista mihi displicet consuetudo, ad sæcularia negotia atque ad vitæ hujus vanitatem divina oracula velle convertere. Quarto, si in electionibus ecclesiasticis, scilicet prælatorum, quæ inspiratione ac directione Spiritus Sancti fieri debent, sortibus aliqui utantur. Hinc asserit Beda, quod Matthias sorte in apostolum

B est electus, quando plenitudo Spiritus Sancti in Ecclesia nondum fuit effusa; septem vero diaconi post Pentecosten, misso jam Spiritu Sancto, non sorte, sed discipulorum electione sunt ordinati. Secus autem est in temporalibus dignitatibus, quæ ad disponenda terrena ordinantur: unde in earum electione homines sortibus frequenter utuntur, quemadmodum et in temporalium rerum divisione.

Itaque, si incumbat necessitas, licitum est cum debita reverentia divinum iudicium sortibus implorare. Ait equidem in epistola ad Honoratum S. Augustinus: Si inter ministros Dei sit disceptatio, qui eorum tempore persecutionis fugere debeant, qui manere, sorte eligendi sunt qui remaneant et qui fugiant, si disceptatio illa aliter convenienter terminari non potuerit. Similiter, si duo æque indigentes alicui obviarent qui aliquid dare deberet quod ambobus dari non posset, sorte posset inquirere cui potius dare haberet.

ARTICULUS XV.

www.libtool.com.cn

De quibusdam observantiis superstitiosis atque illicitis.

INTER ceteras superstitiones ponitur ars notoria, quæ per quasdam observationes ordinatur ad scientiæ acquisitionem. Est autem ars ista illicita, quoniam ad acquirendam scientiam utitur rebus quibusdam quæ non habent virtutem causandi scientiam, scilicet inspectione quarundam figurarum, prolationibus incognitorum verborum, atque similibus, quibus non utitur tanquam causis scientiæ, neque ut signis divinitus institutis, ut sunt sacramentalia signa : ideo illa pertinent ad pacta cum dæmonibus fœderata. Est quoque ars ista inefficax : quia non quæritur in ea acquisitio scientiæ per modum homini connaturalem, videlicet inveniendæ ac addiscendæ ; nec expectatur collatio scientiæ ibi a Deo, qui quamvis quibusdam scientiam miraculose infundat, sicut Salomoni atque Apostolis, non tamen hoc facit cum observatione hujusmodi, sed juxta voluntatem ac dispositionem sui arbitrii. Hinc, Augustino testante, observantiæ artis notoriæ sunt Christianis omnino vitandæ.

Præterea, de observantiis quæ ordinantur ad corporum immutationes, sciendum quod sicut licitum est res naturales applicare corporibus ad producendum effectus quos naturaliter efficere possunt, ita illicitum est eas applicare ad causandum effectus quos ex sua naturali virtute causare non valent, quia secundum hoc non applicantur ut causæ, sed ut signa, sicque pertinent ad pacta significationum cum dæmonibus inita : sicut quum adjunguntur characteres, nomina, vel ligaturæ sive remedia quæ certum est naturaliter non habere efficaciam ad id ad quod agendum applicantur, sed (ut Augustinus vicesimo primo de Civitate Dei affirmat) dæmones illiciuntur per talia. Istud tamen intelligendum est, nisi ex imperio Dei fieret

A applicatio talis : quemadmodum Isaias propheta, Deo jubente, massam ficorum apposuit apostemati Ezechiæ, quæ massa naturaliter fuisset magis nocitura quam curatura apostema illius, secundum B. Hieronymum super Isaiam. Præterea res naturales, in quantum hujusmodi, nullam sortiuntur virtutem agendi ex influxione cœlestium corporum, sed magicæ artes figuris utentes, calliditate opereque dæmonum adipiscuntur quem habent effectum.

B Insuper, circa observantias ordinatas ad præcognoscendum fortuna ac diffortunia, advertendum quod observationes illæ existant illicitæ ac superstitiosæ. Non enim observantur ut causæ fortuniorum aut diffortuniorum, neque ut signa eorum divinitus instituta; sed potius ab humana vanitate, dæmone suggerente, conficta : imo videntur esse quædam reliquiæ idololatriæ qua observabantur auguria et diēs aliqui tanquam fausti sive infausti. Quod autem nonnulli sæpe experiuntur sibi ex talibus observationibus aliquid imminere, sicque accidere ut observationes illæ præsignare dicuntur, contingit ex dæmonum procuremente, qui ita procurant, ut corda hominum talibus vanitatibus implicent : ut superstitiosum est quoque, quod quidam ex lineamentis in manibus hominum prognosticant de futuris.

D Postremo, de observationibus temporum est sciendum, quod observare annos, menses, dies et horas, contingit dupliciter. Uno modo quantum ad naturales effectus qui naturaliter contingunt in eis ex influentiis cœlestium corporum : sicque licet tempora observare, quemadmodum medici observant tempora minutionum ac potionum, et rustici tempus seminandi ac colligendi. Unde et Salomon ait : Omnia tempora habent. Secundo contingit tempora observare superstitiose, videlicet respectu eorum quæ causalitati et influxioni cœlestium non subduntur, et quantum ad ea ad quæ se naturalis potestas constellationum non potest extendere : ut sunt

actus humani ab intellectu et voluntate progredientes, casualia quoque atque fortuita. Sicque superstitiosi probantur, qui ita observant tempus quasi aliqui dies sint ex se fausti sive infausti, hoc est fortunati aut infortunati : propter quod in certis diebus nolunt aliquid inchoare. Unde ad Galatas ait Apostolus : Dies observatis et menses et tempora et annos. Quod quam grave sit, innuit subdens : Timeo ne sine causa laboraverim in vobis. Tenendum est ergo, quod tempus in se et ex sua natura bonum est, et non malum, quemadmodum ceteræ creaturæ. Neque ex influentia cœlesti, neque ex his quæ fiunt in eo, est malum formaliter, sed solum denominative, denominatione extrinseca, utpote respectu malorum quæ in ipso contingunt. Juxta quem modum ait Apostolus : Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Christus quoque in Evangelio : Sufficit (inquit) diei malitia sua. Hinc etiam innotescit qualiter consuetudo illa possit salvari aut reprobari, qua aliqui prima die anni munuscula largiuntur. Si enim hoc faciant quasi prima dies anni in se ipsa præ ceteris aliquam virtutem habeat specialem, utpote fortunata seu fausta, superstitiosum erroneumque consistit. Si vero ex aliqua rationabili causa id agant, videlicet ad provocandam ac conservandam amicitiam mutuam toto tempore anni, aut ex causa consimili, licitum judicatur.

ARTICULUS XVI.

*De materiis præinductis, ex verbis
B. Augustini.*

SECUNDO libro de Doctrina christiana loquitur Augustinus : Superstitiosum est quidquid institutum est ab hominibus ad faciendam et colendam idola pertinens, vel ad colendam creaturam partemve aliquam creaturæ tanquam Deum, vel ad consultationes et pacta quædam significationum cum dæmonibus placita atque fœderata,

qualia sunt molimina (id est opera) magicarum artium. Ad hoc genus pertinent ligaturæ atque remedia quæ medicorum quoque disciplina condemnat, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis quas characteres vocant, sive in quibusque rebus suspendendis ac alligandis vel aptandis, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas aut manifestas, quas mitiori nomine physica vocant, ut quasi non superstitione implicare, sed natura prodesse videantur : sicuti sunt in aures in summo aurium singularum, aut de struthionum ossibus ansulæ in digitis, aut quum tibi dicitur singultienti, ut dextera manu sinistrum pollicem teneas.

His adjunguntur millia (id est valde multa) inanissimarum observationum : ut si membrum aliquod salierit ; si junctim ambulantes amicos lapis aut canis aut puer medius intervenerit, atque quod lapidem calcant, tanquam diremptorem amicitiae, minus molestum est quam quod innocentem puerum colapho percutiunt. Plerumque autem tam superstitiosi sunt quidam, ut canem qui medius intervenit feriant. Hinc sunt etiam illa : limen calcare quum ante domum suam transit ; redire ad lectum, si quis dum se calceat, sternutaverit ; redire domum, si procedens offenderit ; quum vestis a soricibus (id est muribus) roditur, plus timere malum futurum quam præsens damnum dolere.

Ad idem genus superstitionis pertinent quidam mathematici, qui ex constellatione sub qua quis natus est, futuros ejus actus conantur prædicere et eventus. Justo autem judicio fit ut homines malarum rerum cupidi, tradantur illudendi ac decipiendi prævaricatoribus angelis. Quorum illusionibus ac deceptionibus evenit, ut istis superstitionis ac perniciosæ divinationum generibus multa præterita et futura dicantur, multaque observantibus secundum observationes suas eveniant, quibus implicati, curiosiores fiant, et sese magis ac

magis inserant multiplicibus laqueis per-
 A aut propter conjugia socianda. Scriptum
 est enim : Omnia quæcumque facitis in
 verbo aut opere, omnia in nomine Domini
 nostri Jesu Christi facite. Si quis autem
 paganorum consuetudinem sequens, divi-
 nos sive sortilegos in domum suam intro-
 duxerit, ut malum foras mittant, aut male-
 ficia inveniant, aut lustrationes paganorum
 faciant, quinque annis pœnitentiam agat.
 Mulieribus quoque christianis non liceat
 in suis lanificiis vanitatem aliquam obser-
 vare, sed Deum invocent adiutorem. Præ-
 B terea in Toletano concilio dicitur : Si quis
 episcopus aut presbyter aut diaconus, vel
 quicumque de ordine clericorum, aruspices,
 aut incantatores, aut ariolos, vel au-
 gures, sive sortilegos, aut aliquid simile
 exercentes, consuluisse fuerit deprehen-
 sus, ab honore suæ dignitatis suspensus,
 monasterii curam accipiat, ibique pœni-
 tentiæ perpetuæ deditus, scelus suum sol-
 vat. In Agathensi demum concilio est
 statutum ut clerici et laici ista agentes, ab
 Ecclesia habeantur extranei.

Omnes igitur artes hujusmodi vel nu-
 gatoriæ vel noxiæ superstitionis, ex qua-
 dam pestifera societate hominum et dæ-
 monum quasi pacta quædam infidelis at-
 que dolosæ amicitiae constituta, penitus
 sunt repudianda ac fugienda Christianis.
 Maligni enim spiritus, qui decipere vo-
 lunt, talia procurant cuique qualibus eum
 irretitum per suspiciones et consensiones
 ejus vident.

ARTICULUS XVII.

De eadem materia ex Decreto.

IN veteri Testamento consuetum fuit ac
 licitum sortibus uti, ut patet in libro
 Josue, primoque Regum. Augustinus etiam
 ait : Sors non est aliquid mali, sed res in
 dubietate humana divinam indicans vo-
 luntatem. Cur ergo non licet nunc sortibus
 uti tam passim sicut in lege Moysis ?

Josue xiv,
 2; 1 Reg. x,
 20.

Ad hoc Gratianus respondet in Decretis,
 causa 26 : Ante evangelicæ legis prædica-
 tionem multa permittebantur quæ postea
 exstant prohibita. Sic et sortibus nihil ma-
 li inesse ostenditur : prohibentur tamen
 fidelibus, ne sub hac specie divinationis
 ad antiquos idololatriæ redeant cultus. De-
 nique in decreto Gregorii minoris habe-
 tur : Si quis ariolos aut aruspices vel
 incantatores observaverit, id est, secutus
 fuerit ac eis intenderit, anathema sit. In
 generali quoque quodam concilio contine-
 tur : Qui divinatores expetunt et morem
 gentilium subsequuntur, vel in domos suas
 hujusmodi homines introducunt, exqui-
 rendi aliquid arte magica aut expiandi
 causa, sub regula quinquennii sint, secun-
 dum gradus pœnitentiæ definitos. Insuper
 in concilio Martini Papæ sic legitur : Non
 liceat Christianis tenere traditiones genti-
 lium, et observare vel colere elementa, aut
 lunæ vel stellarum cursus, aut inanem
 signorum fallaciam, pro domo facienda,
 vel propter segetes arboresve plantandas,

Decret. p.
 n. caus. 26,
 q. 1, c. 1.

Ibid. q. 5,
 c. 1.

Ibid. c. 2.

Ibid. c. 3.

Multa his similia in præallegato Decreti
 loco ex institutis generalium conciliorum
 atque summorum Pontificum introducun-
 tur. Ubi et Martinus Papa sic ait : Non licet
 in aliqua religione iniquas observantias
 agere Calendarum, nec otis vacare, nec
 lauro aut viriditate arborum cingere do-
 mos; omnis enim observatio hæc pagano-
 rum est. Ait item Zacharias Papa : Si quis
 Calendas Januarii ritu paganorum colere,
 vel aliquid plus novi facere propter an-
 num novum, aut mensas cum dapibus vel
 epulas in domibus præparare, et per vicos
 et plateas cantiones et choros ducere præ-
 sumperit, anathema sit. Denique Augusti-
 nus : Admoneant (inquit) fideles sacerdo-
 tes subditos suos, ut noverint magicas
 artes incantationesque quibuslibet infirmi-
 tatibus hominum nihil posse conferre re-
 medii, nec etiam animalibus languentibus
 claudicantibusve aut moribundis, sed hæc
 esse laqueos atque insidias hostis antiqui :
 et si quis hæc exercuerit, si clericus est,
 degradetur; si laicus, anathematizetur. It-

Col. 2.
 17.

Decret. p.
 n. caus. 2
 q. 5, c. 3

Ibid. c. 6.

Ibid. q.
 c. 13.

Ibid. c. 14.

Ibid. c. 15
 16.

rum ait : Non observetis dies qui dicuntur Aegyptiaci, utpote in quibus Deus percussit decem plagis Aegyptum ; aut Calendas Januarii : in quibus cantilenæ quædam et comessationes et ad invicem munera dantur, quasi in principio anni, boni fati augurio.

Itaque de omnibus superstitionibus præmemoratis vitandis instruant pastores ac præsidentes subditos suos, et cum omni diligentia præsent illis, verbo et opere eos jugiter ædificantes. Ad laudem et gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

FINIS TRACTATULI CONTRA VITIA SUPERSTITIONUM.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

**CONTRA PERFIDIAM MAHOMETI
LIBRI QUATUOR**

www.libtool.com.cn

INVICTISSIMO POTENTISSIMOQUE ROMANORUM, UNGARIÆ ET BOHEMIÆ REGI, AUSTRILÆ ARCHIDUCI, DUCI BURGUNDIÆ, ETC., DOMINO AC PRINCIPI FERDINANDO, F. PETRUS BLOMEVENNA LEYDENSIS, CARTUSIANORUM IN COLONIA PRIOR, AC CIRCA RHENUM VISITATOR, SESE ORDINEMQUE SUUM COMMENDAT.

SI nulla est nobilitas major ea quæ ex virtutibus comparatur, certe omnium tu longe es nobilissimus, serenissime Rex, quem tot donis, tot virtutibus, tot denique muneribus, tum variis, tum præclaris, adeoque excellenter divina munificentia illustravit, ut si vel nullo majorum (quod tibi tum est summum, tum vetustissimum) esses stemmate clarus, tu nihilo minus tantarum virtutum excellentiarumque eminentia enites, ut posteris tuis vel supremæ nobilitatis et gloriam solus et initium dares. At modo, quum e Regibus atque Imperatoribus sis natus illustrissimis, simul ac (quod præclarior est) Deo deditissimis, iisque qui nulla non fuere virtute conspicui; quum præterea tu quoque ipse animi nobilitate non modo æquare, verum etiam eosdem vincere contendas: quanta Deo Optimo Maximo a nobis debetur laus, quantæ pro te agendæ sunt gratiæ, qui in te uno tam magnifica dona sua in multorum salutem ac tutelam cumulavit, teque cum fratre Imperatore incomparabili imperare fecit, eo præsertim tempore quo sæculum hoc nec alios principes admitteret, nec principes alii calamitatibus his adversis mederi possent? Itaque non jam recenseo quod Austriæ Archiduces, quod Hispaniarum, Ungariæ Bohemiæque Reges, quod denique Romani Imperatores, tui fuerint parentes atque majores; nec illud commemoro quod eisdem pene regnis quibus illi, tu potentissimus imperas: imo ne hoc quidem meminisse tantum volo, quanta majorum tuorum semper fuerit clementia, quæ virtus vel sola principes maxime commendat, quanta item fortitudo, quanta magnificentia, quanta pietas in Deum, quantave justitia. Sed hoc tantum, quod in tuæ laudis cumulum quia accedit, tacere nequeo, qui licet nobilissimos, optimos atque omni ex parte laudatos sortitus fueris majores, nulli tamen horum te præstas inferiorem. Horum namque quis unquam (tametsi pacis essent semper amantissimi tenacissimique) cum Turca, hoste impiissimo, pugnam detrectavit? Quis conserere manus timuit? Quis stragem illi non intulit? ut interim sileam illorum multos, tum pro patriæ, tum pro fidei defensione, proprio sanguine maduisse, nonnullos etiam mortem oppetiisse. Non minora de te exspectamus, qui truculentum tyrannum etiam audes provocare ad pugnam, qui meticuloso occurris, fugientem insequeris, atque in te uno Matthiam, Sigismundum, Fredericum, Maximilianum, Reges ac Imperatores avos tuos, nobis refers. Eam ob rem christianissimus atque potentissimus regum Princeps, frater tuus Carolus Imperator, contra impurissimum Turcam ex Ungaria deturbandum, cum omnibus pene Principibus Germaniæ, tibi adsistunt. In qua re nullum sacrificium pulchrius, nullum possunt Deo cultum exhibere majorem. Utinam tamen olim quod modo agunt Principes uno animo, uno agmine copiis et viribus adunatis, in perfidum illum, fidei christianæ hostem atrocissimum, arma movissent, dum viribus multo quam nunc erat infirmior.

Jam enim Valachiæ, jam Bulgariæ non imperaret regno, nec transmisso Hellesponto Macedoniam, nec Dalmatiam, nec Croatiam, nec Peloponnesum ceteraque pene innumera regna occupasset : imo totius Orientis staret imperium incolume, nec tua fleret modo Ungaria et fidem et libertatem amissam. Ceterum, quam miseranda nunc est populi christiani calamitas, tam est nonnullorum Principum christianorum qui ante nos fuerunt, negligentia atque impietas detestanda. Inde namque factum est ut huic ævo infelicitas hæc induceretur. Siquidem dormitantia, ambitione, discordia pariter et invidia Principum christianorum factum gemimus, ut intra fines nostros hostis impurissimus propius semper admittatur. Qui si antecessoribus tuis aliisve pro universa et gente et fide pugnantibus suppetias tulissent, jam sævissimus tyrannus tot, non dico castra aut civitates, sed regna et imperia non occupasset. At unoquoque (quod dixi) sua dumtaxat, non quæ aliorum sunt, curante, porrecta est ansa, erectus est animus cani sanguinis christiani maxime sitibundo, nostra invadendi. Siquidem dum resistit nemo, dum alter alterum non adjuvat, quid Turca interea agat aliud, quam ut uno regno occupato, mox aliud nobis adimat, cuncta devastans, atque suis e sedibus populum christianum deturbans? Heu, quot Christianorum pessimus hic millia necavit! quot monasteria, quot Sanctorum templa evertit! quot loca, quot regna, quot denique imperia nobis tollens, suæ ditioni adjecit! In quibus, Christianis trucidatis, aut in servitute morte duriolem subactis, aut in captivitatem abductis, abrogata quoque lege et Christianorum ritu, sui statuit idoli, hoc est Mahometi, impietates. Grandia versipellis ille iis quibus vim nequit inferre, promittit, quo tyrannidis suæ imperia dilatet; nec avaritiæ libidinique dominandi modum in se aut finem ponit. At ubi semel populum quo se credant illi, dementaverit, ubi semel imperaverit, liber rupto mox fœdere ac temerato sacramento, nihil veritus justitiam, pacta violat; nec populum miserum fœdifragus aliter quam Pharaos Israel, dura servitute coangustat. Quid enim constantiæ, quid fidei, quid denique justitiæ servari posset apud homines sine Deo, impios et fœdifragos?

Quapropter, nihil licet sit pace dulcius, nihil tamen bello hoc sanctius est, quo pro patria, pro subditis, pro fide, pro sanctis Dei legibus pugnatur. Ad hoc bellum non spernendam militiam misit felix Agrippina, civitas plane et fide et religione haud minus quam armis et divitiis instructa : in qua magistratum gerit nunc qui tibi a consiliis est, D. Arnoldus Segen, vir Majestati Tuæ deditissimus, et tam apud illam ipsam quam apud suam hic Coloniam, ob merita sua clarus. Ad hoc bellum reliquæ civitates, oppida, clerus ac vulgus suppetias ferunt. Ad hoc bellum jam olim Dionysius noster Cartusianus, quo in Scripturis elucubrandis non est visus præstantior alter, cohortatus est. Exstat hucusque ad Principes christianos epistola ejus parænetica; exstant et revelationes nonnullæ, quibus tunc illum divina benignitas dignata est, secreta sua eidem judicia et iram in contemptores revelans. Scripsit hic alia adeo multa, ut post Augustinum parem credatur habere neminem. Inter quæ in Alcoranum inveniuntur libri quinque, huic bello et huic ævo non incongrui : quibus Mahometi legem confutat, Christi adstruit. Siquidem Mahometanorum, quidquid habent, arcanum producit et interimit. Ibi enim illorum habetur lex, impietatibus juxta ac mendaciis adeo scatens, ut hominibus persuaderi posse

haud foret credibile, nisi in eam legem et peccandi data licentia pellexisset insipientes, et arma compulissent, invitos. Hunc itaque ad regia Majestatis Tuæ castra mittimus, ut quomodo Majestas Tua armis, ita hic scriptis Turcam oppugnet, simulque videas quibus cum hostibus bellum tibi sit, nempe effeminatis, ridendas fabulas, nugas portentosas credentibus : quorum profanas nefandasque impietates persequi, maxime est religiosum. Optamus autem summopere hoc in bello divina protectione Majestatem Tuam et regi et custodiri : ut non solum foris hosti pestilentissimo resistat, sed multo magis ut intus gliscens malum tollat. Nam quod ad religionis christianæ profectum attinet, frustra Turcis resistitur, nisi eadem opera simul et hæreticis obviam eatur : quod commodiori via alia fieri non potest, quam si quæ subversa sunt hæreticorum impulsu Universitates et monasteria, pristinae integritati restituantur, et quæ non sunt subversa, ab eorundem injuria defendantur. Neque enim minus opus est eruditorum hominum copia adversus hæreticos, quam robustiori adversus Turcas : imo, quanto interni hostes perniciosiores sunt externis, tanto majori profecto sollicitudine illorum astutia cavenda est pariter et impedienda, præsertim quum illi etiamnum studiosius insidentur animabus nostris, quam ut ab illis ipsi nobis cavere possimus. Sed et monasteriorum collapsorum restauratio, vel adhuc stantium conservatio adeo pœnitenda non est, ut nisi horum ratio habeatur, nec sanctæ religionis Christi ratio haberi possit. Verum hæc absque nostra monitione regiam Tuam Majestatem et scire et velle confidimus. Cui ob id, post Auctoris nostri operam, nostram quoque (qualiscumque est) commendatam volumus diligentiam : quandoquidem nihil tam arduum nobis esse debet, in quo nos quoque Tuam Majestatem non cupiamus pro virili nostra subjici et gratificari. Omnipotens Maximus, cum potentissimo maximeque catholico D. Imperatore Carolo fratre tuo, Majestatem Tuam serenissimam longævam diuque felicem nobis conservet. Ex nostra Cartusia Agrippinensi, Idibus Octobris, anno MDXXXII.

www.libtool.com.cn

PROÆMIUM

www.libtool.com.cn

REGI magno ac præpotenti Imperatori Sarracenorum, omnibusque legis Mahometi doctoribus atque cultoribus, quidam Christianus religiosus : veritatem necessariorum ad salutem cognoscere, rationabilia scripta æquanimiter legere et audire, atque ad veram beatitudinem pervenire.

Quoniam juxta Salvatoris nostri Jesu Christi doctrinam ac jussionem, debemus nos Christiani non solum amicos, sed inimicos quoque diligere, odientibus benefacere, et item pro persecutoribus et calumniatoribus exorare, ut simus filii adoptivi Patris omnipotentis, qui solem suum facit oriri super bonos et malos, et pluit super justos et injustos ; hinc veraciter christiani Sarracenos, quamvis sibi graviter adversantes, spiritualiter diligunt, atque pro eorum illuminatione, conversione et salute quotidie intercedunt. Quanquam hanc ipsam Christianorum dilectionem ac pietatem despiciant Sarraceni, quippe qui se ipsos Christianis sapientiores felicioresque arbitrantur ; verumtamen, si ea quæ in isto scribuntur opusculo, patienter ac diligenter adverterint, forsitan aliter opinabuntur aut sentient. Itaque ego servorum Christi minimus, qui de lege Mahometi frequenter quædam audivi ac modica legi, pereuntibusque illa in lege semper condolui, dum eodem quo hæc scribere cœpi anno, Alcoranum Doctrinamque Mahometi et alia quædam de eo legissem, cum ingenti quoque diligentia relegissem, dolore cordis intrinsecus tactus sum, tam innumerabilium millium hominum deceptionem atque æternam damnationem vehementer deplorans : præsertim quum Sarraceni isti nobiscum in tam multis concordent, et ob id videantur satis faciliter posse converti. Hinc ad laudem et gloriam Dei sublimis et benedicti, qui a solis Christianis salubriter colitur, decrevi pro Sarracenorum conversione hæc scribere, lucè clarius ostendendo eis suos errores, falsitates doctrinarum Mahon, scriptaque Alcorani esse mendosa, et contradictionem implicantia, heu ! frequenter.

Præterea id exopto, ut quam diligenter nos Christiani scripta ad legem Sarracenorum spectantia legimus, tam diligenter ipsi hæc legant, nec apertissimæ veritati pertinaciter contradicant. Si enim (ut ipsemet Mahon toties contestatur) Jesus, Mariæ filius, Christus est, nullum prorsus relinquitur dubium apud intelligentem novi ac veteris Testamenti scripturas, quin omnes Sarraceni, sicut et ceteri infideles, sint in statu damnationis æternæ, præsertim quum ipsemet Christus in Evangelio dicat : Ego sum via, veritas et vita ; nemo venit ad Patrem nisi per me. Denique universi Prophetæ id prædixerunt ac docuerunt, quod Christus totius mundi salvator sit, nec quempiam posse salvari nisi credentem in ipsum, ita quod tempore evangelicæ legis nemo potest Deo placere nisi veraciter christianus. Nec sufficit sola fides, sed (juxta Christi doctrinam) in omni humilitate, patientia, caritate, ceterisque virtutibus, supergloriosissimo et incircumscriptibili Deo servire oportet. Denique Christus in Evangelio loquitur : Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intrare regnum Dei. Quum ergo Sarraceni non regenerentur ex aqua et Spiritu Sancto, id est, non baptizentur, certum est quod damnentur. Et hæc quidem nunc tetigisse sufficiat, quoniam infra clarissime probabuntur.

Matth. v.
44, 45.

Joann.
xiv, 6.

Ibid. iii, 5.

www.libtool.com.cn

CONTRA

PERFIDIAM MAHOMETI¹

LIBER PRIMUS

DE PERFIDIA MAHOMETICA ET FIDE CATHOLICA.

ARTICULUS PRIMUS.

Testimonia Mahometi de Christo.

PROTESTOR in primis, quod recitando ea quæ in Alcorano ac aliis scriptis ad legem Mahon pertinentibus continentur, nihil aliud recitabo quam illic habetur; et si aliud quidpiam recitare videbor, non mihi imputetur, sed corruptioni potius exemplaris, aut vitio translationis: quam tamen satis fidelem confidimus. Denique testimonia Mahon de Christo introducā, non quo magnum quid arbitrer, quod filius ille perditionis æternæ, hominumque deceptor et pseudopropheta, quædam vera, bona et magna de Christo protulerit, sed ut propriis testimoniis convincatur, atque ex eis ad veram ac saluberrimam Christi fidem Sarraceni facilius inducantur.

Insuper agnoscendum, quod sicut liber legis Christi, Evangelium appellatur; sic liber legis Mahometi, Alcoran dicitur. Alcoran namque Arabicum nomen est, quod interpretatur collectio mandatorum, et latine Alcoranum vocatur. Quem librum, ut

A infra dicetur, Mahomet finxit sibi a Deo per Gabrielem angelum missum, datum ac revelatum.

Itaque in Alcorano, prima distinctione seu azoara, seu primo capitulo, dicitur: *Christo, Mariæ filio, divinus spiritus auxilium atque testimonium exstitit.* Rursus in Alcorano, in quartæ definitionis exordio, quasi ex Dei persona asseritur: *Omnia Prophetarum alio super alium per me sublimato, et eorum quibusdam cum Deo locutis, Christo, Mariæ filio, animam nostram proprie conferentes, vim atque virtutem præ ceteris ei præbuimus.*

Præterea, quinto Alcorani capitulo legitur: *Angeli Mariam alloquentes, dixerunt: O Maria, omnibus viris et mulieribus splendidior, mundior atque jucundior, tibi summi nuntii gaudium cum verbo Dei (cujus nomen est Jesus Christus, qui est facies omnium gentium in hoc futuroque sæculo, sapiens, vir optimus) ab universitatis Creatore mittitur. Illa respondit: O Deus, quomodo virum non tetigi, filium quomodo concipiam? Inquiunt angeli: Deo nihil occurrit impossibile, omnia prout vult operanti. Ipse*

¹ Ex editione Coloniensi Petri. Quantel, 1533.

filium tuum cum divina virtute venientem, librum legiferum omnisque magistrarii peritiam et Testamentum ac Evangelium edocebit. Ille, videlicet Christus, cæcos et mutos curabit, morpheaticos ac leprosos mundabit, mortuos, Creatore cooperante, vivificabit : quæ cuncta a credentibus in Deum miracula censentur. Vetus Testamentum confirmabit. Seque cum divina virtute atque potentia venisse patefaciens, inquiet : Timentes Deum, me sequamini. Deus enim, mei vestrique Dominus est : quem adorantes, recto procedent tramite. Sciens eos, puta Judæos, in sua incredulitate obstinatos manere, ait : Quis in Dei nomine me sequetur ? Viri quidam vestibus albis induti respondentes, dixerunt : Nos in Dei nomine te sequentes, in Deum credimus, te teste. Dixeruntque : O Creator, nos huic libro, videlicet Evangelio, fidem exhibentes, legatumque tuum imitantes, fidelibus adscribe. Quem, scilicet Christum, Creator est affatus : Ego tuam ad me reducens animam et exaltans, teque ab incredulis liberans, eos qui te secuti sunt, his qui verbo tuo non crediderunt, usque ad diem publicæ resurrectionis superponam ; incredulos quoque summis cruciatibus hic sæculoque futuro affigam, fidelibus vero et benefacientibus, merita sua cum gaudio conferam. De virtutibus atque justitiis Jesu ista tibi revelare decrevimus.

Amplius, capitulo duodecimo Alcorani quasi ex Dei persona profertur : *Christum, Mariæ filium, cui commisimus Evangelium, quod est lumen et confirmatio Testamenti, et castigamen ac recta via timentibus Deum, ad vestræ legis supplementum misimus, o Judæi. Omnis ergo Evangelii servus, ipsius præcepta judicando sequatur : alioqui malus erit. Undecimo quoque capitulo legitur : Jesus, Mariæ filius, Dei nuntius, suusque spiritus, et verbum Mariæ cœlitus missum existit.*

Postremo, tertiodecimo Alcorani capitulo dicitur : *Deus Christum, Mariæ fi-*

lium, cui tradidit animam mundam ac benedictam, qua juvenes et infantulos affatus est, cæcum natum atque leprosum curavit, mortuos suscitavit, quem etiam librum et sapientiam et Evangelium et Testamentum edocuit, affatus est, dicens : Te sic ad filios Israel cum virtutibus meo velle venientem, increduli magum esse perhibent ; tu vero de bonis tibi matricque tuæ divinitus datis, mihi gratias redde.

Ecce testimonia ista redduntur Christo in Alcorano, et Sarraceni credunt hæc vera esse. Verumtamen præfatis testimoniis quædam falsa ac fabulosa in præallegatis capitulis admiscerentur, quæ hoc loco omisi, quoniam infra in speciali tangentur articulo. Imo et quasdam hæreticas pravitates veritatibus inserit præinductis, ut infra patebit.

ARTICULUS II.

Resolutio dictorum Mahometi de Christo ; et quid Mahon ac Sarraceni sentiant de Christo ac Christianis.

QUAMVIS Mahon dixerit Jesum esse Christum, ejusque Matrem virginem esse docuerit : non tamen credidit eum esse verum Deum, sed hominem purum ; nec Matrem ejus credidit esse Dei genitricem, sed hominis tantum.

Hinc duodecimo Alcorani capitulo dicitur : *Sciendum eos incredulos esse, qui Jesum, Mariæ filium, Deum esse dicunt.* Et subditur ibi quasi argumentum ad hoc, quia subjungitur : *Quis enim eis quidquam inde faceret, si Deus omnipotens Christum atque Mariam omnesque mundanos mori faceret ? ac si dicat : Deus Christum posset occidere, vel (si hoc melius sonat) vita privare. Sed argumentum hoc faciliter solvimus. Non enim ambigimus quin Christus pro totius mundi salute occisus sit ; et nihilo minus verus est Deus : quia in eo in unitate personæ est duplex natura, utpote humana atque divina. Itaque divinitate Christi impassibili*

ac invariabili permanente, ipse Christus secundum humanam suam naturam passus ac mortuus est. Sed id nunc tetigisse sufficiat, quoniam infra clarius ostendetur. Insuper eodem Alcorani capitulo scribitur : *Omnes dicentes Christum, Mariæ filium, Deum existere, mendaces inventi sunt atque increduli, quum Christus ipse dixerit : Filii Israel, in Deum, Dominum meum ac vestrum, credite; cui quicumque socium aut participem posuerit, ignem intrabit perpetuum. Christus, Mariæ filius, non est nisi nuntius Dei : quia et ipsum plures nuntii præcesserunt; materque ejus et ipse comestibilibus vescantur.*

Præterea, circa finem capituli tertii decimi Alcorani inducitur Deus quasi loquens hæc verba : *O Jesu, Mariæ fili, tu persuade hominibus ne loco Dei te et matrem tuam duos Deos habeant ac venerentur. Respondit Jesus : Nolit Deus ut ego quid præter veritatem dicam. Et si protuli, tu nosti : quia tu omnium secreta cordium noscens, cordis mei arcanum penetras, ego vero tui nequaquam. Tu scis nil me hominibus nisi mandata tua dixisse, videlicet, quod Deum meum ac suum invocent et adorent.*

Amplius, Mahometus sic unum verum Deum docuit adorandum, quod illum esse trinum in personis prorsus negavit. Unde in Alcorano, capitulo centesimo decimo, habetur : *Omnibus deteriores sunt homines legibus subditi, quum Deo participes adjungunt. Idcirco perpetuum ignem gehennæ perenniter patientur. Et alibi frequenter consimilia dicit, puta quod Deus non habet filium sibi æqualem, atque quod omnes qui Deum trinum asserunt in personis, tres Deos affirmant. Hinc itaque omnes Christianos, qui Deum credunt trinum, et Jesum verum Deum, ait esse incredulos ac damnandos. Unde nonodecimo Alcorani capitulo legitur : Nil præter opinionem sequuntur, dicentes Deum sumpsisse filium, quo nequaquam indignuit. An habent rationes hoc demon-*

A straturas, an Deo nescitum imponunt? Omnis mendacium hoc Deo imponens, hic bono carebit, et postea malum gravissimum ab ipso recipiet.

Denique, ut in Doctrina Mahon describitur, interrogatus ipse a Judæo Abdia, Quid est unum? respondit : *Unum est Deus, cui nec particeps, nec socius, nec filius. Alicubi etiam dicit, quod Deus non habuit uxorem, ut filium sumpsisse credatur. Circa finem quoque Doctrinæ suæ, ubi judicii diem describit, inter cetera Mahomet ait, quod mortuis suscitatis atque adventum Dei judicis cum timore per quadraginta annos expectantibus, tandem implorabunt auxilium Christi, dicentes : Jesu Christe, spiritus, verbum et virtus Dei, moveat te pietas tua, et intercede pro nobis. Tunc dicet eis Jesus : Quod a me petitis, ipsi amisistis. Missus quidem fui vobis in virtute Dei et verbo veritatis; vos autem aberrastis, et me, plus quam ego prædicaverim vobis, Deum vestrum fecistis. Hic itaque beneficium meum amisistis.*

Ex his igitur innotescit, quod Mahon omnes Christianos catholicos idcirco dicit incredulos ac damnandos, quoniam Christum credunt Deum, et Deum credunt unum ac trinum. Sic itaque laudat Christum, et sic approbat ejus doctrinam, fidem ac legem, ut universos veraciter christianos condemnet. Porro, si quis credat Jesum purum hominem et Dei nuntium ac prophetam, Deumque unum dumtaxat in essentia et persona, et insuper credat Alcoranum desuper missum, et Mahometum esse Dei nuntium ac prophetam, atque secundum Christi vivat doctrinam; talem dicit Mahon in fide et lege Christi posse salvari. Imo, si Judæus secundum Moysis legem vivat, et nec Christo nec Mahometo in aliquo contradicat, asserit eum Mahomet in sua posse lege salvari.

Istud videtur mihi esse de mente Mahometi. Siquidem duodecimo Alcorani capitulo quasi ex Dei persona asseritur : *Sua cuique a nobis sunt posita lex atque judicia. In principio quoque tertii decimi*

capituli Alcorani scriptum est : *Christianorum sacerdotes ac præsules non indignantes aut præsumptuosi, quum verbum super prophetam (videlicet Mahometum) positum audiunt, veritatemque cognoscunt, lacrimantur et dicunt : O Deus, nos cum illis bonis hominibus credentes, te nos illis associaturum summe speramus. Hoc autem verbo paradikum merentur.* Rursus, capitulo Alcorani tricesimo primo, inducitur Deus loquens : *A nobis cuique gentium lex quam sequatur est posita. Sequenti quoque ibidem capitulo sæpius dicitur, quod Deus singulis gentibus nuntios misit, unicuique ex gente sua. Quod etiam in multis Alcorani capitulis fertur. Unde sensisse videtur, unumquemque in lege sibi a Deo collata posse salvari. Verumtamen duodecimo Alcorani fertur capitulo : Sciendum, viros legum, nullius legis fidei perfectionem assequi, nisi Testamenti et Evangelii ac hujus libri a Deo positi (utputa Alcorani) præceptis obediant.*

Ex his reor patere quid Mahon et Saraceni eum sequentes, de Christo Christianisque sentiant. Sed quam erronea et mendosa ac sibi invicem contraria sint jam ex Alcorano et Doctrina Mahometi allegata, infra luce clarius ostendetur.

ARTICULUS III.

Scripta Alcorani et testimonia Mahometi de Maria virgine et Joanne Baptista, parentibusque eorum.

QUINTO Alcorani capitulo scriptum est : *Adam et Noe ac Abraham illiusque posteritatem et Joachim Deus elegit, et super omnem gentem extulit. Uxor Joachim se gravidam sentiens, ait : Tibi, Deus creator, ventris mei conceptum vovens, ipsum tibi soli servientem devote postulo digneris colligere. Quum autem filiam peperisset, eique nomen Mariam imposuisset, dixit : Natam meam suamque prolem tuo, Deus, obsequio penitus devotas, a tentationibus et insidiis diaboli protege. Hoc matris votum Deus benigne*

A *suscipiens, natæ suæ crementum optimum corque firmissimum dedit. Hanc Zacharias in tutelam suam suscipiens, quoties, ut orationes funderet, ad altare processit, fructus optimos intempestivos super eam invenit. Quæ ab eo quæsitæ unde hos sumeret, inquit : A Deo, qui cui vult, dona facit innumera. Zachariæ deinceps Deum deprecanti ut sibi filium gratum honorificumque tribueret, quum orationes ante altare funderet coram Deo, angeli responderunt : Deus vestræ petitioni satisfaciens, optimoque nuntio te lætificans, filium tibi promittit Joannem, confirmantem verum. Eritque vir bonus, virgo perseverans. Zacharias dixit : Quum sim senex, uxorque mea sterilis, prolem quomodo faciam? Angeli : Deo, inquit, nihil est impossibile. Angeli rursus Mariæ dixerunt : O Maria, cunctis viris feminisque præclarior, soli Deo perseveranter studens, ipsum cum humilibus genuaque flectentibus adora. Insuper de hac materia vicesimo octavo Alcorani capitulo multa scribuntur. Sed ista et maxime illa falsis et fabulosis recitationibus, ut infra probabitur, depravantur. De his ergo modo pertranseo, hoc solum adjiciens, quod capitulo Alcorani septuagesimo quarto inducitur Deus dicens : *Maria se dirigendo nil malitiæ aut pravitatis operata est : unde nostram animam insufflavimus ei.**

ARTICULUS IV.

Quod Mahometus, omnium principalium hæresiarcharum qui eum tempore præcesserunt, hæreses perfidiasque resorbuit, et resorptas evomuit ac renovavit, multosque insuper errores sacrilegos et superstitiosos induxit, et pene tertiam partem hominum secum in profundum inferni, incomprehensibili et occulto sed justo Dei judicio permittente, demersit.

AB exordio prædicationis Apostolorum Domini nostri Jesu Christi, cœperunt hæresiarchæ quidam exurgere : inter quos fuerunt Ebion et Cerinthus, qui adhuc

vivente et prædicante beatissimo Joanne apostolo ac evangelista, novam hæresim induxerunt, asserentes Jesum Christum esse hominem purum, non Deum verum. Quam hæresim postea renovaverunt inimicus Dei Nestorius et Photinus. Quumque Deus hæresim istam per sacræ Scripturæ doctrinam et innumerabilia præclara miracula ab Ecclesia pro parte maxima extirpasset, venit Mahomet et renovavit eamdem, affirmans Christum non esse nisi hominem purum. Fuerunt quoque alii hæresiarchæ, videlicet Arius atque Eubonomius, qui dixerunt, cum simplicitate divinæ essentiæ Deitatisque unitate trinitatem personarum in Deo stare non posse. Ideo negaverunt Deum esse trinum in personis. Et hæresis ista præ ceteris hæresibus in Ecclesia magis prævaluit et crevit. Quumque et hanc Deus omnipotens et æternus per infinita miracula Scripturarumque documenta exterminasset, venit Mahon renovans eam, adstruens eos qui Deum trinum in personis fatentur, adorare tres Deos. Fuerunt demum et alii hæresiarchæ, utputa Marcion et Manichæus, dicentes Christum non esse veraciter pro mundi salute passum et crucifixum. Quorum falsissima perfidia undique eliminata, venit princeps totius erroris Mahon, et illam renovavit perfidiam, dicens Christum a Judæis non esse occisum, prout infra plenius referetur. Fuerunt insuper alii hæresiarchæ, dicentes circumcisionem aliaque legalia, puta Mosaicæ legis præcepta cærimonialia, simul cum Evangelio esse servanda. Quorum quum hæresim Deus gloriosus eliminasset, venit omnium magister errorum Mahon, renovavitque partem illam : quia (ut ex Alcorano est allegatum) asseruit ad perfectionem pertinere, Testamenti et Evangelii præceptis pariter obedire. Ecce quot hæreticæ pravitates in uno hoc homine fuerunt collectæ.

Denique non solum præfatorum hæreticorum, sed gentilium quoque multorum renovavit insanias. Quemadmodum enim Porphyrius philosophus in libris quos con-

tra Christianos conscripsit testatur, quidam deorum etiam quædam bona de Christo locuti sunt, utpote quod fuerit vir sapiens atque piissimus; et specialiter dea quædam Christum valde laudavit. Sic tamen dii ac deæ gentilium Christum colaudaverunt, quod ejus discipulos omnesque Christianos vituperaverunt, dicendo quod discipuli Christi docuerunt Christum esse unigenitum Dei Filium, verumque Deum : quod ipsemet Christus non docuit, imo doceri prohibuit. Et ecce hunc quoque errorem Mahomet renovavit, sicut ex dictis in secundo articulo innotescit.

Præterea, ultra tot falsitates, omnia evangelicæ legis sacramenta abjecit, et varias superstitiones induxit, impiissimas leges condens, atque Venereos ritus inducens, concupiscentiis relaxans habenas. De quibus omnibus infra dicetur.

Postremo fuerunt hæretici qui beatitudinem hominis post hanc vitam, in carnalibus delectationibus aut partim aut totaliter statuerunt, saltem per tempus mille annorum. Quorum errorem turpissimum renovavit hic Mahon, asserens virtuosus fidelibus præmium post hanc vitam in paradiso terrestri conferri, in amplexibus pulcherrimarum uxorum et innumerabilium puellarum, in abundantia rivorum vini; lactis et mellis, aureorum lectorum ac vestium sericarum.

Tam abominabilia quoque docuit mendacia de entibus universi, et de existentibus supra cælum ac infra terram, atque de interfectione omnium intellectualium ac rationalium creaturarum ante diem extremi judicii, quod nullus homo, nisi diabolico spiritu omnino repletus, posset hujusmodi mendacia fingere. Quæ omnia, præstante Spiritu Sancto, inferius probabuntur.

ARTICULUS V.

De modo procedendi in isto tractatu.

QUONIAM itaque tot hæresiarcharum atque gentilium hæreses ac perfidias Mahomet renovavit, innumerabilia contra

eum ac Sarracenos argumenta habemus, A videlicet ; omnes illas novi ac veteris Testamenti scripturas et auctoritates quas sancti Patres et christiani doctores præfatis hæreticis objecerunt ; universa quoque præclarissima illa miracula, soli utique omnipotenti Deo possible, quæ Deus per Sanctos suos ad præctarum hæresum falsitates reprobandas et extirpandas operari dignatus est, de quibus in sequentibus erit sermo ; multa etiam philosophica argumenta.

Porro, ut ordinatior, compendiosior clariorque fiat in opere isto processus, primo, ponam in generali argumenta fidei christianæ. Secundo, describam qualiter primo prædicata, divulgata et usque in præsens conservata sit fides christiana. Tertio, ex scripturis novi ac veteris Testamenti divinitatem Christi probabo. Quarto, ex eisdem scripturis, Deum esse unum ac simplicem in essentia ac trinum in personis ostendam. Quinto, aliqua documenta ad christianam fidem ejusque declarationem pertinentia introducam. Sexto, recitabo aliqua de Mahometo, et qualiter introducta ac divulgata sit lex ipsius. Septimo, ad reprobationem errorum et falsitatum injustiarumque in Alcorano contentarum procedam. Octavo, contra insanissimam et irrationabilissimam Mahometi Doctrinam aliqua scribam. Deinde, contra scripta de ejus genealogia et nativitate disputabo. Postremo, evangelicæ legis præcepta, doctrinam ac perfectionem describam, Christi quoque et Sanctorum recitabo miracula.

ARTICULUS VI.

De argumentis fidei christianæ in generali.

QUEMADMODUM sapiens quidam loquitur, qui cito credit, levis corde est. Unde et Joannes apostolus : Nolite (inquit) omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Itaque verbis et

Eccli.
xix, 4.
1 Joann.
iv, 1.

transcendentibus penitusque incomprehensibilibus credere, levitatis et insipientiæ signum est, nisi propter motiva idonea proportionataque et efficacia argumenta illis credatur : non quod hujusmodi motiva et argumenta faciant verba et documenta supernaturalia et incomprehensibilia, esse homini comprehensibilia in hac vita ; sed quia sufficienter demonstrant Deum esse testem atque auctorem veritatis talium verborum ac documentorum :

B quo cognito, mox propter summæ et increatæ Veritatis inviolabilem auctoritatem firmissime est credendum, eo quod supersanctus et supergloriosissimus Deus falsitatis confirmator et testis esse non valeat. Quum ergo Christi documenta, et ea quæ in Evangelio de ipso docentur esse credenda, sint prorsus supernaturalia et incomprehensibilia, necesse fuit ea per idonea probari argumenta, utputa per diversa evidentiaque miracula soli altissimo possible Deo, ut sunt : suscitatio mortuorum, curatio eorum qui a nativitate surdi, cæci, claudi seu muti sunt ; statio solis et retrocessio lunæ, mutatio motionis cœlestium corporum : quæ omnia ad testimonium veritatis fidei christianæ, a Deo per Christum et ejus Apostolos ac alios evangelicæ legis Sanctos, frequenter et copiosissime facta noscuntur. Hoc ergo, loquendo in generali, unum est argumentum fidei christianæ. Sed quoniam Mahon in Alcorano, ut allegatum est, fatetur talia art. 1. facta a Christo divina virtute, evangelicamque doctrinam a Deo esse collatam, sufficit nunc istud tetigisse tantisper.

Secundum fidei christianæ argumentum, loquendo in generali, est scriptura ac prophetia veteris Testamenti. Quidquid enim in novo Testamento de Christo docetur, quidquid de eo in Evangelio scribitur, in libris Prophetarum ac Moysis, hoc est in scripturis veteris Testamenti, prænuntiatum seu præsignatum multipliciter ac copiosissime demonstramus. Imo ab exordio mundi præcesserunt prophetiæ

de Christo. De quo Deus dixit ad Abraham: **A** In semine tuo benedicentur omnes gentes.

Gen. xxii.
18.
Ibid. xxvii.
1. xxviii. 14.

Idem quoque dixit Deus ad Isaac patriarcham, deinde ad Jacob, sicut in libro Genesis Moyses scripsit. Denique sanctus ille patriarcha Jacob, morti proximus, de Christi adventu clarissime prophetavit:

Ibid. xxx.
10.

Non auferetur (inquiens) sceptrum de Juda, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium; itemque, **B** Salutare tuum expectabo, Domine: prout Genesis quadragesimo nono capitulo scriptum est.

Ibid. 18.

Imo, de Christi adventu, de ejus nativitate **B** ex virgine, de ejus miraculis, de loco suæ nativitatis, de tempore sui adventus, de ejus benedicta ac salutifera passione, de ipsius etiam resurrectione, ascensione, ac Spiritus Sancti missione, de evangelicæ legis collatione et prædicatione, beatissimi prophetæ veteris Testamenti, David, Isaias, Jeremias, Daniel, Michæas, Aggæus, Zacharias, Malachias, multique alii, aperitissime et frequentissime prophetaverunt, quemadmodum in eorum libris ostendimus. Sed de his jam in generali tantummodo loquor, infra de eis in speciali scripturus. Nempe, quum Christi incarnatio et liberatio generis humani per passionem ipsius, ac cetera Salvatoris nostri mysteria, sint summa et præclarissima opera omnipotentis et superdignissimi Dei,

2. cslvi. 5.

deciuit valde ut Deus æternus, cujus sapientiæ non est finis, ea ab exordio mundi, et præsertim tempore veteris Testamenti, per sanctos Patriarchas atque Prophetas prænuntiaret ventura, ne inopinate aut improvise putarentur venire. Quum ergo **D** solius supersapientissimi Dei sit futura pure contingentia certitudinaliter præcognoscere ac aliis revelare, eaque omnia conspiciamus impleta quæ de Christo prædicta sunt, palam quod non nisi a Deo sit lex illa quæ talibus innititur argumentis atque hujusmodi fundamentis fulcitur.

Tertium argumentum fidei christianæ, est perfectio ac sanctitas vitæ atque doctrinæ evangelicæ legis. Christus namque in Evangelio totius perfectionis ac san-

ctitatis dat documenta. Nam decem præceptis superaddit duodecim consilia, in quibus docet et consulit omnia illa vitanda ac relinquenda per quæ homines solent a divini amoris fervore, a supernæ contemplationis splendore, a virtutum perfectione, a continuo atque purissimo Dei obsequio impediri. Ab his equidem homines plurimum impediuntur per terrenas divitias, per carnales affectiones, per sensuales delectationes, per propriæ voluntatis motus ac libertates, per mundanas vanitates, curiositates et pompas. Ideo Christus docuit atque consulit omnia ista esse vitanda intuitu et amore Dei, desiderio spiritualis profectus, internæque puritatis, ac sanctæ et evangelicæ perfectionis, quæ consistit in plena, pura ac stabili mentis ad Deum conversione, in summi et incommutabilis boni ferventissima dilectione, in divinorum contemplatione assidua et sincera, cunctis terrenis carnalibusque contemptis, omni elatione, avaritia, impatientia, invidia, immunditia, ceterisque peccatis devictis.

Quartum argumentum veritatis fidei christianæ, est ista tam diuturna et finalis derelictio Judæorum. Constat quippe ex libris Moysis ac Prophetarum, quod Judæi tempore veteris Testamenti fuerunt præelectus et peculiaris populus Dei, habueruntque Prophetas et reges sanctos, atque miracula ac diversa gratiarum charismata. Quumque Deo relicto idola colerent, tradidit eos in manibus inimicorum suorum, quousque se emendarent; quumque conversi, misericordiam Dei deprecarentur, liberavit eos ab hostibus suis. Nec tempore veteris Testamenti unquam reliquit eos tam diu sicut in Babylonica captivitate: in qua tamen non nisi septuaginta annis tenebantur a Chaldæis captivi. Et intra annos illos misit eis sanctos Prophetas, qui eos de futura liberatione consolabantur. Postquam vero Christum eis desuper missum spreverunt, occiderunt, ejusque discipulos abjecerunt, a Deo relicti sunt usque in præsens per annos mille qua-

dringentos et amplius, nec interim misit A
 eis Prophetas. Et quamvis idola nunquam
 interim coluerunt, et pro sua liberatione
 die ac nocte Deum precati sunt, tamen
 hucusque eos non exaudivit. Imo miracula
 quæ tunc per Prophetas fiebant, postea in
 novo Testamento abundantissime sunt per-
 acta. Hanc quoque eorum finalem dere-
 lictionem et captivitatem prædixerunt Pro-
 phetæ. Unde etiam ex hac consideratione
 innumerabiles Judæi ad christianam fidem
 conversi sunt, et quotidie plurimi conver-
 tuntur. Hinc quoque in Alcorano, capitulo B
 duodecimo, dicitur: *Filios Israel ob incre-
 dulitatem suam atque malitiam, ab amore
 suo Deus per linguam David Christique
 filii Mariæ prorsus ejecit.*

Quintum fidei christianæ argumentum,
 est conservatio, imo et augmentatio ejus
 inter innumerabiles ac ferocissimas per-
 secutiones quas a tyrannis atque hæreticis
 Christiani perpessi sunt. De quo in se-
 quenti articulo erit sermo.

Sunt etiam alia plurima nostræ sacra-
 tissimæ ac saluberrimæ fidei argumenta, C
 quæ non est necesse hic commemorare,
 eo quod Sarraceni, quibus et pro quorum
 conversione scribuntur hæc, fateantur
 Evangelium desuper Christo collatum, et
 fidem legemque Christi esse divinam. Ve-
 rumtamen id diligentissime est pensan-
 dum, quod fides illa qua credimus Deum
 esse unum in essentia et trinum in per-
 sonis, Christumque esse verum Deum ac
 hominem, et cetera ad articulos fidei chris-
 tianæ spectantia, præactis roboratur di-
 vinitus argumentis. Fides vero (imo magis D
 perfidia) Mahometi et ceterorum hæreti-
 corum asserentium Deum non esse trinum
 nec Christum esse Deum, prædictis argu-
 mentis non roboratur, sed dissipatur. Non
 enim infelicissimi hæresiarchæ aut Ma-
 homet vel eorum sequaces egerunt mi-
 racula soli Deo possibile, sed veri et
 sancti Christiani catholici, qui omnia cre-
 diderunt quæ sancta et universalis ac
 Romana Ecclesia docet esse credenda. Et
 hoc sequenti clarius elucescet articulo.

ARTICULUS VII.

*Qualiter primo prædicata, divulgata et
 usque in præsens conservata sit fides
 christiana.*

NON armorum potentia, non aliqua vio-
 lentia, non magica arte, non humana
 facundia, non argumentationibus alicujus
 naturalis scientiæ aut rationis humanæ,
 persuasa aut introducta est primo homi-
 nibus lex evangelica fidesque christiana;
 sed ipsemet Christus in omni paupertate,
 humilitate ac patientia inter homines ap-
 parere et conversari elegit, suamque præ-
 dicationem miraculis et Scripturarum au-
 ctoritatibus roboravit, sicut in Evangelio
 scriptum est. Denique ipse ante passionem
 suam misit discipulos suos ad prædican-
 dum solis Judæis. Sanctus quoque Joannes
 Baptista, Christi præcursor, qui ab ipsa
 infantia sua in eremo vitam duxit an-
 gelicam, modico tempore ante Christi præ-
 dicationem prædicavit Judæis, baptizavit
 que plures eorum, et sua prædicatione
 præparavit corda eorum ad fidem Christi.
 Quum enim Judæi communiter æstimarent
 Joannem Baptistam, ob suam vitam san-
 ctissimam, esse Christum eis in lege et
 Prophetis promissum, dixit eis Joannes:
 Quem me arbitramini esse, non sum ego; Act. xiii. 26
 sed venit alius fortior me, cujus non Matta. iii.
 sum dignus ut procumbens coram eo 11: Marc.
 solvam corrigiam calceamenti ejus. Quod 1: 7.
 dixit de Christo, quem et digito demon-
 stravit, dixitque: Ecce Agnus Dei, ecce Joan. i. 29.
 qui tollit peccata mundi. De quo iterum
 ait: Qui de cælo venit, super omnes est. Ibid. iii. 13.

Præterea, quamvis ante Christi passio-
 nem multi Judæorum in eum crediderint, Ibid. x. 25.
 prout in evangelio S. Joannis apostoli 11: v. 21.
 scribitur, Christo tamen crucifixo, non v. 30.
 solum communes Judæi, sed ipsi quoque
 discipuli atque Apostoli Christi corruerunt
 a fide. Sed Christus tertia die a morte
 gloriosus et immortalis resurgens, et di-
 scipulis suis per dies quadraginta fre- Act. i. 3
 quenter apprensus, seque eis palpabilem

præbens, et cum ipsis manducans, bibens A
ac loquens, reduxit eos ad fidem. cn

Porro quadragesimo die post suam resurrectionem, coram discipulis suis ascendit in cœlum; deinde post decem dies misit eis Spiritum Sanctum. Ipso etenim sacratissimo die Pentecostes, orantibus Apostolis ceterisque discipulis ac sanctis mulieribus congregatis in una domo cum eis, descendit super eos Spiritus Sanctus in specie ignearum linguarum. Et repente implevit mentes illorum ardentissimo divinæ dilectionis fervore, et totius sacræ B
Scripturæ notitia, omnium quoque linguarum scientia, et insuperabili mentis constantia, omnique virtute et gratia: ita quod ipsi gloriosi Apostoli cum ceteris eis adjunctis, qui paulo ante metu Judæorum sederunt clausi, subito pariter exeuntes, introierunt templum Judæorum, atque ibidem coram universis Judæis constantissime prædicaverunt Jesum esse Christum Filium Dei, et eum resurrexisse a mortuis ac ascendisse in cœlum, et Spiritum Sanctum eis esse missum ab ipso. C
Quumque Judæi mirabilia tanta viderent, et sanctos Apostolos omnium gentium linguis loqui audirent, admirati sunt valde.

Illaque die tria millia Judæorum ad fidem Christi conversa sunt. Alia die, quum sacratissimus princeps Apostolorum Petrus quemdam virum ex utero matris claudum, qui nunquam ambulavit, repente curasset dicendo, In nomine Jesu Christi surge et ambula; quinque millia Judæorum crediderunt in Christum. Quotidie quoque per prædicationem Apostolorum atque per magna et diversa eorum miracula, multi Judæi et sacerdotes, Scribæ et Pharisæi ceteris doctiores, ad fidem Salvatoris convertebantur. Tot namque et tanta signa, prodigia ac miracula operabatur Deus quotidie per felices Apostolos, quod etiam civitates juxta Jerusalem sitæ concurrerunt ad urbem Jerusalem, ægros suos secum ferentes eosque in grabatis in plateis ponentes, quatenus Petro veniente, saltem umbra ipsius obumbraret quem-

quam illorum et sanarentur. Fiebatque ita. Ecce hoc modo evangelica lex in sancta civitate Jerusalem prædicari ac multiplicari exorsa est. Atque exinde ad alios cœpit diffundi, quemadmodum Isaias propheta prædixit: De Sion exhibit lex, et verbum Domini de Jerusalem. David quoque propheta et rex, alloquens Christum: Virgam (inquit) virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Unde et Christus eadem hora qua ascendit in cœlos, dixit Apostolis: Eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæa et Galilæa et Samaria, et usque ad ultimum terræ. Quum enim Apostoli ita ad tempus in Jerusalem prædicassent, cœperunt quoque in aliis urbibus Judææ et Samariæ et Galilææ quidam eorum prædicare: sicque in præfatis provinciis multa millia Judæorum ad Christum conversa sunt.

Porro tempore procedente, major pars Judæorum cœpit totaliter obdurari. Tuncque Christo jubente, Apostoli a se invicem sunt divisi, atque ad prædicandum ubique Evangelium Christi ad terras ac regna gentilium desuper sunt directi. Sicque ipsi præelecti et gloriosi Apostoli et eorum discipuli fidem Christi per totum mundum prædicaverunt, innumerabilesque gentiles converterunt ubique, Deo cooperante et sermonem eorum confirmante sequentibus signis, virtutibus atque miraculis, variisque Spiritus Sancti distributionibus. Tunc quippe communiter super credentes, dum baptizabantur, descendit et apparuit Spiritus Sanctus in signo visibili, deditque eis gratiam prophetiæ et omnium usum linguarum, abundantiamque divinorum charismatum ac ferventissimum divini amoris ardorem. Sic igitur primo in toto orbe terrarum prædicata, divulgata et introducta est fides christiana.

Interea multi reges principesque gentilium non credentes, cœperunt Apostolis ceterisque fidei christianæ prædicatoribus vehementer resistere atque amarissimas mortes infligere, præsertim imperatores

Act. ii, 1-4.

Joann. ix, 19.

Act. ii, 41.

Ibid. iii, 6.

Ibid. iv, 4.

Ibid. v, 15.

16.

Is. ii, 3.

Ps. cxi, 3.

Act. i, 8.

Marc. xvi, 20.

Hebr. ii, 4.

Romani, qui tunc monarchiam tenebant : A quorum plurimi generalem ac atrocissimam persecutionem inferebant undique Christianis, ita quod tunc passim innumerabilia millia Christianorum pro fide Salvatoris occidebantur. Eratque illud mirabile et revera supermirabile, quod quanto tyranni Christianos crudelius persequerentur ac peremerunt, tanto plures convertebantur ad Christum, et tanto plus invalescebat lex christiana, in tantum quod tandem ipsum quoque Romanum imperium legi ac fidei Salvatoris collum suum constanter humiliterque subiecit. Quum equidem Constantinus potentissimus imperator Christianos crudeliter persequeretur, ob suam tyrannidem incidit incurabilem lepræ plagam ; fuitque ei consultum ut in recenti et calido sanguine puerorum se balnearet. Quumque adductis tribus millibus puerorum iret ad locum quo ageret ita, occurrissentque ei matres puerorum lugubriter nimis, ipse condolens eis atque infantibus, mutavit propositum. Ob hanc suam pietatem misit ad eum C Christus sanctos apostolos Petrum et Paulum, qui in visione dixerunt eidem, ut S. Silvestri Papæ prædicationi obtemperaret. Quod quum egisset, et sacrum Baptisma susciperet, a lepra prorsus curatus est, Christumque perhibuit se vidisse. Quomodo ergo potuit christiana lex inter tot persecutiones tam diuturnas ac ferocissimas perdurare, invalescere ac vigere, nullo Christiano resistente persecutoribus humana virtute, nisi operante Deo omnipotente ? Quum enim unus aliquis Christianus pro fide Christi occidebatur, tot miracula contingebant in ejus occisione et postea, quod frequenter multa millia paganorum, omni idolorum relicta spurcicia, convertebantur ad Christum : imo interdum et ipsi tyranni atque tortores convertebantur. Aliter fides christiana certissime defecisset.

Insuper, paganorum principum persecutione cessante, cœperunt hæretici Ecclesiam Christi, hoc est veros et catholicos

A Christianos, graviter molestare. Siquidem tempore Constantini imperatoris surrexit in Alexandria impiissimus Arius hæresiarcha, docens trinitatem personarum non esse in Deo ; et multos sibi attraxit. Quumque Constantinus, christianissimus imperator, inter Christianos talem dissensionem sensisset, rogavit S. Silvestrum ut convocaret generale concilium, in quo quid secundum Evangelii veritatem de Trinitate tenendum esset, diligentissime inquireretur ac definiretur. Fuitque tunc generale concilium celebratum in urbe Nicæna, in quo trecenti decem et octo episcopi fuerunt de toto mundo collecti, inter quos erant multi præsules sancti : ubi tunc Arius tanquam hæreticus exstitit reprobatus. Et definitum fuit in synodo illa sanctissima, quod in Deo in unitate essentialitatis sit vera trinitas personarum. Nihilominus miserrimus Arius in sua permansit pravitate hæretica, atque in Alexandria multos acquisivit discipulos. Quumque cum illis ad ecclesiam pergeret, quatenus sancto et catholico ejecto antistite, ipse constitueretur episcopus, in ipso itinere tetigit eum plaga Dei, irruique in eum internus viscerum dolor : idcirco ad requisita naturæ parumper divertens, effudit propria intestina ; sicque effusis visceribus, sceleratissimus hæresiarcha morte exspiravit turpissima. Quo facto, hæresis ejus ad tempus quievit. Sed paulo post, filii Constantini imperatoris, Constans atque Constantius, quorum unus imperavit in oriente, alter in occidente, a quodam sacerdote Ariano decepti et hæresi Ariana fuerunt infecti. Atque ex tunc cœpit hæresis illa vehementissime multiplicari, in tantum quod media pars Christianorum et plus (ut legitur) exstitit Ariana ; duravitque diu hæresis illa. Multi quoque imperatores sibi invicem succedentes, Ariani fuerunt, qui episcopos veraciter christianos et sanctos, undique in exilium relegaverunt aut occiderunt. Sicque Ariani humana potentia prævalentes, armis et argumentis humanæ ratiocinationis per-

sequebantur Christianos catholicos; et eos qui Deum esse trinum confitebantur, passim atque feraliter jugulaverunt. Et breviter, hæresis illa in tantum prævaluit, quod ejus extirpatio videtur non minus miraculosa fuisse quam prima divulgatio ac multiplicatio fidei christianæ. Non enim humana potestate aut naturali scientia extirpata fuit hæresis illa, sed per innumerabilia, præclarissima solique Deo possible gloriosa miracula : quia in omnibus finibus mundi suscitavit Christus tunc aliquos sanctos Patres, episcopos et doctores, qui sua conversatione sanctissima et prædicatione verissima, præclarissimisque miraculis, hæresim illam, Deo auxiliante, funditus everterunt. Nec rationabiliter fingi potest qualiter hæresis illa aliter fuerit extirpata.

art. iv. Deinceps fuerunt et alii multi hæresiarchæ : inter quos (sicut præhabitum est) Photinus Nestoriusque fuerunt, Christi deitatem negantes, eumque purum fuisse hominem affirmantes. Quorum sectator existit Sergius, monachus falsus, a quo (ut infra dicitur) instructus fuerat Mahometus. Unde et Nestoriani Christiani Mahometo præ ceteris placuerunt, sicut inferius ex epistola cujusdam præcipui Sarraceni probabitur. Verum hanc hæresim, sicut et ceteras, Christus per sanctorum Patrum et catholicorum doctorum prædicationem, doctrinam, sanctitatem atque miracula, ab Ecclesia extirpavit.

Præterea, cessantibus hæreticis, paceque reddita, tempore procedente atque malitia prævalente, frequenter in cordibus Christianorum refriguit, proh dolor! caritas Dei, devotio Christi, vigorque fidei, ita quod quasi nulla aut pauca videbatur in pluribus Christianis fides mansisse, qui tam intimorate vixerunt quasi non esset vita post vitam præsentem, neque futurum judicium. Quumque Dominus noster Jesus Christus, mundi salvator, Ecclesiam suam nunquam in toto relinquens, eam conspiceret taliter labefactari ac deformari, semper misericordissime subvenit eidem,

A mittendo ad eam viros electos, per quorum exemplarem sanctamque vitam, saluberrima documenta, præclara miracula, alios reformavit, accendit, innumerabilesque salvavit. Quamvis etenim solius Christi doctrina et signa, merito usque in finem sæculi ad conservationem fidei ac devotionis in Christianorum cordibus prorsus sufficerent, tanta tamen est mentium humanarum fragilitas, tanta oblivio, imo et tanta perversitas, tanta quoque incomprehensibilitas credendorum difficultasque agendorum, quod nisi Salvator præfato modo frequenter visitasset Ecclesiam, fides et devotio Christianorum aut omnino aut quasi totaliter defecisset. Unde usque ad tempus istud fuerunt in Ecclesia sancti viri et feminae sanctæ, per quos Christus tam in vita eorum quam postea, multa et magna fecit miracula.

C Ecce in isto articulo fideliter recitavi qualiter fides christiana primo prædicata, divulgata et usque in præsens sit conservata. Sed quoniam nudæ recitationi forsitan non creditur, hæc in sequenti articulo diligentius sunt probanda.

ARTICULUS VIII.

Probatio eorum quæ in præcedenti articulo dicta sunt.

DICTA in præcedenti articulo usque ad id, Interea multi reges principesque gentilium non credentes, etc., ex scriptura canonica novi Testamenti manifeste probantur : ideo Sarraceni eis merito crederent, præsertim quum Mahon toties fateatur Evangelium Christo a Deo collatum. Ex Evangelio namque et libro Actuum Apostolorum, quem Lucas evangelista sanctus conscripsit, illa omnia demonstrantur. Cetera vero ex chronicis atque historiis satis authenticis comprobantur.

Si vero respondeant Sarraceni, nos Christianos veram Evangelii litteram non habere, sed textum corruptum, incidunt hæresim Manichæorum, qui scripturas novi

Testamenti, secundum quod Ecclesia eas **A** ctus, essentialiter verus et Veritas, nequaquam per sua miracula testimonium perhibeat falsitati, nec eam per signa sua tanquam per suæ attestationis ac veritatis sigilla confirmet, sed reprobet magis ac destruat. — Secundum quoque horum dici non potest, quia hoc omni miraculo mirabilius exstitisset, quod ad tam arduam legem Christi, tamque supernaturalem et incomprehensibilem fidem ipsius, totus pene mundus fuisset conversus absque miraculis, quum certum sit homines difficulter posse induci ad hujusmodi legem **B** fidemque. Verumtamen istud jam diligentius est probandum.

Porro, si Sarraceni concedant nos Christianos veram habere novi litteram Testamenti, sed non sic eam esse intelligendam sicut nos intelligimus eam, sed potius sicut Arius atque Nestorius eam intellexerunt, qui quamvis eam veram et inviolatam concesserint, non tamen admittere voluerunt Deum esse trinum, aut **B** Christum existere Deum : si, inquam, Sarraceni hoc asserant, habemus contra ipsos omnia argumenta quæ contra Arianos et Nestorianos habemus, per quæ illorum perfidias Deus ab Ecclesia sua evulsit. De quibus præcedenti articulo tactum est.

Præterea, quum jam tota plebs christiana in oriente et occidente, in superiori India, Æthiopia, Armenia, Græcia, aliisque provinciis, credat superessentialem, incomprehensibilem et superfelicitissimum Deum **C** esse unum ac trinum, Christumque esse Deum et hominem, atque per tot centenaria annorum ita crediderit; quæro qualiter et a quibus ad tam admirabilem et incomprehensibilem fidem inducta est. Si per Apostolorum documenta atque miracula, sequitur fidem hanc veram divinamque esse, quum et in Alcorano toties asseratur, quod *viri vestibus albis induti*, per quos ibi designantur Apostoli, vere crediderunt in Christum, evangelicamque doctrinam ab ipso fideliter receperunt. **D** Idcirco eorum doctrinæ credendum est.

Si autem non per Apostolos et eorum sequaces, sed per alios infideles, christiana plebs dicatur ad fidem istam inducta, sicut ex dictis sequitur Alcorani, et Sarracenos fateri oportet, nisi a suis resipiscere velint erroribus, quæro qualiter id factum est aut fieri potuit. Aut enim factum est hoc per vera et divina miracula, aut aliter. Primum horum dici non potest, quum Deus sublimis et san-

Ecce tam ratio quam experientia docet, quod quanto doctrina aliqua rarior, mirabilior incomprehensibiliorque consistit, eo homines ad illius assensum difficilior inducuntur, pluribusque rationibus ac fortioribus argumentis opus est, ut recipiatur, præsertim a doctis, ingeniosis atque constantibus viris, nisi forte per violentiam et timorem aut magicam artem, sive per munera, inducantur ad illam. Quum ergo juxta præhabita, fides Christi sit de rebus prorsus supernaturalibus et incomprehensibilibus, et quæ humanæ rationi videntur valde contrariæ, utputa simplicissimum Deum esse unum ac trinum, Christum esse Deum et hominem, ac virginis filium, pro mundi salute crucifixum, et resurrexisse atque ad cælos ascendisse, in fine quoque sæculi rediturum esse eundem ut judicet vivos ac mortuos : qualiter potuit totus mundus unquam ad istam fidem **D** induci, nisi per proportionata et supernaturalia argumenta, omnem naturalem rerum ordinem, virtutem ac legem supergredientia? præsertim quum ubique terrarum tot nobiles ac potentes, tot reges et principes, tot docti, ingeniosi et sapientissimi viri, etiam in omni naturali philosophia acutissimi, ad hanc fidem firmissime sint conversi, imo tot innumerabilia millia utriusque sexus pro ea promptissime sanguinem suum fuderunt, et acerbissimas mortes perpessi sunt.

Quemadmodum enim media fini, sic argumenta proportionari oportet conclusioni probandæque veritati.

Certum est autem istud factum non esse a principio per violentiam aliquam aut timorem, neque per munera, neque per magicas artes, quæ Christianis maxime prohibentur, nec viros sapientes, ingeniosos, doctissimos, ad fidem Christi conversos, diu potuissent latere. Opera quoque magicæ artis, et quæ solum præstigialiter fiunt, non possunt ita durare ut duraverunt prodigia per quæ homines ad Christi fidem conversi sunt. Item, quod ex utero matris cæci, surdi, claudi, muti, facti sunt videntes, audientes, ambulantes, loquentes, nequaquam magica arte fieri valet; et si præstigialiter tantum fiat, non diu durat. — At vero qui primo ad fidem hanc incomprehensibilem trinitatis in Deo et divinitatis in Christo conversi fuerunt, cuncta terrena maxime despexerunt, sola cœlestia et æterna bona quærentes, sicut usque in præsens perfecti eorum faciunt sectatores. Non ergo terrenorum amore bonorum fidem hanc susceperunt: imo per plurimos annos, ita credentes a paganis suis privabantur substantiis. — Quod vero non armorum violentia aut timore pœnarum ad hanc fidem homines sint primo inducti, omnes testantur historiæ de fidei hujus divulgatione conscriptæ. Imo, dum Constantinus, imperator Romanus, fidem hanc suscepisset, nec tamen adhuc aliquis senatorum eam vellet accipere, atque ob hoc imperator indignans vellet omnes occidere aut ad fidem compellere, sanctus Papa Silvester id fieri omnino prohibuit, persuasitque Constantino ut illos rationabilius quo posset hortaretur ad fidem. Quod quum fecisset, omnes concorditer facti sunt Christiani. Et quamvis despexissent ad fidem converti, voluit tamen Papa Silvester ut relinquenterentur propriæ libertati, et imperator ita fecisset. Verumtamen postea aliqui principes christiani, ut Carolus rex et Ogerus dux, quasdam infideles ac barbaricas nationes Chri-

stianis molestas expugnaverunt et gladio converterunt: quibus tamen conversis, Deus mox misit viros sanctos miracula operantes, qui illas in fide plenius docuerunt.

Denique, pro fide trinitatis personarum in Deo, ac deitatis in Christo, multa martyrum millia sanguinem suum fuderunt, ut certissimæ chronicæ protestantur. Et in illorum passione, pro confirmatione fidei eorum præclarissima fiebant miracula: in aquis et ignibus manserunt illæsi, nec a leonibus ferisque tangebantur. Ipsique martyres sancti ante suam passionem, in sua passione et post suam passionem suscitaverunt defunctos, curaverunt leprosos, sanaverunt claudos, cæcos, surdos et mutos. Et nisi hæc atque similia, divina fecissent ac contigissent virtute, fides christiana inter atrocissimas ac generalissimas persecutiones nequaquam sic crescere potuisset: dempto quod Deus omnipotens omnes absque miraculis sola illuminatione interna posset ad fidem convertere. Vera ergo fuit horum martyrum fides, quam Deus altissimus tot roboravit miraculis. Præfata quoque miracula post martyres sanctos fecerunt copiosissime plurimi confessores et sancti episcopi ac doctores catholici, ut infra magis patebit. Horumque omnium fides fuit, quod in superbono, superdulcissimo et incircumscriptibili Deo, absque derogatione divinæ unitatis ac simplicitatis, sit trinitas æternarum ac supervenerabilium Personarum; quod item Christus in unitate personæ sit Deus et homo, quia humanitas ejus ad hypostaticum esse suum divinum, æternum et increatum assumpta est et suppositata in illo: propter quod non sunt in eo duo personalia esse, ut infra plenius ostendetur.

Amplius, quæro a Sarracenis et omnibus qui affirmant fidem hanc Trinitatis deitatisque Christi nec a Christo neque ab ejus Apostolis esse prædicatam atque edoctam, a quibus primo excogitata, prædicata et docta sit. Si dicant, quod a Christianis in Nicæno concilio congregatis, in quo pri-

mum publice ac synodaliter definitum est, **quod Deus sit unus et trinus**, Christusque Deus et homo; constat hoc mendacium, quoniam ante illud universale concilium Arius fuit ab Alexandrino archiepiscopo ab Ecclesia ejectus et pulsus, quoniam trinitatem personarum in Deo negavit. Imo tempore Arii, et ante eum, Christiani ubique corde crediderunt trinitatem in Deo et deitatem in Christo. Inter episcopos quoque in Nicæna synodo congregatos, fuerunt multi sanctissimi præsules, plurimis præfulgentes miraculis, inter quos etiam sanctus exstitit Nicolaus, quem Deus miraculis decoravit innumeris: qui omnes fidem hanc docuerunt. Quorum doctrinam sanctus Papa approbavit Silvester, per quem Deus Constantinum ab incurabili lepra mundavit; taurumque mortuum suscitavit, venenosissimum quoque peremit draconem, duosque viros flatu draconis pene extinctos restituit vitæ, ac alia multa fecit prodigia.

Restat ergo ut Sarraceni perfidique assignent a quibus infidelibus ac deceptoribus primo hominibus prædicata et persuasa sit fides ista mirabilis, quam nunc usque continent Christiani. Certumque est eos dicere oportere, quod ante Nicænum concilium factum sit istud. Quo dato, constat fidem hanc nequaquam per violentiam, timorem aut dona esse inductam: quoniam usque ad tempus Constantini imperatoris, qui fuit tempore Nicæni concilii, fuerunt Christiani infidelium imperatorum ac regum dominiis subditi. Porro, si dicant fidem hanc hominibus persuasam ab erroneis expositoribus Scripturarum, jam patet quod talium expositoribus homines non credidissent, nisi tam incomprehensibiles expositionum suarum doctrinas potuissent miraculis roborare, si ipsi primo tales excoGITASSENT doctrinas. Si vero dicatur, quod quamvis primo talia docuerunt, nec ea miraculis confirmaverunt, nihilo minus deceperunt homines, asserendo atque fingendo quod sancti Apostoli eadem docuerunt; modo ex præinductis satis est evi-

dens, quod nudæ eorum recitationi et confessioni, utputa Deum trinum non esse, nec Christum Deum consistere, tot homines nullatenus credidissent: præsertim quia usque ad tempus illud, Christiani quibus hoc dicere potuissent, fuissent aliter informati, oppositumque credentes. Idcirco non ita facilliter recessissent a fide atque doctrina a beatissimis Christi Apostolis promulgata. Postremo, multo facilius esset hominibus credere Deum non esse trinum, et Christum non esse Deum, quam credere trinitatem in Deo, et deitatem in Christo. Certissimum ergo est quod universi si crederent, nisi ab exordio per sanctos Apostolos et eorum sequaces sanctosque Patres fuissent aliter, et sicut nunc credunt, imbuti, et per Scripturarum testimonia ac divina miracula in ista fide catholica roborati.

ARTICULUS IX.

Probatio ex scripturis novi ac veteris Testamenti, quod Christus sit non homodumtaxat, sed etiam verus Deus.

QUONIAM pro Sarracenorum conversione et eorum vera salute scribuntur hæc, vicissim aliqua ad illorum legem spectantia introduco, ut ex illis ad acquiescendum veritati facilius inducantur. In multis quippe concordant nobiscum, et valde prorsus deflendum quod non omnino concordant. Itaque in primo Alcorani capitulo introducitur Deus loquens ad Mahon: *In fidem Creatoris illis prædicans, penitus persuade ut libris tibi divinitus missis, Abrahæ quoque ac Moysis et Christi ceterorumque Prophetarum libris, fidem firmam adhibeant.* Vos ergo, o Sarraceni, verbis prophetæ vestri, convenio, imo verbis Dei, ut æstimatis, ad legislatorem vestrum prolati, Libro (hoc est Evangelio) Christi firmiter credite: quod si feceritis, concordabimus prorsus in omnibus.

Denique, quidam vir christianus inter Sarracenos diu conversatus, in suo li-

nerario scribit, quod Sarraceni fatentur Joannem evangelistam post Jesum Christum et Abraham ac Moysen et Mahometum fuisse ceteris sanctiorem, ejusque evangelium esse plenum vera et salutari doctrina, ipsumque Joannem illuminasse cæcos, mundasse leprosos, et mortuos suscitasse, atque in cœlos volasse viventem. Unde si quando Sarraceni teneant evangelium S. Joannis, elevant illud ambobus cornibus, pro reverentia super capita sua et super oculos suos illud ponentes, osculanturque illud sæpe cum devotione. Istud non scribo nisi recitative, quia an verum sit nescio. Si enim evangelium S. Joannis sic sumunt et approbant, qualiter Christi passionem ejusque divinitatem possunt negare, quum præ ceteris Evangelistis Joannes Christi deitatem evidentius abundantiusque describat?

Præterea, quoniam juxta contenta in Alcorano, Sarracenis præcipitur « ut libris Moysis et Christi ceterorumque Prophetarum firmam adhibeant fidem », jam ex libris horum Christi deitas est probanda.

Joannes enim evangelista in sui exordio evangelii loquitur : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Ecce in verbis istis beatissimus Joannes apostolus et evangelista testatur, quod « in principio », hoc est ante omnia entia creata, « erat Verbum »; et addit, quod « Verbum » hoc « erat Deus », itemque quod « per ipsum facta sunt omnia ». Quod autem per « Verbum » intelligat Christum, constat per hoc quod de Verbo isto paulo post subdit : *In propria venit, et sui eum non receperunt.* Ubi per eos qui Verbum hoc « non receperunt », intelliguntur Judæi : quos et Mahomet fatetur a Deo relictos, quoniam Jesum eis missum non receperunt. Rursus de Verbo hoc apertissime mox subjungit : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis ; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre.* Itaque per Ver-

bum incarnatum intelligit Christum : quod nulli evangelium S. Joannis perlegenti potest esse ambiguum. Hæc autem vera non essent, si Christus esset homo purus. Tunc enim ante Mariam suam matrem non fuisset, sed ex ea sumpsisset exordium : sicque in principio non fuisset, nec omnia facta essent per ipsum, imo cœlum et terra ante hoc Verbum fuissent creata. Nec Christus præcessisset Abraham patriarcham. Cujus oppositum ipsemet Christus affirmat, dicendo : *Antequam Abraham fieret, ego sum.*

Insuper Joannes evangelista in evangelio suo ait de Christo : *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Ecce Christum vocat unigenitum Filium Dei Patris. Eodem quoque capitulo S. Nathanael loquitur Christo : *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.* Sed et Joannes alibi asserit : *Quærebant Judæi Jesum interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Hoc est quod et

Paulus apostolus ait de Christo : *Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Hinc Christus disseruit, *Ego et Pater unum sumus*, prout Joannes scribit. Denique in prima sua epistola scribit Joannes evangelista : *Scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus, Jesu Christo. Hic, scilicet Jesus Christus, est verus Deus et vita æterna.* Multa similia ex evangelio S. Joannis possem proferre, et ex Epistolis S. Pauli apostoli, ac ceteris Evangelistis.

Porro, si Sarraceni dicant nos Christianos non habere veram Evangelii litteram, sed corruptam ; hoc præcedenti articulo partim est reprobatum, et infra reprobandum plenius. Et dato quod dicant hoc, quid respondebunt ad scripturas veteris Testamenti quibus Christi deitatem probamus ? Scriptum est enim per Isaiam : *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis ; et*

Joann. viii, 58.

Ibid. i, 18.

Ibid. 49.

Ibid. v, 18.

Philipp. ii, 6, 7.

Joann. i, 30.

I Joann. v, 20.

Is. ix, 6.

vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. In qua auctoritate per puerum natum, et filium datum, intelligitur Christus, non solum secundum omnes Christianorum doctores, sed etiam secundum omnes Judæorum magistros.

Amplius, apud Jeremiam scriptum est :
Jer. xxiii, 5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum. Ubi per

« justum germen », id est sanctum filium David regis, tam Christianorum quam Judæorum magistri intelligunt Christum, cujus humanitas designatur per hoc quod filius David vocatur. Ejusdemque Christi insinuat divinitas, quum præallegato loco protinus subditur :

Ibid. 6. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster. In Hebræo autem, loco hujus complexi, « Dominus justus noster », habetur nomen Domini tetragrammaton, quod, secundum Christianorum ac Hebræorum doctores, soli altissimo Creatori appropriatur : significat namque divinam essentiam mere nudam ac puram, utpote secundum suas proprietates intrinsecas, absque respectu ad creaturas. Quum ergo hoc nomine prædixerit Jeremias propheta Christum vocandum, constat quod ipse sit Deus. Verumtamen obstinati, excæcati perfidique Judæi nituntur ad hæc respondere, dicendo quod in Hebræo non habetur *vocabunt*, sed *vocabit* : ut sit sensus, quod « Dominus justus vocabit » Christum. Similiter in præinducta auctoritate Isaiæ dicunt haberi, *Vocabit nomen ejus admirabilis* : ut sit sensus, quod ipse Deus « admirabilis vocabit » puerum illum, non quod puer ille vocabitur Admirabilis, Deus, Fortis. Sed quod isti Judæi proprium textum corrumpant, probamus ex aliis translationibus authenticis ac fide dignissimis. Nam Septuaginta interpretes, qui ad instantiam Ptolemæi, regis Ægypti, libros veteris Testamenti transtulerunt, et erant ante Jesu Christi adventum, fueruntque inter Hebræos doctissimi : hi, inquam, transtulerunt præallegatis in locis Isaiæ

ac Jeremiæ sicut translatio nostra a S. Hieronymo facta habet, videlicet, *vocabitur, et vocabunt.* Idem probamus ex translatione Chaldaica, apud Hebræos authentica.

Insuper Christi divinitas insinuat in Michæa, ubi legitur : *Et tu, Bethlehem, Mich. i. 2. ex te egredietur dominator in Israel, et*

egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis, et magnificabitur in medio universæ terræ. Ecce in hac auctoritate, quam omnes de Christo exponunt, describitur generatio ejus humana ex Bethlehem ; generatio quoque ejus divina atque æterna ex

Patre, quum dicitur : « Egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis ». Hoc idem sanctus David fatetur in psalmo in quo scriptum est : *Tecum principium in die*

virtutis tuæ, in splendoribus Sanctorum; ex utero ante luciferum genui te. Et rursus in alio psalmo loquens de Christo :

Et permanebit (inquit) cum sole et ante lunam; et dominabitur a mari usque ad mare. Et adorabunt eum omnes reges; omnes gentes servient ei. Et benedicentur

in ipso omnes tribus terræ; omnes gentes magnificabunt eum. Rursus in libro Psalmorum fertur de Christo : *Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis et potens.* Atque post pauca : *Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Nullus autem dici potest « rex gloriæ, Dominus virtutum », nisi Deus.

Adhuc autem divina majestas et humanæ naturæ humilitas in Christo præclare tanguntur a Zacharia dicente : *Ærsulla*

satis, filia Sion; jubila, filia Jerusalem: ecce Rex tuus veniet tibi justus et salvator; ipse pauper, et ascendens super asinam. Denique ab Isaiâ promissum est atque prædictum : *Ecce Deus vester ipse ve-*

niet et salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt; tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum. Et hæc omnia in Christo et per Christum impleta esse, Evangelium, cui in Alcorano firmiter credi præcipitur, docet.

Ad idem probandum, videlicet Christum

esse Deum et hominem, quamplura alia ex A utriusque Testamenti scripturis possent induci; sed pauca ista ex multis hac vice sufficient.

ARTICULUS X.

Probatio ex eisdem scripturis, quod Deus æternus ac adorandus sit in essentia unus ac simplex, et trinus verissime in personis.

TESTAMENTUM atque volumina Prophetarum ac Evangelium, quibus in Alcorano stabilis fides adhiberi jubetur, personalem distinctionem in Deo, et trinitatem personarum in eo, in multis edocent locis.

Denique sanctus propheta et rex David brevi versiculo superbeatissimam Trinitatem in supersimplicissimo Deo eleganter expressit: *Verbo* (inquiens) *Domini cæli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*: per Dominum intelligens Deum Patrem; per Verbum, unigenitum

Filium ejus; per spiritum oris ejus, Spiritum Sanctum. Unde rursus per beatum

Psalmistam loquitur Deus Pater: *Eructavit cor meum verbum bonum, hoc est Verbum substantialiter bonum.* De quo dicit

Joannes: *In principio erat Verbum. Et in Ecclesiastico: Fons sapientiæ, Verbum Dei in excelsis.* Sed et de Spiritu Sancto

scriptum est per Job: *Spiritus Domini ornavit cælos*; atque in libro Psalmorum:

Emittes, Domine, Spiritum tuum, et creabuntur. De quo iterum loquens Propheta,

oravit: *Ne projicias me, Domine, a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiã salutaris tui.* Ubi per salutare Dei, rite accipitur Christus, mundi salvator, in quo et per quem Deus salvat quoscumque salvat. Idcirco de hujus Salutaris adventu lætabantur Prophætæ. De quo et Simeon justus ac timoratus loquitur Deo Patri: *Viderunt oculi mei Salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.* De quo et san-

ctus Isaias propheta prædixit: *Viderunt omnes termini terræ Salutare Dei nostri.*

Præterea, in exordio Genesis, ubi nostra translatio habet, *In principio creavit Deus cælum et terram,* Hebraica veritas habet:

In principio Elohim creavit cælum et terram. Elohim vero est plurale hujus nominis, El, vel Heloha, quod significat Deum in numero singulari. Quum itaque Moyses dixerit, Elohim creavit, conjungens nomen pluralis numeri verbo numeri singularis, quasi diceret, In principio Dii creavit; insinuavit quod in simplici Deo sit quædam distinctio, non naturarum, sed personarum.

Denique trinitas personarum in Deo evidenter insinuatur in Isaia, ubi legitur: *Ego primus et ego novissimus; manus quoque mea fundavit terram. Non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram.* Loquitur autem de datione legis in monte Sinai, quæ manifeste est data, ut etiam Judæi fatentur. Porro, quod ista sint verba Christi, seu Filii Dei, constat ex eo quod protinus subditur: *Et nunc Dominus misit me, et spiritus ejus.* Hæc enim verba Isaias propheta de se ipso non dixit, quia ipse non aderat dum lex dabatur, quum pene per mille annos postmodum natus sit. In his itaque verbis tangitur deitas Christi, quum in ejus persona asseritur: « Ego primus et ego novissimus ». Tangitur quoque persona Patris, quum ait: « Et nunc Dominus misit me ». Sed et Spiritus Sanctus exprimitur, quum additur: « et spiritus ejus ».

Præterea, in Psalmo, ubi habemus, *Dixit Dominus Domino meo, translatio Chaldaica, apud Hebræos authentica, habet: Dixit Dominus Verbo suo.* Et ad Verbum istud Deus mox loquitur: *Ex utero ante luciferum genui te.* Ubi per uterum Patris intelligitur mens ipsius, juxta illud in Psalmo: *Eructavit cor meum verbum bonum.* Unde et rursus Filius Dei in Psalmo profatur: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Ubi per « hodie » intelligitur dies æternitatis, in

Ps. lxxviii, 12, 13, 16.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. lxxviii, 12, 13, 16.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

Ps. cxix, 1.

quo ante omnia sæcula « ex utero », id est ex corde seu intellectu Dei Patris, intellectualiter ac invariabiliter atque omnino immaterialiter natus est unigenitus Filius ejus.

Hinc Salomon in persona æternæ et increatæ ac genitæ Sapientiæ Dei (quæ est Verbum et Filius ejus) testatur : *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum ; nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram ; ante*

colles ego parturiebar. Quando præparabat cœlos, aderam ; quando certa lege et gyro vallabat abyssos, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Adhuc autem in Proverbiis Salomon loquitur : *Quis ascendit in cœlum atque descendit ? Quis continuit spiritum in manibus suis ? Quis colligavit aquas quasi in vestimento ? Quis suscitavit omnes terminos terræ ? Quod nomen est ejus, et quod nomen filii ejus, si nosti ?* Ecce in verbis his Salomon Deum Patrem ejusque unicum Filium aperte declarat. Ipsumque Filium innuit esse ineffabilem ac incomprehensibilem, sicut et Patrem : per quod designat eum Patri æqualem.

Amplius, Trinitas ista superbenedicta ac adoranda, ex scripturis novi Testamenti evidentius copiosiusque potest probari : siquidem de Patris ac Filii deitate, præcedenti articulo multa sunt allegata ex evangelio S. Joannis. Et rursus in ejusdem evangelii libro scriptum est : *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Sed et de Spiritu Sancto, eodem capitulo loquitur Christus : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* At vero apud Joannem rursus scriptum est : *Clamabat Jesus, dicens : Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Et subditur ibi : *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Iterum in Joanne ait Salvator discipulis : *Paracletus Spiritus Sanctus, quem mittet*

Joann. III, 16.

Ibid. 5.

Ibid. VII, 37, 38.

Ibid. 39.

Ibid. XIV, 26.

Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et iterum ait : Quum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit. Ecce in verbis his, Pater et Filius et Spiritus Sanctus signantur. De quibus etiam in prima sua epistola loquitur Joannes evangelista : *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus ; et hi tres unum sunt.* Unde et apud Matthæum loquitur Christus : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Ubi singulariter dicendo, « in nomine », innuit unitatem essentiæ in tribus personis, et earumdem personalem distinctionem designat, eas nominatim ac copulatim mox exprimendo. Ad idem probandum multo plura ex utriusque Testamenti scripturis possem inducere, sed brevitati studere par est.

Ecce, o Sarraceni, juxta Alcorani præcepta, scripturis Moysis et Prophetarum ac Evangelii firmiter credite. Quod si feceritis, auctoritatibus præallegatis credetis ; erimusque concordēs, et simul salvabimur.

ARTICULUS XI.

Qualiter intelligenda sit generatio Verbi æterni, atque processio Spiritus Sancti, ac distinctio personarum in Deo, unitasque substantialis earum in ipso.

SALOMON in Proverbiis testatur : Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum ; sic qui perscrutator est majestatis, opprimetur a gloria. Quo verbo docemur ne incomprehensibilem et incircumscriptibilem Deum, ac pertinentia ad eum et essentialiter idem cum ipso, videlicet intrinsecas proprietates, actiones atque judicia ejus, præsumptuose scrutari, aut immoderate, intimorate vel irreverenter discutere, aut comprehendere velle conemur, sed cum omni reverentia et timore, cum omni modestia et humilitate inquiramus atque loquamur de ipso, qui omnem

non solum humanæ sed et angelicæ mentis capacitatem atque notitiam infinite transcendit, et a se solo comprehenditur plene, ut tam philosophi quam sancti theologi protestantur. Quum enim scire sit rem per causam cognoscere, quis eum comprehendere poterit qui solus æternus est, nec aliquam sui causam ante se habet? Denique, quum unumquodque tantum habeat de intelligibilitate quantum de actualitate et formalitate, constat quod sicut Deus altissimus infinitæ est actualitatis et formalitatis, ita et infinitæ est intelligibilitatis : idcirco perfecte comprehendere non potest nisi ab intellectu infinitæ capacitatis et perspicacitatis, utputa a se ipso.

Job xxxvii, 3. Idcirco in libro Job scriptum est : Digne eum invenire non possumus ; magnus fortitudine, et iudicio, et justitia, et enarrari non potest. Jeremias quoque propheta loquitur Deo : Domine Deus, magnus consilio, et incomprehensibilis cogitatu.

Jer. xxxiii, 7, 19. Hinc sanctus apostolus Paulus : O altitudo (inquit) divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei ! quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, et investigabiles viæ ejus !

Denique, unicuique competit agere secundum modum et gradum suæ naturæ ac suæ potentiæ, ita quod modus agendi parificatio seu proportionatur modo essendi. Idcirco, quemadmodum essentia seu natura atque potentia Dei omnem nostram capacitatem in infinitum transcendit, ita et actio ejus æterna, quam in se ipso invariabiliter immanenterque habet.

Ex his constat quam stulta fuit hæresis Manichæorum, quam irrationabilis quoque error fuerit philosophorum illorum qui de Deo nil credere voluerunt nisi quod per rationem potest comprehendere, atque ex rebus creatis regulas accipere præsumperunt iudicandi de Creatore : quum tamen universa creata ab excellentia perfectionis ac omnipotentis Creatoris distent atque deficient infinite, ita quod Deus sublimis et benedictus in infinitum plura, majora et mirabilia potest efficere quam mens possit humana concipere.

T. 36.

A Hinc itaque ad inquirendum ac perscrutandum qualiter in Deo sit generatio Verbi æterni atque consemperiterna processio Spiritus Sancti, non debet homo irreverenter, sed moderate humiliterque procedere, proprii intellectus defectuositatem ac divinæ majestatis immensitatem pensando, sicque auctoritati sacræ Scripturæ et miraculosis attestacionibus Dei proprium intellectum pie ac prompte subjiciendo. Quum ergo divina Scriptura doceat, prout præcedenti articulo est ostensum, esse in Deo generationem immanentem Verbi æterni ac processionem Spiritus Sancti (præsertim quum per Isaïam Deus loquatur : Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam ? Si ego qui ceteris generationem tribuo, sterilis remanebo ?), consideremus humiliter, qualiter intelligenda sit generatio unigeniti Filii Dei atque processio Spiritus Sancti.

B Itaque, quum Deus gloriæ sit ens intellectualis naturæ, ens utique superpurissimum, immateriale, invariabile, simpliciterque perfectum ; generatio ista divina non est ruditer imaginanda per modum generationis sensibilis aut carnalis, in qua est exitus de potentia in actum. Sed Deus, qui est supersapientissimus, actualissimus ac fecundissimus intellectus, se ipsum intuendo ac intelligendo, quod in se et de se intuetur atque intelligit, hoc intra se intellectualiter ac æternaliter profert, dicit et parit : sicque Verbum æternum et internum, non vocale et transiens, sed mentale et immanens, gignit.

C Præterea, sicut Peripatetici aiunt, Deus est intellectus universaliter agens, semper in actu, summeque simplex, se ipsum et omnia plene invariabiliterque intelligens. Porro ratio intellecta secundum esse quo in lumine intelligentis consistit, est verbum et imago ipsius. Deus ergo se ipsum et omnia unico actu intelligens, de ipsa sua sapientia format conceptum et exprimit immanens verbum. Et quoniam Deus se ipsum omnino perfecte intelligit perfecteque exprimit, ideo quidquid in increata

17

sapientia Patris est, hoc in Verbo, seu Filio, tanquam in speculo atque imagine plene respundet. Idcirco Verbum, seu unigenitus Filius Dei, vocatur splendor gloriæ, imago et speculum Dei Patris.

Hebr. i, 3;
Sap. vii, 26.

Porro Verbum hoc necessario est æternum : quia divinus intellectus, incommutabilis est, semper in actu, seque æternaliter intuens ac dicens. Est quoque hoc Verbum consubstantiale cœqualeque Patri : quia a Patris substantia immediate producit, non per actum inter Patris substantiam et ipsum Verbum mediantem. Et quidquid Patris est, quidquid perfectionis in Patre est, hoc totum in Filio tanquam in naturali splendet imagine, ita quod tota deitatis plenitudo continetur in Filio : nam Pater per generationem communicat Filio totam suam essentiam. Propter quod Filius loquitur Patri : Mea omnia tua sunt, et tua mea sunt ; rursusque : Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est, utputa divina essentia. Unde ibidem mox subdit : Ego et Pater unum sumus.

Joann.
xvii, 10.
Ibid. x, 29.

Ibid. 30.

Præterea, sicut Deus Pater se ipsum perfecte intelligit, ita quoque se ipsum perfecte vult et diligit. Pater ergo et Filius se invicem contemplantes ac diligentes, ex voluntate, quæ in eis ambobus est una, amorem quemdam producunt, qui Spiritus Sanctus vocatur ; estque Patris et Filii dulcissimus nexus, superjucundissimum osculum et æternus complexus, estque tertia in superbenedicta Trinitate Persona : qui Spiritus Sanctus, est verus Deus, æternus, immensus, quoniam amor iste minor esse non potest quam sit amabilitas et complacentia Patris ac Filii.

Insuper, Verbum Dei Patris recte Filius ejus vocatur, quia per similitudinis modum producit. Est enim emanatio intellectus : perfectio vero intellectus, in assimilatione rei intellectæ ad intelligentem consistit. Quum ergo de ratione filii sit ut secundum formam similitudinis ex substantia generantis emanet, merito Verbum Dei Patris unigenitus Filius ejus vocatur, quoniam ex Patris intellectu secundum assi-

milationis proprietatem progreditur. Porro voluntatis perfectio est ut tendat in volitum, et uniatur amato ac requiescat in eo. Quum ergo Spiritus Sanctus ex una Patris ac Filii voluntate spiretur, non secundum proprietatem similitudinis, sed secundum rationem tendentiæ et inclinationis in alterum effluens ac procedens ; idcirco non filius, sed amor et Spiritus rite vocatur.

Postremo, quamvis in nulla creatura inveniatur beatissimæ Trinitatis similitudo perfecta, nihilo minus in omni ente creato reperitur aliqua ejus repræsentatio, præsertim in rationali et intellectuali creatura. Unde in anima rationali sunt, mens, notitia, amor : notitia autem procedit a mente, amor vero ab utraque. Item in omni creatura sunt, esse, posse et agere, seu essentia, potentia et operatio : certumque est quod posse fluat ab esse, et agere ab utroque. In omni etiam creatura sunt, natura, species et ordo ; item *quod est et quo est*, et amborum connexio. Rursus, in rebus creatis quædam communicant in natura generica, ut homo, leo et equus, in animali ; quædam vero in natura specifica, ut duo hominis individua. Non autem inveniuntur in creaturis plura supposita in quibus sit una numero essentia ; sed hoc in Creatore est proprium, a cujus perfecta imitatione distat et deficit infinite omnis creata essentia.

Ex præhabitis innotescit quam irreverenter, imperite ac ruditer, tam Mahomet quam ejus sequaces de Deo locuti sunt, dicendo : Deus uxorem non habuit, nec filium : quasi quispiam Christianorum tam delirus et stolidus sit, ut carnalem Deo generationem attribuat.

ARTICULUS XII.

Rationes probabiles quod in Deo cum unitate essentiæ sit trinitas personarum.

BONITAS, communicabilitatis origo est et diffusionis principium ; similiter caritas, itemque liberalitas. Quum ergo Dei

natura sit bonitas pura, ita quod Deus su-
peressentialis et sanctus, est naturaliter
bonus, in quo quidquid ad bonitatis perfe-
ctionem et eminentiam pertinet, cum infi-
nita plenitudine ac nobilitate simplicissi-
me est consistens; constat quod sicut Deus
est bonitatis penitus infinitæ, sic est et
communicabilitatis prorsus immensæ. Nec
permittit ratio ut minor dicatur communi-
cabilitas Dei quam bonitas ejus. Quum
igitur nullum germen finitum infinitæ
communicabilitati respondeat, sed ab ea
ejusque participatione infinite occumbat, B
quum finiti et infiniti nulla exstet propor-
tio; sequitur quod præter omne germen
finitum atque creatum, possit communi-
cabilitas Dei procedere in germen infini-
tum ac increatum. — Si dicatur, quod
propter rei producendæ incapacitatem id
fieri nequeat; hoc reprobatur: quoniam
omnis potentia naturalisque aptitudo natu-
ralem ordinem habet ad actum sibi cor-
respondentem ac proprium. Si ergo divi-
næ bonitatis communicabilitas infinita, in
infiniti correspondentisque sibi germinis C
productionem proficisci non valet, inanis
esse videbitur, otiosa et frustra: quod de
summi Dei communicabilitate opinari ne-
farium est. Est ergo in Deo germinis infi-
niti productio, utputa emanatio Verbi a
Patre æterno.

Præterea, nulla intellectualis essentia
perfecta et plene beata est, absque actio-
ne sibi connaturali ac convenientissima.
Quum ergo bonum sit naturaliter sui dif-
fusivum et communicativum, atque im-
mensæ communicabilitati naturaliter com- D
petat in germen sibi correspondens ac
proportionatum procedere; consequens est
Deum nec perfectum neque beatum esse,
si hac actione seu communicatione dicatur
carere.

Insuper, nobiliori modo se habet res
dum est in actu, quam dum est in po-
tentia tantum. Deus autem æternaliter in
optima sui dispositione consistit. Semper
ergo in illo actu est ad quem natura-
lem aptitudinem atque potentiam habet.

A Nunc autem probatum est, quod Deo ob
suam infinitam bonitatem, communicabili-
tatem ac fecunditatem, competit aptitudo
et virtus ad infiniti germinis productio-
nem. Æternaliter ergo competit ei esse
in actu productionis hujusmodi germinis.
Quod eo ipso quo infinitum est, increatum
est, et Deo producenti æquale, atque ex
consequenti verus Deus, quoniam omnis
creatura de necessitate finitæ est perfe-
ctionis.

Amplius, quum propriam bonitatem li-
beraliter communicare, sit magna perfectio
dignitasque præclara, sequitur quod in-
comparabiliter perfectius digniusque con-
sistat infinitam bonitatem infinite et ple-
ne omnino communicare, nil sibi proprium
reservando, quam eam communicare fi-
nite et partim. Quum ergo Deo sublimi et
vero omnis nobilitas, omnis perfectio sit
jugiter adscribenda, fateri oportet quod
ipse totam suam bonitatem communicet
infinite, producendo germen immensum
sibi æquale.

C Adhuc autem, sicut in Deo est bonitas
summa, ita et caritas prorsus perfecta.
Caritas autem perfecta proprie est ad al-
terum: quoniam caritatis est amantem
amato conjungere, et ei se communicare.
Caritas ergo perfecta requirit amantem et
eum cui impendat amorem. Porro nulla
creatura potest esse in infinitum amabilis,
quum non sit nec esse possit nisi finitæ
bonitatis. Est ergo in Deo persona per-
fecte diligens, et persona perfecte dile-
cta. Perfectissima quoque dilectio condi-
lectum requirit, qui sit velut vinculum
et connexus dilectionis amborum. Sicque
in Deo est trinitas Personarum perfecte
et infinite amabilium, quarum una est
diligens, aliaque dilecta, et tertia utriusque
interminabiliter condilecta: imo unaquæ-
que earum est diligens, dilecta et condi-
lecta, quia se invicem diligunt infinito
amore.

Præterea, actio caritatis est delectabilis-
sima; et quo caritas major, eo jucundius
operatur. Caritatis quippe deliciis nil glo-

rius nilque beatius exstat. Quum ergo beatitudo Dei sit perfecta ac infinita, caritatis nequaquam caret deliciis. Est ergo in Deo summe diligens, summe dilectus, atque utriusque plenissime condilectus : ita quod inter has tres Personas est superardentissima perfectaue caritas, intima unio, superjucundissima intuitio, superdeliciosissima fruitio, complacentia quoque dulcissima et immensa. Quo enim se invicem ardentius diligunt, eo se mutuo jucundius intuentur, delectabilius spiritualiter amplectuntur, gloriosiusque se invicem æternaliter perfruntur.

Postremo, communiter dicitur, quod nullius boni possessio jucunda est absque consortio : quo dato, negari non poterit quin perfecta Dei beatitudo personarum exigit trinitatem, vel saltem dualitatem. Sed præactum commune verbum quidam intelligendum affirmant de his quorum operatio in se ipsis imperfecta est atque ad aliud ordinatur. Quibus objicio, quod sicut imperfectum naturalem inclinationem sortitur ad id quo perficiatur ; sic (imo et multo plus) id quod naturaliter ac totaliter bonum est, quod essentialiter ac summe amorosum est, quod substantialiter splendidissimum atque immensum lumen est, naturalem, imo supernaturalissimam inclinationem habet ut se plene diffundat, ut sibi soli nil singulare reservet, ut se totum effluat itemque communicet. Quum igitur Deus sit naturaliter, totaliter infiniteque bonus, summe et essentialiter amorosus, supersplendidissimus quoque, et lumen superexuberantissimum ac immensum ; naturalissimum sibi est se plene communicare. Divinæ ergo et increatæ beatitudinis plenitudo consortium exigit æternarum, supersanctissimarum atque æqualium Personarum : non ob suam indigentiam, sed ob interminabilem exuberantiam, fecunditatem et munificentiam suam superopulentissimam, et quoniam nihil deliciositatis ei potest deesse.

Interea, qui hæc legis aut audis, abstra-

A he te paulisper a sensu carnali, et pro posse considera quid potius ad plenitudinem beatitudinis Dei pertineat, quid dulcius jucundiusque consistat, ponere Deum solum, absque Filio et Spiritu Sancto, sicque eum in se ipso suis contentum divitiis, an in unitate divinæ essentiæ ponere tres Personas cœquales, consubstantiales et coæternas : quarum quælibet aliam cum infinita jucunditate adspiciat, cum caritate immensa ac superardentissima diligit ; quæ cum interminata complacentia mutuo sibi complacent, atque se invicem superpurissime et superdeliciosissime perfruantur ; inter quas sit æterna ac superconvenientissima unio, plena ac naturalis communio. Quarum sic est personalis distinctio, ut nihilo minus tanta sit inter eas identitas, tanta propinquitas, ut earum sit una essentia, una mens, una voluntas, indivisa potestas eademque majestas : idcirco inter eas dissensio nequit oriri. Inter has supergloriosas ac adorandas Personas est omnis ratio sanctæ ac sinceræ dilectionis, videlicet clara incessabilisque intuitio, intima unio, plena communio.

Denique quidquid absolute de Deo dicitur, hoc tribus Personis commune est, et sola relatione distinguuntur ab invicem. Cujus utique superdignissimæ Trinitatis perfecta cognitio, non solum omnem humanam, verum etiam omnem angelicam supergreditur mentem in infinitum.

Has demum rationes ad summæ Trinitatis probationem induxi tanquam probabiles, non quasi demonstrativas, ne æstiment Sarraceni quod propter humanas argumentationes credamus trinitatem in Deo, et ut perpendant quod sacratissimæ fidei nostræ de trinitate personarum in Deo, rationes naturales pulchre consonant et alludunt. Verumtamen contra fidem altissimæ Trinitatis multa objici possent, et plurima dici possent de ea, quæ in libris christianorum doctorum diffuse introducuntur, solvuntur et explanantur : quæ hic brevitati studens pertranseo.

ARTICULUS XIII.

De primorum parentum transgressione, et originalis peccati transfusione.

SICUT in libro Geneseos Moyses sanctus descripsit, primos generis humani parentes Deus piissimus in paradiso terrestri constituit, eisque esum ligni scientiæ boni et mali prohibuit. Denique, sicut in Ecclesiaste Salomon contestatur, Deus fecit hominem rectum, id est justum. Atque in Ecclesiastico legitur : Deus creavit eis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum. Concreavit ergo Deus primis parentibus nostris Adæ et Evæ originalem justitiam, per quam in eis caro fuit tranquille subjecta animæ, sensualitas rationi, et ratio Deo. Quos taliter institutos cernens diabolus, eis invidit, et feminam primo aggressus, eam ad divini transgressionem præcepti induxit. Deinde per eam vicit et virum, ita quod ipse quoque Dei præceptum fuit prævaricatus. Sicque peccando, originalem perdiderunt justitiam, tam sibi quam posteris ; et mox cœpit in eis caro esse rebellis animæ, sensualitas rationi, et ratio ac voluntas vulneratæ sunt per peccatum, atque ad malum proclives effectæ sunt.

Denique ob istam transgressionem eiecit Creator sanctus et justus primos parentes de paradiso, ut in sudore vultus sui vescerentur pane suo. Et quoniam originalis justitia data fuit primo parenti non solum tanquam singulari supposito, sed etiam tanquam generis humani generativo principio ; ideoque justitiam originalem tam sibi quam posteritati suæ amisit, et tam se quam posteros suos originali infecit peccato. Hinc scriptum est apud Sapientem : Deus fecit hominem inextinguibilem, id est immortalem, videlicet ex parte animæ, et item ex parte corporis, ita quod poterat non mori, nec morti addictus fuisset nisi præceptum fregisset divinum.

Sed mirum videri potest alicui, qualiter primi parentis peccatum primordiale toti

A imputetur posteritati, præsertim quum omne peccatum sit voluntarium, et primo parente peccante, posteri ejus nondum fuerint. Denique, si primus parens suo peccato tam sibi quam suæ posteritati originalem amisit justitiam, videtur quod pœnitendo tam sibi quam posteritati recuperaverit eam. — Et respondendum, quod originalis justitia supernaturale exstitit donum, quod homini ex propria dignitate aut proprio merito nullatenus debebatur, sed ex sola liberalitate piissima Dei datum fuisset posteris omnibus Adæ, quemadmodum ei erat collatum, nisi ipse Dei violasset mandatum : quod violando, obicem posuit impedimentumque intulit transfusioni justitiæ originalis in posteros. Unde per hoc quod ceteri homines originali privantur justitia ob primi parentis peccatum, nulla fit eis injuria, quia (ut tactum est) justitia illa eis non debebatur aliquo hereditario jure, aut propriis meritis, sive ex propria dignitate. Interea hujus aptissimum est exemplum, si aliquis rex aut princeps terrenus ex sua liberalitate præstet alicui subditorum suorum castrum aut feudum, ea conditione ut sibi fidem servet atque fideliter militet : quod si fecerit, datum illud et sibi manebit ac soboli suæ ; sin autem, tam ipse quam ejus posteritas illo carebunt. Si itaque subditus ille domino suo exsisteret infidelis, tam ipse quam sua posteritas dono illo juste utique privarentur. Porro primus parens, Dei præceptum transgressus, potuit pœnitere, imo pœnituit, et pœnitendo veniam propriam obtinuit culpæ, gratiamque personalem recuperavit. Verumtamen justitiam originalem suis posteris recuperare nequivit : quia et homo per se cadere potest, nec tamen per se potest resurgere ; sed et primus parens originali privatus justitia, habere non potuit actionem meritoriam transuentem in universam suam posteritatem, quemadmodum ante peccatum, originali adhuc ornatus justitia.

Insuper agnoscendum, quod originalis justitia primis fuit parentibus data ac po-

steris danda, ut per eam ad æternam et **supernaturalem** beatitudinem, ad quam conditi fuerant, perducerentur. Primus itaque pater noster in paradiso peccans, non solum sibi ac soboli suæ promeruit præactæ privationem justitiæ, sed insuper privationem beatitudinis sempiternæ, puta carentiam visionis divinæ : quam beatitudinem nec sibi ipsi nec posteris suis valuit recuperare. Quamvis etenim pœnitendo meruit indulgentiam suæ transgressionis primævæ in quantum fuit personale peccatum, non tamen in quantum exstitit culpa originalis totam in sua radice corrumpens inficiensque naturam, atque æternæ promerens felicitatis carentiam tam primo parenti quam ejus posteritati.

Hæc est Prophetarum et Apostolorum doctrina, divinæ attestationis miraculis roborata, imo a Christo collata. Unde sanctus apostolus Paulus, qui usque ad tertium cælum adhuc vivens in corpore fuit raptus : Omnes (inquit) nascimur filii iræ, id est originali obnoxii culpæ, et digni privari æterna beatitudine. Rursusque loquitur : Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors. Et in libro Sapientiæ habetur : Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.

11 Cor. xii. 2.

Ephes. ii. 3.

Rom. v. 12.

Sap. ii. 24.

ARTICULUS XIV.

*Cur genus humanum indiguit salvatore ;
et cur necessarium fuit unigenitum Dei
Filius incarnari.*

ARTICULO præcedenti jam patuit qualiter in primo parente natura humana sit originali culpa infecta, et tota illius posteritas, Christo excepto, secundum communem legem originali peccato obnoxia facta, atque æterna felicitate privata, imo et perpetuæ damnationi adjudicata, quantum ad pœnam damni : non enim pro solo originali peccato Adæ infligitur posteris ejus pœna sensibilis in inferno, videlicet pœna ignis similisve tormenti, sed pœna

damni, puta carentia beatificæ visionis Dei altissimi. Quoniam itaque diabolus genus humanum seduxit, captivumque tenuit, ita quod etiam sancti usque ad Christi passionem descenderunt in limbum inferni, nec æternam beatitudinem poterant ingredi propter reatum originalis peccati ; hinc genus humanum indiguit salvatore, cujus virtute et merito Deo reconciliaretur, ab originalis peccati reatu eriperetur, amissam gratiam recuperaret atque perpetuam beatitudinem obtineret. Denique, sicut homo aliunde fuit deceptus, et pravitate diaboli ad peccatum inductus, sic decuit ei aliunde opem ac redemptionem impendi.

Interea, quod ista sint vera, constat ex hoc quod sancti veteris Testamenti, et etiam qui sub lege naturæ fuerunt, fatebantur se ad inferos descensuros, puta ad limbum illum inferni in quo colligebantur hujusmodi sancti. Hinc etenim sanctus Job ait : Dimitte me, Domine, ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miseræ et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Et iterum loquitur : In profundissimum infernum descendent omnia mea. Sanctus quoque patriarcha Jacob, filio suo Joseph amisso : Descendam (inquit) ad filium meum lugens in infernum. Sed et sanctus David propheta ait in Psalmo : Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi ? Certum est autem quod sancti non descende-

runt in limbum inferni nec retardabantur a gloria æternali pro propria personalique culpa, quia in tanta puritate Domino Deo deserviebant, quod etiam pro venialibus suis culpis satisfecerunt quotidie Deo, et ultra hoc valde creverunt omni die in omni gratia et virtute meritisque præcipuis. Quoniam itaque tam necessarius fuit generi humano salvator, hinc sancti veteris Testamenti, imo et a principio mundi salvatoris hujus adventum ardentissime cupierunt electi, et de ejus adventu multa

Job i. 22.

Ibid. v.

16.

Gen. xxxv.

25.

Ps. lxxvii.

48.

prædixerunt Prophetæ. Unde per Aggæum **A** Dominus dixit: Adhuc unum modicum est, et ego movebo cælum et terram; et veniet Desideratus cunctis gentibus, videlicet Christus, ut omnes, tam Christiani quam Judæi, exponunt. Apud Malachiam quoque loquitur Deus æternus: Ecce ego mittam angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam; et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis. Porro Danieli prophetæ revelavit Gabriel angelus certum tempus adventus **B** passionisque Christi.

Præterea, ita redimere genus humanum nulla pura creatura fuit idonea aut condigna, nec homo, nec angelus. Primo, quoniam tanta est dignitas supernaturalis felicitatis ad quam Deus omnipotens condidit genus humanum, quod nullus potuit eam toti humano generi recuperare ac promereri, nisi salvator dignitatis immensæ. Hæc quippe beatitudo, ut infra probabitur, est clara et immediata fruitivaque visio divinæ essentiæ. Quæ visio quum sit summi et **C** infiniti boni perfecta possessio sive fructio, est quodammodo dignitatis immensæ: idcirco eam toti humano generi promereri nullus potuit nisi infinitæ dignitatis existens. Nullus vero est talis nisi Deus. Deo autem in propria natura non competit promereri: quod ex sua incomparabili perfectione contingit. Ideo decuit eum naturam humanam assumere, ut in ea pro humano satisfaceret genere et illud salvaret. Illa etenim natura fuerat assumenda quæ fuerat redimenda; et quæ forefecit, **D** satisfacere debuit. Secunda hujus ratio est, quoniam majus est satisfacere pro pluribus, et plures Deo reconciliare, quam pro paucioribus satisfacere, eisque Deum placare. Natura autem specifica secundum se considerata, utputa ipsa humanitas, de se est in infinitum communicabilis: idcirco pro universis humanæ naturæ suppeditis satisfacere et omnia Deo reconciliare, non competit nisi salvatori idoneitatis et efficacis infinitæ. Insuper, quum peccati

enormitas tanto sit gravior quanto major est sanctitas et majestas ejus in quem peccatur, et Deus fortis ac immortalis sit prorsus incomparabilis et immensæ sanctitatis ac majestatis; constat quod peccatum quo ipse offenditur, sit enormitatis quodammodo infinitæ. Idcirco pro totius humani generis peccatis satisfacere, ei dumtaxat competit cujus dignitas est immensa. Amplius, tanta est dignitas gratiæ gratum facientis, quod nulla pura creatura erat idonea eam toti humano generi **B** mereri.

Sunt autem et aliæ plurimæ rationes incarnationis unigeniti Filii Dei. Prima, quia per hoc quod Filius Dei nostram assumpsit naturam, præclarissime nobis ostendit suam ad nos caritatem, et nos ad se rediligendum vehementissime inflammavit. Secunda, quia per hanc Filii Dei humanationem potissime confortatur fides nostra et roboratur spes nostra. Quid enim negare poterit Filius Dei eis pro quorum salute homo fieri est dignatus? Tertia, quia hæc incarnatio immensam Filii Dei **C** condecuit bonitatem: boni namque proprietates est se ipsum communicare atque diffundere. Quarta, quia ex Filii Dei incarnatione summa et maxima utilitas fidelibus oritur: quoniam opera Filii Dei incarnati erant incomparabiliter meritoria, et merita sua ipse nobis communicavit. Quinta, quia nec melius, nec clarius, neque eminentius hominibus potuit insinuari quanti eos suos æstimavit Creator, quanta sit electorum felicitas, quanta damnatio impiorum, nisi **D** per incarnationem et passionem Filii Dei. Siquidem ex dignitate legati solet magnitudo causæ perpendi. Quum ergo Pater Unigenitum suum miserit in hunc mundum, ut salvetur mundus per ipsum, clarissime innotescit quanta sit dignitas conditionis humanæ, ad quantam beatitudinem sit creata, quantam etiam incurrerat miseriam pro peccata. Sexta, quia in hac benedicta incarnatione omnipotentia Dei potissime declaratur, dum naturas in infinitum ab invicem distantes in unam ne-

Joann. iii.
17.

steris danda, ut per eam ad æternam et **supernaturalem** beatitudinem, ad quam conditi fuerant, perducerentur. Primus itaque pater noster in paradiso peccans, non solum sibi ac soboli suæ promeruit præactæ privationem justitiæ, sed insuper privationem beatitudinis sempiternæ, puta carentiam visionis divinæ : quam beatitudinem nec sibi ipsi nec posteris suis valuit recuperare. Quamvis etenim poenitendo meruit indulgentiam suæ transgressionis primævæ in quantum fuit personale peccatum, non tamen in quantum exstitit **pa** originalis totam in sua radice **copens** inficiensque naturam, atque promerens felicitatis carentiam **mo** parenti quam ejus posteris.

Hæc est Prophetarum et doctrina, divinæ attestati **roborata**, imo a Christo **ctus** apostolus Paulus **tium** cælum adhuc v **raptus** : Omnes (in **id** est originali **privari** æterna **quitur** : Per **hunc** mun **mors**. Et **dia** di **raru**

II Cor. xii, 2.
Ephes. ii, 3.
Rom. v, 12.
Sap. ii, 24.

damni, puta carentiam altissimi. Quonia **num** modicum **est** sanctitas et majestas ejus in quem quod etiam **et** terram ; et **peccatur**, et Deus fortis ac immortalis sit **propterea** **geny** **vi** **am** **quodammodo** infirma. Merito pro **humani** generis peccatis salvatore, ei **omni**bus, vide- **propterea** incomparabilis et immortalis sit **humani** generis peccatis salvatore, ei **omni**bus, vide-

Unde per Aggeum **A** enormitas tanto sit **gravior** quanto major **est** sanctitas et majestas ejus in quem **peccatur**, et Deus fortis ac immortalis sit **propterea** **geny** **vi** **am** **quodammodo** infirma. Merito pro **humani** generis peccatis salvatore, ei **omni**bus, vide- **propterea** incomparabilis et immortalis sit **humani** generis peccatis salvatore, ei **omni**bus, vide-

ita quam hu- **et** in Christo imperturbata, in- **confusa** et integra, atque in suis naturali- **bus** proprietatibus ac viribus perseverans. **Eapropter** in Christo sunt duo intellectus, **duæ** voluntates, duæ sapientiæ, duæ dile- **ctiones**, duæ justitiæ, duæ operationes. Est **enim** in ipso intellectus æternus, divinus **et** increatus ; similiter increata voluntas, **increata** sapientia, increata justitia. Est **item** in eo intellectus humanus creatus, **et** voluntas humana creata, cum habitibus **et** operationibus suis. Unaquæque ergo na- **tura** in Christo est operata quod suum est, **cum** alterius communione. Et quoniam **unio** duarum naturarum in Christo facta **est** in persona, ita quod utriusque est per- **sonalitas** una ; et agere ac pati sit proprie **suppositorum** : idcirco in Christo humana **adscribuntur** Deo, divinaque homini, id **est**, actiones et passiones humanæ attri- **buuntur** Verbo incarnato, attributa quoque **et** opera Verbi attribuuntur homini Chri-

oster Je- **st** numero unum. Est- **taxat** unum esse hypostati- **seu** personale, videlicet increatum **esse** suppositale Verbi æterni, seu unici **fili** Dei. Atque ad hoc esse increatum hy- **postaticum** Verbi æterni assumpta est na- **tura** humana, et in eodem suppositata in **Christo** seu Verbo hoc incarnato : sicque **Unigenitus** Dei assumpsit et sibi immedia- **te** univit naturam humanam, propriam ei **personalitatem** communicans. Denique fa- **ctum** est hoc absque omni variatione Ver- **bi** æterni, et absque ejus permixtione cum **natura** assumpta. Nec unita est natura **divina** humanitati tanquam pars aut sicut **forma** informans, sed Verbum æternum, **quemadmodum** ab æterno decrevit, huma- **nitatem** invariabile manens assumpsit.

his acutissime ac fidelissime A
 um quid propter quid dicatur,
 actionem inviolabilem natu-
 ræ quippe Deum ex virgine
 vinctum conversatum, come-
 tum, passum ac mor-
 tum, Christum hominem
 m, ex Patre æterna-
 m creatorem, om-
 Christum namque
 am. Nihilomi-
 nis, impassibi-
 perseverat.

Denique, quamvis dilectio Dei in semet-
 ipso sit una et simplex, nihilo minus dicitur
 Deus plus amare unum quam alium,
 in quantum vult et præstat uni majus
 bonum quam alteri. Et quoniam humani-
 tati suæ contulit et communicavit Unige-
 nitus Dei, verus Deus, proprium esse per-
 sonale increatum, immensum, quod in-
 finitæ dignitatis est; hinc fidelissime
 credimus atque verissime profiteamur, quod
 Christum hominem, imo Christi humanita-
 tem, Deus omnipotens, gloriosus et ado-
 randus plus diligit quam totum residuum
 creaturarum simul acceptum, hoc est magis
 quam cetera cuncta creata, visibilia et
 invisibilia, intellectualia et non intelle-
 ctualia. Unde et anima Christi ineffabili-
 ter clarius atque jucundius contemplatur
 superbeatissimam Trinitatem, simplicissi-
 mam Deitatem, quam quicumque angeli-
 cus spiritus, etiam de supremo angelorum
 choro consistens. Hanc sacratissimam mi-
 litantis Ecclesiæ fidem, Deus essentialiter
 verus et veritas, innumerabilibus miracu-
 lorum suorum attestationibus atque exube-
 rantissimis gratiarum suarum effusionibus
 roboravit, quotidie quoque confirmat.

superiores
 am relatas. Hinc Chri-
 stum quando isto conversans, non fuit
 purus viator, sed excellentissimus com-
 prehensor, quantum ad superiores (ut tac-
 tum est) suæ animæ vires. Fuit autem
 aliquo modo viator, quia passibilis, et cor-
 pus mortale gerens, accidentaleque præ-
 mium nondum habens, quousque per re-
 surrectionem suam et ascensionem in
 cælum glorificatus est.

At vero, quia non decuit humanam na-
 turam a Verbo æterno assumi nisi pul-
 cherrimam, id est sanctissimam; idcirco
 eodem instanti quo condita fuit anima
 Christi, fuit omnium divinorum charisma-
 tum habitibus excellentissime perornata,
 omni videlicet dono Spiritus Sancti, omni
 virtute nullam imperfectionem in sua ra-
 tione includente, omni sapientia, fructu
 et beatitudine eam decente, tantaque gra-
 tia quod tota capacitas ejus fuit omnino
 repleta.

ARTICULUS XVI.

*Quod nullus salvari potest nisi credendo
 in Christum, et evangelicam legem ser-
 vando : imo quod nunquam quis sal-
 vari potuit nisi fidem de Christo ha-
 bendo explicite, vel saltem implicite.*

DEX præhabitis innotescit, quod sicut ^{art. XIII,}
 primus humani generis parens, proto- ^{XIV.}
 plastus homo, sua prima transgressione
 naturam humanam, quæ in ipso tanquam
 in radice et fonte fuit, originali culpa in-
 fecit; sic Deus pietatis immensæ per Chri-
 stum totum genus humanum reformare
 atque salvare decrevit. Ideo ad Romanos
 scribit Apostolus : Sicut per unius homi- ^{Rom. v, 19.}
 nis inobedientiam peccatores constituti
 sunt multi, sic et per unius obedientiam
 justi constituentur multi. Christus ergo

ctit personam. Natura namque divina in infinitum est dignior natura humana. Septima, quia in hac incarnatione immensitas misericordiæ Dei ostenditur, quod scilicet taliter subvenire dignatus est. Postremo, quia per nullam puram creaturam tam convenienter ac eminenter poterat hominibus demonstrari via salutis, vera perfectio, excellentia omnis virtutis, et quidquid ad salutem requiritur, sicut per Deum incarnatum. Ejus etenim humiliatio, ejus patientia et paupertas, ejus caritas ceteraque virtutes incomparabiles sunt, et summe ædificant ac informant.

Verumtamen non sic dicimus necessarium fuisse Dei Filium incarnari, quasi per alium modum nequiverit genus salvandi humanum, sed quoniam nullus alius modus fuit tam congruus, tamque idoneus et condignus.

ARTICULUS XV.

De hypostatica unione naturæ humanæ cum Verbo æterno; et de perfectione ac beatitudine naturæ humanæ in Christo.

QUIDQUID vere subsistit, unum est numero. Quum ergo Dominus noster Jesus Christus sit vere subsistens persona, fatemur quod ipse est numero unum. Estque in eo dumtaxat unum esse hypostaticum seu personale, videlicet increatum esse suppositale Verbi æterni, seu unici Filii Dei. Atque ad hoc esse increatum hypostaticum Verbi æterni assumpta est natura humana, et in eodem suppositata in Christo seu Verbo hoc incarnato : sicque Unigenitus Dei assumpsit et sibi immediate univit naturam humanam, propriam ei personalitatem communicans. Denique factum est hoc absque omni variatione Verbi æterni, et absque ejus permixtione cum natura assumpta. Nec unita est natura divina humanitati tanquam pars aut sicut forma informans, sed Verbum æternum, quemadmodum ab æterno decrevit, humanitatem invariabile manens assumpsit.

Præterea, omnia in Christo supernaturalia exstiterunt. Corpus etenim ejus ex purissimis sanguinibus sacratissimæ virginis Mariæ operatione Spiritus Sancti formatum est et perfecte organizatum in instanti : divinæ enim virtuti infinitæ ac omnipotenti competit agere in instanti. Eodemque instanti creata fuit anima Christi et corpori illi formaliter unita : sicque ex illius animæ corporisque conjunctione resultat una natura certæ speciei, puta humanitas vera, non tamen communis, sed particularis et individua. Rursus eodem instanti humanitas illa conjuncta est Verbo æterno hypostatica unione, utpote ad personale esse Verbi a Verbo assumpta. Idecirco humanitas illa non habet nec unquam habuit personalitatem propriæ conditionis ; nec ex unione corporis Christi cum anima sua resultavit aut fluxit subsistentia personalis proprii ordinis : quoniam corpus et anima illa formaliter cœunita, hoc est humanitas illa, non relinquebatur sibimetipsi, sed protinus assumebatur ad esse Verbi.

Præterea, tam divina natura quam humana manet in Christo imperturbata, inconfusa et integra, atque in suis naturalibus proprietatibus ac viribus perseverans. Eapropter in Christo sunt duo intellectus, duæ voluntates, duæ sapientiæ, duæ dilectiones, duæ justitiæ, duæ operationes. Est enim in ipso intellectus æternus, divinus et increatus ; similiter increata voluntas, increata sapientia, increata justitia. Est item in eo intellectus humanus creatus, et voluntas humana creata, cum habitibus et operationibus suis. Unaquæque ergo natura in Christo est operata quod suum est, cum alterius communionem. Et quoniam unio duarum naturarum in Christo facta est in persona, ita quod utriusque est personalitas una ; et agere ac pati sit proprie suppositorum : idcirco in Christo humana adscribuntur Deo, divinaque homini, id est, actiones et passionem humanæ attribuuntur Verbo incarnato, attributa quoque et opera Verbi attribuuntur homini Chri-

sto. Sed in his acutissime ac fidelissime est pensandum quid propter quid dicatur, propter distinctionem inviolabilem naturarum. Dicimus quippe Deum ex virgine natum, inter homines conversatum, comedisse, bibisse, captum, passum ac mortuum. Iterum dicimus Christum hominem esse unicum Dei Filium, ex Patre æternaliter natum, universorum creatorem, omnipotentem, immensum. Christus namque supponit increatam personam. Nihilominus deitas prorsus invariabilis, impassibilis, ininitiabilis æternaliter perseverat.

Insuper, quoniam multo plus est humanitatem Christi Verbo æterno hypostatice esse unitam, quam Deo beatifice frui, aut increatæ Veritati ad contemplandum eam per speciem jungi; idcirco fatemur animam Christi a primo suæ creationis instanti fuisse vere beatam essentiali felicitate, videlicet Deo beatifice junctam, ita quod ex tunc tam clare per speciem contemplata est Deum, tamque perfecte et gloriose exstitit fruens Deo ut modo, fuitque indesinenter in beatificæ gaudii fruitionis, quantum ad vires suas superiores ad increatum objectum relatas. Hinc Christus in mundo isto conversans, non fuit purus viator, sed excellentissimus comprehensor, quantum ad superiores (ut tactum est) suæ animæ vires. Fuit autem aliquo modo viator, quia passibilis, et corpus mortale gerens, accidentaleque præmium nondum habens, quousque per resurrectionem suam et ascensionem in cælum glorificatus est.

At vero, quia non decuit humanam naturam a Verbo æterno assumi nisi pulcherrimam, id est sanctissimam; idcirco eodem instanti quo condita fuit anima Christi, fuit omnium divinorum charismatum habitibus excellentissime perornata, omni videlicet dono Spiritus Sancti, omni virtute nullam imperfectionem in sua ratione includente, omni sapientia, fructu et beatitudine eam decente, tantaque gratia quod tota capacitas ejus fuit omnino repleta.

Denique, quamvis dilectio Dei in semetipso sit una et simplex, nihilo minus dicitur Deus plus amare unum quam alium, in quantum vult et præstat uni majus bonum quam alteri. Et quoniam humanitati suæ contulit et communicavit Unigenitus Dei, verus Deus, proprium esse personale increatum, immensum, quod infinitæ dignitatis est; hinc fidelissime credimus atque verissime profitemur, quod Christum hominem, imo Christi humanitatem, Deus omnipotens, gloriosus et adorandus plus diligit quam totum residuum creaturarum simul acceptum, hoc est magis quam cetera cuncta creata, visibilia et invisibilia, intellectualia et non intellectualia. Unde et anima Christi ineffabiliter clarius atque jucundius contemplatur superbeatissimam Trinitatem, simplicissimam Deitatem, quam quicumque angelicus spiritus, etiam de supremo angelorum choro consistens. Hanc sacratissimam militantis Ecclesiæ fidem, Deus essentialiter verus et veritas, innumerabilibus miraculorum suorum attestationibus atque exuberantissimis gratiarum suarum effusionibus roboravit, quotidie quoque confirmat.

ARTICULUS XVI.

Quod nullus salvari potest nisi credendo in Christum, et evangelicam legem servando: imo quod nunquam quis salvari potuit nisi fidem de Christo habendo explicite, vel saltem implicite.

EX præhabitis innotescit, quod sicut art. XIII, primus humani generis parens, protoplastus homo, sua prima transgressione naturam humanam, quæ in ipso tanquam in radice et fonte fuit, originali culpa infecit; sic Deus pietatis immensæ per Christum totum genus humanum reformare atque salvare decrevit. Ideo ad Romanos scribit Apostolus: Sicut per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, sic et per unius obedientiam justii constituentur multi. Christus ergo Rom. v, 19.

omnium hominum, quantum in ipso est, **A** strati, habuerunt de Christo fidem explicitam, ceteri vero implicitam, credendo sicut sui majores. Quemadmodum ergo nos Christiani salvamur in fide qua Christum credimus advenisse, sic salvati sunt illi in fide qua crediderunt Christum venturum esse. Sicque omnium electorum hominum una est fides. Propter quod ait Apostolus : Habentes eundem spiritum fidei, et nos credimus. Interea, quia in fide Christi venturi Abraham patriarcha specialiter abundavit, idcirco pater cunctorum credentium **B** appellatur. Unde et veri Christiani, et ipsi dumtaxat, merito filii Abraham nuncupantur, non excæcati Judæi nec Sarraceni de Christo infideliter sentientes. Hinc ad Galatas divinus scribit Apostolus : Qui ex fide sunt, hi sunt filii Abraham.

Matth.
xvi, 18; *Luc.*
xxii, 32.

Jacob. ii,
17, 26.

Luc. xii,
47.

Præterea, Christus caput est omnium salvandorum, quia per ipsum Deus omnes homines electos salvare decrevit. Propter quod ad Ephesios ait Apostolus : Deus prædestinavit nos in adoptionem filiorum per **C** Jesum Christum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem. Et rursus ait ibidem : Deus instauravit omnia in Christo, sive quæ in cælis sunt, sive quæ in terra. Omnes ergo electi sunt membra Christi. Membra autem necesse est suo capiti copulari ad hoc quod vivificentur ab eo : a quo si præscindantur, mox moriuntur. Qui ergo a capite Christo vitam gratiæ in præsentem vitamque gloriæ debet **D** sortiri, necesse habet huic capiti per fidem veram integramque conjungi.

Ephes. i, 5-
7.

Ibid. 10.

Insuper, Christus in quantum homo, est via ad beatitudinem, atque ut Deus, est finis in quo nostra consistit felicitas. Media autem necesse est fini conjungi, viamque cognoscere viatores oportet. Hinc a principio mundi necessarium extitit ad salutem habere fidem de Christo venturo, saltem implicite. Patriarchæ equidem et Prophetæ, ceterique majores desuper illu-

strati, habuerunt de Christo fidem explicitam, ceteri vero implicitam, credendo sicut sui majores. Quemadmodum ergo nos Christiani salvamur in fide qua Christum credimus advenisse, sic salvati sunt illi in fide qua crediderunt Christum venturum esse. Sicque omnium electorum hominum una est fides. Propter quod ait Apostolus : Habentes eundem spiritum fidei, et nos credimus. Interea, quia in fide Christi venturi Abraham patriarcha specialiter abundavit, idcirco pater cunctorum credentium **B** appellatur. Unde et veri Christiani, et ipsi dumtaxat, merito filii Abraham nuncupantur, non excæcati Judæi nec Sarraceni de Christo infideliter sentientes. Hinc ad Galatas divinus scribit Apostolus : Qui ex fide sunt, hi sunt filii Abraham.

II Cor. v,
12.

Rom. iv, 11.

Galat. iii, 7.

Postremo, quam vitiosum atque damnable sit non credere in unigenitum Dei Filium, Jesum Christum, docet sanctus evangelista Joannes, dicens : Qui non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Et rursus in prima sua ait epistola : Qui non credit in Filium Dei, mendacem facit Deum Patrem, quia non credit in testimonium quod testatus est Deus de Filio suo. Et denuo protestatur : Qui non credit in Filium, ira Dei manet super eum.

Joann. ii,
18.

I Joann. v,
10.

Joann. x,
36.

Amplius, sancti Prophetæ veteris Testamenti prædixerunt de Christi adventu, et de lege evangelica danda per ipsum, tanquam de lege perfecta et ultimata, omnibus ad salutem necessaria, cui alia lex a Deo nequaquam succederet. Hinc enim apud Isaiam Deus loquitur Christo : Dedit **D** te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Et denuo loquitur Deus æternus de Christo : Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. De hujus quoque legis datione apud Jeremiam manifeste habetur. Nempe, quum Christus sit mundi salvator atque totius humani generis reparator, certissimum est omni intelligenti Scripturas divinas, quod ad ejus legem ac fidem universi sint obligati. Certissime ergo agnoscant

Is. xlix, 6.

Ibid. lv, 1.

Jer. xxxi,
31 et seq.

Sarraceni se esse in statu æternæ damnationis: ideo respiscant, atque ad Christum, qui est vera via, sine qua nemo venit ad Patrem, protinus convertantur.

ARTICULUS XVII.

In quo, secundum doctrinam sacræ Scripturæ, vera hominis beatitudo consistat.

CHRI^{STUS} in evangelio S. Joannis loquitur Deo Patri: Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. Porro vita æterna est felicitas vera, ad quam supersapientissimus Deus condidit genus humanum. Itaque cognitio Dei clara, immediata ac fructiva, est beatitudo hominis consummata. Hinc in prima sua epistola ait Joannes evangelista: Carissimi, nunc Dei filii sumus, et nondum apparuit quid erimus; scimus autem quoniam quum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Hoc est quod et Paulus scribit apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: id est, in futura felicitate et gloria contemplantur Deum clare in semetipso, immediate, per speciem. Hoc insinuavit David propheta orando: Domine, Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus. Creavit ergo omnipotens ac benignissimus Deus intellectualem ac rationalem creaturam, videlicet angelum et hominem, ut Creatorem suum clare agnoscat, cognoscendo fervide diligat, diligendo feliciter perfruatur, perfruendo in æternum possideat.

Istud de beatitudine hominis consummata nunc breviter tactum sufficiat. Inferius namque de hujus felicitatis incomparabili suavitate et gloria, puritate et excellentia, deiformitate et supersufficientia, diligenter, Deo præstante, dicetur: ubi contra beatitudinem illam spurcissimam ac brutalem quæ in Alcorano promittitur, disputatio inducetur. Hinc enim et Christus in

A Evangelio dixit, quod post resurrectionem communem homines nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut angeli Dei. Angelica quippe beatitudo promittitur nobis a Christo in cœlis, ut infra magis docebitur.

Math. xxii, 30.

ARTICULUS XVIII.

De sacramentis evangelicæ legis, et de cessatione circumcisionis ac cærimoniarum observantiarum Mosaicæ legis, atque de Baptismo, qui circumcisioni secundum Christi doctrinam succedit.

QUAMVIS, juxta præhabita, Christus sit totius generis humani salvator, et pro omnibus satisfecerit; non tamen omnes salvantur, neque infantes, neque adulti: quoniam meritum Christi seu virtus suæ benedictæ passionis eis non applicatur, quia ipsi propria iniquitate obicem ponunt gratiæ Christi. Tempore etenim evangelicæ legis, infantes qui non baptizantur, pro solo originali peccato beatitudine privantur æterna, si ante annos discretionis decedant, atque in limbum puerorum descendunt: in quo tamen poenam sensus non habent. Porro infantes baptizati ac morientes ante tempus discretionis, felicitatem perpetuam sortiuntur: quoniam in Baptismo gratia, virtus seu meritum Christi eis applicatur et communicatur. Meritum equidem Christi est universalis causa salutis humanæ. Universalem vero causam ad determinatos effectus applicari oportet. Hinc in evangelica lege Christus, legislator, salvator ac Dominus noster, septem instituit sacramenta, quæ sunt velut medicinalia vasa, spiritualis medelæ contentiva, per quæ virtus et meritum Christi applicatur, confertur infunditurque hominibus.

Horum primum est sacramentum Baptismi, de quo loquitur Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum cœlorum. Post resurrectionem quoque suam apparrens Apostolis, præcepit eisdem: Euntes

Joann. iii, 5.

Math. xxviii, 19; Marc. xvi, 15.

Joann. xiv, 6.

Joann. xvii, 3.

1 Joann. iii, 2.

1 Cor. xiii, 12.

Ps. lxxxix, 20.

in mundum universum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Baptismus namque est regeneratio spiritualis, qua homo moritur culpæ et incipit vivere Deo ac gratiæ : ideo virtute et merito Christi, in Baptismo dimittitur omne peccatum, tam actuale et personale, quam originale, quoad culpam et pœnam. Gratia quoque et virtutes baptizato pariter infunduntur, dum ei omne peccatum in Baptismi susceptione dimittitur. In cujus rei signum, quum ipsemet Christus a beatissimo Joanne Baptista baptismum ex ineffabili et profundissima humilitate suscepit, non quia indignus, sed ut perfectæ humilitatis daret exemplum, atque suæ sanctissimæ carnis tactu vim regenerativam aquis præstaret, protinus aperti sunt cœli, et descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Vox quoque de cœlo insonuit : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : prout Joannes evangelista ceterique Evangelistæ verissime conscripserunt. In primitiva quoque Ecclesia Spiritus Sanctus super eos qui baptizabantur, in signo consuevit sensibili apparere, prout in libro Actuum Apostolorum Lucas docet evangelista.

Luc. iii. 21,
22; Matth.
iii, 16, 17;
Marc. i, 10,
11; Joann.
i, 32.

Act. xix, 6.

Præterea, quamvis lex Moysi fuit a Deo collata, nihilo minus adveniente lege Christi, et ea publice prædicata ac divulgata, debebat cessare : non quasi mala in se, sed ut legi meliori perfectiorique cederet.

Hebr. iii,
5, 6.

Quemadmodum enim Christus præponitur Moysi tanquam filius servo, ita lex Christi præfulget ac antefertur Moysi legi. Item, sicut imperfectum via est ac dispositio ad perfectum, ut infantia ad juventutem ; ita lex Moysi dispositio fuit ad legem Christi, quemadmodum et aurora ad claram diem.

Galat. iii,
24, 25.

Ideo dicit apostolus Paulus, quod lex Moysi pædagogus noster fuit in Christo, at ubi venit fides catholica, seu lex evangelica, jam non sumus sub pædagogo. Insuper, lex Moysi fuerat instituta ad designandum ac præfigurandum statum ac gratiam novi Testamenti. Omnia enim,

I Cor. x, 11.

secundum doctrinam Apostoli, in figura contingebant Judæis sub veteri Testamento. Ideo Christo jam misso et figuralia illa implente, cessare debebant illa legalia : sicut cessat promissio, facta solutione, receditque umbra, luce adveniente. Hinc Joannes evangelista ait : Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. Verumtamen præcepta moralia veteris Testamenti, quum sint de naturalis dictamine rationis, manent in evangelica lege, et perficiuntur a Salvatore, qui et duodecim consilia eis adjecit, per quorum observantiam perducitur homo ad omnium virtutum perfectionem, atque ad vitam angelis proximam.

JOANN. I. 17.

Præterea, ex eisdem rationibus circumcisio in evangelica lege cessavit. Adveniente enim quod perfectum est, evacuari debet quod ex parte est, quando ad idem ordinatur : unde nec gratia facit per duo quod per unum idonee facere potest, quemadmodum nec natura. Circumcisio autem imperfecta fuit respectu Baptismi tripliciter. Primo, quantum ad significationem : quia non ita expresse significavit emundationem totius hominis ab immunditia culpæ originalis sicut ablutio baptismalis. Secundo, quantum ad efficaciam : quia non ita abundans gratia ad bene agendum atque ad reprimendum fomitem dabatur in circumcisione quemadmodum in Baptismo. Tertio, quantum ad utilitatem : quia non erat ejus utilitas ita communis sicut Baptismi. Nam habuit determinatum populum, determinatumque sexum, determinatum quoque tempus : ideo cessare debuit substituto Baptismo, qui universis gentibus utriusque sexus præcipitur. Postremo, quemadmodum Christus novam ac perfectam legem instituit, sic nova et perfecta sacramenta instituere debuit. Ideo aliud ordinavit sacramentum contra originale peccatum, puta Baptismum, quam fuit circumcisio, quæ in veteri Testamento, imo et ante a tempore Abrahæ, contra originale fuit instituta peccatum. Hinc tempore evangelicæ legis cir-

I Cor. xii,
10.

cumcisionem servare, est vitiosum atque A
damnable. Nec fuit intentio Dei, dum
circumcisionem præcepit, quod diutius
curreret quam usque ad institutum a Chri-
sto Baptismum. Hinc ad Galatas dicit Apo-
stolus : Si circumcidamini, Christus nihil
vobis proderit ; itemque : Testificor (in-
quit) omni homini circumcidenti se, quo-
niam debitor est universæ legis faci-
endæ.

Errant itaque Sarraceni tanquam incre-
duli, qui relicto Baptismo, circumcisionem
observant. In eo quoque quod pueros suos B
tertiodecimo anno circumcidunt, eo quod
Ismael, de quo nati sunt, tot fuit annorum
quando circumcisus est, sicut in Genesi
scriptum est, agunt contra Dei præceptum,
qui iussit ut infans octo dierum circumci-
deretur. Sed et qua ratione differunt eam
usque ad tertiumdecimum annum, possent
(ut apparet) eam differre usque ad nona-

gesimum nonum annum, quia tot anno-
rum exstitit Abraham quando carnem sui
præputii circumcidit, ut Genesis septimo-
decimo legitur : nisi forsitan dicant eam
tam diu non posse differri ; unde patet
quod juxta propriam voluntatem, non jux-
ta Dei præceptum, eam accipiunt. Interea,
quod remedium aut sacramentum appo-
nunt contra originale peccatum pueris
suis morientibus ante tertiumdecimum an-
num ? nisi forte in illis anticipent tempus,
vel negent originale peccatum transfundi,
contra doctrinam novi ac veteris Testa-
menti, sicque et hæresim illabantur Pela-
gii. Resipiscant ergo a tantis erroribus,
atque ad Christum, qui est vera lux, con-
vertantur, ut sacro renati Baptismate,
æternam beatitudinem consequantur. Ad
laudem et gloriam Creatoris altissimi, qui
est super omnia Deus sublimis et benedi-
ctus. Amen.

Gen. xvii.
24.

Galat. v. 2.

Ibid. 3.

Gen. xvii.
15.

Ibid. 12.

Joann. i. 9.

www.libtool.com.cn

PERFIDIAM MAHOMETI

LIBER SECUNDUS

CONTRA ALCORANI ERRORES SINGULOS.

PROŒMIUM.

QUI converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operit multitudinem peccatorum. Jacob. v, 20.

Quantum Deus diligat homines hinc innotescit, quod Pater æternus misit Unigenitum suum in mundum, ut peccatores converteret et salvaret. Idcirco apud Joannem scriptum est : Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Paulus quoque apostolus : Fidelis (inquit) sermo, et omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Sed et ipsemet Christus in Evangelio loquitur : Non veni vocare justos, sed peccatores. Hinc sacrificium acceptissimum Deo zelus est animarum, hoc est desiderium fervens conversionis errantium, perseverantiæ bene viventium, salutisque omnium. Denique omnium divinum divinissimum est Deo cooperari in reductione rationalium animarum ad eum. Propterea ad Christianorum pertinet caritatem ac pietatem, infidelium quoque considerare conversionem atque salutem. Un-

A de et ego tantillus servulus Christi, ejus utcumque cupiens imitari vestigia, non solum malorum Christianorum, sed etiam Sarracenorum vehementer opto conversionem cupioque salutem. Quis enim christianæ pietatis visceribus affluens, tam innumerabili populo non condoleat pereunti ? Itaque, quod verbo facere nequeo, scripto facere concupisco, utputa Sarracenis suos errores ostendere, viam salutis proponere, ad evangelicæ legis susceptionem eos inducere, ut veram sortiantur salutem. Et quia in præcedenti libello deductum est quid de Christo et Christianis sentiat Mahometus, quid item secundum novi ac veteris Testamenti divinas Scripturas de Christo ac Christianis sentiri oporteat, et quid de trinitate personarum in simplici Deo sit secundum Scripturas sanctas credendum ; declarata demum sunt ibidem argumenta fidei christianæ in generali, et qualiter fides a principio sit prædicata, divulgata, et usque in præsens conservata, cur etiam Unigenitus Dei factus sit homo, et quod nullus post evangelicæ legis divulgationem queat salvari nisi in Christum vere credendo atque secundum ipsius legem vivendo : nunc restat procedere ad reprobationem errorum, perfidiarum et

Joann. iii, 16.

1 Tim. i, 15.

Matth. x, 13.

injustitiarum in Alcorano contentorum. A Verumtamen, pro dicendorum intelligentia clariori habenda, primo aliqua recitabo de Mahometo, et qualiter introducta sit lex ipsius.

ARTICULUS PRIMUS.

De Mahometo, et de introductione legis ipsius.

PRIMO narrabo de Mahometo quod in scriptis Christianorum de eo legi. Et art. 1. sicut in præcedenti libello, ita et modo protestor me de his quæ ad legem pertinent Sarracenorum atque ad Mahon prophetam ipsorum, nil scienter aut sponte aliter recitaturum quam in eorum scriptis habetur, vel in libris ex quibus hæc scripsi. Unde quæ de Mahometo jam scribam, recitative scribo ut legi. Postea vero scribam de eo secundum quasdam Sarracenorum recitationes quas legi.

Denique, inter scripta Christianorum de ista materia, credibilior mihi videtur narratio quam in epistola cujusdam perfecti Christiani inveni. Quocirca sciendum, quod in palatio cujusdam regis de secta et lege Sarracenorum fuerunt duo doctissimi viri, in regis obsequio primi, et inter se amici carissimi atque in mutua amicitia confidentes: quorum unus exstitit Christianus, et alius Sarracenus, uterque in sua lege præcipuus. Itaque doctor ille sarracenus doctori christiano amico suo scripsit epistolam, invitans eum ad suam sectam seu Mahometi legem. Doctor vero christianus plenissime ac sapientissime ei rescripsit. Epistola demum Sarraceni continebat quinque magna folia in libro quem habui; epistola autem Christiani folia viginti quatuor quantitatis ejusdem. Quumque epistolæ istæ pervenissent ad regem eorum, præcepit ambos coram se apparere, atque epistolas eorum perlegi; et non destitit rex intentè ac diligenter audire donec perlectæ sunt. Dixitque Sarraceno: Utinam non provocasses eum, ut hoc

certamen cum ipso committeres. Tu enim sciebas eum doctum et prudentem in omnibus; et nunc nihil ei possumus respondere. Denique doctor iste christianus illustrissimus fuit, sicut in sua tangit epistola: nam natio ejus super omnes nationes Arabum fuit. Et quantum ex amborum epistolis possum perpendere, non diu post Mahomet fuisse videntur.

Itaque doctor ille christianus in sua epistola inter cetera scribit: Videamus, si placet, et amicabiliter ac pacifice sine pertinaci patrocinio defensionis investigemus causam istius hominis, utputa Mahometi, cujus prophetiæ ac legi me acquiescere rogas, diligenter omnia perscrutantes; et ab initio usque ad finem ejus quis fuerit, quid egerit consideremus, in nullo a veritate ad mendacium declinantes. Homo iste, videlicet Mahomet, pupillus fuit in sinu patris sui, in cujus tuitione pater ipsius moriens commendaverat eum. Postea vero fuit cultor idolorum in Mecha, cum omni domo et generatione sua, sicut in sua scriptura testatur sibi dictum esse a Deo: Tu fuisti pupillus, et collectus es; et in errore, et justificatus es; et pauper, et ditatus es. Sicque vixit quousque pervenit ad servitium camelorum Hadijæ filii Hulert*, cujus mercenarius factus fuit; et proficiscebatur cum camelis in Syriam et in alia loca, donec duxit illam uxorem, interveniente causa quam tu scis. Postquam vero se divitem factum ejusdem mulieris opibus vidit, conatus est super gentem et patriam suam arripere principatum. Sed quum hoc ad effectum prout cupiebat non posset perducere, præsertim quum paucos adhuc haberet fautores, arte et ingenio magno usus est, ut quia rex esse non poterat, prophetam se Dei esse et nuntium simularet. Tu vero, quem Deus salvet, scis quantum hoc displicuerit omni parentelæ et generationi ejus, quæ vocatur Choraïs*. Quumque hoc modo nomen prophetæ sibi usurpasset, ingressus est ad homines, qui tanto facilius qualibet astutiæ machinatione decipi poterant, quanto

* Khandijah
filie Chorais

* Koraish

longius ab omni sapientia et usu civilitatis, totiusque **humanæ prudentiæ honestate**, per agros et villulas sequestrati, quid Dei propheta vel nuntius esset, vel in quo cognosci deberet, quid denique inter veritatem et mendacium, inter fatuitatem sapientiamque distaret, discernere nesciebant. Ad hos decipiendos, cujusdam astrologi, cujus postea nomen et causam dicemus, ope atque consilio non mediocriter confortatus, homines pestiferos et viarum insidiatores, fugitivosque et homicidas, sibi aggregavit, quos ad devia silvarum, ad cacumina montium, et ad proxima fontibus loca circumquaque mittebat insidiari negotiatoribus et iter agentibus, ad interficiendum eos, et diripiendum tam camelos quam cetera quæ ducebant. De ipso etiam scimus, quod primo tempore prophetiæ suæ, quum de civitate veniret ad Meham et inveniret hominem camelum habentem, eundem camelum vi abstulit, talique beneficio prophetiæ et prædicationis suæ primordia consecravit. Habuit autem ibi quadraginta de suis, qui adfuerunt ei, custodientes eum ab illis de Mecha, quos valde infestos habebat, eo quod omnes artes ejus ac maleficia noscerent. Odorant quippe illum nimis, quia quum latro et pestifer esset, prophetam Dei se esse stultis hominibus mentiebatur. Abiit quoque in civitatem destructam, quam ex majori parte Judæi pauperes inhabitabant : in quam quum ingrederetur, volens ostendere justitiæ suæ regulam et prophetiæ suæ modum, pupillis cujusdam carpentarii filiis abstulit domum.

Consequenter doctor iste describit expeditiones Mahometi quas fecit per suos ministros et socios, et cuncta valde determinate describit per nomina virorum et locorum, et per eventus ac tempora, ostendens qualiter in tribus expeditionibus primis evenit contrarium intento Mahometi : ex quibus patet quod gratiam prophetiæ non habuit. Describit etiam expeditiones Mahon quas per se ipsum facere voluit : in quarum prima vacuus rediit, in secun-

A da reverti compulsus est, in tertia quoque confusus abscessit. Fueruntque omnes expeditiones istæ pro rapiendis quorundam camelis. Faciebat etiam Mahon, quod pejus est, ut si qui ei in suis maleficiis contradicerent, vel eum in aliquo reprehenderent, statim ubicumque sibi contingeret, eos aut per se aut per suos, sive vigilantes sive dormientes, proditorie juglaret. O tu, quem Deus salvet, quis unquam, non dico propheta, sed qui vel in modico Dei haberet notitiam, talia fecisse auditus est?

B Ego autem mirari non sufficio quo pacto tibi persuasum sit Dei esse nuntium aut prophetam, hominem cujus (ut breviter ejus facinorosam vitam demonstrarem) nulla fuit alia operatio aut meditatio quam homines interficere, aliena diripere, incestus et adulteria perpetrare ; qui etiam tale dedecus in scripto prophetiæ suæ sibi facere non erubuit, ut diceret datum renibus suis a Deo quadraginta viros potentissimos in coitum fortitudine libidinis adæquare : ubi etiam inter cetera rebus

C odoriferis et mulieribus super omnia delectari se dicit. Præterea uxores ejus ingenuæ fuerunt quindecim, et duæ ancillæ. O quam longe est ab ista impura et turbulenta doctrina Mahomet, christianæ disciplinæ sancta et pia religio ! Quæ per gloriosum apostolum Paulum ad Dei amorem et sanctam castimoniam omnes homines invitans, dicit : Qui habet uxorem, ^{I Cor. vii,} cogitat quæ sunt mundi. Si ergo una ^{32.}

D sola uxor a Dei amore impedit hominem, quomodo qui tantas habuit, et totus in earum libidine versabatur, officium prophetæ congrue adimplere poterat? Prædas quoque et homicidia atque insidias ac cetera mala prædicta omni tempore exercebat : quod non ad Deum pertinebat. Prophetæ officium est jejunare, prædicare, orare, et similia bona exercere.

Præterea, in ultima sua infirmitate positus, Mahomet suis præcepit ne eum mortuum sepelirent, eo quod tertio die assumendus esset in cælum. Ipsique observantes præceptum, quum magnis hoc desideriiis

* alias
Humbram
* alias Gu-
mohram
* alias He-
bazam

exspectarent, et jam a secunda qua obiit A
feria usque ad vesperam quartæ feriæ,
longa exspectatione fatigati, nihil aliud
in eo nisi fœtoris magnitudinem supercre-
scere cernerent, tandem, sicut retulit Gum-
bram*, nudum eum projecerunt. Gumbram*
tamen, filius Elusan*, dixit quod lotus et
tribus vestibus indutus sepultus sit. Fuit
autem per quatuordecim dies infirmus :
et fertur quod per septem dies morbo
pleurítico ægrotavit, amisitque sensum,
quem septimo die recuperavit; et iratus
est Ali filius Abitalib, eo quod perdiderat
sensum. Alia demum septima die mortuus
est, et intumuit venter ejus, et retro cur-
vatus est minimus digitus ejus. Quo mor-
tuo, omnes ab eo decepti, reversi sunt
statim unusquisque ad suam quam ante
tenuerat sectam seu idololatriam, præter
paucos suæ cognationis, qui exspectabant
se successuros in regno. Verumtamen suc-
cessor Mahomet omni ingenio atque astu-
tia, illos ad pristinas sectas reversos, ad
legem Mahomet revocavit. Vixit autem se-
xaginta tribus annis, quorum viginti tres C
in sua prophetia expendit.

ARTICULUS II.

*Qualiter et per quem ortum habuerit
lex Mahometi.*

PRÆFATUS vir christianus in omni sa-
pientia et virtute præclarus, conse-
quenter in sua scribit epistola, alloquens
Sarracenum cui respondit : Sed forsitan
dices inde probari hanc legem Mahomet D
esse divinam, quia quum ipse idiota et
sine litteris esset, nullatenus eam scribere
vel annuntiare hominibus potuisset nisi
virtute divina. Et ecce ita tu loqueris, qua-
si nescias vel nunquam audieris unde et
quomodo vel per quem prophetæ tui my-
steria habuerint ortum. Tu ergo, quem
Deus salvet, noli dissimulare quia Sergius
monachus, quum in monasterio graviter
peccasset, atque ob hoc excommunicatus
et expulsus fuisset, descendit usque ad

A Mecham : in qua tunc erant duo populi,
unus cultor idolorum, et alter Judaicus ;
fuitque ibi Mahomet idola colens. Volens
igitur Sergius ille aliquid facere quo mo-
nachis a quibus fuit expulsus placeret
et reconciliaretur (erant autem monachi
illi hæretici Nestoriani, qui dicunt Jesum
Christum non esse Deum, sed hominem
purum), omni studio atque conamine per-
suadebat illis ut ab idolorum cultura re-
cederent, et Christiani Nestoriani effice-
rentur. Quod quum effectui mancipasset,
discipulus ejus factus est Mahomet. Sicque
factum est, ut aliqua de novo ac veteri
Testamento a monacho illo edoctus, ea in
Alcorano suo fabulose et mendose intex-
ret. Hoc quoque Sergius ille persuasit, ut
in Alcorano suo poneret dictum a Deo,
quod monachi et presbyteri christiani fa-
miliariore ei esse deberent, quoniam non
superbiunt.

Interea, quum cognovissent Judæi quod
multi, etiam Mahomet, ad qualemcumque
quasi umbram Christianitatis illum mo-
nachum sequerentur, et pene illud quod
postea factum est per Mahomet, per istum
monachum Nestorianum consummatum
esset; prosilierunt tres callidissimi Judæi,
et timentes ne in veram Christianitatem
Mahomet incideret, accesserunt ad eum,
et malitiosa calliditate se ejus socios vel
discipulos esse in hac secta dicentes, eique
omnia turpia et nequiora quæ in Alcorano
sunt scribere persuadentes, usque in fi-
nem ejus semper cum eo fuerunt. Porro,
post mortem Mahomet, quum unusquisque
D (ut dictum est) redisset ad sectam suam, art. præced.
prædicti Judæi volentes rursus omnia per-
turbare, accesserunt ad Ali filium Abita-
lib, dicentes : Quare, quum fortis et nobi-
lis sis, non elevas te in prophetam, sicut
fecit socius tuus Mahomet, qui erat Chri-
stianus Nestorianus, et erimus tecum sicut
fuimus cum illo, te in omnibus adjuvan-
tes? Postea isti Judæi accepto libro Alco-
rano ab Ali, quem ei reliquerat Mahomet,
quidquid eis visum est, aut addiderunt,
aut detraxerunt, aut mutaverunt.

ARTICULUS III.

www.fbtool.com.cn

*Recitatio domini Petri,
abbatis Cluniacensis, de eadem materia.*

VENERABILIS et devotus pater dominus Petrus, abbas Cluniacensis, ut ipsemet scribit, quum in regno Hispaniæ sui Ordinis monasteria visitaret, legem et vitam atque doctrinam Mahomet fecit de Arabico in Latinum transferri. Recitatio quoque hujus abbatis de vita et origine legis Mahon cum præinductis satis concordat. Etenim ait : Fuit hic Mahomet tempore Heraclii imperatoris, parum post S. Gregorium Papam, Arabs natione, vilis genere, et primo antiquæ idololatriæ cultor, quemadmodum Arabes tunc usque fuerunt, ineruditus, sed in sæcularibus satis strenuus ; calliditateque multa de ignobili et egeno in divitem et famosum proventus est. Hic paulatim crescendo, contiguosque insidiis, rapinis, incursionibus frequenter infestando, quos poterat furtim, quos poterat publice occidendo, terrorem sui auxit, ac tandem ad regnum gentis suæ aspirare incepit. Quumque universis resistantibus et ejus ignobilitatem spernentibus, videret se hac via non posse consequi quod sperabat, quia vi gladii non poterat, religionis velamine ac divini prophetæ nomine rex fieri attentavit. Interea conjunctus est ei Sergius, monachus Nestorianus, qui Scripturas sacras ei secundum Nestorii intellectum exponens, simulque apocryphorum fabulis plenissime eum instruens, Christianum Nestorianum effecit. Atque ut tota iniquitatis plenitudo in Mahon conflueret, nihilque ei ad perditionem sui ac suorum deesset, adjuncti sunt ei Judæi, qui ne vere Christianus fieret dolose præcaventes, homini novis rebus inhianti, non Scripturarum veritatem, sed fabulas suas quibus nunc usque abundant, insibilant. Sicque ab his doctoribus Judæis et hæreticis institutus, Alcoranum suum condidit, et tam ex Judaicis fabulis quam hæreticorum figmentis confectam, nefa-

riam scripturam barbaro suo modo contexit : quod paulatim per tomos a Gabriele (cujus nomen ex sacra Scriptura cognoverat) sibi allatum mentitus, gentem ignorantem letali haustu infecit. Tandem in regem ab eis, ut concupierat, sublimatus est. Et languescente, imo pene deficiente Romano imperio, permittente eo per quem reges regnant, principatus Arabum seu Sarracenorum hac peste infectorum surrexit, vique armata maximas Asiæ partes cum tota Africa ac parte Hispaniæ paulatim occupans, in subjectos sicut imperium sic et errorem transfudit. Denique ipsemet Mahon in virtute gladii se missum perhibuit. Et in historia generationis ejus legitur quemadmodum ipse primo undique discurrens ac legem suam prædicans, per paucos sibi attraxit : idcirco tam ipse quam sibi adhærentes concorditer statuerunt legem suam se viribus illaturos, quoniam ensis timor sæpe plus quam rationis efficit amor, et viribus voluntati suæ viam fortis armatus invenit.

C Itaque constat quod non rationabili prædicatione, non Scripturarum allegatione, non miraculorum soli Deo possibilitium operatione, non sancta et exemplari conversatione omniumque terrenorum contemptu, Mahomet et ejus successores, socii, discipuli ac ministri legem suam introduxerunt, sed manu hostili, fortitudine populari violentiaque crudeli id egisse noscuntur. Et quia lex ejus tota carnalis atque venerea est, homines viles ac bestiales, proni ad ejus susceptionem fuerunt, sicut hoc infra magis probabitur.

D Postremo, Joannes de Mandevilla, qui inter Sarracenos diu moratus est, scribit in Itinerario suo, quod Mahon iste miserimus, fuit satis morosus et corpore validus, facundus quoque et in verbis ac factis valde maturus : sicque ad miseros decipiendos fuit dispositus. Scribit quoque quod epilepticus fuit : quo cognito, doluit domina illa quæ eum accepit maritum ; sed ipse eam fefellit, affirmans quod vicissim Gabriel angelus ei appareret et quædam

Prov. viii,
15.

divina sibi revelaret mysteria, tuncque ipse angelici vultus claritatem et divinarum revelationem non ferens, sic caderet et jaceret. An istud verum sit, ignoro.

ARTICULUS IV.

Contra quosdam errores in primo Alcorani capitulo contentos.

IN exordio primi capituli Alcorani habetur : *Hic liber absque falsitatis vel erroris annexu, veridicus est eis quibus inest amor divinus, Deitatisque timor et cultus, necnon orationum eleemosynarumque studium, etc.*

Ad istud respondeo, quod duplex est amor Dei, videlicet naturalis, et infusus. Amor Dei naturalis, bonis ac malis, fidelibus infidelibusque communis est ; tamen in bonis atque fidelibus amor iste perfectior est quam in malis ac perfidis : quia in bonis amore supernaturali spirituali infuso, hoc est per creationem a Deo collato, formatur atque perficitur ; in malis autem per vitia deformatur. Itaque dico, quod liber hic, scilicet Alcoran, omnibus quibus inest amor Dei infusus, Deitatisque timor filialis ex infuso amore scaturiens, totus falsidicus est et mendosus, quoniam veritati sacræ Scripturæ tam novi quam veteris Testamenti valde contrarius, omniumque principalium hæresiarcharum et quorundam gentilium falsitates sacrilegas renovans ac multas adjiciens, ut in primo tractatu diffuse ac diligenter per utriusque Testamenti scripturas ostensum est, in sequentibus quoque abundantissime atque clarissime ostendetur.

Præterea, illi veraciter divino infuso amore, Deitatis filiali timore et sanctissimo cultu, orationum et eleemosynarum ex veris et infusis virtutibus procedentium studio pleni fuerunt, quorum vitam Deus ineffabilis et excelsus sibi omnino gratissimam placentissimamque consistere per gloriosa demonstravit miracula, tam in vita quam in morte et post mortem illo-

rum illos mirificans et per præclara signa honorans, quemadmodum sanctus propheta David ait in Psalmo : *Filii hominum, scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum. Tales autem fuerunt, non solum gloriosissimi Christi Apostoli, sed et innumerabiles martyres et confessores utriusque sexus : quorum multi infra paucos annos fuerunt, imo infra paucissimos, et supersunt qui eos noverunt et eorum miracula conspexerunt, prout eorum Romano Pontifice per testimonia copiosa atque idonea est probatum. Porro de istis miraculis infra in speciali tractatu mentio erit. Producant Sarraceni, si valent, unum ex lege sua cujus vitam et sanctitatem Deus omnipotens et æternus per miracula sibi soli possibile declaravit. Quod quia non possunt, a suis, quæso, erroribus respiscant, et christianæ fidei præstent assensum. Quis unquam in lege Mahon mortuos suscitavit ? Quis in ea cæcos, surdos, claudos, mutos ex utero matris curavit ? Ad cujus Sarracenorum instantiam sol stetit in cælo, et proprium luna cursum mutavit ? In cujus cultorum legis Mahon morte visi sunt angeli sancti, et eorum dulcissimi cantus auditi, fragrantissimo odore simul adperso ? Quæ omnia in Christianorum lege copiosissime contingisse, partim ex primo patet libello, inferiusque patebit lucidius.*

Præterea, signum divini amoris est carnalium voluptatum, temporalium divitiarum, terrenorum honorum contemptus. Hæc enim omnia a puritate contemplationis divinorum, ab amore æternorum, a quiete et stabilitate mentis in Deo impediunt. Quomodo ergo in Mahometo et ejus sequacibus fuit amor Dei infusus et supernaturalis, qui toto cordis affectu ad principatum terrenum, ad opulentiam temporalem, ad pulchrarum feminarum anhelabant amplexum ? Quo utique constat, eos fuisse non sanctos, nec divino amore infuso ardentem, nec spirituales, sed libidinosos, ambitiosos, avaros.

Interea certum est hæreticos et iniquos

orationibus ac elemosynis esse intentos ; sed orationes ~~et elemosynas illas~~ nequam ex veris oriuntur virtutibus, nec sunt meritoriae apud Deum.

Præterea in prologo primi capituli Alcorani dicitur : *Deus solos ad se benevolos, nequaquam hostes et erroneos, adduxit.*

Istud videtur omnino imperite ac fatue dictum. Nonne et ipse Mahomet quamdiu idololatra fuit, hostis veri Dei atque erroneus fuit ? Et tamen, ut ipse fatetur, Deus adduxit eum ad se. Denique, cur Mahon præcepit idololatras virtute armorum ad suæ legis susceptionem compelli, alioqui occidi, aut tributo gravari, si erroneos et Deo rebelles seu adversantes Deus nequaquam adducit ad se ? Insuper, cur ipsemet Christus et sancti Apostoli ac Prophetæ prædicaverunt hostibus atque erroneis, si tales Deus non adducit ad se ? Nonne rex David vehementer erravit quando adulterium homicidiumque commisit ? Et tamen post tantos excessus Deus reduxit eum ad se. Amplius, verbum hoc Alcorani veritati sacræ Scripturæ utriusque Testamenti repugnat. Isaias namque propheta loquitur Deo : *Ecce gentem quam nesciebas vocabis. Gens autem quam Deus nescit, est gens vitiosa ac perfida : quam Deus non approbat, quoniam errat. Paulus quoque apostolus in epistola ad Romanos effatur : Commendat autem caritatem suam in nobis Deus, quoniam quum adhuc peccatores et inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus.*

Insuper in eodem Alcorani capitulo dicitur : *Hunc librum veracem esse penitus credite. Moxque quasi argumentum ad hoc ibi subjungitur : Consimilem, omnes simul manum conferentes, si possibile sit, perficite testibusque firmate.* Tanquam dicat : *Tanta est excellentia libri hujus, ut talis ab hominibus etiam omnibus simul collectis fieri nequeat. Et hoc idem in diversis Alcorani locis sæpe repetitur. Unde nonodecimo capitulo inducitur Deus quasi loquens ad Mahomet : Alcoran omnis falsitatis expers est. Dicentibus illud tuum*

esse figmentum, dic ut saltem unam azoaram (id est unum capitulum) harum aliquid similem, quolibet adjutore nisi Deo solo suffulti, efficiant, ut sic an veridici sint appareat. Quasi dicat : Tanta est eminentia Alcorani, ut homines quantumlibet multi ac sapientes, non possint unum tale compilare capitulum, qualia exstant omnia Alcorani capitula, etiam a quocumque juventur, solo Deo excepto. Ubi videtur innuere quod nec angelorum auxilium possint hoc. Rursus azoara vicesima sexta asseritur : Licet omnes homines atque diaboli ad unius talis (scilicet Alcorani) compositionem convenirent, sibimet mutuo proficentes, minime perficere possent. Azoara quoque tricesima dicitur quasi ex persona Dei ad Mahon : Dicentes istud a te esse compositum, tales decem azoaras, quolibet advocato nisi solo Deo, afferant, ut sic suum dictum probent esse possibile ; sin autem, hoc divinæ sapientiæ positum esse confirment. Postremo, capitulo tricesimo septimo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo : Moderni dicunt te magum esse. Quibus tu dicas : Librum isto meliorem afferte, eumque benevole sequar.

Ecce qualiter Mahon iste Alcoranum suum extollit, quasi in tota sacra utriusque Testamenti Scriptura non sit liber melior illo, imo nec comparabilis ei. O quam infinita fuit stoliditas hujus imperitissimi atque miserrimi, imo diabolici hominis ! qui nec in divinis Scripturis nec in naturali philosophia fuit instructus, sicut et infra clarissime ostendetur. Imo, capitulo Alcorani septimodecimo scribitur : *Imitatores nuntii atque prophetæ legendi scribendive nescii.* Quod de Mahomet dictum videtur. Unde probatur quod nec legere scivit, nec scribere. Istud etiam argumentum tangit doctor ille vere devotus et unctus, auctor præmemoratæ epistolæ, in qua ait, loquens ei ad quem scripsit : *Sed forte dices inde probari hanc legem esse divinam, quia quum Mahomet idiota et sine litteris esset, nullatenus eam scribere vel annuntiare hominibus potuisset nisi virtu-*

II Reg. xi,
4, 15 ; xiii,
12.

Is. lv. 5.

Rom. v. 8,
10.

te divina, maxime quum ibi dicatur : *Si A hanc legem fecissemus descendere super montem, inclinaret se mons ipse et adoraret eam præ timore Dei.* His verbis doctor ille christianissimus addit : Alia quoque multa frivola et nihil rationis habentia Mahomet dicit, quæ tu aperta et manifesta signa prophetiæ socii tui dicis, quibus vera esse probetur. O signa mirabilia ! o signa comparanda mari Rubro diviso, et soli ad imperium Josue stanti, et Christi præcepto mortuis imperanti ! imo vero magna tam veritatis quam virtutis inopia ejus qui tibi hæc sola argumenta, imo deliramenta omni ratione et virtute vacua, dereliquit. Consequenter doctor iste enarrat qualiter Mahomet idiota, non a Deo, sed a Sergio, monacho hæretico Nestoriano, atque Judæis nequissimis fuerit informatus, prout secundo hujus tractatus articulo est expressum.

ARTICULUS V.

Responsio plena ad præallegatas Alcorani auctoritates, et reprobatio laudis et extollentiæ Alcorani.

INSUPER ad auctoritates Alcoran præinductas, quibus lex illa in tantum laudatur atque extollitur, doctor præfatus sic in sua respondet epistola :

Illud quoque quod tu mihi dixisti, et Mahomet in Alcoran prædicavit, hanc scripturam talem esse, qualis nec ab hominibus nec a dæmonibus fieri potest, certe satis ipse Mahon elegit quibus hoc diceret, rusticissimos scilicet agrestesque homines, qui et noviter de diversis sectis ad eum convenerant, ipsamque etiam linguam Arabicam ignorabant. Ceterum, si hoc nobis exponere liceat, per omnia sic ei concedimus, quod vere tam stulta, tam inhonesta, tam irrationabilis scriptura, nec ab hominibus nec a dæmonibus fieri potest : puto enim quod etiam vel dæmones talia scribere erubescerent. Ceterum, si tantum vult Mahomet de suo Alcorano

gloriari, quanto magis gloriari possent alii quidam, quos te ignorare non puto, qui eodem tempore æmulatione Mahometi, ut sibi nomen apud homines compararent, suum quisque Alcoranum fecerunt, multoque honestiora et saltem in aliquo verisimilia conscripserunt, sed quoniam non ex toto ventri atque libidini frena laxabant, non tantos bestialium hominum greges asininos post se trahere potuerunt ! Verumtamen rogo te, ne si quid liberius dixerò, arrogantiam hoc vel malitiæ deputes. Videtur enim mihi, quod in scriptura Mahomet jam nihil remanserit quod tibi placere debeat, nisi forte consonantia illa, quæ nescio quomodo alicujus gravitatis viro vel admirationi sit, vel amori : nam et eam pro nihilo habendam certissime noveris. Mihi crede, cui Deus inter alia per suam gratiam dedit, ut nemo magis Arabicæ linguæ morem et communem quæ in ea est vim sermonum et elegantiam assecutus sit. Scias ergo quod apud Arabes consonantiæ hujusmodi magis in usu sunt, utpote qui carminibus et poeticis cantilenis studere consueverunt. Unde nec mirandum est si Mahomet aliquid tale componere potuit, quod fere omnes tam nobiles quam ignobiles facere, leve quid et pro nihilo ducunt.

Si autem miraris quare tantum scriptura illa quibusdam placuerit, pro certo teneas nulli unquam nobili vel sapienti eam placuisse, sed miserrimo et imperitissimo vulgarium hominum generi, qui ad eum de locis silvestribus congregati, quum has litteras primum audissent, rei novitate stupefacti, sacrilegas fabulas divina esse oracula crediderunt. Denique, quum paupertate et assiduo ruralium operum labore confecti fuissent, audientes beatitudinem cibi et potus, pretiosarum vestium, umbrosæ amœnitatis spectabiliumque vasorum, pulcherrimarum quoque mulierum et infiniti concubitus, aliarumque spurcissimi paradisi deliciarum, quas etiam te, proh dolor ! enumerare non puduit, seque ex promissione Mahomet ad eam

venturos sperantes, ad omnia quæcumque voluit, pecorini homines cucurrerunt. Nam dic mihi, obsecro, quem unquam sapientem, aut nobilem, aut honestum, ad Sarracenitatem venire vidisti. Illi enim qui vel ex Judæis vel Christianis adhuc veniunt ad vos, absit ut aliqua provocati honestate hoc faciant, sed quia miserrimi et impudici sunt, legis suæ regulas non ferentes, ad latam et spatiosam viam quam Mahomet docuit, se convertunt. Quod quibusdam Christianis præsertim contingit, quorum lex cœlestis ac spiritalis, omnia quæ in mundo sunt contemni spe et amore beatificæ et æternæ visionis Dei præcipientis, dum carnales eorum mentes comprimit, statim ab ea diffugiunt, quia pugnare contra concupiscentias negligunt. Hoc tamen certissime scias, quia nec Christiani, nec Judæi, neque pagani, quocumque modo se exterius habeant, etsi venientes ad vos, de vestra secta esse se simulent, nunquam ex corde vobiscum sunt. Simulant quidem se esse quod non sunt, ut vel aliquod corporis evadant incommodum, aut porcinis voluptatibus, quarum apud vos copia est, perfruantur. In tantum autem quidquid apud vos est pro nihilo ducunt, ut sæpe inter se conferentes, Mahometo ejusque legi maledicant, nec unquam eum prophetam fuisse, sed omni probitate caruisse affirmant. Illud vero tam ego quam omnis qui audit atque intelligit, possumus admirari, quomodo illis qui tot blasphemias in Deum et in sanctos ejus Prophetas in Alcorano legentes credunt, cœlum non clauditur, vel terra eos non absorbet, vel dæmones non accipiunt; sed Deus iudex justus, fortis, longanimis, patienter sustinet, sciens eos suum non posse evadere iudicium.

Hæc omnia ex præallegata sumpsi epistola: ex quibus ostenditur quam infinite aliter sentiant veri et illuminati Christiani de Alcorano, quam auctor ipsius, non utique Deus, qui librum tot mendaciis atque blasphemis, tot hæresibus ac superstitionibus impiissimisque legibus plenum, nec

A solum divinis Scripturis, sed etiam philosophicis documentis sæpissime prorsus contrarium, nullatenus edidit.

Consequenter aperiam quid ad prætactas Alcorani velut auctoritates arbitrer respondendum. In primis constat verum esse illud commune verbum, quod amor improbus sui et odium pervertit iudicium. Quanto enim quis plus ad se ipsum et propria gesta inordinate afficitur, tanto vitiosius de se et suis factis judicare cognoscitur. Idcirco proverbium est: Qui diligit ranam, putat esse Dianam. Itaque, quod Mahon Alcoranum suum sic commendavit et extulit, ex inordinatissimo amore sui ad se emanavit.

Præterea, communiter dicitur, quod opposita juxta se posita, clarius innotescunt. Unde qui paulo ante in grandi paupertate, infirmitate aut captivitatis catenatione fuerunt, dum parum ditari, curari aut liberari se sentiunt, quasi magnam opulentiam, meliorationem et libertatem se judicant assecutos. Similiter Mahomet, qui primo in idololatriæ tenebris versabatur, quum ex hæretici Sergii informatione aliqualem unius Dei notitiam fuisset adeptus, hoc ipsum plus reputavit quam fuit.

Insuper, ex ignorantia certum est falsum oriri iudicium. Quum itaque Mahon libros novi ac veteris Testamenti nec legerit nec intellexerit, imo multa valde eis contraria in Alcoran scripserit, quid mirum, si suæ scripturæ stultitias divinarum prætulit sapientiæ Scripturarum? Sic quippe et Manichæus, sic Arius, sic Nestorius, et ceterorum quilibet hæresiarcharum, proprii capitis adinventionem, imo potius diabolicam inspirationem, veræ et salutari sapientiæ totius sanctæ matris Ecclesiæ prætulit.

Amplius, viri superbi quamvis interdum aliqua vera, subtilia ac divina cognoscant, tamen scientiam suam nimis appetantur, se ipsos extollunt, et alios sui comparatione aspernantur: sicque imperite et stulte loquuntur. Cujus exemplum habemus in libro sancti Job de Eliu, qui quamvis multa vera atque subtilia dixerit,

quoniam tamen hæc ipsa ex arrogantia **A** morum ac liber beati Job, in quibus Deus de suis effectibus, tam naturalibus quam supernaturalibus, incomparabiliter pulchrius perfectiusque laudatur quam in Alcorano : in quibus etiam libris Dei natura, sapientia, providentia, omnipotentia, immensitas, beatitudo, excellentia, misericordia, perfectio, ineffabiliter devotius atque sublimius describuntur, laudantur et extolluntur, quam in Alcorano. Et quid dico de libris Scripturæ canonicæ, quum homiliæ et sermones sanctorum patrum Augustini, Bernardi, aliorumque catholicorum Doctorum, in tantum excedant ac superent Alcoranum? O quam incomparabiliter fidelius, profundius, elegantius scripsit sanctus et divinus Dionysius de Deo et attributis ac proprietatibus ejus, de omnipotentia suæ effectibus, de rebus et ordine universi, de angelica atque ecclesiastica hierarchia, de angelicorum spirituum essentia, simplicitate, sapientia, perfectione, immortalitate, felicitate et gloria, quam de his in Alcorano aut in aliqua Mahon scriptura legatur!

Job xxxiii, 2.
Ibid. xxxviii, 2.

quoniam tamen hæc ipsa ex arrogantia **w** spiritibus pronuntiavit, verbis fatuis utebatur, Ecce (inquiens) aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis; et multa similia, ut in diversis capitulis libri beati Job continetur. Propter quod Deus dixit de eo : Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? Conformiter contigit Mahometo : qui tamen perpauca vera conscripsit, nec illa fuerunt subtilia aut profunda.

Postremo, totum Alcoranum mente percurrentes, videtur mihi esse modus hic procedendi. Exprimendo Deum utitur sæpe adjectivis perfectionalibus ad Dei laudem ac majestatem spectantibus, ut quasi reverentialiter videatur loqui de Deo : quem modum loquendi tam Christianorum quam Judæorum nonnulli habent doctores. Item frequenter commendat Deum ab effectibus suæ misericordiæ ac providentiæ circa homines. Multoties quoque Deum collaudat a naturalibus suis effectibus ac generalibus beneficiis, et a regimine universi. Item ponit quædam moralia documenta quæ naturalem nequaquam rationem transcendunt; et facit multas comminationes incredulis, maxime his qui Alcorano non credunt. Amplius, multas refert historias novi ac veteris Testamenti, quibus (ut infra probabitur) varias miscet narrationes mendosas ac fabulosas. Item in Alcorano eadem valde superflue, tædiose atque sæpissime repetuntur; fiuntque ibi quasi innumerabiles exhortationes ad prædandum, ad pugandum, ad occidendum; et (ut ait doctor ille præfatus in sua epistola) nullus humanum genus ita prostituit turpitudini atque libidini sicut immundissimus Mahometus : quod infra magis ex Alcorano probabitur.

Legite diligenter, o Sarraceni, libros novi ac veteris Testamenti, et certissime cognoscetis quantum Alcoranum excedat non solum cujuslibet quatuor Evangelistarum volumen, Epistolæ etiam Pauli apostoli et aliorum Apostolorum, liberque Actuum Apostolorum, sed et liber Psal-

morum ac liber beati Job, in quibus Deus de suis effectibus, tam naturalibus quam supernaturalibus, incomparabiliter pulchrius perfectiusque laudatur quam in Alcorano : in quibus etiam libris Dei natura, sapientia, providentia, omnipotentia, immensitas, beatitudo, excellentia, misericordia, perfectio, ineffabiliter devotius atque sublimius describuntur, laudantur et extolluntur, quam in Alcorano. Et quid dico de libris Scripturæ canonicæ, quum homiliæ et sermones sanctorum patrum Augustini, Bernardi, aliorumque catholicorum Doctorum, in tantum excedant ac superent Alcoranum? O quam incomparabiliter fidelius, profundius, elegantius scripsit sanctus et divinus Dionysius de Deo et attributis ac proprietatibus ejus, de omnipotentia suæ effectibus, de rebus et ordine universi, de angelica atque ecclesiastica hierarchia, de angelicorum spirituum essentia, simplicitate, sapientia, perfectione, immortalitate, felicitate et gloria, quam de his in Alcorano aut in aliqua Mahon scriptura legatur!

Interea, parum attendit et novit Mahon quanta sit dæmonum naturalis subtilitas, quanta scientia, quanta experientia atque industria, et quam facile eis esset facere azoaras sive capitula multa elegantiora quam in Alcorano habentur. Naturalia quippe in dæmonibus integra permanserunt, tamque ex naturali et indita eis scientia quam ex longa experientia, multa valde noverunt.

ARTICULUS VI.

Disputatio contra irrationabilissimum, rudissimum perfidissimumque errorem Mahometi, qui in primo capitulo aliisque diversis Alcorani azoaris beatitudinem hominis post hanc vitam constituit in carnalibus delectationibus gustus et tactus.

PRIMO Alcorani capitulo dicitur : Deum prædicate bonos paradiso inducturum, ubi dulcissimas aquas, pomaque

multimoda fructusque varios, et decen-
tissimas ac mundissimas mulieres omne-
que bonum in æternum possidebunt. De
 hac materia in diversis Alcorani locis
 multa scribuntur, quod scilicet boni et
 creduli erunt in paradiso terrestri, in-
 duenturque sericis vestibus, et torquibus
 aureis ornabuntur, atque in lectis altis ac
 deauratis jacebunt; ex deliciosissimis quo-
 que lectis ex adverso ordinate dispositis
 se invicem intuebuntur, feminæ vero nus-
 quam dirigent oculos suos nisi proprios
 ad maritos; puellarum autem non erit
 numerus; denique quod in paradiso flu-
 ent rivi vini, lactis et mellis, nec unquam
 hujus beatitudinis erit finis. Ecce hunc
 paradisum, non societatis angelicæ, nec
 visionis divinæ, nec summi boni illius
 quod (testantibus Isaia propheta ac Paulo
 apostolo) oculus non vidit, nec auris audi-
 vit, nec in cor hominis ascendit, sed vere
 talem qualem caro et sanguis, imo fæx
 carnis et sanguinis concupiscebat, qualem-
 que sibi præparari optabat, Mahon iste
 confinxit, depinxit, promisit.

Jam vero quam irrationabile, impurum,
 libidinosum et stolidum illud sit, non
 solum sancti christianæ legis doctores, sed
 summi quoque subtilissimique philosophi
 copiosissime demonstraverunt. Nam et
 quidam grossi philosophi, ut Epicurei, in
 delectationibus talibus summum hominis
 bonum, id est beatitudinem, statuerunt :
 quorum stultitiam Plato et Aristoteles at-
 que eorum sequaces efficaciter repro-
 baverunt. Beatitudo etenim hominis est
 summum bonum ipsius. Porro summum
 hominis bonum non est in delectationibus
 carnis, sed in contemplatione summæ
 æternæque veritatis, atque in ferventi ac
 fruitivo amore summæ et incircumscri-
 ptibilis bonitatis. Siquidem præfatæ oble-
 ctationes hominibus bestiisque commu-
 nes sunt.

Præterea, juxta doctrinam sanctorum
 theologorum summorumque concorditer
 philosophorum, beatitudo hominis est op-
 tima et perfectissima operatio ejus. Hæc

A quippe est summum hominis bonum for-
 male; Deus vero omnipotens et sublimis,
 est summum hominis bonum objectale.
 Summa vero seu optima ac perfectissima
 operatio hominis, est actus summæ excel-
 lentissimæque virtutis, utputa sapientiæ
 aut divini amoris. Præfatæ vero delecta-
 tiones et operationes quibus annexæ sunt,
 etiam quum bonæ et ordinatæ consistunt,
 ad temperantiam sobrietatemque perti-
 nent: quæ virtutes sapientia et caritate
 valde sunt inferiores. Non ergo in earum
B actibus et delectationibus humana consi-
 stit felicitas.

Amplius, sicut corpus ordinatur ad ani-
 mam tanquam ad finem, sic actiones vir-
 tutum circa corporalia versantium, ad
 actiones virtutum circa spiritualia et divina
 versantium finaliter ordinantur. Jam au-
 tem præhabitu est, quod actiones et de-
 lectationes illæ carnales, etiam dum ordi-
 natæ sunt, ad virtutes circa corporalia
 versantes, utputa temperantiam sobrieta-
 temque, pertinent. Rectus ergo ordo exigit
C ut in eis finis seu beatitudo hominis non
 ponatur, nec propter se neque finaliter
 intendantur, sed ad contemplationem ac-
 tualemque Dei dilectionem, quæ sunt actio-
 nes sapientiæ et caritatis circa Deum ver-
 santium, finaliter referantur. Non ergo in
 eis consistit felicitas hominis.

At vero, fine perfecte adepti, cessare
 debent media ordinata ad finem. Inferiora
 vero ad superiora ordinari certissimum
 est. Quum ergo præfatæ delectationes et
 actiones sint inferiorum virtutum effe-
 ctus, ad actus sapientiæ ac divini amoris
 sunt penitus ordinandæ. Quum igitur ra-
 tionalis creatura ad perfectam Dei contem-
 plationem ac dilectionem pervenerit, ab
 illis utique actibus delectationibusque ces-
 sare debet.

Insuper, omnino perversum atque præ-
 posterum est, actus et delectationes altis-
 simarum virtutum, utputa fidei, spei,
 caritatis, sapientiæ ac patriæ, ad actiones
 et delectationes infimarum ordinare vir-
 tutum. Finis namque præstantior est his

I Cor. ix. 16.
Cf. t. XIII,
p. 165 C et
s.

quæ sunt ad finem. Unde, secundum apostolum Paulum, non debemus evangelizare ut manducemus, sed econtra, manducare ut evangelizemus : alioqui vilius facimus Evangelium comestione. Ergo actus fidei, spei, caritatis, sapientiæ, laetriæ, quibus Deum in vita hac colimus; nequaquam ad prænominatas manducationes, potationes, commixtiones carnales, ordinare debemus, nec propter eas Deo servire, sed spe ac desiderio perfectæ contemplationis ac fruitivæ beatificæ dilectionis ipsius.

Præterea, vera perfectio hominis consistit in plena conversione sui ad proprium Creatorem absque reflexione atque respectu ad proprium commodum. Sed Deo servire propter huiusmodi delectationes carnales, non est pure ad ipsum converti, sed ad proprium commodum et oblectamentum carnale reflecti, atque in Divinitatis obsequio propriam avaritiam atque libidinem collocare : quod veræ saluti, internæ perfectioni, sinceræ caritati omnino repugnat.

Adhuc autem ratio docet, quod comestio ordinatur ad conservationem individui, quemadmodum coitus ad conservationem speciei : idcirco in vita futura incorruptibili locum non habent. Item, quum Deus sit summum hominis bonum, in illis actibus consistit felicitas hominis per quos Deo propinquius copulatur, ut sunt actus caritatis et sapientiæ. Per delectationes autem carnales homo potius impeditur a Deo : imo vituperabile est propter delectationem tantum comedere, bibere, feminis-que misceri.

Amplius, teste et Mahon, Maria mater Jesu ex sua virginitate laudatur, Christus quoque virgo permansit. Continentiam etiam virginalem Christus, et Paulus ejus apostolus, continentiam præfert conjugali. Idcirco innumerabiles in novo Testamento in virginitate permanserunt. Si ergo beatitudo in delectationibus illis carnalibus sita est, Christus ejusque Genitrix benedicta, ac ceteri qui in hoc mundo amore

Matth. xix,
12 : 1 Cor.
vii, 25, 32
et seq.

A spiritualis profectus in virginitate manserunt, post resurrectionem futuram virginitatem amittent : quod nefarie sonat. Hæc autem Mahon doctrina talis certissime est, ut nequaquam nisi a carnalibus credi possit hominibus.

Ad ista probanda sancti Doctores nostri multas adducunt alias subtilissimas rationes, quas brevitati studens dimitto. In primo quoque libello jam supra ex scripturis novi ac veteris Testamenti probavi, quod nequaquam in carnalibus illis deliciis, sed in clara ac fruitiva divinæ essentiae visione hominum beatitudo consistat.

Denique Avicenna et Algazel, Arabes philosophi, in contemplatione beatitudinem hominis statuerunt. At vero Mahometus magis rudis, turpis carnalisque fuit, quam Epicurus philosophus, quem omnes posteriores meliores philosophi deriserunt. Epicurus namque summum bonum vitæ præsentis in sensuali posuit delectatione. Quum igitur vita bonorum post resurrectionem ultimam futura, magis divina ac spiritualis ventura sit quam præsens sit vita, consequens fit quod illius vitæ felicitatem in sensualibus collocare oblectamentis, sit magis rude ac fatuum quam quod dixerat Epicurus.

Postremo de hac re sic scribit in sua epistola doctor frequenter præallegatus, doctorem ac principem alloquens sarracenum cui rescripsit : Illud quoque prudentiæ tuæ nullatenus arbitror convenire, quod invitare me taliter voluisti, ut scilicet dimitterem sacrosancta et spiritualia Domini nostri Jesu Christi præcepta, ex quibus ipse mihi non illum sordidissimum quem descripsisti paradysum tuum, sed æternam angelorum felicitatem in cælis promittit, atque accederem ad impiissimos pecualesque ritus, non a Deo, quod absit, sed a spiritu fornicationis et gulæ miserimis et carnalis fæculentiæ servis infelicissimis persuasos : quorum (sicut de similibus ait Paulus apostolus) deus venter est, et gloria in confusione eorum ; qui non nisi terrena et caduca ventri at-

art. xv.

Philipp.

19.

que libidini congruentia sapiunt; qui æternam putredinem immortalesque vermes hereditabunt, quia porcorum more semper in stercore et fœtore libidinis volutantur.

ARTICULUS VII.

De ineffabili et incomparabili felicitate et gloria omnium electorum.

UT opposita juxta se posita clarius innotescant, et tam Sarraceni quam obtenebrati Judæi sua discant corda simplicare, veram beatitudinem noscere, ejus quoque intuitu et amore carnalia aspernari, spiritualiter conversari, totaque mente ad Deum sincerissime se ipsos convertere, atque per arctam viam salutis quam docuit Christus incedere; nunc de vera et æternali, mundissima et deiformi omnium electorum beatitudine aliquid, præstante Altissimo, tangam.

art. xvii. Itaque, ex probatis in primo tractatu ex divinarum testimoniis Scripturarum, jam præsuppono quod vera et ultimata hominum beatitudo, in clara ac immediata Dei adorandi ac superdignissimi fruitiva et amorosissima visione consistat. Hanc autem beatificam Dei sanctissimi visionem putabant summi philosophi, non solum humanis, sed angelicis quoque mentibus impossibilem esse, eo quod incircumscripibilis Deus omnem mentem creatam in infinitum transcendat, neque per aliquam formam creatam a mente creata conspici clare sicuti in se ipso est possit, eo quod omnis forma speciesque creata, a divinæ essentialis clara ac plena repræsentatione deficiat infinite. Unde ad hanc supernaturalem divinæ lucis increatæque Veritatis beatificam visionem homines esse creatos, non ex naturali ratione, sed divinarum Scripturarum instructione, Christi et Apostolorum ac Prophetarum prædicatione verissima, divinorum miraculorum attestationibus roborata, cognoscimus. Nunc ergo in primis videndum, qualiter Deus

A superdeliciosissimus et immensus a mente creata per essentialis possit videri.

Omnis visio atque cognitio per aliquam fit similitudinem rei visæ seu cognitæ, existentem in vidente seu cognoscente. Omnis autem similitudo creata a perfectione et plena repræsentatione increatæ essentialis deficit infinite. Hinc sancti fatentur theologi, quod ipsamet divina essentialis unitur mentibus Beatorum loco intelligibilis formæ, non quasi mentem creatam informans, sed eam perficiens atque illuminans: sicque divina essentialis est mentibus Deo fruentibus, quod videtur et quo videtur, id est objectum et species.

Nunc itaque, o carnales homines, considerate quam ineffabiliter magna sit beatitudo et gloria omnium Beatorum, qui Deum clare et absque velamine intuentur, ejusque increata atque immensa dulcedine perfruuntur. Nonne ex unionem potentis cum objecto convenienti oritur gaudium, et quanto potentia exstat nobilior et objectum ejus præstantius convenientiusque exstiterit, ipsa quoque eorum conjunctio quo immediatior et connaturalior fuerit, tanto delectatio inde consurgens est major? Quum itaque Deus sit ens absolute omniformiterque perfectum, in quo vere ac simplicissime cum excellentia infinita consistit omnis nobilitas, omnis perfectio, omnis beatitudo et gloria, omnis sapientia, omnipotentia ac opulencia, interminabilis pulchritudo, immensa dulcedo, infinita pietas, superpurissima veritas, omnis sanctitas, virtus atque justitia; ipse etiam intellectus sit suprema vis animæ, et unio illa mentis creatæ cum Deo, in qua ipsa divina essentialis loco intelligibilis formæ unitur menti creatæ, sit prorsus immediata, superconnaturalissima et superconvenientissima: constat gaudium illud mentis creatæ, tam angelicæ quam humanæ, quod habet ex sua beatifica unionem ad Deum, videlicet ex clara et immediata ac fruitiva contemplatione ipsius, omnino ineffabiliter atque incomparabiliter magnum,

deliciosissimum suavissimumque consi- A in tantum quod ab universis sensibus
wstere.libtool.com.cn

Denique, nonne res quo pulchrior, eo delectabilior est ad videndum, et quo dulcior, eo jucundior ad fruendum? Si ergo, o Sarraceni, tam delectabilis ac desiderabilis vobis videtur amplexus pulcherrimarum (quas vobis promisit carnalis et infelicissimus Mahomet) mulierum, esus pomorum corporaliumque ciborum, et potus vinorum : nonne incomparabiliter delectabilior, desiderabilior, purior atque nobilior est, summi, increati, incommutabilis et incircumscribibilis boni clara intuitio, beata fruitio, spiritualis amplexus, inseparabilis ac intimus nexus? Nonne hoc bonum cœlo et terra omnique creatura infinite speciosius, suavius, melius, amabilius, deliciosius exstat? Itaque, ipsum beatifice intueri, eo æternaliter frui et ei inseparabiliter copulari, vera, summa et consummata est felicitas, deiformis et incomparanda nobilitas, excellentissima item perfectio omnis rationalis intellectualisque creaturæ. Absit, o Sarraceni, ut hominem ad sui Creatoris imaginem similitudinemque creatum, credatis diutius propter voluptates venereas, porcis canibusque communes, finaliter esse creatum. Deo ordinate assimilari, est vera beatitudo et summa perfectio hominis, et assimilatio ista non in actibus vegetativæ sensitivæque virium, sed intellectivarum consistit potentiarum, puta in summæ æternæque Veritatis contemplatione, atque in primi ac infiniti boni amore, in ejus æterno ac fruitivo amplexu, suavissimo gustu, sempiterno securissimoque possessu.

Hanc doctrinam docuit Christus, prædicaverunt Apostoli, tetigerunt Prophetæ, confessi sunt martyres, tenuerunt confessores, et omnes veraciter christiani. Quam certe doctrinam Deus sanctus et verus per infinita sibique soli possibilis confirmavit miracula : imo et multis sanctis Christifidelibus contulit in hac vita hanc beatitudinem mirabiliter prægustare, suavissime sapere, supernaturaliter experiri,

exterioribus alienabantur, et in divitiis gloriæ Dei gratiosissime rapti, profundissime absorbentur in Deum, toto eorum corpore sic rigido facto et indurato quasi exanimis extitissent; sed et quidam corpore elevabantur in aere, atque inter cœlum et terram pendebant immobiles, quamdiu mens suspensa fuit in Deo. Denique revera hæc, hisque similia, adhuc quotidie fiunt quibusdam devotissimis electissimisque fidelibus in Christi Ecclesia. B Nec dubium quin istud sit verissimum, imo et experimentale argumentum veritatis fidei christianæ.

Itaque, desiderio tantæ felicitatis et gloriæ viriliter quidquid Deo placet agamus; carnalia et caduca cordialiter contemnamus, spiritualiter conversemur, omnipotenti ac supersanctissimo Creatori pure mente jugiter adhærere ac ministrare conemur. Tanta nempe est pulchritudo divinæ justitiæ, tanta jucunditas lucis æternæ, hoc est incommutabilis Veritatis et Sapientiae increatæ, ut quamvis non liceret in ea diutius quam una hora manere, propter hoc solum innumerabiles anni vitæ præsentis pleni deliciis et temporalium affluentis rerum, merito spernerentur. In superna etenim civitate Dei ac patria Beatorum lex est caritas, rex veritas, pax felicitas, vita æternitas. Ibi Deus sine fine videbitur, absque fastidio perfruetur, absque fatigatione laudabitur. Ibi Sanctorum corda ita replentur summi boni participatione, divinæ pacis degustatione, adorandæ Deitatis securissima possessione, quod nunquam plus appetunt neque appetere possunt. Propter quod dixit David propheta : Adimplebis me, Domine, lætitia cum vultu tuo; et rursus : Satiabor quum apparuerit gloria tua. P. xv. 11. P. xv. 12.

Præterea, hujus beatitudinis locus et mansio Beatorum non est paradus terrestris, sed cœlum empyreum. Locus namque debet proportionari locato. Ideo eos qui Deo altissimo tam intime ac felicissime uniuntur, decet super omnes orbes

cœlestes mobiles elevari atque in summo A
 cœlo locari. Cœlum ~~terrimo~~ empyreum est
 super omnes mobiles cœlos, estque immo-
 bile, et vocatur empyreum, id est igneum,
 non a calore, sed splendore. Hoc cœlum
 est quantitate permaximum, et inter omnia
 corpora maxime simplex, purum ac nobi-
 le. In cuius summo residet Christus, et die
 ascensionis suæ ascendit in illud : propter
 ea electi et Sancti ejus erunt ibi secum in
 sempiternum. Unde in Joanne ad Patrem
 ait : Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi
 sum ego, et illi sint mecum, ut videant B
 claritatem meam, quam dedisti mihi, quia
 dilexisti me ante constitutionem mundi.
 Et rursus dixit discipulis suis : Vado para-
 re vobis locum, ut ubi sum ego, et vos
 sitis.

Præterea, Adam et Eva in paradiso ter-
 restri fuerunt, quando adhuc viatores
 erant, nondum beati. Ideo paradus terre-
 stris non est habitaculum Beatorum.

Postremo et id vobis innotescat, o Sar-
 raceni, quod corpora Sanctorum post re-
 surrectionem futuram nequaquam ser-
 vicarum vestium aurearumque torquium C
 indigebunt ornatu, quia (secundum doctri-
 nam Pauli apostoli) quatuor dotibus in se
 ipsis pulcherrime ornabuntur, videlicet
 ineffabili claritate, perpetua impassibili-
 tate, velocissima agilitate, et mira subtili-
 tate. Erunt utique clariora velocioraque
 sole et cunctis sideribus, quia et Christus
 ipse testatur : Fulgebunt justi sicut sol in
 regno Patris eorum. Hæc breviter tango,
 quum tamen de ista materia plura possint
 scribi pulcherrima atque verissima ; sed D
 brevitati studendum est.

Nunc ergo, o Sarraceni, comparate bea-
 titudinem illam spurcissimam vobis a
 principe carnalitatis atque libidinis repro-
 missam, ad beatitudinem istam purissi-
 mam, deiformem et supernaturalem nobis
 a Christo unigenito Filio Dei pollicitam ;
 et videte quanta sit inter legem Christi et
 Mahon distantia, atque omni vanitate et
 falsitate relictis, ad evangelicæ legis puri-
 tatem ac veritatem confugite.

ARTICULUS VIII.

*Quam vitiosa atque damnabilis sit vita
 Sarracenorum et omnium perfidorum.*

OMNIUM virtutum fundamentum est fi-
 des. Ipsa enim rationi ostendit finem
 ad quem omnia opera sunt ordinanda, qua-
 tenus omne opus quod agimus, recta fiat
 intentione ac debito fine. Fides ergo est
 lumen et oculus rationis : unde qui fidei
 caret virtute, nihil meritorium Deoque
 placitum operatur. Ideo Isaias propheta
 effatur : Qui incredulus est, infideliter Is. xxi, 2.
 agit. Habacuc quoque propheta : Ecce (in-
 quit) qui incredulus est, non erit anima Habac. ii, 4.
 ejus recta in semetipso ; justus autem in
 sua fide vivet. Hinc Paulus ait apostolus :
 Omne quod non est ex fide, peccatum est. Rom. xiv, 23.
 Ex quo sequi videtur, quod infideles in
 omni actu suo Deum offendant. Sed adver-
 tendum, quod infidelitatis peccatum, bo-
 num naturæ non potest prorsus corrumpere.
 Idcirco infideles facere possunt opera
 aliqua bona ex genere, ad quæ se naturalis
 extendit potentia, et quæ sunt de naturalis
 dictamine rationis, videlicet, honorare pa-
 rentes, Deum naturali amore diligere, ele-
 mosynas dare. Talia ergo agendo non
 peccant, dummodo ea ad finem perfidiæ
 suæ non ordinent : quod si fecerint, pec-
 cant. Itaque, si Sarracenus peregrinetur,
 eleemosynas largiatur, oret, parentes ho-
 noret, seu quidpiam tale peregerit, qua-
 tenus ad illam mereatur beatitudinem
 pervenire quæ in Alcorano promittitur,
 graviter peccat : non quod opus hujusmo-
 di sit malum in se, seu quantum ad sub-
 stantiam facti, sed quoniam mala fit in-
 tentione atque indebito ac perfido fine.
 Intentio autem imprimit speciem operi ; a
 fine quoque denominatio sumitur.

Hinc innotescit quam vitiosa ac dam-
 nabilis sit infidelium vita. Siquidem cun-
 cta vel pene cuncta quæ se bene age-
 re arbitrantur, ad suæ perfidiæ referunt
 finem : referunt, inquam, actu vel ha-
 bitu.

Joann. xvii,
 21.

Ibid. xv,
 1, 3.

1 Cor. xv,
 12-14.

Matth. xiii,
 43.

www.libtocr.com.cn
ARTICULUS IX.

Reprobatio infidelium asserentium quod nos Christiani non habeamus verum atque correctum Evangelii aliarumque scripturarum textum.

art. i, viii,
ix.

SICUT in primo operis hujus tractatu inductum est, frequenter in Alcorano asseritur, quod Evangelium sit a Deo traditum Christo, quod item Apostoli crediderunt Christo veraciter. Hinc Sarraceni coguntur concedere scripturas Evangelii et Apostolorum esse veraces. Nihilo minus negant Christi passionem ac deitatem, personarumque trinitatem in Deo, et alia multa quæ in novi Testamenti scripturis apertissime continentur ac asseruntur; sed (ut fertur) respondent quod Christiani Evangelii et aliarum novi Testamenti scripturarum veram atque correctam non habeant litteram, sed inficiatam: quod asserendo, in Manichæorum hæresim delabuntur. Estque perfacile tam rudem ac stultum reprobare errorem; et quamvis in primo libello id factum sit, tamen nunc plenius fiet.

art. viii.

Interea, doctor sæpe præallegatus, in epistola sua contra falsitatem hanc plenissime argumentatur, alloquens sarracenum cui scripsit doctorem, et dicens: Quia vos Sarraceni magnum putatis refugium et consolationem atque causam habere ad protegendum vos, quando dicitis nos corrupisse Scripturas, et a tramite veritatis has distorsisse; ego, si mihi aurem accommodare velis, in veritate respondeo quia nunquam tam abhorrendum et a veritate alienum verbum dixistis, nec tam inanem et falsam objectionem Christianis fecistis. An ignoratis discordiam quæ est inter Judæos et nos ab adventu Christi usque in finem sæculi, quantumque Judæi oderint Christum, quem colimus? et tamen eandem veteris Testamenti scripturam habemus cum illis, nec illi in ista scriptura aliquid corrumpere, mutare, addere aut

A diminuere præsumperunt. Tu ergo convictus veritate, quum ego inimicum meum in testem accipiam, ubi est corruptio sive mutatio, quum impossibile pro certo fuisset duas sibi tam inimicas gentes in eadem scriptura, pro qua etiam tota inter nos discordia est, sic pariter concordare, si ibi aliquis aliquid corrupisset?

Istud argumentum idoneum est quantum ad veteris Testamenti scripturas; et pro ejus confirmatione adduco quod in libro de Consensu Evangelistarum sanctus loquitur Augustinus: Hoc est magnum quod Deus præstitit Ecclesiæ suæ ubique diffusæ, ut gens Judæa merito debellata et per terras dispersa, codices Prophetarum, quos allegamus pro fide nostra, ubique portaret, et inimica fidei nostræ testis fieret veritatis fidei nostræ, ne a nobis talia putarentur composita.

Denique id sciendum, quod tempore præallegati doctoris sic fuit sicut in sua scribit epistola. Verumtamen interim obstinatissimi Judæi in aliquibus locis corruerunt litteram prophetorum librorum, sicut superius tactum est; et doctores nostri qui Hebraicam linguam noverunt, id deprehenderunt. Sed Judæorum falsitatem ex aliis translationibus antiquis atque authenticis a Judæis doctissimis factis, quas negare nequeunt, demonstramus, videlicet ex translatione Septuaginta interpretum, ex translatione quoque Chaldaica, item ex correctis et antiquissimis Bibliis. Verumtamen illa corruptio nequaquam est tanta ut ea quam nobis infideles imponunt: siquidem in uno dumtaxat verbo aut verbis paucissimis est, vel potius in terminatione seu ultima syllaba verbi; corruptio vero quæ nobis imponitur, interdum integra concludit capitula, ut est tota historia passionis resurrectionisque Christi, quas tam Sarraceni quam Manichæi impiissime negant.

Consequenter doctor ille in sua scribit epistola: Si vero etiam nobis objicias, quod scripturam sancti Evangelii mutavi-

Et. I. art. 1.

mus atque corrupimus, dicemus tibi : A dem modo commendata, uniformis ac Ostende nobis aliud originale correctum et sicut primo descendit : quod quum facere nequeas, cur nobis falsitatem imponitis ? Et tu scis Evangelii scripturam a sanctis Apostolis Ecclesiæ traditam, qui primo in Jerusalem accepto Spiritu Sancto, illud prædicaverunt variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. Postmodum dispersi sunt per universum orbem, prædicantes Evangelium linguis diversis, et habuit unaquæque gens Evangelium in propria lingua, juxta quod unusquisque Apostolus populo sibi commisso evangelizavit. Nullus in eo aliquid alteri dissonum vel adversum invenitur scripsisse. Dic ergo mihi, quis potuit colligere ab universis mundi partibus Evangelium, atque ad suum libitum mutare sive corrumpere, consentientibus omnibus quæ sub cælo sunt linguis ac gentibus ? An poteris dicere, quod universæ nationes et gentes, quæ se alterutram minime intelligunt, reges quoque et principes, qui inimici sæpe sunt mutuo, non divinæ fidei sed humanæ gloriæ causa unanimiter convenerunt ad corrumpendam Dei Scripturam, quam susceperunt signis atque virtutibus prodigiisque firmatam, quod nullatenus ab aliqua rationabili mente suscipitur ?

An forsitan ideo etiam nostra Scriptura tibi corrupta esse videtur, quoniam tuam toties mutatam, toties corruptam, toties diverso modo laceratam non ambigis ? Absit hoc a Scriptura Dei, quam Spiritus Sanctus sicut similem ubique tradidit, ita D ubique similem conservavit. An tua scriptura corrumpi idcirco non potuit, quia scilicet magnis ac divinis miraculis, signis quoque et prodigiis, a Mahomet confirmata sit ? Sed hoc pro certo nusquam probatur : præsertim quum in Alcorano ipsemet dicat non sibi datum esse signum aliquod facere. Scriptura vero divina, tam novi quam veteris Testamenti, signis et miraculis antea inauditis confirmata, omnibusque populis ac gentibus uno et eo-

dem modo commendata, uniformis ac integra in toto mundo habetur. Cui etiam tua scriptura, quamvis sit sibi ipsi tam frequenter contraria, testimonium præstat, dicendo quasi ex persona Dei ad Mahon : *Si ambiguus fueris de his quæ descendere fecimus, interroga eos qui legerunt legem ante te ; noli esse de his qui non crediderunt signis Dei, ne forte damneris.* Atque in alio loco : *Quoniam habent sapientiam legis et Evangelii, et quia sicut oportet recitant illa, credunt illis ; et qui noluerint credere illis, damnandi sunt.* Perpende tu, quem Deus salvet, qualiter Mahomet tuus attestatur nobis, dicens nos recitare sicut oportet, et jubens interrogari nos et auscultari ac suscipi. Et quomodo scripturam illam corruptam dicis, cui Mahomet tuus testimonium tale perhibuit ? Vel quare te ipsum tibimetipsi contrarium esse non intelligis, quum aliquando dicas nos certam lectionem habere, aliquando vero nobis corruptionem ac mutationem adscribas, quod certe vanum falsissimumque consistit ? Quum itaque huic nostræ assertioni nec tu, nec aliquis contradicere possit, quare factus es segnus ac stolidus, objiciens nobis falsa atque inania ?

Considera, quæso, diligenter, qui nostrum magis videantur scripturam falsam et corruptam habere : nos, qui eam sanam ac sinceram accepimus a sanctis hominibus, per signa et prodigia supra usum naturæ exhibita, et quæ ab hominibus nunquam, nisi Deo operante, fieri potuissent, in quibus diversæ nationes et gentes et linguæ, et affectus atque consilia, unum idemque sentiunt ; an vos, qui suscepistis scripturam Mahomet absque aliquo vero indicio : quam, more poetarum, ipse ad libitum suum sibi confinxit, et unius tantum parvæ gentis tradidit nationi, contra quam dividit*, unamquamque illius irrati-

* hic aliquid deesse videtur.

diversis languorum, aliis quoque innumeris et excellentissimis Dei miraculis; quam etiam tradidit hominibus vanis ac mendacissimis, ac inter se hinc inde discordantibus, ut unusquisque post eam juxta proprii cordis intentionem mutaret, corrumpere, auget, minuet, et (sicut supra ostendimus) omnino pro velle suo varie laceret. Sane ipse Mahomet testis idoneus est, quum dicit: *Nisi meam scripturam susceperis, et credideris eam a Deo descendisse, meque prophetam a Deo missum confessus fueris, diripiam omnem substantiam tuam, uxorem, filios ac filias tuas captivitati subjiciam, et te ipsum occidam.* Ideo miseri homines minis et terrore coacti, susceperunt legem iniquam absque ratione et sensu.

Omnia ista sunt verba præfati doctoris virtuosus et sapientissimi viri: quæ licet propositum tam efficaciter probent ut nil addi oporteat, ex superabundanti tamen modicum addam. Idque in primis coram Deo altissimo in conscientia vera, o Saraceni, protestor, quod nos Christiani nil magis abhorremus, vitamus et condemnamus, quam sacræ Scripturæ corruptionem, mutationem et infectionem: cujus et hoc certissimum signum est, quod quamvis in libris Prophetarum multa verba habeantur quæ juxta superficiem litteræ videntur magnam conferre Judæis vim et apparentiam contra nos (quamvis secundum verum spiritualemque intellectum illos non adjuvent), nos tamen in nulla etiam minima dictione aut syllaba, unquam corrupimus, aut subtraximus, sive mutavimus, in hujusmodi Prophetarum eloquiis, sed omnia inviolatissima conservamus. Præterea, etiam tempore beatissimorum Apostolorum aliqui hæresiarcharum sub nomine proprio, aut sub nominibus Apostolorum, evangelium conscripserunt, ut Marcion, et Apelles, et Basilides; variasque in suis scripturis miscuerunt perfidias, quia divinitatem in Christo personarumque trinitatem in Deo negaverunt: et tamen illorum evangelia semper respuerunt veri atque

A catholici Christiani, defeceruntque evangelia illa hæretica cum fautoribus suis. Quomodo ergo confingi potest in primo, vero et correcto Evangelio non fuisse contentum quod Christus sit Deus, et quod Deus in personis sit trinus? Insuper, per eadem argumenta per quæ scimus Apostolis et Prophetis esse credendum, probamus credendum esse Christianis catholicis qui usi sunt Evangelio quod nos modo habemus. Per eadem quippe miracula per quæ Deus sublimis et benedictus confirmavit doctrinam Apostolorum et Prophetarum, confirmavit et approbavit doctrinam eorum qui Evangelio quod habemus, sunt usi, videlicet Martini, Nicolai, Servatii, Hieronymi, Augustini, Germani, Bernardi, Francisci, Dominici, imo certissime innumerabilium aliorum martyrum et confessorum, ut in primo libro probatum est, et infra probabitur. Fuerunt quoque in Ecclesia Christi multa generalia concilia: quæ idcirco potissime celebrabantur, ut extirparentur eorum errores ac hæreses qui aliquid contra Scripturæ divinæ veritatem dicere præsumperunt. Iterum, certum est quod ea quæ infideles affirmant nos inseruisse mendaciter Evangelio Christi, sunt difficillima ad credendum: ut quod Deus est trinus, quod Christus est Deus. Quomodo ergo homines credidissent talibus additamentis, aut qualiter sustinissent Christiani talia addi veteri textui, absque attestationibus divinorum et soli Deo possibilium miraculorum?

Nil ergo apparentiæ habet excogitatum illud mendacium, quod scilicet divinas Scripturas corrupimus. Et quoniam in Alcorano fertur multoties quod scriptura Evangelii ac Testamenti descendit a Deo, jamque probatum est quod Evangelium ac Testamentum verum et correctum habemus; idcirco hoc de cetero tanquam verissimum præsupponentes, possumus ex utriusque Testamenti scripturis idonea sumere argumenta contra contenta in Alcorano ac documentis Mahometi ceterisque scripturis Saracenorum.

ARTICULUS X.

Contra alios quosdam errores primi capituli Alcorani.

PRIMO rursus Alcorani capitulo dicitur: *Deus mundanis peractis ascendens, septem cœlos, omnia sciens, disposuit.* Si Mahon ita hoc intellexit, quod Deus per loci mutationem ascendit, tam theologicæ quam philosophicæ veritati contrarium esset, quoniam Deus invariabilis, immaterialis atque immensus est, qui per Mala-

Malach.
II, 6.

mutor. Sed forsitan Mahon ita non intellexit, præsertim quum nono Alcorani capitulo scriptum sit: *Deus est excelsus et immensus;* et rursus circa finem Alcorani: *Constanter dic Deum unum esse necessarium in omnibus.*

Eodem primo capitulo dicitur: *Deus vocabula rerum semotim Adam edocuit, nondum angelis agnita.* Istud est reprehensibile. Deus namque concreavit angelis sive intelligentiis omnium naturalium rerum scientiam: idcirco vocabula rerum ante Adam noverunt. Et istud in libro de Causis probatur. Aristoteles quoque cum Avicenna et ceteris Peripateticis, sed et Plato, Porphyrius ceterique Platonici, idem affirmant. Imo et ex Scripturis sacris idem ostenditur. Siquidem apud Ezechielem sub persona regis Tyri dicitur primo apostatæ angelo, qui in Alcoran Beelzebub appellatur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Denique ordo rerum

Ezech.
XXVII, 12,
13.

A que, quod omnis intelligentia est plena formis, id est intelligibilibus speciebus, per quas rerum vocabula et naturas cognoscit. Præterea in Job habetur: Numquid est numerus militum ejus, id est angelorum Dei? Et super quem non surgit lumen ipsius? Quo patet quod divina illuminatio angelis specialiter oritur. Postremo, ordo decentissimus est quod divinæ illuminationes per angelos deriventur ad homines: prius ergo et copiosius angelis conferuntur. Et hoc ex utriusque Testamenti scripturis, S. Dionysius in libro de Angelica hierarchia demonstrat. Ad idem possem multas rationes et auctoritates inducere; sed brevitati studens, hæc pauca ex multis tetigisse contentor.

Job xxv, 2.

cap. III et s.

Interea verum est quod Deus naturalium rerum scientiam concreavit Adæ, quamvis non ita excellentem ut angelis. Scriptum est enim in Genesi: Adduxit Deus ad Adam universa animantia terræ, ut videret quid vocaret ea; appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, et universa volatilia cœli, ac omnes bestias terræ. Quod facere non potuisset, nisi eorum agnovisset naturas. Unde quod fertur in Alcorano, quod « Deus vocabula rerum docuit Adam semotim », quasi seorsum et secreta id fecerit, ne ab angelis audiretur, pueriliter sonat. Deus namque per illuminationem internam docuit eum. Unde falsum est quod in Alcorano subjungitur: *Angelis se vocabulorum rerum peritiam ignorare fatentibus, quum Deus ab illis petisset illius expressionem peritiæ, si veraces essent, etc.*

Gen. II, 19, 20.

Eodem demum capitulo dicitur: *Illius eloquium, id est Adæ sermonem, sapientiæ suæ præ cunctis angelis Deus argumentum induxit.* Sensus est, quod Deus per locutionem Adæ probavit se omnibus angelis sapienterem, quia videlicet dedit Adæ peritiam vocabulorum, quam angeli tunc usque ignoraverunt. Ecce istæ sunt Judaicæ puerilesque fabulæ: quas Mahomet non a Deo, sed (ut reor) a perfidis didicit Judæis, qui usque in præsens tali-

bus fabulis insipienter abundant. Quid necesse fuit ut per Adæ eloquium Deus se angelis sapientiorẽ monstraret, quem angeli omnes a suæ creationis primordio noverant esse sapientiæ infinitæ, omnique creatura omnino immense sapientiorẽ, sicut David ait in Psalmo, Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus? Denique, sicut Deus altissimus et æternus omnipotentiam suam monstravit in totius mundi creatione, sic sapientiam suam incomparabilem et immensam monstravit in universorum ordinatione ac decentissima dispositione: sapientis namque est ordinare. Porro Deo glorioso et sancto idem est esse, et sapientem esse: itaque sua immensa essentia est sua sapientia infinita.

Pa. cxlvi, 5.

Rursus eodem fertur capitulo: *Unde angeli jussi se coram eo humiles exhibere, præterquam Beelzebub paruerunt.* Sensus est, quod Deus jussit angelis ut humiliarent se Adæ, tanquam scienti quæ ipsi nesciebant; et obedierunt Deo in hoc, excepto Lucifero. Istud dictum ex fundamento procedit erroneo. De ipso tamen hac vice pertranseo, quoniam infra plenius inde dicam. Sæpe enim istud in Alcorano asseritur, etiam magis diffuse quam hic.

Consequenter eodem capitulo quasi ex Dei persona profertur: *Vos, filii Israel, hunc librum meæ legis, videlicet Alcoran, vestræ legis firmamentum esse cognoscite.* Absit, absit ut aliquis credat Deum istud dixisse, quum sit mendacissimum verbum, et inspirante diabolo a Mahon confictum. Infra enim luce clarius copiosissime innotescet, quod veritas scripturarum veteris Testamenti in Alcorano per multa ridiculosa mendacia depravatur et inquinatur.

art. xvi.

In primo quoque tractatu per scripturas veteris Testamenti ostensum est, quod sancti Prophetæ prædixerunt legem Christi desuper dandam et ubique divulgandam esse, non aliam: ita quod lex Christi, quæ est finis Mosaicæ legis, est vere firmamentum, decor atque perfectio legis filii

A Israel datæ. Et utique multa sunt nimis in quibus Alcoran legi Moysis ac Prophetis dissentit.

ARTICULUS XI.

Prosecutio disputationis hujus contra ceteros errores primi capituli Alcorani.

PRÆTEREA in eodem fertur capitulo: *Sit mentis vestræ constans propositum falsa veris nequaquam inserere.* O quam male implevit hoc Mahon, qui (ut dictum est et dicitur) tot miscuit mendacia veritatibus scripturarum utriusque Testamenti quas in Alcorano allegat! Sed sicut nonnulli superbi humilitatem confingunt, elationemque reprobant, ne judicentur superbi (quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est: Est qui nequiter se humiliat, et interiora ejus plena sunt dolo); sic quidam falsitatum magistri, ne eorum mendositas deprehendatur, mendositatem verbis simulatorie detestantur, quatenus dum veraces censentur, facilius fallant indoctos. Horum præcipuus Mahomet fuit.

art. u-v.

Ezech. iiii. 23.

Consequenter in isto capitulo aliqua vera narrantur, videlicet qualiter filii Israel, Moyse quadragesimale jejunium continuante, vitulum conflatilem adoraverunt; sed his protinus falsitas admiscetur, quum dicitur quod *Moyse ob vituli adorationem filios Israel reprehendente, filii Israel responderunt se nolle aliquid eorum peragere quæ eis Moyses prædicavit, nisi Deum viderent.* In isto verbo sunt duo magna mendacia, divinæ Scripturæ evidenter contraria. Mirorque valde imperitiam Mahometi. Siquidem antequam filii Israel vitulum adoraverunt, apparuit eis Deus in monte Sinai, non in propria forma, sed in subjecta creatura, in specie ignis horribili atque in voce mirabili, ita quod filii Israel vehementer perterriti dixerunt ad Moysen: *Loquere tu nobis, et audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur: prout in Exodo fertur. Deinde post hæc*

Exod. iiii. 16, 18, 19.

Ibid. xi. 18, 19.

Exod. ascendit Moyses in verticem montis Sinai: A quo ibi moram agente, filii Israel vitulum adoraverunt. Quum itaque filii Israel ante hanc adorationem abhorruerint Dei apparitionem et allocutionem, certum est quod post adorationem istam non dixerunt ad Moysen se nolle acquiescere verbis ipsius, nisi Deum viderent. Insuper in Exodo legitur quemadmodum Moyse de monte Sinai redeunte, atque idololatrias illos redarguente vitulumque comminuate, nullus audebat ei resistere, nec durum aliquid respondere. Nam et viginti tria millia illorum, jubente Moyse, propter scelus illud, fuerunt a filiis Israel nullo repugnante occisa: quo facto, alii poenituerunt.

Rursus in isto capitulo dicitur, quod dum filii Israel petissent a Deo carnes ad manducandum, Deus eis respondit ut descenderent in Ægyptum, ibi votum suum suscepturi; eisque descenditibus, ira supervenit eisdem. Istud est contra veritatem sacræ Scripturæ, quia in Numerorum libro legitur, quod quum filii Israel esum carniū postulassent a Moyse, et Moyses retulisset petitionem illorum ad Deum, protinus Deus dixit ad Moysen: Vade et dic populo: Sanctificamini, cras enim dabo vobis carnes ad comedendum. Deinde describitur ibi quemadmodum illis carnes edentibus, Deus plagaverit eos, juxta illud in Psalmo: Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, et ira Dei ascendit super eos.

Iterum in primo isto habetur capitulo: Sciendum generaliter quoniam omnis recte vivens, sive Judæus sive Christianus, seu lege sua relicta, in aliam tendens, indubitanter divinum assequatur amorem. Istud est hæreticum et mendosum, quoniam primo tractatu, articulo sextodecimo, est ostensum quod observatio fidei christianæ legisque evangelicæ, sit post Evangelium divulgatum cunctis hominibus necessaria ad salutem: ita quod sicut tempore diluvii nullus extra arcam fuit a diluvio præservatus, sic tempore evangelicæ legis nullus extra Ecclesiam Christi

potest salvari; et sicut in cœlo est una Ecclesia triumphans, ita in terris est una Ecclesia militans, cujus una est fides, una spes, unaque caritas.

Amplius fertur in isto capitulo, quod dum aliquis juxta dogma Dei homicidam ignoratum patefacere studuerit, mortuum cum aliqua vaccæ interfectæ particula tangat: sic enim suscitatus rem ipsam edocebit. Istud imperite atque mendaciter recitatur. Tangitur enim hic præceptum Dei quod in Deuteronomio habetur, sed longe aliter ibi quam hic refertur; nec dicitur ibi quod mortuus taliter sit tangendus, nec etiam quod sic tactus resuscitabitur, quodque resuscitatus, « edocebit rem ipsam », indicando videlicet a quo occisus sit. Nec unquam factum sic legitur. Experientia quoque doceret quod nec modo sic fieret. Qualiter vero in Deuteronomio præceptum istud tradatur, prolixitatem vitans, recitare omitto. Si autem Mahomet docuit istud per modum propriæ traditionis, certum est quod in sua lege non fieret resuscitatio nec indicatio talis veraciter, quoniam mortuorum suscitatio fieri nequit nisi a Deo.

Eodem capitulo legitur: Dicunt quidam, neminem nisi Judæum aut Christianum ingressurum paradysum. Quod si verum est, demonstratione probent. Jam supra ostensum est per divinas utriusque Testamenti Scripturas, et Deus per innumerabilia miracula in evangelica lege facta testatus est, neminem post Evangelii divulgationem posse salvari, nisi veraciter christianum. Denique mihi videtur quod Mahon sit sibi ipsi quasi ubique contrarius. Siquidem in multis Alcorani capitulis Judæos ob suam incredulitatem atque duritiam asserit omnino a Deo abjectos. Quomodo igitur paradysum intrabunt?

Amplius eodem capitulo dicitur: Judæis et Christianis summæ controversiæ lis incidit. Alter enim alterum nullius esse legis affirmat. Quorum litem in alio sæculo dirimet Deus. Istud frequenter habetur in Alcorano. Sed dico, quod Deus

Deut. xxi,
1-9.

lib. I, art.
xvi.

etiam in præsentī multipliciter declaravit A quid in ista controversia sit sentiendum : quoniam hæc tam diuturna ac finalis Judæorum relictio, christianæque legis per divina miracula comprobatio, Christi quoque assertio atque Apostolorum sententia, sufficientissime probant Judæos errare, et Christianos verum asserere. Christus quippe in Evangelio dixit Judæis : Vos ex patre diabolo estis, et in peccato vestro moriemini ; itemque : Ego veni in nomine Patris mei, et non suscepistis me. Paulus quoque apostolus protestatur quod ira Dei venit super illos usque in finem. Hoc ipsum Daniel propheta ait : Non erit ejus (scilicet Christi) populus, qui eum negaturus est ; et finis ejus vastitas, et usque ad finem perseverabit desolatio. Postremo, et ipse Mahon asserit Judæos relictos, quoniam Prophetæ sanctissimo eis misso, scilicet Christo, Mariæ filio, non crediderunt. Imo in isto capitulo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo : *Tibi mali nequaquam obedient, quum Prophetæ veracissimi legem firmissimam, sua post tergum mandata projicientes, neglexerint.*

Adhuc eodem habetur capitulo : *Asserunt quidam, universitatis Creatorem filium sumpsisse ; quibus veritas nequaquam consonat.* Istud in pluribus ait locis. Et si per hæc intendit negare Deum habere unigenitum Filium sibi æqualem et cœternum, sceleratissime errat : et tamen id, scilicet Deum habere Filium, utique negat. Si autem vult dicere quod Christiani asserant Deum sumpsisse filium, quasi de novo aut aliunde acceperit eum, vel quasi ex uxore genuerit illum, mendacium nobis imponit. Porro, quod Deus habeat Filium, primo libro per utriusque Testamenti scripturas probatum est ; et ipse supergloriosissimus Deus per innumerabilia sibi soli possibilia signa id approbavit, in tantum ut (teste Joanne evangelista) qui negat hoc, Deum facit mendacem, quia non credit testimonio quod testificatus est Deus de Filio suo. Qualiter autem intelligenda sit generatio Verbi æterni a Deo Patre, primo tractatu, quantum fieri potuit, est ostensum.

Præterea capitulo isto asseritur : *Si quis nostra (videlicet Alcorani) doctrina instructus, imitator legis fuerit factus, Dei dilectionem et donum amittet.* Ad istud patet ex præinductis responsio : quia certissime omnes Sarraceni sunt in statu damnationis æternæ, tanquam increduli et extra Ecclesiam Christi, nec habent caritatem Dei infusam ac supernaturalem, sine qua nemo est Deo acceptus nec potens salvari. Porro, si lege Mahon carnali ac lata contempta ad Christum confugerint, et sacrum Baptisma susceperint, ab universis purgabuntur peccatis, gratia quoque, virtutes et dona Spiritus Sancti eorum cordibus infundentur.

Insuper isto fertur capitulo : *Quisque legem Abrahæ neglexerit dereliqueritve, brutus erit.* Quæro quid hic per « Abrahæ legem » intelligat. Si circumcisionis præceptum, jam primo libello probatum est quod illud in Evangelii prædicatione finem accepit, et ei Baptismus, Deo jubente, successit. Denique lex proprie non confertur certæ personæ, sed communitati ac populo adunato. Interea, lex Moysis appellatur prima lex specialiter data a Deo. Quomodo ergo Abrahæ data est lex ad quam omnes tenentur ? Rursus, ostensum est per utriusque Testamenti scripturas, quod sicut Christus est omnium hominum electorum salvator et caput, ita ad ejus legem dumtaxat omnes tenentur. At vero, si idcirco dicatur Abraham accepisse legem a Deo, quia specialia quædam mandata accepit ab eo, pari ratione dicetur et Noe legem a Deo sumpsisse, quia (sicut in Genesi scribitur) quædam specialiter ei a Deo præcepta sunt. Similiter Isaac, Jacob, Josue, Samuel, David, et alii plures Sancti, dicentur accepisse divinitus legem. Postremo, nec Sarraceni legem circumcisionis observant secundum quod desuper data est Abrahæ : quoniam Deus dixit ad eum, Infans octo dierum circumcideretur ; ipsi autem in tertiodécimo circum-

Joann. viii.
44, 21.

Ibid. v, 43.

I Thess. ii,
16.

Dan. ix, 26,
27.

art. xi.

B

C

art. xvii.

lib. i, art.
xvii.

D

art. ix, x.

I Joann. v,
10.

Gen. vi, 14-
21; vii, 1-2;
viii, 16, 17;
ix, 1-7.

Ibid. xvii,
12.

Gen. xvii. 21. www.libtool.com.cn
cidunt pueros suos anno, eo quod tot A
annorum fuerat Ismael quando fuerat cir-
cumcisis. Ergo et ipsi Sarraceni sunt
bruti sive brutales.

Adhuc eodem capitulo quasi ex Dei
persona dicitur Mahometo: *Nunc Judæi et
Christiani gentem tibi commissam abstra-
here nituntur, ut suam legem amplectan-
tur. Horum enim uterque suam legem
tantum bonam esse confirmat. Illa vero,
utpote gens tibi commissa, se legem Abra-
hæ, non aliam, amplecti juste profitetur.*
Ad istud respondeo, quod Christiani co-
nantes Sarracenos ad evangelicam legem
convertere, caritative atque piissime agunt.
Judæi vero in aliquibus plus errant quam
Sarraceni, quoniam Jesum, Mariæ filium,
Christum esse non credunt, nec Mariam
esse virginem confitentur. Sed quæro quæ
sit ista lex Abrahæ, alia a lege Christi ac
Moysis, quam se amplecti « juste » pro-
fidentur Sarraceni. Et ex dictis patescit,
quod ad hoc non poterit vera ac fidelis

lib. I. art. xvi. C
dari responsio : imo præhabutum est, quod
ab exordio mundi nullus quivit salvari

Marc. xvi. 15. 16. D
Postremo, legem et fidem Christi tenentur
Sarraceni amplecti : idcirco injuste id re-
nuunt. Christus quippe ascensurus in cœ-
lum, præcepit Apostolis : Euntes in mun-
dum universum, prædicate Evangelium
omni creaturæ, id est cunctis hominibus,
cum omni creatura aliquid commune ha-
bentibus. Qui crediderit et baptizatus
fuerit, salvus erit ; qui vero non credide-
rit, condemnabitur. Rursus, in evangelio

Joann. x. 1. D
S. Joannis ait Salvator : Qui non intrat
per ostium in ovile ovium, sed ascendit
aliunde, ille fur est et latro. Ideo Mahomet
fur fuit, et latro censetur ; et certe fur
pessimus, latroque maximus : quippe qui
tot innumerabilia animarum millia Deo
creatori subtrahit, atque easdem morte
infidelitatis ac perpetuæ damnationis per-
emit. Non enim intravit per ostium (id
est per Christum, qui ait : Ego sum ostium
ovium) in ovile, id est in populum Dei ;
sed ascendit aliunde, quoniam specialem

legem confinxit, sicque tam Christi quam
Moysis legem laudavit scripturasque ap-
probavit, quod utriusque legibus ac scri-
pturis multa contraria jussit ac docuit.
Cur ergo, o Sarraceni, tam pestifero credi-
tis homini? Cur novi ac veteris Testamenti
scripturas non legitis? quas si benevole le-
geretis, plurima valde mendacia esse in Al-
corano contenta, clarissime conspiceretis.

Postremo in primo isto capitulo adhuc
quædam fabulosa et falsa conscripta sunt,
quæ brevitati studens pertranseo. Inter
quæ unum est hoc : *Scientiam a diabolis,
quamvis malis, Salomoni bono patefa-
ctam, præstigiorum, artemque magicam.*
Nec potui ex libro quem habui hujus loci
sensem satis colligere, quia incorrectus
valde hic fuit. Salomoni autem Deus, non
diabolus, infudit scientiam, ut legitur ter-
tio Regum.

III Reg. iv.
29.

ARTICULUS XII.

Reprobatio errorum secundi capituli Alcorani.

MECHAM urbem vir mœchus, videlicet
Mahometus, elegit, qui adulteria et
incestus sine moderamine et remorse com-
misit, fingens et asserens sibi soli a Deo
licentiatum maritatas aliis atque sibi pro-
pinquas cognoscere, propriis non con-
tensus uxoribus, quamvis decem et septem
extiterint, ut infra ex Alcorano probabi-
tur. Itaque iste totius immunditiæ simu-
lationisque princeps, circa principium
secundi capituli Alcorani docet versus
Mecham et templum ejus esse orandum.
Ad quod verbis respondeo Christi, qui ait :
Veri adoratores Patrem adorabunt in spi-
ritu et veritate. Sed quia in Mecha non
colitur Christus, non est ibi orationis con-
gruus locus. Nullum quippe Deus Pater
exaudit nisi per suum unicum Filium,
Jesum Christum, qui apud Joannem pro-
testatur : Quodcumque petieritis Patrem
in nomine meo, hoc faciam, ut glorifice-
tur Pater in Filio.

Joann. iv.
23.

Ibid. xiv,
13.

Consequenter in isto capitulo naturalia Dei opera vocantur miracula. Quod proprie formaliterque loquendo stare non potest, quum miracula sint supernaturales Dei effectus. Verumtamen, quoniam etiam aliqui christiani doctores interdum hoc modo loquendi utuntur, dicendum quod naturalia illa opera vocantur miracula propter similitudinem quamdam, et quia in eis omnipotentia Dei magnifice declaratur, suumque opificem vere mirabilem incomprehensibilemque demonstrant. Proprie vero vocantur miracula, quæ totius naturæ et ordinis rerum facultatem transcendunt : quæ Deus passim non facit, ne nimia assiduitate vilescant hominibus ; sed opportuno ea tempori reservavit, ut per ea supernaturales fidei roboret veritates.

Insuper isto capitulo et frequenter hinc inde in Alcoran dicitur, quod infideles rogati divina servare præcepta, respondent se nullam nisi patrum suorum sectam exsecuturos. Patres itaque vestri si stulti ac cæci fuerunt, imitabimini eos. Eritis ergo cæci, surdi, muti, stulti, sicut et illi. His vos alloquor verbis, o Sarraceni. Christi præcepta, vere divina, sancta ac optima, observate, et nolite veneream patrum vestrorum assequi legem, ne dispereatis in æternum cum illis.

Deinde in isto jubetur capitulo : *Viri boni, a morticinis et porco ac sanguine, et ab animali quolibet perempto non in Creatoris nomine, abstinete.* Ecce hic Mahomet judaizat. Sed Paulus apostolus docet oppositum, dicens : Omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione sumitur ; item : Si quis infidelium vocat vos ad cœnam, quidquid apponitur vobis manducate, nihil interrogantes, propter conscientiam. Denique ratio prohibitionis quorundam ciborum in veteri lege, figuralis fuit ac mystica, et cessat in lege nova, impleta et revelata jam veritate præfigurata. Postremo, quam ridiculosam alibi rationem Mahon assignet cur vitandus sit esus car-

nis porcinae, infra patebit, ubi in speciali tractatu scribetur contra ipsius Doctrinam.

Deinceps in isto capitulo, sicut sæpissime alibi in Alcorano, æternam damnationem minatur Mahon non credentibus Alcorano ; et quia hoc ipsum neque per vera miracula nec per divinas Scripturas potuit confirmare, studuit per innumerabiles comminationes, impugnationes, de prædationes et interfectiones homines ad hoc credendum inducere : quod est argumentum, non Apostolorum, nec Prophetarum, sed latronum ac tyrannorum.

Insuper ait : *Deus nequaquam gravia a nobis exigit.* O quam longe est hoc a Christi doctrina ! qui in Evangelio ait : *Contendite intrare per angustam portam, quoniam lata et spatiosa est via quæ ducit ad perditionem, et multi inveniunt eam ; quam angusta porta et arcta via quæ ducit ad vitam, et pauci inveniunt eam !* Paulus quoque apostolus contestatur : *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis ; itemque,*

Non coronabitur nisi qui legitime certaverit, haud dubium quin contra diabolum, contra mundi vanitates, contra propriae carnis ac impiæ voluntatis affectiones : quæ omnia vincere non est leve. Ideo dixit Salvator : *Regnum cœlorum vim patitur, et violenti (videlicet, qui superant semetipsos) rapiunt illud.* Denique, juxta Philosophum, ars et virtus sunt circa difficilia. Nec potest homo cuncta mortalia vitare peccata (quod tamen Deus requirit a nobis) nisi cum grandi continuoque

conatu interno. Propter quod Salomon : *Omni (inquit) custodia custodi cor tuum.* Unde in Ecclesiastico scriptum est : *Nisi in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua, id est habitaculum conscientia tua, in qua Deus per gratiam commoratur.* Interea Michæas ait propheta : *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te : utique facere judicium, et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Moyses quoque in Deuteronomio ait :

Consequenter in isto capitulo naturalia Dei opera vocantur miracula. Quod proprie formaliterque loquendo stare non potest, quum miracula sint supernaturales Dei effectus. Verumtamen, quoniam etiam aliqui christiani doctores interdum hoc modo loquendi utuntur, dicendum quod naturalia illa opera vocantur miracula propter similitudinem quamdam, et quia in eis omnipotentia Dei magnifice declaratur, suumque opificem vere mirabilem incomprehensibilemque demonstrant. Proprie vero vocantur miracula, quæ totius naturæ et ordinis rerum facultatem transcendunt : quæ Deus passim non facit, ne nimia assiduitate vilescant hominibus ; sed opportuno ea tempori reservavit, ut per ea supernaturales fidei roboret veritates.

1 Tim. iv. 4.

1 Cor. x. 27.

Luc. xii.
24: Matth.
vi. 12, 14.

Galat. v.
24.

1 Tim. ii. 5

Matth. ii.
12.

Prov. v.
23.
Eccli.
xxvii. 4.

Mich. vi. 8

Deut. iv. 9. Custodi temetipsum et animam tuam sollicitate. His consonat verbum apostoli Pauli, qui exhortatur : Cum metu, timore et tremore vestram salutem operamini. Ecce qualiter Mahon doctrina documentis Christi, Apostolorum ac Prophetarum exstat contraria.

Amplius dicit : *Nocturnos cum mulieribus coitus Deus communiter nobis permittit, quum hujusmodi abstinentiam tum difficilem, tum impossibilem nobis esse agnoscat.* Fatui medici se ipsos faciunt regulam. Sic et incontinentissimus Mahon abstinentiam a mulieribus judicavit viris esse impossibilem. Non enim agnovit qualiter vere fideles per supernaturalia auxilia gratiæ ac donorum Spiritus Sancti juventur ad refrenandum universas concupiscentias carnis, atque ad superandum vitia cuncta, ad faciendum quoque opera virtuosa, in tantum ut ea quæ per naturam difficilia exstant, per caritatem infusam et gratiæ opem cum omni alacritate jucunditateque fiant. Unde et Christus, qui arctam dixit viam esse salutis, nihilo minus rursus in Evangelio ait : Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos ; tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris : jugum enim meum suave est, et onus meum leve. Per hoc supernaturale auxilium supersuavissimi et supergratosissimi Dei, multi reges ac principes etiam in conjugio perpetuam continentiam servaverunt, atque innumerales utriusque sexus Christifideles custodierunt, nunc quoque custodiunt, virginitatem ac castimoniam virginalem, sed et timorati conjugales sacris ac festivis temporibus ab omni abstinent se complexu.

Insuper ait : *Tota die jejunantes, nocte jejunium solvite, tunc comedentes et bibentes quantum libuerit, fere usque ad principium horæ quæ solis ortum antecedit.* Ecce quam irrationabile fatuumque præceptum, tam naturali quam divinæ

A legi contrarium, imo et sibimetipsi oppositum ! Naturalis enim ratio dictat ut de cibo et potu amplius non sumatur quam utile est naturæ, atque expediens animæ ad bene agendum. Sed tota pene nocte ad libitum epulari, valde gravat naturam, et impedit animam ab exercitiis virtuosis. Denique lex jubet divina ut sensualitas reprimatur, et caro sub rationis domatu servetur, nec temperantiæ tramitem quis transcendat. Sed tot horis ad libitum edere et potare, et sensualitati frena laxare, est B carnem indomitam relinquere, et temperantiæ medium violare. Interea, jejunium ordinatur ad vitiorum ac concupiscentiarum refrenationem, et item ad satisfactionem pro culpis præteritis, atque ad expeditiorem mentis dispositionem ad vacandum contemplationibus divinatorum, meditationibus sanctis orationibusque devotis. Idcirco, post diurnum jejunium dare licentiam epulandi et ingurgitandi se quasi per totam noctem, est ea admittere quæ impeditiva sunt valde omnium præactorum bonorum, ad quæ ordinatur sanctum C jejunium. O quam discors est ista Mahon doctrina a saluberrimis Christi documentis, in Evangelio præcipientis, Videte ne graventur corda vestra in crapula vel ebrietate, aut curis hujus sæculi ! Qui de novo loquitur : Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Semper ergo, scilicet die ac nocte, implendum est quod sacratissimus ait Petrus apostolus : Carissimi, abstinete a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam. Nam et Paulus apostolus : Si secundum carnem (inquit) vixeritis, moriemini (morte peccati in præsentem, et morte damnationis æternæ in futuro) ; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis (vita gratiæ in hac vita, et vita gloriæ cœlesti in patria).

Postremo, de hac re sic in sua scribit epistola doctor frequenter præallegatus, alloquens Sarracenum : Forsan aliqua bona in Alcorano habentur, verbi gratia, ut aliquando jejunetur, ut ore tur, et elemosynæ fiant. Et, o novitas rerum ! nunc

Philipp. ii. 12.

Matth. vii. 14. Ibid. xi. 28-30.

Luc. xxi. 34.

Ibid. vi. 25.

I Petr. ii. 11.

Rom. vii. 12.

primum talia a Mahomet sunt inventa, A rursus : Noli vinci a malo, sed vince in Rom. xii. qualia nullus antea audierat. O quanto 31.
 sanctius, quanto honestius, quanto ratio-
 nabilius et Moyses et Elias, et alii Pro-
 phetarum quamplures, Joannes quoque
 Baptista, et ipse Dominus omnium, Jesus
 Christus, jejunaverunt, oraverunt, et mi-
 sericordias impenderunt! Nos quoque talia
 facere docuerunt, ante prodigiosam Ma-
 homet traditionem. Cesset Mahomet earum
 rerum velle videri magister, quarum nec
 dignus in aliquo discipulus vel ultimus
 esse possit. Absit, absit a nobis talis præ-
 dicator jejunii, qui post monstruosum
 jejunium, sic omni libidini et ingluviei
 operam impendere præcepit, ut non ob
 aliud videatur instituisse jejunium, quam
 ut postea voluptuosius et appetentius exer-
 ceatur omnium turpitudine libidinum.

Amplius ait : *Inferentem vobis injurias
 atque molestias, consimilibus pœnis affi-
 cite.* Miror quod Mahon toties jubet Evan-
 gelio firmiter credi ac obediri, quum sua
 doctrina tam frequenter ac vehementer
 Evangelio exstat. contraria. Ecce etenim
 quantum distat verbum istud a Christi
 dogmate sacro, qui ait : Omnis qui ira-
 scitur fratri suo, reus erit judicio. Item-
 que : Audistis quia dictum est antiquis,
 Oculum pro oculo, dentem pro dente ; ego
 autem dico vobis, non resistere malo, sed
 si quis te percusserit in unam maxillam,
 præbe ei et alteram ; et ei qui vult tecum
 judicio contendere, et tunicam tuam tol-
 lere, dimitte ei et pallium ; et quicumque
 te angariaverit mille passus, vade cum
 eo et alia duo. Ecce qualis est doctrina
 unigeniti Filii Dei. Verumtamen ista Chri-
 sti verba non sunt præcepta, sed consilia.
 Sufficit namque unius maxillæ percussio-
 nem æquanimitè ferre ; aliam vero præ-
 bere, est perfectionis. Sed non licet se
 propria auctoritate ulcisci : imo judici,
 qui publica fungitur auctoritate, vindicta
 est committenda, vel propter Deum tota-
 liter ignoscenda. Denique Paulus aposto-
 lus : Benedicite (inquit) persequentibus
 vos, nulli malum pro malo reddentes ; et

bono malum. Præterea, in Levitico Deus
 per Moysen ait : Non quæres ultionem,
 nec memor eris injuriæ civium tuorum.
 In Proverbiis quoque Salomon loquitur :
 Ne dicas, Reddam malum pro malo ; ex-
 specta Dominum, et liberabit te. Hinc
 sanctus David rex et propheta testatur :
 Si reddidi retribuentibus mihi mala, deci-
 dam merito ab inimicis meis inanis. In
 Ecclesiastico etiam habetur : Qui vindicari
 vult, a Deo inveniet vindictam, et
 peccata illius servans servabit.

Itaque, quoniam in multis offendimus
 omnes, et Deum altissimum graviter ni-
 mis inhonoravimus sæpe, si volumus no-
 bis a Deo pietatem indulgentiamque im-
 pendi, oportet ut nos quoque proximis
 ignoscamus, nec ulciscamur nos ipsos,
 sed patientiam habeamus. Ideo docuit
 Christus nos ita Patrem orare cœlestem :
 Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos
 dimittimus debitoribus nostris. Oportet
 nos itaque Patrem hunc imitari, qui im-
 piis, perfidis ingrattissimisque hominibus
 tot bona largitur, eorumque emendatio-
 nem tam diu ac misericorditer præstola-
 tur, pœnitentibus quoque tam cito et pie
 indulget. Itaque verbum hoc Alcorani con-
 trarium prorsus est scripturis novi ac
 veteris Testamenti.

Postremo, in isto capitulo quasi ex Dei
 persona jubetur : *Me quantum patres suos
 plusve diligentes honorificent.* Sensus est,
 ut homines diligant Deum tantum vel plus
 quam suos parentes. Sed agnoscendum,
 quod non sufficit ad salutem Deum dili-
 gere tantum quantum parentes : imo oportet
 eum toto corde super omnia incom-
 parabiliter magis diligere quam se ipsum
 totumque universum ; ita quod quicumque
 vere diligit Deum spirituali infuso amore,
 incomparabiliter plus diligit Deum quam
 se et cuncta simul creata : plus (inquam)
 appetitative, quamvis non semper plus
 intensive. Hinc minima caritas major est
 quam maxima cupiditas. Deus namque
 incomprehensibilis et superdignissimus,

Matth. v.
22.

Ibid. 38-41.

Rom. xii.
14, 17.

Rom. xii.

31.

Lev. xii. 14.

Prov. xi.

22.

Ps. vii. 5.

Ecclesi.

xxviii. 1.

Jacob. i. 2.

Matth. vi.

12.

D

est ipsa bonitatis essentia, bonitas pura, perfecta et infinita: ideo propter se ipsum et propriam amabilitatem, sincerissime et incomparabiliter est amandus, absque respectu ad proprium commodum. Imo, qui Deum principaliter amaret propter beneficia sua, non spiritualiter ac sincere diligeret eum, nec esset in caritate, sed in cupiditate; nec frueretur Deo, sed uteretur eo, quia ad commoda propria eum referret, sicque faceret se ipsum sibi finem, et Deum faceret medium, et plus se ipsum amaret quam Deum: quod prorsus præposterum esset atque damnabile. Verumtamen Deum debemus diligere etiam propter beneficia sua, et propter futura sua promissa, referendo finaliter nos ipsos et omnia ista ad superessentialem ac superoptimum Deum, atque ad ejus honorem et gloriam. Debemus quoque Deum diligere, quoniam ipse prior dilexit nos. Hinc in veteri ac novo Testamento jubemur Deum ex toto corde, tota mente, tota fortitudine et ex omnibus viribus nostris diligere, proximos etiam nostros sicut nos ipsos. Hæc est saluberrima sanctorum doctrina Christianorum: cui Deus appendit innumerabilia suæ veritatis ac attestationis sigilla, hoc est divina sibi soli possibilia signa.

ARTICULUS XIII.

Contra errores tertii capituli Alcorani.

TERTIO Alcorani capitulo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo: *Tuam legem propter aliam mutans et in ea manens, hic et in alio sæculo reus igne indeficiente peribit.* Nolite, o Sarraceni, credere verbum hoc esse a Deo prolatum, quia certissime falsum est, atque a diabolo inspiratum. Lex etenim Mahometi, ut copiose probatum est, non est nisi via ad inferos, plena mendaciis, et utriusque Testamenti Scripturarum sanctarum corruptio; et quidquid in Alcorano infidelibus comminatur, hoc indubitanter im-

minet vobis. Si autem relicta Mahomet lege, ad Christum conversi fueritis, ejusque legem perseveranter custodieritis, hic et in futuro sæculo eritis Deo placentes, et ab igne æterno immunes. Nolite vanis comminationibus perterreri. Christus, contestantibus sanctis Prophetis gloriosissimisque Apostolis, Salvator est mundi, et non nisi in ipsum credendo eique obediendo potestis salvari. Denique, ipso etiam Mahomet teste, Christus fuit verbum virtusque Dei, omnium Prophetarum sapientissimus atque sanctissimus, majorque Mahometo. Ergo lex Christi perfectior, spiritualior et diviniore est lege Mahon: quod etiam partim patet ex dictis, et plenius infra probabitur. Sed quilibet homo debet æmulari charismata meliora; et ad perfectiora tendere, complacet Deo. Salubre est ergo, omni alia lege relicta, Christi legem amplecti.

Insuper dicitur ibi: *Sciscitantibus de vino, scacatu*, vel aleis, et hujusmodi, potum et ludum.* Istud omnifarie falsum est quantum ad vinum: quia et Christus vinum vicissim potavit. Et Paulus apostolus Timotheo scribens: Modico (inquit) vino utere. Atque, ut allegatum est supra, iterum ait: Omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei et orationem. Præterea, in Ecclesiastico scriptum est: Vinum in jucunditatem creatum est, non in ebrietatem: id est, ad hoc vinum Deus produxit, ut homines eo moderate utentes, virtuose lætentur, et gratias agant Deo. Unde ibidem asseritur: Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum. Ergo homini sapienti non derogat exiguo uti vino, præsertim quum eodem dicatur capitulo: Exsultatio animæ et corporis, vinum moderate potatum. Denique David propheta in Psalmo loquitur Deo: Educas panem de terra, et vinum lætificet cor hominis. Sancti quoque patriarchæ Abraham, Isaac et Jacob vinum

1 Joann. iv, 19.

Deut. vi, 5; Lev. xxi, 18; Luc. x, 27.

1 Cor. xii, 31.

* Cf. Canonicæ Glossæ.

1 Tim. v, 23, art. præced.

1 Tim. iv, 4, 5.

Eccli. xxxi, 25.

Ibid. 22.

Ibid. 36.

Ps ciii, 14, 15.

biberunt. Unde in Genesi describitur qua-
Gen. xxvii, liter Jacob obtulit Isaac patri suo vinum,
 25. quum benedicendus fuit ab eo. Sanctis-
 simi demum Apostoli ac Prophetae vinum
Prov. xxii, biberunt. Amplius, in Proverbiis dicitur :
 6, 7. Date siceram mœrentibus, et vinum his
 qui amaro sunt animo ; bibant, et obli-
 viscantur doloris sui. Hæc ergo prohibitio
 vini nequaquam a Deo processit, sed Ma-
 hon eam, sicut et alia multa superstitiosa,
 vana, injusta et falsa, confinxit. Est enim
 contraria doctrinae novi et veteris Testa-
 menti, atque exemplis Sanctorum qui sub
 utroque Testamento fuerunt.

Verumtamen non negamus quin ex spe-
 ciali et rationabili causa liceat abstinere
 a vino, sive ad tempus, sive per totum
 spatium vitæ, propter perfectionem ma-
 jorem, sicut in veteri Testamento ait Do-
Lev. x, 9. minus ad Aaron : Vinum et omne quod
 inebriare potest non bibes tu et filii tui,
 quando intrabitis in tabernaculum testi-
 monii. Nazaræis quoque usus vini fuit
 prohibitus. Sed et de gloriosissimo Joanne
Luc. i, 15. Baptista Gabriel angelus dixit ad Zacha-
 riam : Vinum et siceram non bibet. Sancti
 etiam eremitæ et multi Religiosi christiani
 abstinerunt se a vino : non quod potus
 ille sit in se illicitus. Nec Deus unquam
 universaliter eum prohibuit. Porro, si
 Mahomet dicat ideo illum potum consi-
 stere vitiosum, quia frequenter mala se-
 quuntur ex eo, simili ratione prohibere
 potuisset esum carniæ, aliaque diversa
 pocula atque cibaria, ex quorum sumptio-
 ne superflua, multa oriuntur peccata. Et
 si idcirco vini potus fuerat prohibendus,
 quia immoderanter acceptus vitia parit,
 ex alia consideratione fuerat licentiandus,
 quoniam moderate susceptus plurimas
 utilitates inducit. Mœrorem, infirmitatem,
 debilitatem depellit : et scimus quoniam
Prov. xxv, sicut tinea vestimento, ita tristitia nocet
 20. cordi. Postremo, quam ridiculosam ac sto-
 lidissimam prohibitionis vini causam Ma-
 hon assignet in sua Doctrina, infra dice-
 tur, ubi in speciali tractatu contra ejus
 Doctrinam disputatio inseretur.

A At vero ludum alearum seu taxillorum,
 nos quoque vituperamus. Est tamen qua-
 dam virtus moralis per quam homo se
 bene habet in ludo, puta eutrapelia, per
 quam etiam in ludo scacorum bene se po-
 test habere, referendo eum ad finem lau-
 dabilem, ut scilicet honesto ac moderato
 recreatus solatio, aptior fiat ad exercitia
 virtuosa.

ARTICULUS XIV.

B *Contra legem quam Mahomet de uxorum
 repudio promulgavit.*

I N isto capitulo datur lex de repudiatione
 uxorum, ita ut liceat maritis suas re-
 pudiare uxores et rursus eas accipere
 usque tertio, ita ut quaternarium nume-
 rum non transcendant ; et multa dicuntur
 de isto, hoc loco. Sed lex ista omni im-
 pietate et crudelitate est plena, et naturali
 legi contraria est. De ratione etenim ma-
 trimonii est indivisibilitas, ut etiam sa-
 pientes gentilium sunt testati. Unde et
 doctor sæpe præallegatus in sua scribit
 epistola, alloquens Sarracenum : Illam
 turpitudinem quis audiens non exhorruit,
 quam non erubuit Mahomet in suo ponere
 Alcorano, ut scilicet liceat viro quando-
 cumque voluerit qualique causa voluerit,
 uxorem repudiare ? etc. Hanc certe legem
 etiam bruta animalia, si loqui possent,
 injustam clamarent. Sed istud jam dili-
 gentius est probandum.

Interea, Mahon legem Christi seu Evan-
 gelium approbando, propriam legem in-
 excusabiliter reprobavit. Christus quippe
 hujus rei oppositum docuit et præcepit.
 Ait namque : Dictum est antiquis, Qui-
 cumque dimiserit uxorem suam, det illi
 libellum repudii ; ego autem dico vobis,
 quia omnis qui dimiserit uxorem suam
 excepta causa fornicationis, facit eam mœ-
 chari (id est, dat ei occasionem adulte-
 randi, et ipsa adulterium perpetrat, si
 misceatur cuiquam) ; et qui dimissam du-
 xerit, adulterat : quia alterius viri uxorem

sumit in conjugem. Vinculum etenim conjugale indissolubile est, conjugatis in hac vita durantibus, sicut ait apostolus Paulus : Mulier alligata est legi debiti conjugalis quamdiu vivit vir ejus. Denique in Evangelio legitur : Accesserunt ad Jesum Pharisei, tentantes eum et dicentes : An licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis : Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam creavit eos, et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una (id est duo supposita, videlicet maritus et uxor, in uno carnali commercio)? Itaque jam non sunt duo, sed una caro : id est, post initam copulam matrimonialem, tam indissolubiliter juncti sunt ac si una caro existerent. Imo quodammodo una sunt caro, quoniam corpus unius est in potestate alterius, et contra, quemadmodum Paulus scribit apostolus : Mulier potestatem corporis sui non habet, sed vir ; similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

Sed his objici potest, quoniam in Deuteronomio Deus per Moysen præcepit ut vir volens repudiare suam uxorem, scriberet et conferret ei libellum repudii : ergo Deus permisit et licentiavit hoc fieri. Item in Malachia habetur : Uxorem adolescentiæ tuæ noli despiciere ; quum odio habueris, dimitte eam. In Genesi quoque legitur quod Abraham dimisit Agar, quæ exstitit uxor sua. Sed ad hæc Christus respondit, quod Deus per Moysen repudiationem istam permisit propter duritiam Judæorum, videlicet ad vitandum deterius malum, hoc est uxoricidium, ad quod Judæi feroces et duri erant proclives. Ideo, dum oderant conjuges suas, poterant eas repudiare : non quod repudiatio illa esset bona ac licita, sed quia in hac vita non puniebatur a Deo, sed permittebatur ad vitandum enormius crimen ; quemadmodum etiam permisit Judæis ad usuram accom-

modare extraneis gentibus. Et quod istud sit verum, constat ex eo quod in Malachia post verba præallegata, videlicet, Quum odio habueris, dimitte eam, mox subditur : Operiet autem iniquitas vestimentum ejus, id est, vir uxorem dimittens, propria iniquitate quam repudiando committit, operietur : quia mortaliter peccat ; idcirco in corpore suo, quod est quasi animæ vestimentum, pœnam luet pro culpa hac. Unde et in eodem capitulo sequitur : Custodite ergo spiritum vestrum, et nolite despiciere, scilicet conjuges vestras. Porro Abraham non propria voluntate, sed ex divina commissione ac dispensatione, Agar dimisit, sicut in Genesi manifeste describitur.

Præterea, eodem capitulo Malachiæ tanguntur aliquæ rationes cur uxor repudiari non debeat. Ait enim Dominus ibi : Ultra non respiciam ad sacrificium (id est, sacrificia mihi a vobis, o Judæi, oblata, non acceptabo), nec accipiam placabile quid (id est aliquam hostiam expiationis) de manu vestra. Et dixistis : Quam ob causam ? Quia (videlicet) Dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tuæ (id est : Deus in Genesi dixit, quod tu et uxor tua simul permaneretis, vosque ad invicem diligeretis. Ibi etenim scriptum est : Relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhærebit uxori suæ), quam tu despexisti (eam abjiciendo, aut quasi ancillam tractando) ; et hæc particeps tua, id est, uxor tua esse debet consors ac socia tua, non famula. Idcirco enim mulier de latere viri formata est. Unde et Adam dixit ad Deum : Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi. Per quod etiam Deus insinuavit, quod vir conjugem suam præcipuo debet amore diligere, et jugiter secum habere. Ideo Malachias propheta subjungit : Et uxor fœderis tui, id est cum qua fœdus amicitie animique consensum tenere debes. Sequitur : Nonne unus fecit (id est, unus Creator idemque Deus plasmavit Adam et Evam, seu virum et feminam), et residuum spiritus ejus est ? (Id est : hoc quod conjugati sibi co-

1 Cor. vii, 9.

Matth. xi, 3-6.

1 Cor. vii, 4.

Deut. xxv, 1.

Malach. i, 15, 16.

Gen. xvi, 6.

Matth. xi, 8.

Deut. xxiii, 9, 20.

Malach. ii, 16.

Ibidem.

Gen. xxi, 10, 12, 14.

Malach. ii, 13.

Ibid. 14.

Gen. ii, 24.

Ibid. iii, 12.

Malach. ii, 15.

hæreant per amorem et cohabitationem, A aut meretricabilis. Vinculum autem matrimoniale non solvitur nisi in morte. (est voluntatis divinæ.) Et quid unus quærit (id est, quid Deus intendit per hoc quod vult uxores a maritis teneri, non abjici), nisi semen Dei, id est filios qui ad divinum cultum debite educantur ac informantur? ad quod requiritur conjugatorum cohabitatione perseverans. Ista sunt verba prophetalis atque divinæ Scripturæ: quibus doctrina Mahon evidenter contrariatur.

Præterea, matrimonium ex divina ac naturali institutione non solum ordinatur B ad proliferationem, sed etiam ad proliis convenientem educationem, correptionem, instructionem ac provisionem, non solum ad certum tempus, sed per totum spatium vitæ illius: ad quod peragendum necesse est conjugatos simul perseverare. Unde de lege naturæ est quod parentes filiis thesaurizent, et filii parentum heredes sint. Idcirco, quoniam proles commune bonum est mariti et conjugis, oportet eorum societatem indivisam manere: sicque indivisibilitas conjugii est de lege naturæ. C — Sed contra hoc objici posset, quia inseparabilitas ista interdum est contra proliferationem: quia, ut philosophi tradunt, aliquis vir non potest ex aliqua muliere prolem accipere, qui tamen ex alia accipere posset; similiter aliqua mulier a suo nequit imprægnari marito, quæ tamen ab alio posset. Et respondendum, quod in legibus principaliter ac directe intenditur bonum commune, non bonum particularis personæ: idcirco in lege connubii magis intenditur quid cunctis expediat, quam D quid uni competere possit. Quamvis ergo inseparabilitas hæc impediatur proliferationem in aliquo, expedit tamen ad bonum proliis simpliciter atque communiter.

Deinde, ad veritatem matrimonii exigitur ut contrahentes dent sibi invicem corporum suorum potestatem, simpliciter scilicet, et non ad certum tempus, sed quamdiu vixerint. Dare enim potestatem et usum corporis ad tempus, non est contractus matrimonialis, sed concubinarius

aut meretricabilis. Vinculum autem matrimoniale non solvitur nisi in morte.

Amplius, concupiscentia carnalis est tam bene refrenanda in viris sicut in feminis, quum viri debent esse feminis virtuosiores et exemplariores. Sed ex ista licentia tam libere ac frequenter repudiandi uxorem, datur eis maxima irrefrenatio concupiscentiarum, fomentum libidinum.

Adhuc, matrimonium etiam propter amicitiam inter homines augendam et conservandam est institutum. Repudiatio autem uxoris non solum uxorem, sed etiam propinquos atque amicos, imo et prolem quam habet, incitat contra maritum repudiantem.

At vero, vir et uxor debent sibi invicem esse valde fideles. Sed licentia ista repudiandi uxorem, facit eam suo marito infidelem, suspectam et seorsum aliqua repONENTEM. Quum enim incerta sit quamdiu cum viro erit, providet sibi, et privata comoda quærit ac lucra, quum tamen conjugialium bona debeant esse communia.

Amplius, quam inique ac miserabiliter per ista divortia contra mulieres agatur, facile est pensare. Potest enim femina odio haberi absque propria culpa; et ita, postquam a primo fuerit viro deflorata, ac etiam gravidata, dimittitur jam vilificata et ceteris viris contemptibilis facta, et hoc absque propria culpa: sicque maritus ejus iniquissime aufert ei non solum se ipsum, sed et alios viros, præsertim bonos et eminentes, quantum in ipso est, dum talem eam efficit talemque dimittit, ut inde possit viris aliis displicere: præsertim quia in isto fertur capitulo, quod *mulieri repudiatæ non licet alteri nubere nisi mensibus quatuor evolutis, infra quos vir qui eam abjecit deliberet an eam recipere velit.* Porro, si infra tot menses non reciperet eam, nonne facit eam aliis viris contemptibilem et suspectam? Siquidem, quod eam abjecit, posset passionis adscribi impetui; sed quod infra tot menses non recipit eam, ex deliberata videtur ratione procedere.

Insuper, per hanc repudiandi licentiam datur et uxoribus plurimorum occasio vitiorum. Quum etenim fragiles, molles atque instabiles sint, facilliter multipliciterque contingit ut et ipsæ viros alios concupiscant : sicque occasionem quærent discedendi a primis maritis ex vitiosa lascivia, et exhibebunt se viris suis odibiles ac molestas.

Adhuc, quum viri juvenes communiter sint lascivi, si licita est ista repudiatio, frequenter simulabunt se cum feminis pulchris matrimonium velle contrahere, quum tamen nil aliud intendant nisi concupiscentiis propriis satisfacere certum ad tempus, quousque satientur amplexibus talium feminarum, et tunc eas vilificatas abjiciant. At vero, si repudiatio ista sit licita, quid erit conjugium, nisi prætentatio ac probatio feminarum?

Præterea, Sarraceni (ut legimus) asserunt uxores posse repudiari : primo, ex ira et odio ex quibus timeretur interfectio conjugis ; secundo, ex fœditate corporali, sicut est lepra et menstruorum irrestringibilis fluxus ; tertio, ex deformitate ; quarto, propter earum sterilitatem. Horum quodlibet affirmatis, o Sarraceni, ad matrimonii dissolutionem sufficere, atque ex unoquoque eorum licere viro ad alia se vota transferre. Istud est contra omnem pietatem ac æquitatem. Si enim post aliquot annos uxor fiat leprosa sive deformis, magis egebit solatio sui viri quam ante. Omnino ergo crudele erit tunc eam abjicere, præsertim quum ei tunc ablata sit aliarum spes nuptiarum. Fatemur tamen propter lepram conjugatos posse separari quantum ad cohabitationem. Item, per Ezechielem prophetam Deus inter peccata gravissima annumerat, justum contristare injuste. Sed id frequenter in repudiatione contingit, dum uxor absque propria culpa displicet et oditur, sicque abjicitur, atque ob id vehementer tristatur. Amplius, consensus quo mas et femina consentiunt mutuo quamdiu inter eos durabit amor, concordia, decorve femina,

A sanitas, sive fecunditas, amatorius est consensus, et concubinarius aut fornicarius : non ergo est inter tales connubium, sed amatoria turpitudine. Imo, quum rara et brevis videatur conjugatorum concordia, erit inter eos brevissimum frequenter conjugium.

Postremo, conjugati potius debent intendere prolis bonitatem quam pluralitatem, quoniam in Ecclesiastico verissime scriptum est : Ne jucunderis in filiis impiis, si multiplicentur : melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii ; et utile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios. Sed præhabitu est et experientia docet, quod ad convenientem prolis correptionem, virtuosam informationem, diligentem custodiam, requiritur, regulariter communiterque loquendo, conjugatorum cohabitatio perseverans. Repudiatio ergo ad libitum, bonitati sobolis omnino repugnat. Et breviter, innumerabilia mala tale consequuntur divortium.

C Nunc ergo, o Sarraceni, ista dignanter suscipite, et diligenter perpendite quam infinitis gravissimisque sceleribus plena sit vita vestra. Jam enim in primo libello insolubiliter est probatum, quod universæ quæ sub cælo sunt gentes, nationes et linguæ, ad legem et ad fidem Christi sunt obligatæ, quoniam ipse veraciter solus salvator et caput est totius generis humani. Quemadmodum ergo ad legem Christi tenemini, ita et indubitanter ad conservationem perpetuam vestrarum obligamini D conjugum, nisi sint fornicatæ. Nec tamen tunc vinculum rumpitur conjugale ; sed vir excusatur a debiti solutione, nisi forsitan et ipse simile commiserit crimen, quia tunc conjugem repudiare non licet ei. Dum ergo uxorem repudiatis, et illa alium accipit virum, vosque aliam conjugem, ambo adulterium in omni concubitu perpetratis, et crimen feminarum repudiarum redundat in vos. Cur, quæso, non consideratis quod lex Mahon nequaquam a Deo sit, sed diabolo suggerente, et Maho-

Eccli.
xvi, 1, 3, 4.

art. xvi.

met vulpina calliditate conficta, consilium A ei ferentibus Sergio hæretico nequissimisque Judæis? Scivit enim se legem suam divinis non posse confirmare miraculis. Idcirco quidquid per humanam astutiam consideravit accommodum ad suæ legis divulgationem et conservationem, hoc finxit sibi desuper destinatum. Hinc siquidem dixit se in virtute gladii missum; hinc ad deprædationem et pugnas suos hortatus est; hinc multitudinem conjugum et repudiationem admisit; feminas quoque in prælio acquisitas posse haberi B asseruit, ut viri per hoc fortius ad præliandum animarentur.

ARTICULUS XV.

Contra reliquos hujus capituli errores.

RECITATUR in isto capitulo, quomodo filii Israel postulaverunt regem a Propheta; et alia quædam de rege eis divinitus assignato, hic recitantur. Sed valde discordat recitatio ista a sacra historia C Scripturæ canonicæ ac divinæ.

Primo itaque hic dicitur: *Hic populus Israel a Propheta suo, videlicet Samuele, regem postulavit, prout primo Regum describitur. Ille, videlicet Samuel propheta, respondit: Vos regem postulantes, certamen forsitan, si præceperimus, non agetis. Illi filii Israel responderunt: Nos e domibus nostris ac populo propulsi quomodo pro Dei nomine non pugnabimus? Bellum tamen injunctum omnes, præter admodum paucos, recusabant.* Istud contrariatur D præfatæ divinæ Scripturæ. Nam postquam filii Israel petierunt regem a Samuele, et Samuel eis, Deo jubente, assignasset Saulem in regem, Naas rex Ammonitarum ascendit contra habitatores Jabes Galaad, qui erant de numero filiorum Israel. Tunc, jubente Saule, totus populus Israel, quasi vir unus, id est concorditer cum Saule ac Samuele, processit ad bellum contra Naas præfatum, atque prævaluit, ut primo Regum scribitur. Ex tunc cœpit Saul pugna-

re contra omnes gentes quæ in circuitu suo erant; et quocumque se vertebat, prævaluit, adjuvante eum concorditer populo suo, ut legitur primo Regum. Postmodum, Deo jubente, filii Israel unanimiter processerunt cum rege suo Saule ad pugnam contra Amalec, et obtinuerunt triumphum, ut in eodem libro Regum legitur.

Consequenter in isto capitulo dicitur: *Propheta dicente, Regem vobis Deus Saulem constituit, indignati sunt, dicentes: Iste cur rex noster efficitur, quum nec pecuniosus nec dives sit, nec nobis meritis coæquetur?* Huic videtur contrarium quod primo Regum scriptum est: quia, ut legitur ibi, quum Samuel posuisset Saulem in medio populi, et dixisset, Certe videtis quem elegit Dominus; universus populus clamavit, et ait: Vivat rex. In fine tamen capituli illius dicitur, quod filii Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum: non quia pecuniosus non erat et dives, imo satis locuples fuit; sed quoniam adolescens fuit et simplex, atque in exterioribus inexpertus, et quia non fuit de nobilioribus tribubus Israel, puta de tribu Juda aut Ephraim.

Deinde in isto capitulo dicitur: *Saul cum exercitibus ergo sic accedens ait: Vos rivos visuri nihil nisi quantum manus semel hausit gustetis; quod quilibet transgrediens, de meis viris esse desistet. Omnes tamen, præter paucos, præceptum potando transgressi sunt.* Istud est fabulosum et falsum, nec de re hac aliquid legitur primo Regum; sed, sicut ex consequentibus verbis Alcorani in isto capitulo innotescit, istud intelligendum est de Saule, quando insequēbatur Philistæos. Tunc enim populum Israel adjuravit ut non manducarent panem usque ad vesperum, quousque ulcisceretur se de inimicis suis. Et nullus de populo transgressus fuit præceptum, præter Jonathan, filium regis Saulis, qui patris sui non audivit nec scivit præceptum, prout primo Regum quattodecimo enarratur. Alibi vero non legitur Saul rex aliquid suo populo præcepisse.

¹ Reg. viii, 4, 5.

^{Ibid.} ix, 17; x, 1, 21-24; xi, 1-11.

^{Ibid.} xiv, 47.

¹ Reg. xv, 2-8.

^{Ibid.} x, 23.

²⁴.

^{Ibid.} 27.

^{Ibid.} xxx.

²⁵, 27.

De hoc et miror quid fuerit Mahometo tam A falsæ narrationis occasio: nisi forte a Sergio, falso et hæretico monacho, aut a Judæis nequissimis, aliquid audierit de præcepto quod Gedeon fecit populo suo, de haustu aquæ. Unde in Judicum libro legitur, quod Dominus Gedeoni præcepit ut filios Israel secum collectos duceret ad aquas. Quo facto, Dominus dixit: Qui manu et lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum; qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus B virorum qui manu ad os projecerunt aquas, trecenti viri. De causa atque materia hujus præcepti, ibi plene conscriptum est. Fortassis itaque Mahon de utraque præacta historia aliquid didicit, et nutante memoria ac deficiente scientia, præinductam mendosam commixtionem peregit, recitans rem gestam, non ut gesta est, sed more vetularum, prout eam gestam hinc inde imaginabatur.

O Sarraceni, veris Christianis vere dilecti, ad libros veteris Testamenti confugite; C non jam a Christianis, sed ab adversariis nostris Judæis horum veritatem inquire: imo, quod tutius est, libros veteris Testamenti perlegite seu audite; et agnoscetis vera esse quæ scribo, falsaque esse tam ista ex tertio Alcorani capitulo introducta, quam alia valde multa ex Alcoran infra introducenda.

Postremo alia quoque plura in isto continentur capitulo veritate carentia: quæ omitto. Non enim contra universos Alcorani errores proposui scribere, quia volumen magnum id ipsum exigeret; ego autem non nisi perbreve intendo compilare opusculum: quod tamen ad falsificationem Alcorani documentorumque Mahometi [ostendendam] erit sufficiens.

Verumtamen unum in isto contentum capitulo tangam. Dicitur enim in eo: *Repudium sponsæ ante tactum suum, neminem gravat.* Ad quod respondemus, quod si quis per verba de futuro promittat aut juret aliquam sumere conjugem, tenetur

utique id implere: tamen per verba illa non fit matrimonialis contractus. Si vero per verba de præsentem exprimat conjugalis consensus, ut si dicatur, Ego accipio te in meam uxorem; fit matrimonialis contractus, nec licet dissolvere aut rumpere eum, ei qui ita contraxit. Sponsam ergo ita acceptam repudiare non licet, etiam ante contactum ipsius, nisi propter religionis ingressum. De hac re, sicut de ceteris, multa certe possem conscribere, sed brevitati in omnibus decrevi studere.

ARTICULUS XVI.

Contra errores quarti capituli Alcorani.

PRÆCIPITUR in isto capitulo: *Vim nequaquam propter legem inferatis, quum recta pravaque via patefactæ sint.* Si hoc ita est, cur Mahon toties exhortatur suos ad præliandum contra infideles, ut scilicet timore et vi gladii illos ad suam pertrahant legem? Cur etiam jussit ut non credentes seu confitentes eum esse Dei prophetam, aut occiderentur, aut tributum persolverent? Itaque huic verbo contrarium fecit ac docuit multis in locis, sicut et infra magis patebit.

Insuper dicitur hic: *Substantiam suam die noctuque, palam et clam in Dei nomine distribuentes, divinam misericordiam assequentur, nec hic nec in alio sæculo timorem habituri.* Quamvis hoc verificari possit, tamen aliis Mahon dogmatibus non concordat: præsertim quum dicat, ante finale judicium omnes intellectuales ac rationales creaturas, scilicet angelos et homines universos, ab angelo mortis interficiendas, et per quadraginta annos in morte mansuras. Naturale est autem mortem timere, et sicut omnia naturaliter appetunt esse, ita non esse refugiunt. Alia quoque nonnulla alibi dicit huic verbo contraria, ut suis dicitur in locis. Denique alia fabulosa recitantur in isto capitulo, contra quæ disputare reor indignum.

ARTICULUS XVII.
www.libtool.com.cn

Adversus errores quinti capituli.

QUASI ex Dei persona in isto capitulo dicitur Mahometo : *Si quis tecum disputare voluerit, dic te faciem tuam ad Deum ejusque sequaces convertisse : quod agendo, tam legum scientes quam illitterati bonam legem sequentur.* Istud irrationabiliter videtur sonare, quia omnino contra omnem est rationem, ut quis novam aliquam proponat doctrinam, legem ac fidem, quas defendere, persuadere et approbare non possit : alioqui unicuique nova docenti esset credendum. Idcirco legislatori novaque prædicanti non sufficit dicere, Faciem meam ad Deum converti ; sed disputantibus rationabiliter respondere, documentaque nova proportionatis ac congruis oportet documentis ac argumentis fulcire. Unde non obstante quod fides christiana sit de rebus summe incomprehensibilibus ac supernaturalibus, nihilo minus beatissimus Petrus apostolus in prima sua scribit epistola : Parati semper estote ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide et spe. Denique etiam infra, tricesimo sexto capitulo, quasi ex Deo præcipitur Mahometo : *Omnes homines legum, præter malos, honestis verbis disputando semper alloquere.* Ergo cum eis debuit disputare, nec solum dicere se ad Deum faciem convertisse.

^{1 Petr. III, 15.}

Præterea in isto capitulo aliqua dicuntur de Zacharia et filio ejus Joanne Baptista, quæ supra præhabita sunt. Sed unum mendacium hic eis miscetur, videlicet, quod quum Zacharias dixisset, *Quum sim senex, et uxor mea sterilis, qualiter prolem efficiam?* et angeli respondissent, *Deo nihil est impossibile ; tunc Zacharias petivit difficile quid sibi imponi, et quod tunc sibi injunxerunt triduanam taciturnitatem, nisi signum tantum cum hominibus facere.* Hujus verbi falsitas demonstratur ex Evangelio. Quia, ut in Luca scriptum

^{lib. I, art. III.}

A est, quum Zacharias dixisset ad angelum, ^{Luc. I. 14.} Unde hoc sciam? ego enim sum senex, etc.; ^{20.} angelus mox respondit : Pro eo quod non credidisti verbis meis, eris tacens, nec poteris loqui usque in diem quo hæc fient, videlicet usque ad diem nativitatis filii tui, imo usque ad diem circumcisionis ejus, quæ tunc fuit spiritualis nativitas, sicut modo Baptismus. Nam usque ad horam circumcisionis Joannis, pater ejus Zacharias mutus permansit, ut Lucas evangelista describit. Itaque non triduanam ^{Ibid. 20.} taciturnitatem ei Deus injunxit : imo amplius quam novem mensibus mutus permansit. Nec verum est quod Zacharias petivit sibi grave quid a Deo injungi ; sed propter suam incredulitatem taciturnitate hac fuit percussus, statim quum petiit signum quo posset agnoscere veritatem verborum angelicæ ac divinæ promissionis. ^{62-64.}

Insuper in præsentī capitulo multa præclara de Virgine gloriosa et Christo ac ejus miraculis referuntur : quibus more solito falsum aliquid admiscetur, videlicet, quod Christus super formas volatiliū luteas a se compositas insufflans, volare fecerit eas. Istud Christus non fecit, quamvis divina sua virtute facere potuisset. Unde et sacratissimus Petrus apostolus, inter vera Sanctorum miracula et falsa magorum signa distinguens, asseruit quod Sanctorum miracula sunt de rebus fructuosis atque utilibus : sicut est mortuos suscitare, leprosos mundare, venenum sine læsione potare. Signa vero magorum sunt de curiosis et inutilibus rebus : ut est volare per aera. Tale vero fuisset, luteis formis insufflando dare volatum. Verumtamen, quum Sarraceni credant Christum istud fecisse, quæro qualiter fecit hoc : an scilicet insufflando dedit eis spiritum vitalem, hoc est animam sensitivam, eas vivificando ; an solum præstitit eis volatum, non vitam. Si primo modo, tunc fuit ibi introductio novæ formæ substantialis : quumque generatio novæ existet corruptio alterius, nec in uno sint plures formæ substantiales ; dicere oportebit, quod in luteis formis fuit

prioris formæ substantialis corruptio ac novæ substantiæ vera productio. Item, quum forma illa vitalis (scilicet anima sensitiva) inducta, non fuerit de potentia materiæ educta, sed tota atque omnino ab extra; consequens erit quod fuit creata. Creatio autem puræ creaturæ non competit. Quum ergo secundum Mahon Christus sit purus homo, non Deus, sibi juxta hoc non competebat taliter animas luteis formis conferre. Ergo Mahomet sibi ipsi contradicere cernitur, dicendo Christum esse hominem purum, et tamen per creationem formas illas substantiales luteis imaginibus infudisse. Item, si volabant et vivificatæ fuerunt, oportebat corpora earum esse corpora organica, physica, complexionata, plumata. Et si dicatur quod Christus supernaturaliter ac divina illud fecit virtute, posset contra hoc fieri disputatio magna: quia secundum quosdam magnos doctores, creatio seu actus creandi non est communicabilis creaturis, non ex impotentia Dei, sed propter incapacitatem earum: ad quod multas rationes adducunt. Verumtamen, quoniam illa assertio de insufflatione volatuque avium, non est fidei nostræ contraria, sed quasi ad Christi præconium pertinens, qui tamen falsis præconiis nec delectatur nec indiget; idcirco pertranseo.

Deinde in isto fertur capitulo, quod *Christus sciens Judæos in sua incredulitate pertinaces, dixit: Quis in Dei nomine me sequetur? Viri quidam albis vestibus induti dixerunt: Nos in Dei nomine te sequentes, in Deum credimus. Et dixerunt: O Creator, nos huic libro fidem adhibentes, legatumque tuum imitantes, fidelibus adscribe.* Per viros hos albis indutos, videntur præsertim designari Apostoli, et Christus per legatum. Itaque, si Mahon per librum intelligit librum materiale[m] visibilibus litteris scriptum, verbum suum stare non potest. Christus enim nec librum composuit, nec librum evangelicum demonstravit Apostolis; sed ore tenus docuit, atque post ejus ascensionem

et Spiritus Sancti missionem, quatuor sancti Evangelistæ, instigante ac instruente Spiritu Sancto, Evangelium descripserunt.

Amplius dicitur hic: *Non est alicui idoneum et opportunum, cui Deus librum et sapientiam miserit atque prophetiam, docentem, persuadere hominibus ut Dei loco adoretur.* Hoc protulit Mahon ad insinuandum quod Christus nequaquam docuit Deum se esse. Sed ad istud satis responsum est. Christus namque se docuit Deum et hominem in una persona; seque in quantum hominem adorare Dominum Deum, et item se in quantum Deum esse ab hominibus adorandum.

Postremo, in isto capitulo, sicut et alibi sæpe, Mahomet asserit sequi se Abraham. Sed ita non fuit. Abraham namque, ut ante probatum est, totis præcordiis expectavit ac desideravit Christi tanquam salvatoris sui adventum, credens omnes gentes in Christo benedicendas. Porro Mahomet Christum jam natum ac mundi salutem operatum non suscepit, sed sprexit, propriam et superstitiosam, falsitatibus, injustitiis atque perfidiis plenam instituens legem, omnia Christi sacramenta contemnens, et eos qui veri sunt Christiani, infideles appellans expugnarique jubens.

ARTICULUS XVIII.

Reprobatio errorum sæti capituli.

MULTA absurda ac perfida verba in isto dicuntur capitulo, sicut frequenter in aliis: ut quod *quisquis templum Mechæ ingressus, omnis timoris expers, quietus est*; item quod *legum fautores et Christiani volentes imitatores legis Mahon ad suam convertere legem, efficiunt eos qui ante boni fuerunt, malos.* Contra hæc frequenter nunc reprobata non opus est speciales disputationes inducere, quum luce clarius factum sit, legem Mahomet, legem esse perditionis æternæ.

Dicitur quoque hic: *Paradisi capacitas celo terræque æquatur.* Quum paradisus

terrestris pars terræ aquis discoopertæ existat, non potest ejus capacitas capacitati totius terræ æquari, et multo minus capacitati cœli, cujus respectu terra est quasi punctum. Porro, secundum christianæ fidei veritatem, capacitas paradisi cœlestis, videlicet cœli empyrei, quod utique visibilia et invisibilia continet, capacitatem cujuscumque cœli mobilis ac terræ simul sumptorum excedit.

In septimo autem capitulo Alcorani fit exhortatio ad pugnandum contra adversarios legis Mahon, atque promissio beatitudinis his qui in tali obierint pugna. Sed, ut ex præhabitis innotescit, nil nisi æternam sibi damnationem mercantur, quum perfidi sint atque ad suam perfidiam alios trahere enitantur.

ARTICULUS XIX.

Destructio falsitatum et injustitiarum octavi capituli, et specialiter quod pluralitas illa uxorum quam Mahomet licitam dixit, sit prorsus illicita.

AIT præsentī capitulo conditor Alcorani : *Duas, aut tres, vel quatuor uxores ducite, nisi timueritis eas nullatenus pacificare posse, tunc enim quot vestra manus castigare quiverit.* Porro tricesimo secundo Alcorani capitulo dicitur : *Castitatem nisi cum propriis uxoribus, aut sibi subjectis et ancillis (inde enim nulla fiet querimonia) observate.* Itaque quatuor principales uxores habere licentiavit; empticias vero et in bello obtentas, tot quot quis potuerit obtinere et ferre.

Istud est multiphceiter ineffabiliterque irrationabile et injustum. Ad quod probandum, multa possent adduci ex dictis quartodecimo articulo. Ista namque uxorum pluralitas repugnat quibusdam finalibus causis propter quas matrimonium est institutum. Nam vix aut raro contingit quin sit discordiarum occasio, rixarum fomentum, invidentiæ causa; quum tamen

A conjugium institutum noscatur ad amicitiam augmentandam et conservandam, et ad conversationem pacificam.

Præterea, uxorum pluralitas fovet in viris concupiscentiæ ignem, libidinis vehementiam, sensualitatisque irrefrenationem : ita quod viri efficiuntur nimis libidinosi atque brutales. Insuper præstat eis occasionem contemnendi faciliter istam aut illam : sicque ista aut illa injuste affligitur.

B Amplius, feminæ molles ac fragiles sunt, utpote debiles in ratione, ita quod unius uxoris desiderio unus maritus vix satisfacere valet. Dum itaque multæ feminæ unum habent maritum, multas sustinent tentationes, varias appetitiones; daturque eis grandis occasio cupiendi, imo et admittendi alios viros : quod summe vitandum est.

C Adhuc, sicut præhabitu est, maritus et conjux dant sibi invicem suorum corporum potestatem insolubili vinculo atque plenarie. Postquam ergo maritus uxori sui tradidit corporis potestatem, non potest eam alteri dare uxori sine prioris injuria. Nec plures personæ possunt unum et idem jure plenario integraliter possidere.

D Insuper, juxta temporum incrementa voluit Deus in hominibus crescere spiritualia bona, videlicet fidem, sapientiam, et virtutes. Unde in lege Moysis Deus quædam prohibuit quæ ante, puta in lege naturæ, licita erant. Christo autem, mundi salvatore et summo ac perfectissimo legislatore, veniente, multa a Deo prohibita sunt quæ in lege Moysis licita aut non prohibita seu permissa exstiterant ex dispensatione divina, videlicet repudiatio atque pluralitas conjugum. Christus namque præstitit legem perfectam, verbis, exemplis, consiliis ac præceptis homines abstrahendo a carnalibus desideriis, a terrenis affectibus, ab occupationibus circa sensibilia et caduca, inducendoque eos ad spirituales affectus, ad actiones internas, et ad virtuosas occupationes : a quibus

certissime pluralitas ista uxorum vehementissime impedit. Imo unam habere, non parum id agit : quia sollicitum efficit virum circa quamplura ; certumque est quod quanto quis circa plura mente dividitur, occupatur, distrahitur, tanto indispositior redditur ad vacandum Deo altissimo, ad contemplationem divinorum, ad frequentiam spiritualium exercitiorum.

Præterea, constat quod quanto quis ad carnalia magis sensualiter ac ferventer afficitur, tanto plus a spirituali ac divino amore atque ab omni virtutum perfectione impeditur. Quum ergo certissimum sit nil ita animum virilem ab arce virtutum dejicere, nil ita cor viri effeminare, nil sic mentem humanam deprimere, absorbere, inebriare, et tandem infatuare, ut irrefrenatus facit concubitus frequensque mulierum amplexus, muliebria blandimenta et voluptas illa tam carnea ; constat quod pluralitas conjugum sit divini et spiritualis amoris omnisque perfectionis et supernæ contemplationis atque internæ conversationis vehementissime impeditiva. Est ergo prorsus vitanda. Nec aliquo modo credendum est, quod post Christi adventum legisque evangelicæ documentum ac jussionem, lex ista de pluralitate uxorum a Deo processerit. Sed qualis hic fuit legislator, videlicet Mahon, talem contulit legem : siquidem carnalissimus turpissimam legem donavit.

At vero matrimonium non solum est institutum in officium naturæ, puta ad procreationem, sed item in remedium culpæ, utpote ad fornicationem vitandam, non utique solum ad corporalem fornicationem, sed etiam ob vitiosam ejus affectionem jugiter fugiendam. Propter quod vir tenetur conjugi reddere debitum, et econtra. Quum ergo vir unus nequaquam multis possit satisfacere feminis, dum unus plures uxores sumit, dat illis occasionem ad multas ruinas : imo ad impossibilia sibi obligat semetipsum. Denique, concupiscentia carnis quanto per plures personas actuari permittitur, tanto

A plus sævit, nec suis terminis coarctatur. Quod etiam experientia lamentabiliter contestatur : ita ut non obstante uxorum pluralitate, nonnulli taliter uxorati, a vitiis contra naturam, imo et a commixtione cum brutis, non satis abstinere dicantur. Refrenanda est ergo concupiscentia carnis, ut unus una contentetur.

Verumtamen contra hæc objici potest. Primo, quoniam unus vir potest plures fecundare uxores ; fecundataque una, fructuosius esse videtur ut aliam quoque impregnent, quam ut semen infructuose projiciat. — Secundo, quoniam sancti patres, tam in lege naturæ quam in Mosaica lege, noscuntur plures conjuges habuisse : et nihilo minus sancti fuerunt, et moderate uxoribus utebantur. — Tertio, quoniam tempus quo decet virum uxorem cognoscere, breve est. Siquidem imprægnatam, et nondum post partum purgatam, non decet accedere : tanto ergo residuo tempore vis generativa viri otiosa manebit. Periculo quoque adulterandi vir patebit, si unam dumtaxat habeat conjugalem.

Et respondendum, quod nequaquam principale hominis bonum, nec finis neque perfectio ejus, est corporali procreationi intendere, sed conversationem spiritualem ac cœlestem in terra inchoare ac ducere, in divino amore, in puritate, quiete et pace mentis proficere, in Deo firmari, sui que Creatoris majestatem et gloriam quotidie per fidem ac sapientiam contemplari. Ut ergo in his præcipuis bonis homo concreseat, concupiscentiam restringere debet, et uxorum pluralitatem vitare : præsertim quia etsi procreatione bona sit, nihilo minus tot mala, tot incommoda totque pericula pluralitati uxorum annexa sunt, ut propter solam procreationem admittenda non sit. Vir quoque non potest tam congruenter multarum sobolis conjugum instructioni, correptioni, educationi profectuique vacare, ut sobolis uxoris unius. Melior est enim unus filius bonus quam mille filii nequam. Imo

Eccii. xvi,
2.

et proles robustior, uberiusque omnibus laudabilior nasci solet, dum concupiscentia in una conjugē refrenatur, quam dum per diversas vagatur : frequentia equidem hujus seminationis semen viri diminuit in substantia et vigore.

Præterea, quod sancti olim in naturali scriptaque lege plures habuerunt uxores, ex divina fuit dispensatione, occultaque Dei inspiratione, et ex valde rationabili causa, quæ nunc locum non habet. Tunc enim perpauci fuerunt cultores Dei : idcirco propter augendum Dei cultum in filiis virorum fidelium et sanctorum, admisit Deus omnipotens et sublimis uxorum pluralitatem. Sed post Christi adventum auctus est cultus Dei in gentibus universis per spiritualem propagationem, puta fidei ac Baptismi susceptionem. Idcirco post Christi adventum nunquam Deus licentiavit pluralitatem uxorum. Sicque omnes mulieres quas Mahon accepit post primam, fuerunt ejus adulteræ, illa vivente. Similiter, feminæ quas Sarraceni post primam superstitem sumunt, non uxores, sed adulteræ exstant ; adulteriumque committunt tam viri quam feminæ illæ, quotiescumque miscentur ; nec ignorantia eos excusat, quia ad fidem et legem Christi tenentur, easque aspernantur. Postremo, privilegia paucorum non faciunt legem communem. Quamvis ergo viri quidam multas uxores habentes, sancti fuerunt ex Dei gratia singulari, hoc tamen non arguit quin regulariter loquendo, pluralitas ista sit spiritualium valde impeditiva.

Ad tertium autem argumentum facilis occurrit responsio : imo partim jam data est. Et quod de adulterandi periculo tangitur, etiam in feminis multo plus locum sortitur : idcirco, si ratio illa procederet, uni uxori de pluribus providendum esset maritis. Oportet ergo concupiscentiam refrenare ; gratiamque agendi hoc Christus suis præstat fidelibus eam condigne petentibus : imo et ipsum Matrimonium Christianorum, in quantum est legis evangelicæ sacramentum, est gratiæ con-

tentivum ac collativum per quam refrenatur libido.

Ecce, o Sarraceni, quam injusta est lex vestra, quam vitiosa atque damnabilis est conversatio vestra. Idcirco relicta lege carnali ac sordida, ad perfectam ac purissimam Christi legem confugite, hanc suscipite et servate.

Insuper in isto habetur capitulo : *Male operantes, nec ante mortem, sed in ipso mortis articulo digredi volentes, et similiter incredulos morientes, Deus abhorrens, pœnis affligit.* Si per verba hæc Mahomet dicere voluit, quod impii in fine vitæ suæ seu mortis articulo non possint veraciter pœnitere atque salvari, sed pœnis æternæ damnationis addicantur, erravit, et tam rationi quam sacræ contradixit Scripturæ. Ratio etenim docet, quod totum tempus vitæ præsentis sit tempus peregrinationis ad vitam futuram, tempusque pœnitentiæ, ita quod tota vita hæc via est ad aliam vitam. Nec ponitur homo in termino nisi in morte formaliter : ita quod ipsa mors est terminus vitæ præsentis, et usque ad mortem est homo viator atque flexibilis, potens mereri ac demereri. Potest ergo in mortis articulo pœnitere. Denique, per Ezechielem prophetam loquitur Deus : In quacumque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum ejus non recordabor. Unde de nullo viatore desperandum est, durante hac vita. Porro, quod per verba inducta Mahon istud affirmare voluerit, videtur ex eo quod « in mortis articulo digredi », id est a peccatis recedere, « volentes », annumerat incredulis morientibus, asserens de utrisque idem esse judicium : certumque est incredulos morientes, in æternum damnari. Verumtamen fatemur valde periculosum consistere, pœnitentiam usque ad mortis horam differre, tuncque raram esse pœnitentiam veram : quia non sufficit qualitercumque gemere seu de peccatis dolere ; imo oportet ut sit vera et cordialis contritio, adæquata gravitati culparum.

Iterum, verbum inductum contrariatur

Eccle. xi. 3.

ei quod Deus per Salomonem locutus est : **A** Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. In quibus verbis per lignum intelligitur homo ; per casum, mors ; per austrum, beatitudo seu pars hominum electorum ; per aquilonem, calamitas damnationis seu pars reproborum. Est itaque sensus, quod sive per mortem homo devenit ad electos, sive ad reprobos, in æternum erit apud eos quorum societatem promeruit : ita quod post mortem non est poenitentiae locus, sed usque ad mortem. **B**

Postremo, in fine hujus capituli determinantur personæ quas licet conjugio sociari et quas non licet. Nam dicitur : *Omnes hæ mulieres vobis interdictæ sunt et illicitæ, scilicet : matres vestræ et filia, sorores et amitæ, neptes atque materteræ, nutrices et germanæ collactanæ ; matres etiam et filia mulierum vestrarum, si a vobis tactæ fuerint, sin autem, licitæ sunt ; nurus etiam, duæ germanæ.*

Itaque, juxta hanc legem, licet Sarracenis in tertio membro consanguinitatis **C** connubio jungi. Verbi gratia, si sint duo fratres quorum unus habeat filium, alius filiam, isti non possunt contrahere simul, sed proles eorum : ut si filius ille filium habeat, et filia illa filiam. Istud videtur injustum post Christi adventum, quamvis tempore legis Mosaicæ fuerit licitum : quia tunc temporis, cultus divinus per successionem generis propagabatur ; sed post Christi adventum et evangelicæ legis prædicationem, cultus Dei non per carnis originem, sed per spiritualem propagationem et gratiam, in omnibus gentibus est et multiplicatur. Idcirco nunc plures gradus consanguinitatis a matrimonio prohibentur. **D**

Denique, una causarum conjugii, est multiplicatio amicitiae inter homines per novam consanguinitatem et affinitatem. Sed inter consanguineos tertii gradus, adhuc sufficiens amicitia manet ex consanguinitate innata : ergo et gradus ille a conjugio nunc rite excluditur.

Præterea, identitas sanguinis consanguinitatem efficit. In qualibet autem generatione, nova mixtio sanguinis fit cum sanguine alieno ; et quantum alteri miscetur, tantum a primo recedit. Quumque elementa sint quatuor, quorum unumquodque tanto facilius exstat miscibile quanto est magis subtile : idcirco in prima commixtione evanescit identitas sanguinis quantum ad primum elementum, quod est subtilissimum ; in secunda, quantum ad secundum ; in tertia, quantum ad tertium ; in quarta, quantum ad quartum. Sicque post quartam generationem rationabiliter potest iterari commixtio. Juste ergo ac sapienter ordinavit Ecclesia Christi, ut usque ad quartum gradum consanguinitatis, inclusive loquendo, excludantur a conjugali contractu cognati.

Item, una matrimonii causa, est concupiscentiæ carnalis repressio. Unde, ut etiam Rabbi Moyses ait, illæ personæ sunt a matrimonio exceptæ in Moysis lege, quæ in una solent familia cohabitare. Lex enim Mosaica cœpit concupiscentiam refrenare : et nisi inter tales personas prohibitum esset connubium, grande libidini incentivum daretur. Sed ex hoc quod personæ tam propinquæ, ut in præacta Mahomet lege permittitur, duci possunt in conjuges, datur etiam non minimum concupiscentiæ incentivum. Nec causa jam subest quæ fuit in veteri lege. Rationabiliter ergo et juste ordinavit Ecclesia, usque ad quartum gradum inclusive esse personas consanguineas a matrimonio excludendas, et in quinto gradu posse conjungi, ut et tunc amicitia renovetur : quoniam ad consanguineos tam remotos quasi nullum amicitiae fœdus habetur majus quam ad ipsos extraneos.

ARTICULUS XX.

Contra errores capituli novi.

CAPITULO isto habetur, ut *viri pecuniis suis castas feminas emant, et emptas ducant.* Itaque juxta hoc, viri divites

emunt omnes feminas pulchriores et honestiores, ita quod illex ista viris pauperibus grandem infert injuriam. Multa alia vana et frivola hic habentur, quæ supra satis sunt improbata.

Inter cetera quoque hic dicitur : *Post coitum et egestionem, antequam orent, abluantur, etc.; et si aqua non adsit, terræ mundæ pulvere quasi aqua tergendō mundentur.* Istud a perfidis Mahon accepisse videtur Judæis. Imo, quum uxor legitima possit absque peccato cognosci, si desiderio prolis ad Dei obsequium educandæ, vel ob debitum reddendum, aut certe ne in adulterium corruat, cognoscatur : quid necesse est corpus post hujusmodi coitum ante orationem lavari? Similiter egestio, quum culpa careat, lotionem non exigit. Si autem in coitu culpa fuit, lavetur anima pœnitentiæ lacrimis, imo contritionibus sanctis, et veniæ petitionibus. Interiorem etenim animæ puritatem requirit ac diligit Deus.

Insuper dicitur hic : *Deus summe criminalia peccata, videlicet ceteris majora, nequaquam, sed minora cui vult condonat.* Istud omnino mendosum est. Deus etenim nullum peccatorem, quantumlibet magnum, vult desperare de venia : imo desperatio maxime displicet Deo. Præterea, quum misericordia Dei sit penitus infinita, ineffabiliter derogat misericordiæ Dei, qui asserit eum aliquod crimen, quantumcumque magnum, nolle pœnitenti veniamque precanti ignoscere. Est quoque verbum istud contrarium sacris Scripturis novi et veteris Testamenti, in quibus sæpissime indulgentiam Deus promittit omni pœnitenti, quantumcumque peccavit, dummodo ex toto corde pœnitens veniam deprecetur. Denique, quæ peccata sunt graviora quam odium Dei, blasphemia, idololatria, occisio Prophetarum atque Sanctorum? Et tamen hæc omnia legitur Deus in veteri Testamento indulgisse. Rursus, quarto Regum describuntur peccata Manassæ regis Juda tam enormia, ut videatur vix posse homo gravius illo pec-

IV Reg. XXI,
2 et seq.

care : et tamen pœnitenti et oranti Deus ignovit, ut secundo Paralipomenon scribitur. Imo, juxta doctrinam Pauli apostoli, tanta est pietas Dei, ut frequenter ubi abundavit peccatum, superabundet et gratia. Christus quoque ante suam passionem prædixit Judæis, quod post suam passionem essent credituri in eum, sicut in Joanne legitur. Sicque Deus Pater ignovit his qui suum unigenitum Filium crucifixerunt. Verumtamen quædam peccata dicuntur irremissibilia : non quia nequam remittuntur, sed quia difficulter et raro remitti censentur.

Rursus in isto capitulo quasi ex persona Dei dicitur Mahometo : *In Dei nomine pugnam committe, nullius nisi tui solius animæ custos.* Quomodo potest hoc verbum esse verum? Si etenim Mahon fuit vere Dei propheta ac nuntius missus ad plebem suam, ergo non sui dumtaxat, sed et animarum populi cui præfuit, custos fuit, sicut ad Ezechielem Dominus ait : *Speculatorem te dedi domui Israel, etc.*

Iterum dicitur hic in Alcorano : *Cur fidem non habent, quæ nisi Dei esset, contrarietates multas obtineret?* Ad hoc respondemus, quod ex quo Alcoran multas obtinet contrarietates in quibus sibi metipsi contradicit, et utriusque Testamenti repugnat scripturis, nequaquam a Deo descendit.

ARTICULUS XXI.

Contra impietates et contradictiones capituli decimi.

DECIMO fertur capitulo : *Viri boni, quid cum illis incredulis communicatis vos? Itaque neminem eorum vobis negotiatorem seu socium vel amicum, nisi prius recta Dei via pugnatum seu prædatum iverint, associate; sin autem, eos ubicumque repertos, si sit possibile, capite et interficite.*

In verbis his, aliisque hujus azoaræ et aliorum capitulorum locis, hortatur Mahon

art. xvi. populum suum ad prædandum et occidendum incredulos sua legi. In quo sibi ipsi contrarius demonstratur. Nempe, ut tactum existimo, quarto Alcorani capitulo dicitur : *Vim nequaquam propter legem inferatis, quum recta pravaque via patefactæ sint.* Et item quinto capitulo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo : *Tuum est mea præcepta gentibus solummodo patefacere.* Rursusque capitulo nonodecimo : *Si Deus vellet, omnes terreni simul crederent. An tu gentes ad fidem et credulitatem cogere studes, quum nisi Deo volente nemo credere possit, qui malos atque incredulos in sua sorde dimittit? Tuum non est nisi injuncta illis nuntiare.* Sed et capitulo vicesimo quarto : *Nuntio (inquit) nil aliud attinet nisi præceptum cuique gentium applicare.* Capitulo quoque vicesimo primo quasi ex Deo dicitur Mahon : *Nos non misimus te custodem vel coactorem digredientium a lege. Tuum enim non est nisi tantum rem annuntiare.*

•Ecce quoties quamque evidentissime eandem ponit repetitque sententiam. Cur ergo sæpissime contra eam hortatur ad prædationem, captionem et expugnationem adversantium suæ legi, quatenus ei vel credant aut devastentur? O quam longe est ista exhortatio a doctrina Christi Apostolorumque ejus! Quum enim apostolus Jacobus Hermogenem magum penitus confudisset ac superasset, non tamen coegit eum ad fidem, sed dixit : *Vade liber quocumque volueris; non est enim disciplinæ nostræ ut invitus aliquis convertatur.* Denique, sancti apostoli Simon et Judas, quum duos nequissimos magos coram omnibus convicissent, dixerunt eisdem : *Non dignatur Deus coacta habere servitia; idcirco habete liberam facultatem faciendi quod vultis.* Item, quum S. Silvester Constantinum imperatorem convertisset ad Christum, nec tamen adhuc aliquis senatorum Romanorum vellet converti, atque ob id imperator indignans, omnes vellet occidere, S. Silvester nullatenus

A hoc permisit, affirmans coacta obsequia Deo non esse accepta.

Verumtamen christiani doctores fatentur, quod hæretici atque a fide apostatæ, qui fidem semel acceperunt, ad fidem cogendi sunt : quatenus quod promiserunt Deo et acceperunt, tenendo adimpleant. Quemadmodum namque vovere est voluntatis, reddere autem, necessitatis; sic fidem suscipere, voluntatis est, susceptam vero tenere, necessitatis. Nihilo minus hi qui fidem nunquam professi sunt, coercendi sunt ne fidem aliorum corrumpant, aut ejus diffusionem impedian, aut fideles molestent : qui tamen si victi captique fuerint, non compelluntur ad fidem; si vero præbent se ad fidem paratos, misericorditer cum eis agendum est, ut scilicet ad fidem suscipiantur, magis quam rigorose necentur.

ARTICULUS XXII.

Contra perfidias undecimi capituli, videlicet quod Christus non sit passus.

DENIQUE in isto ait capitulo Mahon : *Judæi Mariæ blasphemiam et immoderatam contumeliam inferunt, seque Christum Mariæ filium, Dei nuntium, peremisse perhibent. Sed nequaquam eum, sed sui similem suspendentes, interfecerunt; Deus vero eum ad se transmigrare fecit.* Denique, quidam inter Sarracenos diu moratus, refert quod Sarraceni asserant, Jesum hora qua eum Judæi comprehendere voluerunt, posuisse figuram suam in Judam proditorem : sicque Judæi Jesum capere æstimantes, Judam ceperunt, eique intulerunt quidquid Jesu se inferre putabant. Huic dicto concordat quod in alio Alcorani capitulo scriptum est, utpote quod *Judæi Jesu illudere æstimantes, ab ipso potius sunt illusi.* Et ecce quam stultum mendacium!

O infelix et detestabilis Mahon, quantum hæc asserendo offendisti non solum Deum, sed et Gabrielem angelum, quem

tibi familiarem finxisti ! Nempe hæc dicens, Gabrielem fecisti mendacem, qui in Daniele ait : Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus ; et non erit ejus populus, qui eum negabit. In hac visione prophetica Gabriel revelavit Danieli prophetæ certum tempus adventus Christi, et quod per Christi passionem peccata mundi essent tollenda, atque æterna justitia adducenda, omnium quoque Prophetarum oracula adimplenda. Sic namque præfato capitulo ait Scriptura : Dixit Gabriel ad Danielelem : Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et ungatur Sanctus Sanctorum, videlicet Christus. Protinusque subjungit verba præhabita, utpote : Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, etc.

Et breviter, Mahon istud proferendo mendacium, ostendit se totius sacræ Scripturæ ignarum, et utriusque Testamenti paginas sanctas, quantum in se fuit, cassavit. Nam, sicut in Actibus Apostolorum gloriosissimus apostolus Petrus protestatur, Deus per os omnium Prophetarum prænuntiavit pati Christum suum. Præterea, de Christi passione sancti Prophetæ apertissime prælocuti monstrantur. Inde etiam apud Isaiam scriptum est : Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit ; et nos reputavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo, et humiliatum ; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et rursus ibidem habetur : Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit ; cujus livore sanati sumus ; et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. De innocentia quoque Christi scribitur ibi : Iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

Et breviter, Mahon istud proferendo mendacium, ostendit se totius sacræ Scripturæ ignarum, et utriusque Testamenti paginas sanctas, quantum in se fuit, cassavit. Nam, sicut in Actibus Apostolorum gloriosissimus apostolus Petrus protestatur, Deus per os omnium Prophetarum prænuntiavit pati Christum suum. Præterea, de Christi passione sancti Prophetæ apertissime prælocuti monstrantur. Inde etiam apud Isaiam scriptum est : Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit ; et nos reputavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo, et humiliatum ; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et rursus ibidem habetur : Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit ; cujus livore sanati sumus ; et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. De innocentia quoque Christi scribitur ibi : Iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

Et breviter, Mahon istud proferendo mendacium, ostendit se totius sacræ Scripturæ ignarum, et utriusque Testamenti paginas sanctas, quantum in se fuit, cassavit. Nam, sicut in Actibus Apostolorum gloriosissimus apostolus Petrus protestatur, Deus per os omnium Prophetarum prænuntiavit pati Christum suum. Præterea, de Christi passione sancti Prophetæ apertissime prælocuti monstrantur. Inde etiam apud Isaiam scriptum est : Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit ; et nos reputavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo, et humiliatum ; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et rursus ibidem habetur : Tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit ; cujus livore sanati sumus ; et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. De innocentia quoque Christi scribitur ibi : Iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

De hac Christi passione in libro Psalmorum uberrime legitur prophetatum, præsertim in psalmo vicesimo primo, ubi passio ista tam evidenter prædicatur, ut potius videatur sanctus David rem gestam narrare quam futuram prænuntiare. Ibi etenim in Christi persona inter cetera dicitur : Ego autem sum vermis, et non homo ; opprobrium hominum, et abjectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me ; locuti sunt labiis, et moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum ; salvum faciat eum, quoniam vult eum. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt omnia ossa mea ; factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei ; aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis, et in pulverem mortis deduxisti me : quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me ; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Quasi innumerabilia vaticinia possem hic allegare ex libris veteris Testamenti. Et sicut Prophetæ ista de Christo prænuntiaverunt, ita Apostoli ea in Christo impleta esse prædicaverunt ; Christique passionem ac resurrectionem beatissimi quatuor Evangelistæ descripserunt concorditer. Jamque supra probatum est, dici non posse scripturas utriusque Testamenti esse inficiatas, aut ista de Christi passione ab aliquo esse conficta Evangeliiisque inserta. Imo quis Christianorum ista finxisset, præsertim quum tam ignominiosa ac acerbissima passio Christi auxerit difficultatem credendi in eum tanquam in unicum Dei Filium ?

O Sarraceni, si juxta præcepta Alcorani firmiter creditis Evangelio et Testamento, firmiter credite quod pro mundi salute passus sit Christus ; idque credendo, scitote certissime scripturam Alcorani esse

Dan. ix, 26.

Ibid. 22, 24.

Act. iii, 18.

Is. lvi, 4, 5.

Ibid. 12, 5, 6.

Ibid. 9.

Ps. lxxi, 7-9.

Ibid. lii, 1-11.

art. ii.

mendosam ac perfidam, atque vos ipsos A
perire in æternum in ea.

Sed forsán indecens ac injustum vobis videtur, quod Deus omnia cernens ac moderans, permisisset innocentissimum atque sanctissimum Jesum Christum a sceleratissimis crudelissimisque hominibus tam amarissima ac ignominiosissima morte occidi.

art. xv. Verum ad hoc ex dictis in primo tractatu patet responsio. Ibi enim est declaratum cur genus humanum indiguit Christi adventu, et qualiter per ejus passionem redemptum est. Et utique in hoc innoscit infinita misericordia Dei, quod ita per temporalem Christi passionem subvenit universo generi humano, liberando illud ab originalis peccati reatu atque æterno infernali interitu, reducendoque illud ad veram salutem. In hoc quoque apparet immensa justitia Dei Patris, quod maluit unigenitum Filium suum sic pati, quam peccata inulta relinquere.

Nec hoc indecens Deo est, quod electos atque carissimos suos permittit in sæculo C isto plurima pati, et ab impiis trucidari : scit enim quam utile et salubre sit hoc suis carissimis, quibus pro temporali ac brevi tormento largitur æterna, copiosissima ac gloriosissima præmia secum in cælo. Unde de Christo scribens apostolus Paulus, quod humiliavit semetipsum, factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis, mox de tantæ humiliationis, obedientiæ passionisque præmio accidentaliter subdit : Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen D quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris. Hinc David propheta testatus est : Pretiosa est in conspectu Domini, mors Sanctorum ejus ; itemque : Multæ tribulationes justorum, et de omnibus his liberabit eos Dominus. Unde et Paulus apostolus : Non sunt (inquit) condignæ passionibus hujus temporis

ad futuram gloriam. Unde ipsemet Christus ait in Evangelio : Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum ; et rursus : Beati estis quum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversus vos, mentientes, propter me ; gaudete in illa hora et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Itaque, quoniam tam ineffabilis et immensus fuit fructus passionis Christi, videlicet tanta ipsius exaltatio atque totius generis humani salvatio, decentissimum fuit quod Deus eum pati permisit. Denique a principio mundi permisit Deus sanctos et innocentes ab impiis trucidari, videlicet, Abel a Cain, Isaiam prophetam a rege Manasse, Jeremiam ab induratis Judæis.

Et quare, o Sarraceni, Christi passionem negatis, quum tamen juxta prophetæ vestri doctrinam credatis, ante finale iudicium omnes intellectuales ac rationales creaturæ, etiam sanctos ac innocentes, interficiendos, et per quadraginta annos in non esse mansuros ? Non videtur hoc vobis divinæ derogare justitiæ, tantam infligere pœnam etiam Christo sine culpa ? Postremo, etiam sexto Alcorani habetur capitulo : *Constat multos Prophetarum, viros summates, pluresque bonos, esse occisos.* Nolite ergo caritati, passioni ac ceteris beneficiis Christi diutius esse ingrati neque increduli ; sed abjecto conficto ac falsissimo Alcorano, Evangelio credite Christi, qui, ut Joannes evangelista, de cujus sanctitate non dubitatis, in suo evangelio scripsit, ait : Animam meam pono pro ovibus meis. Unde et idem S. Joannes de novo contestatur : Jesus Christus dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Rursusque verissime atque dulcissime loquitur : In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit in mundum, ut vivamus per ipsum ; in hoc est caritas : non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Hanc Sanctorum ac to-

Matth. v, 10.

Ibid. 11, 12.

Gen. iv, 8.

Joann. x, 15.

Apoc. i, 5.

Joann. iv, 9, 10.

Philipp. ii, 8.

Ibid. 9-11.

Ps. cxv, 15, sec. Hebr.

Ps. xxxiii, 20.

Rom. viii, 18.

tius Ecclesiæ fidem Deus majestatis immensæ per infinita roboravit ac probavit miracula usque in præsens.

Visiones vero frequenter fallaces sunt : quia, ut ait apostolus Paulus et experientia sæpe edocuit, Satanæ se transfiguratur in angelum lucis. Imo frequenter in specie Christi sanctis viris apparuit ut eos deciperet, sed nequivit. Hoc tango, ne Sarraceni illusionibus illudantur, aut apparitionibus credant in quibus eorum propheta fertur quibusdam apparuisse.

Alia multa stulta ac perfida in isto continentur capitulo : ut quod *Deus Filio caret*, etc. Quorum falsitas satis monstrata est. Et ut breviter dicam quod sentio, videtur mihi quod nunquam legi tam stultum et irrationabile scriptum sicut est Alcoranum : quia sæpissime præcipit Christo, Moysi Prophetisque aliis credi, et tamen omnibus illis quasi ubilibet contradicit ; facitque multas comminationes incredulis, et tamen impossibile est ut quis simul credat Evangelio librisque veteris Testamenti, et Alcorano, sicut jam satis probatum est, et infra frequenter patebit. Nec aliquid tantum miror quemadmodum quod sapientes Sarracenorum non advertunt Alcorani errores, falsitates, perfidias : quos luce clarius cernerent, si novi ac veteris Testamenti libros perlegerent.

ARTICULUS XXIII.

Contra insanias et errores duodecimi capituli.

CIRCA capituli hujus exordium sermo est de cibis prohibitis : contra quod superius satis arbitror scriptum.

Deinde subjungitur : *Viri boni, quum oratum surrexeritis, facies vestras ac manus, et brachia usque ad cubitum, et pedes usque ad tibias abluere, et capillos revolvens abstergere, et post coitum mulierum vos balneari oportet. Infirmi autem, vel in itinere positi, ab egestu aut mulierum coitu venientes, et aquam minime reperien-*

tes, facies suas et manus terræ mundæ pulvere tergant. Moxque ratio horum annectitur : Deus namque vestram munditiam diligit.

Vere, o superstitiose ac perfide Mahon, Deus fons puritatis immensæ, essentialiter sanctus ac simplex, interiorem munditiam, hoc est a vitiis immunitatem, concupiscentiarum refrenationem, virtutum sinceritatem, amat, præcipit, et requirit ; et ut vir una conjuge sit contentus, nec illam abiciat, causa fornicationis excepta ; et ne post jejunium repleat homo ventrem instar luporum ; sacris quoque Scripturis novi ac veteris Testamenti integre credat, juxta intelligentiam et expositionem eorum quorum fidem, vitam ac sapientiam sibi complacere Deus verus et vivus per certa et sibi soli possibilia protestatur miracula. Porro ad hanc internam Deo gratissimam puritatem, quid confert præfata illa corporalis ablutio, vel quomodo in ea consistit munditia quam diligit Deus, quum taliter loti vitiis pleni frequenter existant ? In qua etiam ablutionis occupatione satis multum expenditur temporis, quod alias fructuosius posset expendi. Denique egestio est opus penitus naturale, nequam culpabile. Copula vero carnalis cum uxore legitima, in his qui vere fideles sunt, potest esse non solum absque peccato, verum etiam opus virtutis, imo actus virtutum multarum, puta : justitiæ, dum fit causa reddendi debitum ; et latræ, dum fit intentione prolis ad Dei obsequium educandæ ; itemque pietatis et caritatis, dum fit ad vitandum fornicationem in compare, hoc est, ne contoralis in fornicationem labatur. Quid ergo necessaria est post actus istos præacta ablutio ? Si vero in coitu culpa fuit, abluatur anima per pœnitentiam et satisfactionem. Si autem dicatur, quod etiam in veteri Testamento aliqua talia jubebantur ; respondendum, quod hoc fuit propter mysticam significationem, quæ in evangelica lege spiritualiter adimpletur : idcirco post Christi adventum talia cessant. Porro Christus docuit nos

Luc. xviii. 1. semper orare : hinc vere fideles etiam in lecto et surgendo seque vestiendo solent orare. Fatemur tamen, quod lotio faciei in tantum expediens est ante orationem, in quantum repellit somnolentiam et torporem, facitque hominem magis vivacem atque ad opera rationis dispositum. Denique hinc Christus in Evangelio sæpe et acriter reprehendit Scribas et Pharissæos Judæorum, quod circa hujusmodi exteriores observantias et corporales munditias fuerunt multum intenti, internam vero munditiam neglexerunt.

Matth. xiiii.

Insuper dicitur hic : *Vos, Judæi et Christiani, si Dei filii suisque dilecti estis, pro ut vos dicitis, cur vobis culpas atque peccata gerentibus pœnas et malum ingerit? Certe vos nihil aliud quam homines estis a Deo creati.*

Ecce quam indoctissima omnique irrisione dignissima ac toti divinæ Scripturæ contraria sunt hæc verba! Quorum prolator totius spiritualis sapientiæ expers fuit. Imo, quoniam Christiani a Deo electi, sunt Dei filii adoptivi ac sui dilecti, idcirco eis, dum peccant, Deus correctionis suæ pœnam infligit : quatenus in præsentī vita sic castigentur, ne æternaliter condemnentur, sed per paternæ pietatis Dei flagella purgentur a culpa, impleanturque gratia, atque de cetero cautiores consistant. Hinc etenim Deus invariabilis et æternus per Joannem evangelistam testatur : Ego quos amo, arguo et castigo. Et Salomon loquitur : Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias, neque deficias quum ab eo corripieris : quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio placet sibi. Sed et in Job legitur : Beatus homo qui corripitur a Domino. Et per Jeremiam prophetam Deus locutus est : Castigabo te in judicio, ut non tibi videaris innoxius. Hinc rursus secundo Machabæorum assertur : Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. De impiis vero ac reprobis loquitur Deus per David propheta-

Apoc. iii. 19.

Proc. iii, 11, 12.

Job v. 17.

Jer. xxx, 11.

II Mach. vi, 12.

A tam : Dimisi eos secundum desideria cordis eorum ; ibunt in adinventionibus suis. Unde et Paulus apostolus scribit : Si extra disciplinam estis, ergo adulteri, et non filii estis.

Ps. lxxx, 12.

Hebr. xii, 8.

B An ideo Mahon putavit se Deo dilectum, quia tam diu permisit eum impune tot scelera agere? Imo id signum fuit quod fuit Deo odibilis, et quod voluit eum æternaliter condemnare. Hinc quoque Sarraceni gloriari non debent, quasi Deo complaciant, quia vicissim prævalent Christianis et opprimunt eos. Deus namque justus et bonus castigat et purgat electos atque fideles per infideles ac reprobos, quemadmodum per Isaiam prophetam loquitur : Væ Assur (id est regi Assyriorum) ; virga furoris mei et baculus ipse est.

Is. x, 5.

C Præterea, quod Judæi tempore veteris Testamenti dicebantur et erant filii Dei, facile est per Scripturas probare. Siquidem in Exodo Deus ait per Moysen : Filius meus Israel ; dixi tibi : Dimitte filium meum. Et rursus in Deuteronomio Moyses populo Israelitico ait de Deo : Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te? Itemque : Vidit Dominus, et ad iracundiam concitatus est, quia provocaverunt eum filii sui et filiæ. In Isaia quoque loquitur Deus de filiis Israel : Filios enutrivī et exaltavi. Et rursus Isaias dicit : Tu, Domine, pater noster et redemptor noster. Imo apud Jeremiam Dominus contestatur : Ephraim primogenitus meus ; et in Malachia : Si pater ego sum, ubi est honor meus? Fideles ergo Deum veraciter honorantes, sunt filii ejus.

Exod. iv, 22, 23.

Deut. xxxii, 6.

Ibid. 19.

Is. i, 2.

Ibid. lxiu, 16.

Jer. xxxi, 9.

Malach. i, 6.

D At vero, quod in novo Testamento, Judæis ob suam perfidiam derelictis, Christiani sint filii Dei, scriptura novi Testamenti copiosissime protestatur. Joannes namque evangelista loquens, de Christo, affirmat : Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et rursus in prima sua epistola : Videte (inquit) qualem caritatem dedit nobis Deus Pater, ut filii Dei nominemur et simus. Iterum ait Salvator : Diligite inimicos vestros, ut

Joann. i, 12.

I Joann. iii, 1.

Matth. v, 44, 45.

Matth. vi. 9. **Christus quoque docuit nos ita orare :** Pater noster qui es in cœlis, etc. Si ergo Deus est pater Christianorum, Christiani sunt filii ejus, quum pater et filius relative dicantur ad invicem. Quum itaque in Alcorano dicitur, quod « nihil aliud quam homines » sumus, fatemur quod quantum ad naturam et esse specificum, ita est. Verumtamen per dona gratiæ adoptivos Dei filios nos esse humiliter gloriamur, et super hoc divinæ pietati regratiamur. Verum ad istud sicut ad cetera **B** quoque probanda, quasi innumerabiles possem utriusque Testamenti auctoritates adducere. Sed cui hæ paucæ non sufficiunt, plures non proderunt. O Sarraceni, quibus vehementer condoleo, cur oculis (ut sic loquar) apertis pergitis ad infernum, quum tamen etiam ex his quæ in Alcorano assertive dicuntur, sequatur legem evangelicam esse divinam, legemque Mahomet impiam?

Præterea dicitur hic, quod *Moyses filiis Israel dixit se nullius nisi animæ suæ ac fratris sui moderatorem imperatoremque esse.* Quid est hoc? Nonne Moyses uxorem duosque filios habuit et sororem? Et utique magis tenebatur esse moderator ac imperator filiorum priorum ac conjugis suæ quam fratris sui. Et cur non fuit moderator et imperator animæ suæ sororis, quemadmodum sui fratris, quum femina illa fratre illo inferior fuerit? Imo, quoniam Moyses præfuit toti Israelitico populo, omnium utique illorum pro posse suo moderator fuit et imperator, sicut et **D** quilibet pastor bonus, gregis sibi commissi.

Insuper tangitur hic historia de Abel et Cain : quæ in Genesi veraciter, hic autem mendaciter recitatur. Nempe hic dicitur : *Illis, scilicet Cain et Abel, holocaustum Deo igne supposito facientibus, alterius holocaustum minime Deo collectum est. Unde alteri, scilicet Cain, dicenti fratri suo, Ego te interficiam, alter respondit : Licet manum tuam ad inferendam mihi*

mortem extenderis, ego nequaquam manum meam in te extendam. In Genesi legitur, quod Abel obtulit Deo de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum; Cain vero, de fructibus terræ. Et respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus; ad Cain vero et ad munera ejus non respexit. Porro, ubi habemus, Respexit Dominus ad Abel, etc., Theodotion transtulit : *Inflamavit Dominus super Abel et munera ejus.* Circa quod concorditer dicunt doctores, quod Abel offerente, ignis de cœlo veniens, oblationem ejus incendit, quemadmodum secundo Paralipomenon de oblatione Salomonis, et tertio Regum de oblatione Eliæ conscriptum est. Non itaque Abel et Cain oblationibus suis ignem supposuerunt; sed, ut dictum est, offerentibus eis, super unius oblationem Deus ignem misit, non super oblationem alterius. Iterum in Genesi habetur : *Dixit Cain ad Abel : Egrediamur in agrum.* Quumque essent in agro, occidit eum. Si autem primo mortem ei manifeste minatus fuisset, **C** verisimile est quod non exisset Abel cum Cain, seque cavisset ab eo.

Dicitur quoque hic : *Homines pravos ad viam rectam Deus minime dirigit.* Si hoc verum est, ergo de pravis hominibus desperandum est, quum non dirigantur in viam rectam a Deo. Et quomodo Mahon idololatra a Deo in rectum iter se fatetur directum? Denique per Isaiam loquitur Deus : *Ducam cæcos (id est vitiis obtenebratos) in viam quam nesciunt.* Nonne infideles Deus convertit ad fidem? Paulum **A** quoque apostolum, quum adhuc infidelis pergeret ad Damascum ut caperet Christianos, Christus in via corripuit, convertit, atque ad viam salutis direxit.

Amplius fertur hic : *Cur a suis primitibus mala prætermittere non jubentur viri legum, scilicet Christiani sive Judæi?* Scitote, o Sarraceni, quod Christianis omnia vitia valde prohibita sunt a Deo, et ab ejus vicariis, sanctis prælatis. Et quamvis sint aliqui christiani principes ac prælati in suorum subditorum regimine negligenti-

Gen. iv. 25.

II Par. vi. 1; III Reg. xviii. 26.

Gen. iv. 1.

Is. xlii. 16.

Act. ix. 1-20.

tes, ob id fides christiana lexque evangelica in se nequaquam minus bonæ et sanctæ consistunt : sicut nec ipsa veteris Testamenti idcirco lex Moysis minus existit bona, quoniam filii Israel eam frequenter transgressi leguntur. Non ergo vos scandalizet, quod multi Christianorum impie conversantur, quia et Christus prædixit quod multi sunt vocati, pauci vero electi. Sed hoc vos magis ædificet, quod aliqui Christianorum sancte et irreprehensibiliter vivunt, quorum et vitam sibi valde placere Deus per diversa divina et evidentiā protestatur miracula : quod nulli facit ex Sarracenis.

Matth. xx,
16, xxii, 14.

Item hic, alibique frequenter in Alcorano, graviter reprobantur Judæi, quoniam Mahometo non credunt, sed contradicunt. Verum non ideo mali aut perfidi sunt, sed quoniam Christo, eis in lege et Prophetis promisso ac desuper misso, non credunt.

Amplius quasi ex Dei persona hic dicitur : *Christo, Mariæ filio, Evangelium commisimus, quod est lumen et confirmatio, et castigamen ac recta via.* Si hoc ita est, cur Evangelio, o Sarraceni, non creditis? Cur a Christo Christiani fieri et vocari non properatis? Nec dicere potestis Evangelii textum esse corruptum, aut aliter intelligendum quam Ecclesia universalis illum intelligit, ut diligenter probatum est. Et quoniam Evangelio ita non creditis, idcirco in tenebris defectuque mentis et via obliqua estis. Christus quippe in Evangelio ait : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intrare regnum Dei. Credite verbo huic, et convertimini plene ad Christum, ut impleatur in vobis quod de conversis ad Christum vaticinatus est Isaias : Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.*

art. ix.

Joann.
iii, 5.

Is. li, 2.

Rursus quasi a Deo hic dicitur : *Sua cuique a nobis sunt posita lex atque judicia.* Si per verba hæc Mahon dicere voluit, quod unicuique genti Deus specialem contulit legem, mentitus est : quia, ut in Jer. x, 2. Jeremia scriptum est, leges populorum

Jer. x, 2.

vanæ sunt, omnium scilicet non credentium in Christum. Satis quoque probatum est, omnes populos ad fidem legemque Christi nunc obligari.

lib. I, art.
xvi.

Præterea dicitur hic : *Sciendum viros legum nullius legis fideive perfectionem assequi, nisi Testamenti et Evangelii ac hujus libri a Deo positi præceptis obediant.* Si hoc verum est, scitote, o Sarraceni, quod nec vestræ legis poteritis assequi perfectionem, nisi et baptizemini in nomine Patris et Filii ac Spiritus Sancti (hoc enim Evangelium jubet), credatisque Christum esse Dei Patris unigenitum Filium, nec aliquem posse salvari nisi credentem in Christum et ejus legem servantem. At vero satis ostensum est, tempore evangelicæ legis non posse servari legalia Testamenti, quod item præcepta Evangelii et Alcorani sunt sibi invicem impossibilia et incompatibilia. De istis, quia præhabita sunt et probata, pertranseo.

Matth.
xxviii, 19.

lib. I, art.
xviii.

lib. II, art.
xi-xiv, xix
et s.

Dicitur quoque hic : *Omnes dicentes Christum, Mariæ filium, Deum esse, mendaces atque increduli sunt reperti, quum Christus ipse dixerit : Filii Israel, in Deum, Dominum meum et vestrum, credite.* Perfidia atque insania hujus dicti copiose reprobata sunt. Verumtamen concedimus quod Christus Deum universorum creatorem vocavit Deum suum. In quantum etenim Christus est homo, Deus universorum est Deus ipsius. Unde in evangelio Joannis post resurrectionem locutus est : *Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.*

lib. I, art. ix.

Joann. xi,
17.

Additur autem hic Christum dixisse, quod *quicumque Deo socium aut participem posuerit, ignem intrabit perpetuum.* Fatemur quod Christus docuit non nisi unum verum esse Deum : quem nihilo minus docuit tam vere esse trinum in personis, quam vere unum ac simplicem in natura. Proprie quoque loquendo, Filius et Spiritus Sanctus non sunt dicendi participes Dei Patris. Particeps enim quasi partem capiens appellatur : Filius vero et Spiritus Sanctus totam deitatis plenitudi-

nem a Deo Patre emanatione æterna, invariabile et immanente suscipiunt. Imo rationales creaturæ dicuntur participes Dei, non quod aliquid deitatis in eis sit, sed quoniam aliquid divinæ perfectionis ab Altissimo sortiuntur, suoque Creatori per gratiarum charismata assimilantur. Propter quod sacratissimus princeps Apostolorum Petrus in sua secunda scribit epistola : Maxima et pretiosa promissa nobis Deus donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ. Hinc homines sancti in Scripturis dii vocantur, juxta illud in Psalmo : Ego dixi, Dii estis, et filii Excelsi omnes. Christus quoque in Evangelio protestatur : Illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura. Præterea, non ponimus Deo socium quasi substantialiter ab eo distinctum ; non tamen in tanta solitudine ponimus eum, ut superdulcissimo ac superjucundissimo Filii ac Spiritus Sancti consortio eum carere dicamus. Imo homines virtuosus et angeli Deo per caritatem uniti et eo fruentes, societatem quamdam habent cum ipso, quia beatitudinem suam Deus eis modo quodam communicat, et familiariter valde ac amicabilissime se habet ad eos. Unde in principio suæ epistolæ sanctus scribit Joannes apostolus : Societas vestra sit cum Deo Patre et Filio ejus Jesu Christo.

Dicitur quoque hic : *Christus non est nisi nuntius Dei*. Falsum est hoc, quum ipsemet Christus in Evangelio protestetur, Ego et Pater unum sumus : unum videlicet in essentia, non in persona. Et rursus in evangelio S. Joannis habetur, quod Judæi quærebant Jesum lapidare, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se Deo faciens, id est dicens. Unde et denuo Christus ait : Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est. Hoc autem quid est, nisi divina essentia omni dignior creatura, quam Pater per æternam et incomprehensibilem generationem immanentem Filio communicavit ac dedit? Nihilominus Christi

secundum quod homo, Dei ac hominum mediator, Dei nuntius fuit. Et horum utrumque sanctissimus Isaias propheta fatetur ac docet : Puer (inquiens) natus est nobis, et filius datus est nobis ; et vocabitur Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. O Sarraceni, scripturis evangelicis atque prophetis, quas et Mahon a Deo esse fatetur, sinceriter credite, erimusque concordēs, et simul salvabimur, dummodo evangelicæ legis præcepta servemus. Postremo, manducare, bibere, dormire, mori, sepeliri, resurgere, Christo non nisi secundum humanam competeabant naturam.

ARTICULUS XXIV.

Contra errores tertiidecimi capituli.

IN exordio hujus capituli dicitur, quod *sacerdotes ac præsules Christianorum Mahometo crediderunt*. Sed hoc nullatenus verum est, loquendo de sacerdotibus atque episcopis catholicis veraciter christianis. Sed forsitan quidam sacerdotes et præsules hæretici, maxime Nestoriani, ei aliquid crediderunt. Unde doctor sarracenus de quo superius tactum est, in sua ait epistola : Nestoriani propinquiores sunt illis qui veritati consentiunt, acutiores etiam in disputationibus magisque nobis consentientes in his quæ credimus. Quorum sectam propheta noster Mahomet præcipue laudasse videtur. Veneratus enim est eos, et pactum cum eis iniit, proposuitque tam ipse quam socii ejus, ut eos inter se cum benevolentia et modestia tractarent, et privilegia contulit eis ; atque frequenter venit ad eos, et divinam cum eis colloquutionem habebat : siquidem istius sectæ viri annuntiabant ei, antequam verbum Dei descenderet super eum, omne id quod præstitit ei Deus.

Insuper dicitur hic : *Mechæ domum et mensas et oblationes Deus Haran hominibus constituit*. Ad hoc ex verbis Dei respondeo, qui per Malachiam ait obstinatis

Malach. i. Judæis : Non est mihi voluntas in vobis, **A** et munus non suscipiam de manu vestra ; ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Hinc itaque vere fideles non oportet ire ad templum Mechæ causa orationis et immolationis, sed in omni loco et templo Christianorum rite adoratur et colitur Deus.

lib. I. art. I. Amplius in isto capitulo multa sublimia de Christo scribuntur, quæ superius introducta recorder. Verumtamen quædam falsa ac fabulosa miscentur, quæ partim præhabita sunt ; et nunc alia tangam. Nam *lib. II. art. XVII.* dicitur hic : *Deo a viris vestibus albis indutis quærente an in se nuntiumque (scilicet Christum) crederent, responderunt : Credimus, et tu testis es. Deinde eisdem a Jesu quærentibus an Deus mensam cælestem super eos ponere potens esset, Jesus respondit : Si creditis in Deum, ipsum time. Illis autem dicentibus, Volumus inde comedere ad nostrorum cordium confirmationem, ut quum te verum dixisse sciverimus, cum nostro testimonio confirmemus. Deinde Deum Christus oravit : O Deus, mensam nobis cælestem tribue. Quem Deus exaudiens dixit : Ego eam illis præbebo.* Istud est vanum et frivolum. Non enim tam imperiti fuerunt Apostoli quin agnoverint Deum esse omnipotentem, et mensam cælestem eis dare potentem. Neque Apostoli crediderunt corporalem a Deo mensam post vitam præsentem percipere : unde nec talis mensæ præ gustationem petebant.

Consequenter hic dicitur : *Deo dicente, O Jesu, Mariæ fili, tu persuade hominibus ne loco Dei te et matrem tuam duos Deos habeant et venerentur ; respondit Jesus : Nolit Deus ut ego quid præter verum dicam ; et si protuli, tu nosti : quia tu cordis mei arcana penetras, ego vero tui nequaquam. Tu scis nil me hominibus nisi mandata tua dixisse, scilicet quod Deum meum ac suum invocent et adorent.*

Ista sunt verba conficta, hæretica, atque

evangelicis verbis contraria. Scriptum est enim : Pater omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem ; qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Et verba hæc Christus protulit de se ipso, ut evangelista Joannes testatur. In quibus se docuit honorandum veneratione patriæ, quemadmodum Pater illa veneratione honoratur et colitur.

Rursus loquitur Christus : Quæcumque fecerit Pater, hæc et Filius similiter facit.

B Ex hoc patet quod Patris et Filii sit una et eadem operatio ad extra. Unde ibidem subjungitur : Sicut enim Pater suscitatur mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat. Quemadmodum ergo Patris et Filii est operatio una ac indivisa, ita et una potentia ac una essentia, imo et una sapientia : quoniam quidquid absolute dicitur, Patri ac Filio et Spiritui Sancto commune est, et unum in tribus. Sola quippe relatione distinguuntur ab invicem divinæ, æternæ et increatæ Personæ. Denique supra abundanter probatum est, quod Christus docuit esse se verum Deum, Patri consubstantialem, coæternum et coæqualem. Unde quod in verbis memoratis fertur Christum dixisse, quod ipse non penetraret secreta cordis Dei, mendosum est, et verbis Christi contrarium. Ipse etenim Deum Patrem tam perfecte ac comprehensive cognoscit ut Pater eum. Idcirco ait : Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius ; et rursus : Patrem non vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem. In quibus verbis, per eum qui est a Deo, Christus intellexit se ipsum. Iterum habetur : Deum nemo vidit unquam ; unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Christus ergo Unigenitus Dei existens, qui est in sinu, id est in mente, æterni Patris, tanquam Verbum paternæ mentis, Deum Patrem plene omnino cognoscit. Ad quod probandum, omnia possent induci per quæ supra probatum est quod Christus sit Deus. De quo Joannes asserit : In principio

Joann. v. 22, 23.

Ibid. 18.

Ibid. 19.

Ibid. 21.

lib. I. art. IX.

Matth. XI. 27.

Joann. VI. 46.

Ibid. I. 18.

lib. I. art. IX.

Joann. I. I.

erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, A et Deus erat Verbum.

Postremo, nullus Christianorum unquam tam stolidus fuit, ut Mariam Christi matrem cultu latriæ adoraret, aut Deum putaret. Soli etenim Creatori incomparabili et immenso cultus latriæ est impendendus. Creaturis vero rationalibus cultus duliæ exhibetur. Verumtamen Christi humanitati, seu Christo ut homini, ejusque Matri, cultus hyperduliæ rite impenditur, eo quod Christi humanitas sit Verbo æterno unita unione hypostatica, et mater ejus Maria sit Mater unigeniti Filii Dei, et per consequens Genitrix veri Dei, sicque comparentalis Deo Patri : quia unum atque eundem cum illo Filium habet ; non tamen secundum eandem Filii hujus naturam, ne Mahomet suspicetur quod Maria fuerit uxor Dei, et ex ea quasi ex conjuge Deus sumpserit Filium : hoc imaginari rudissimum est. Sed sicut Filius Dei habet in cœlis Patrem sine matre, ita in terris habuit virginem Matrem sine patre. Idem tamen utriusque est Filius. Atque ob maternitatem beatissima Virgo est dignitatis quodammodo infinitæ, omni utique pura creatura præstantior, regina cœli, domina mundi, advocata hominum imperatrixque angelorum.

ARTICULUS XXV.

Contra errores capituli quartidecimi.

HOC capitulo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo : *Tu nequaquam ad incredulos cum manifestis Dei miraculis venies, quoniam ea velut otiosa atque contraria reputarent.*

Circa hoc doctor sæpe præallegatus in sua scribit epistola : Videamus quale sit illud, quod sibi dicit Deum dixisse : *Nisi sciremus eos tibi non credituros, sicut nec aliis crediderunt, daremus tibi signa atque prodigia.* Et quidem de Judæis, quod aliqui signis Moysis non crediderunt, dici potest hoc : tamen ad Arabes quid pertinebat, qui nec prophetam viderant, et ideo

nec signa prophetica contempsisse unquam potuerant? Cujus autem impudentiæ est, dicere illos signis ejus non credituros, qui non sine signis tantum, sed et absque aliquo alicujus boni indicio (quod nec pecora facere deberent) pessimæ vitæ homini crediderunt? Hæc doctor præfatus.

Præterea, verbum istud nullam prorsus apparentiam habet, nec rationi dumtaxat, sed et experientiæ obviat. Ratio enim docet, quod argumenta sint proportionanda doctrinæ probandæ. Ideo supernaturalis doctrina lexque divina, per supernaturalia argumenta, hoc est per divina solique possible Deo miracula, sunt probandæ, instituendæ ac roborandæ ; sicque factum est in donatione ac promulgatione doctrinæ ac legis Christi ac Moysis. Talia quippe miracula sunt quasi Dei verba et testimonia ac sigilla, quæ falsitati et impietati probandæ nunquam adhibuit Deus. Unde terrore gladii et virtute armorum introducere novam legem, doctrinam et fidem, tyrannicum est, non divinum. Hinc rursus præfatus asserit doctor : Ego mirari non sufficio quomodo persuaderi potuerit, non dico alicui sapienti, sed qui vel per somnum aliquid humani cordis se habere putaret, istum esse prophetam, quum ejus et vita et doctrina ita contrariæ sint, non solum legi divinæ, verum etiam honestati humanæ, ut ipsa quoque bruta animalia pene hoc intelligere possint. Sed, ut interim aliquid inde dicamus, quis unquam sanctorum ac divinatorum nuntiorum quos a Deo missos esse cognovimus, in terrore gladii se missum asseruit? Quis tam facinorose vixit? Quis tantas spurcitas docuit? aut quis ita ventri atque libidini genus humanum prostituit? Hæc doctor præfatus.

Denique, quantæ calliditatis id fuit, ut quum sciret se non posse miracula facere, quum tamen deceret, eo quod Dei prophetam ac legislatorem se esse asseruit (propter quod etiam homines ab ipso miracula requirebant, ut quintodecimo Alcorani capitulo scriptum est) : quantæ, in-

quam, versutiæ fuit, quod finxit Deum A præfacta verba dixisse, quæ tamen, ut dixi, rationi et experientiæ prorsus repugnant? Nonne experientia docet quod operationes miraculosæ potissime movent, alliciunt delectantque homines, ita ut credant ac faciant quæ alias nullatenus crederent nec patrarent? Istud quoque in Apostolis et ceteris sanctis Christi discipulis experientia demonstravit: quia nec per eloquentiam, nec per potentiam, nec per humanam sapientiam, sed per divina miracula, totum pene mundum ad tam supermirabilem B fidem tamque arduam legem præclarissime converterunt. Hinc ipsemet Christus ait Judæis: Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me; itemque: Si non facio opera Dei, nolite credere mihi; si autem facio, et si non vultis mihi credere, operibus credite. Itaque juxta hoc, quoniam Mahon opera Dei miraculosa non fecit, et nihilo minus novam legem dare inauditaque docere præsumpsit, non est ei credendum. Nec obstat quod aliqui duri, protervi et irrationabiles homines non crediderunt miraculis: non enim est talium standum iudicio.

Insuper, in fine hujus capituli ponitur unum verbum præinducto hujus capituli verbo contrarium. Nam quasi ex Dei persona dicitur ibi ad Mahomet: *Si tibi molestum est quod tibi non credunt, caelos, si potes, per scalas ascende, ut cum virtutibus atque miraculis advenias*. Quasi dicat: Si cum virtutibus miraculisque venires, tibi plus crederetur.

Rursus hic dicitur quasi a Deo ad Mahon: *Increduli licet omnes virtutes omniaque Dei viderent miracula, nunquam, nisi tecum disceptatione facta, crederent, quum dicant hæc nequaquam fieri, nisi per prævias incantationes*. Istud inane et frivolum est, quum jam a Deo sint facta multa miracula, quæ per incantationes et magicas artes nullatenus fieri possunt: ut quod eodem tempore tribus diebus fuit *Egyptiis caligo continua per radiorum*

subtractionem solarium, et filiis Israel lux diurna per effusionem radiorum solis in terra Gessen, ut in Exodo scribitur; item, quod sol et luna steterunt spatio diei unius ad petitionem Josue absque motu; multa quoque similia. Nec quisquam tam amens est qui talia per incantationes fieri affirmaret.

Amplius dicitur hic, quod increduli in igne inferni dicturi sunt: *Si liceret nobis regredi, Dei præceptis pareremus*. Circa hoc respondemus, quod damnati nunquam de suis dolent peccatis in quantum sunt Dei offensiva, sed in quantum sunt eis tantæ miseræ causa. Idcirco nec dicent, quod darent se ad virtutes veraciter, vel ad Dei præcepta servanda sinceriter, si liceret eis reverti. Sunt enim in malo totaliter obstinati, omne bonum honestum perpetuo abhorrentes, Deum quoque inflexibiliter invidentes, prout supra plenius

est probatum. Postremo hic dicitur: *Quod si daretur eis reditus, ut prius, mendaces effecti, nullam nisi suam viam ducerent, etc.* Istud rationi et experientiæ contrariatur. Si enim damnati redirent ad vitam hanc, memores essent pœnarum quas pertulerunt, et omnino satagerent ne retruderentur ad eas. Reducti quoque ad vitam hanc, erepti essent ab illa inflexibili obstinatione in malo quæ permanet in inferno. Denique tempore evangelicæ legis sæpissime accidit quod defuncti sunt suscitati, quorum aliqui pœnas inferni, aliqui purgatorii pœnas fuerunt experti. Et hi pene omnes maxime pœnituerunt, et pœnitentiam summam fecerunt.

ARTICULUS XXVI.

Contra errores quintidecimi capituli.

QUASI ex Dei persona dicitur Mahometo in capituli hujus exordio: *Tu nullatenus cum auditu carentibus sermonem ineas*. Per auditu carentes, ni fallor, designat incredulos, de quibus et Moyses

Deut. xxx. ait : Non dedit vobis Dominus aures quæ
 4. *wpossint audire.* Sed huic verbo videtur
 contrarium, quod frequenter in Alcorano
 præcipitur Mahometo ut *verba Dei incre-*
dulis nuntiet, et omnes ad suam legem
invitet. Ergo cum eis sermonem debebat
 inire.

Insuper hic habetur : *Hic liber, videlicet*
 Alcoran, *nihil prætermittit.* Fateor quod
 nihil falsitatis, nihil perfidiæ, nihil hære-
 ticæ pravitatis omittit. Nec solum theolo-
 gicis, sed et philosophicis veritatibus valde
 art. vi. repugnat, ut patuit et patebit.

Rursus hic dicitur : *Quis deterior quam*
Deo mendacium imponens, vel se missum
fuisse nuntium mendaciter perhibens?
 Hoc Mahon inseruit, ne videretur esse ta-
 lis, puta hoc faciens : similis meretrici,
 quæ (ut Salomon scribit) quum fornicata
 fuerit, tergite os suum, dicens : Non pec-
 cavi. Sed Deus ei dicturus est, imo et di-
 xit : *Ex ore tuo te judico, serve nequam.*
 Mentita est namque iniquitas sibi ; et
 quidquid Mahon contra incredulos dicit,
 redundat in ipsum et in ejus sequaces.

Præterea, in sextodecimo capitulo dicitur :
In Deum credentes et ejus præceptis
obedientes, licite de rebus omnibus super
quas nomen Dei invocatum est, de aliis
vero nequaquam, nisi necessitate cogente,
comedere queunt. Istud dissonare videtur
 p. 294 C. a verbis quibus supra jam quidam cibi
 prohibiti sunt strictius quam hic, præsertim
 caro suilla.

ARTICULUS XXVII.

Contra stultitias sequentis capituli,
scilicet septimidecimi.

CAPITULO isto quasi ex Dei persona
 hominibus dicitur : *Ego præcepi ut*
angeli se patri vestro, scilicet Adæ, hu-
miliarent ; præceptoque meo omnes, ex-
cepto Beelzebub, paruerunt. Ecce his ver-
 bis videtur insinuari causa ruinæ angeli
 primi apostatæ, quod scilicet ideo cecidit,
 quia inobediens fuit Deo jubenti ut se

A humiliaret homini protoplasto. De hac re
 in multis Alcoran passibus scriptum est.
 Nam alio loco asseritur, *Deum angelis*
præcepisse ut se in terram prosternerent
coram Adam.

Sed istud non consonat divinis Scripturis,
 in quibus alia causa ruinæ angelicæ
 edocetur. Siquidem in Isaia sub persona
 regis Babylonis de casu hujus angeli legi-
 tur : Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, *In. iur. 12.*
 qui mane oriebaris, qui dicebas in corde *14:*
 tuo, In cælum ascendam, supra astra cæli
 B exaltabo solium meum, sedebo in monte
 testamenti, ascendam super altitudinem
 nubium, similis ero Altissimo ? Istud ita-
 que fuit primi angeli transgressoris pec-
 catum, quod voluit Deo creatori inordi-
 nate assimilari. Voluit namque angelis,
 quibus per naturalem perfectionem ac
 speciem dignior fuit, præesse, non se-
 cundum Dei altissimi dispositionem ac
 legem, sed secundum propriam volunta-
 tem. Et sic renuit Deo debito modo sub-
 esse, et aliis voluit non recte præesse,
 C velut si princeps militiæ velit præesse mi-
 litibus, non secundum regis sui statutum,
 sed secundum proprium sensum. Atque
 in hoc inordinate appetiit assimilationem
 divinam : quoniam Deo est proprium, se-
 cundum proprium velle præesse, et nulli
 subesse.

Porro ad istam relationem movit ange-
 lum illum consideratio ingenitæ et natu-
 ralis perfectionis ac excellentiæ suæ :
 quam intuendo inordinate complacuit sibi
 in se, nec retulit eam ad debitum fi-
 D nem, puta ad Creatoris honorem et glo-
 riam ; sed sistebat in consideratione præ-
 fata, atque ex ea ad illam superbiam est
 inductus. Istud quoque tangit Scriptura,
 quoniam per Ezechielem dicit Deus angelo
 huic : Tu signaculum similitudinis, ple-
 nus sapientia et perfectus decore, in deli-
 ciis paradisi Dei fuisti ; tu Cherub extensus
 et protegens, posui te in monte sancto
 Dei, in medio lapidum ignitorum, donec
 inventa est iniquitas in te ; elevatum est
 cor tuum in decore tuo, et perdidisti

sapientiam tuam in decore tuo, et ejeci te de monte sancto Dei. **Ecce hæc est** sacræ Scripturæ doctrina. Nullibi vero in divina invenitur Scriptura, quod Deus præcepit angelis ut ita humiliarent se Adæ, aut quod istud fuit peccatum angeli primi apostatæ, quod noluit se Adæ humiliare.

art. x. Ante quoque reprobatum est fundamentum dicti istius. Nam ideo Mahomet dixit istud, quia putavit quod Adam tunc habuit majorem notitiam rerum quam angeli, qui idcirco jussi sunt ei se humiliare.

Denique, si (ut dictum est) omnes angeli Deo obedierunt, humiliando se Adæ, præter Beelzebub principem dæmoniorum: ergo solus ille tunc dæmon effectus est; et non erit nisi unus diabolus, scilicet angelus ille. Nequaquam enim probabile est, quod aliqui angeli viso casu angeli hujus peccaverint postea. Et si aliqui postea peccaverunt, quæritur quando, et quid fuit eis peccandi occasio. Præterea, angeli qui post suam creationem ad suum se converterunt Creatorem, protinus meruerunt beatificari a Deo et confirmari in bono, ita quod postea nullatenus peccaverunt. Itaque, si angeli universi Deo taliter obedierunt præter Beelzebub, omnes beatificati et confirmati fuerunt, nec postmodum lapsi sunt, nec erit diabolus nisi unus. Cujus oppositum docent experientia et Scriptura. Siquidem Christus in

Marc. v. 9. Evangelio ab uno obsesso legionem dæmonum scribitur ejecisse. Et in Job asseritur, quod Deus in angelis suis reperit pravitatem.

Deinde in isto capitulo subditur: *Deo autem illum, puta Beelzebub, interrogante qua de causa non obediret, respondit: Ego factus de igne, illi de terræ limo plasmato prævaleo.*

Ecce imperitum verbum. Probant enim Peripatetici, Aristoteles, Averroes, Avicenna, et eorum sequaces, quod intelligentiæ, quos angelos nuncupamus, sunt separatæ substantiæ, tanquam immunes a materia. Non ergo sunt factæ de igne. Præterea, processus creaturarum a Deo,

A per similitudinem quamdam efficitur, ut probant philosophi. Omnis enim effectus est quædam participata similitudo suæ causæ: nam agens producit simile sibi. Quum ergo Deus sit infinitæ simplicitatis ac puritatis, videlicet purus et incircumscriptibilis actus, in quo nec est materia terminans, neque potentialitas limitans, nec differentia contrahens, non congruit decentissimo ordini universi, ut primæ et nobilissimæ creaturæ, Creatori propinquissimæ, sint ex igne plasmata, aut tam materiales, elementares atque compositæ. Sed, sicut divinus ac beatissimus Dionysius a sancto apostolo Paulo instructus, in libro de Angelica hierarchia testatur, angeli sunt deiformes intellectus supermundanique animi, incorporales ac simplices mentes. Verumtamen a divina simplicitate ac puritate occumbunt infinite: quia in eis sunt, *quo est et quod est*, seu actus et potentia; differunt quoque in eis, esse, posse et agere; et habent differentiam contrahentem. Ad istud probandum possem utique plurimas rationes subtiles theologicas philosophicasque inducere; sed brevitati in omnibus studens, pertransseo. Verumtamen tango hoc, quod angeli in Scripturis spiritus appellantur, tanquam incorporales simplicesque substantiæ. Et si ita non est, quomodo potuit dæmonum legio esse in homine uno?

Sed forsitan hoc aliquem potest movere, quod fertur in Psalmo: Deus facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. Ad quod faciliter respondetur, quod Deus dicitur angelos sibi ministrantes facere ignem urentem, propter ignis proprietates, videlicet propter caritatis eorum ardorem, naturæque activitatem. Unde et Paulus ait apostolus: Deus noster ignis consumens est. Christus quoque in Evangelio: Ignem (inquit) veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur? per ignem intelligens caritatem.

Dicitur quoque hic, quod *Deus præcepit Noe ut hominibus persuaderet unum solum invocare adorareque Deum*, et quod

cap. ii.

Ps. ciii, 4.

Hebr. xii,

29.

Luc. xii, 49.

ei plurimi contradiixerunt, quasi multorum deorum cultores : quos idcirco Deus submersit. Istud stare non potest. Idololatria namque in prima mundi ætate, quæ duravit ab Adam usque Noe, non fuit. Nec in Genesi sanctus Moyses idololatriam docet fuisse causam diluvii, sed abominabilia vitia carnis : quia, ut in Genesi scriptum est, omnis caro corruerat viam suam. Porro idololatria post diluvium cœpit a Nino rege Ninive, ut in libro Sapientiæ tangitur, vel a Nemrod, ut aliqui dicunt. In prima vero mundi ætate, propter recentem creationis mundi memoriam, unum dumtaxat mundi creatorem, omnium verum Deum, homines adoraverunt, ut Sancti concorditer dicunt.

Consequenter hic fabulosa et falsa scribuntur, videlicet quod *quum serpens* (seu *draco*, ut hic dicitur) *Moysis devorasset serpentes* (vel, ut hic dicitur, *phantasias*) *magorum Pharaonis, omnes magi superati genua sua coram Moyse flectebant, confitentes se Deo Moysis subjacere. Idcirco Pharaon indignatus dixit eisdem : Manibus vestris pedibusque abscissis, suspendam vos.*

Istud contrariatur sacræ historiæ descriptæ a Moyse. Legitur namque in Exodo, quod post conversionem virgæ Moysis in serpentes et devorationem præfatam, Pharaone in sua malitia perdurante, Deus convertit aquas Ægypti in sanguinem. Quo viso, vocavit Pharaon suos magos sive maleficos, et incantationibus suis fecerunt similiter, aquam scilicet convertendo in sanguinem. Pharaone itaque in malitia

permanente, Deus tertio loco produxit innumerabiles ranas. Fecerunt autem malefici Pharaonis similiter, eduxeruntque incantationibus suis ranas. Deinde quarta vice produxit Deus innumerabiles scinifes. Nec potuerunt magi Pharaonis similiter facere ; sed dixerunt : *Digitus Dei est hic.*

Quinto Deus produxit innumerabiles mures. Sexto percussit animalia Ægyptiorum. Septimo loco immisit Ægyptiis vulnera vesicarum, in tantum quod malefici

stare non poterant coram Moyse, ut in Exodo habetur. Ergo tunc usque magi Pharaonis in sua incredulitate manserunt, nec in signo primo fuerunt conversi. Nec dici potest, quod isti magi fuerunt alii ab illis, præsertim quum in isto Alcorani capitulo scriptum sit, quod *antequam draco Moysis devoravit serpentes magorum, Pharaon misit per singulas urbes Ægypti, et omnes sapientes magos adunari præcepit.* Quibus ad se venientibus, ut hic fertur, Moyses virgam suam projecit, et vertebatur in colubrum.

Præterea dicitur hic : *Homines Pharaonis dixerunt ad eum : Si Moysen et fratrem ejus terram tuam sic vastare tuamque gentem sibi allicere dimiseris, idolum tuum et te prorsus negligendo dimittent. Responditque Pharaon : Ego fortis et potens super eos, eorum infantes occidam feminasque custodiam.*

Ecce hoc loco Mahomet imperitiam suam inexcusabiliter demonstravit. Nam, ut in Exodo scriptum est, ista occisio masculorum infantium, et custodia seu reservatio femellarum, cœpit antequam Moyses natus est, ita quod Pharaon eam præcepit Moyse nondum nato. Illeque Pharaon alius fuit ab isto coram quo Moyses signa fecit. Utinam, o Sarraceni, ista ac alia pensaretis : protinus Alcoranum abjiceretis, et vere crederetis in Christum.

Adhuc quasi ex Dei persona hic dicitur : *Sic ergo* (scilicet prout prædictum est) *Pharaone ejusque gente deletis, filios Israel transfretare fecimus, id est submersis Ægyptiis.* Si vult dicere, quod navigio aut alio quovis vehiculo transfretaverunt mare Rubrum, contrarium est veritati Scripturæ : quoniam in Exodo scriptum est, quod Deus divisit aquas maris Rubri, ita quod filii Israel transierunt per siccam terram, super quam ante aqua currebat, et aqua fuit eis quasi murus a dextra et a sinistra. Item, quod dicitur hic, « *Pharaone ejusque gente deletis, filios Israel transfretare fecimus* », non concordat Scripturæ divinæ, quæ præ-

Sep. xv.
13.

Gen. vi, 12.

Cf. t. vii.
p. 527 D'.

Exod. vii,
10-22.

Ibid. viii,
5-7.

Ibid. 16-19.

Ibid. 24.

Ibid. ix, 6.

Ibid. 10, 11.

Exod. i, 22.
u, 1, 2.

Ibid. xv.
21, 22.

fato Exodi docet capitulo, quod filii Israel transierunt ~~per medium maris~~ Rubri siccatum, et insecutus est eos Pharaon cum populo suo; egressisque filiis Israel, iubente Deo, aquæ maris Rubri ad priorem locum fluentes operuerunt Ægyptios. Ergo postquam filii Israel transierunt viam maris Rubri, deletus est Pharaon cum exercitu suo.

Deinceps hic subditur: *Filii Israel deinde inuenientes homines idolorum cultores, precati sunt Moysen ut eis imagines similiter constitueret.*

Istud faciliter reprobatur: quia, ut in Exodo legitur, quum eduxisset Dominus filios Israel de Ægypto, non duxit eos per viam terræ Philistiim, quæ vicina est, sed circumduxit eos per viam deserti. Sicque venerunt per desertum usque ad montem Sinai, antequam venerunt ad aliquam habitabilem terram aut aliquam gentem. Deinde, antequam a monte Sinai recesserunt, vitulum conflatilem adoraverunt: propter quod scelus, Moysen præcipiente, occisa sunt viginti tria millia hominum, ut in Exodo describitur. Diu post hæc, filii Israel ad terras habitabiles ac gentes idololatrias devenerunt, sicut ex Deuteronomio potest probari. Nullam ergo apparentiam habet, quod filii Israel post tam horribilem Moysis ultionem idololatrias Israelitis illatam, deprecati sint Moysen ut eis idola gentium quas in itinere conspexerunt, statueret. Imo, quum Moyses jam ante sæpissime idololatriam prohibuerit eis, etiam grandi sub comminatione, nequaquam ausi fuissent sibi hoc ipsum proponere.

Dicitur quoque in isto capitulo: *Lot increpanti gentem suam, videlicet Sodomitas, ob scelus inauditum, a nemine prius perpetratum, etc.* Istud stare non potest, quoniam Genesis sexto habetur: *Omnis caro corruperat viam suam.* Circa quod scribunt doctores, quod homines tunc non solum peccata fornicationis ac adulterii commiserunt, sed etiam contra naturam. Et textus hoc sonat; atque ob

A hoc Deus adduxit diluuium diu ante Lot.

Amplius recitatur hic fabula una ridiculosa atque mendosa, videlicet quod *Moyses ascensurus in montem Sinai, dixit Aaron fratri suo: Tu meus interim esto vicarius.* Hoc potest saluari. Sed subditur quod *Moyses veniens, scilicet ad montem, dixit: Tu, Deus, ut te videam, mihi præsta.* Cui respondit Deus: *Me non videbis, nisi mons a te visus, loco suo permaneat. Eo montem ascendente, ipse mons in minimum atque minutum redactus est pulverem.* Unde *Moyses quasi mortuus cecidit.* Curatus autem dixit: *O Deus, ego tuus sum, et primus in te credens.*

Ecce quam stulta narratio, et Scripturæ sanctæ contraria! Siquidem, ut Exodi tricesimo tertio legitur, post tabularum Dei digito inscriptarum collationem, et vituli aurei confractionem, legisque lationem, Moyses Dominum exoravit, dicendo: *Ostende mihi faciem tuam.* Et tamen hic dicitur istud orasse antequam legem tabulasque suscepit. Præterea, Deo super montem

C Sinai descendente, mons ipse fumabat atque terribilis apparebat, ut Exodi nonodecimo fertur. Verumtamen mons integer mansit, et Moyses sæpe in eum ascendit, ac inde descendit. Abeuntibus quoque inde filiis Israel, mons integer est relictus. Et dato quod comminutus fuisset in pulverem, non est verisimile quod Deus permisisset Moysen, virum sanctissimum, taliter labi ac lædi: sed vel tenuisset eum in aere, quemadmodum tenuit filios Core, igne patrem eorum deglutiente, ut Numerorum vicesimo sexto tangitur; aut certe cadentem præservasset a læsione, sicut in novo Testamento aliquos Sanctos ab alto præcipitados aut lapsos, ab omni læsione servavit immunes. Rursus, quomodo verum est quod Moyses fuit primus in Deum credens, quum ante eum Abraham, Isaac, Jacob multique alii in Deum crediderunt?

Insuper dicitur hic: *Moysen absente, gens sua ex annulis suis et torquibus tauri statuam, sonitum quasi stertentis emit-*

Exod. xiv, 22-28.

Ibid. xiii, 17, 18.

Ibid. xxxii, 8.

Ibid. 28.

Exod. xxxiii, 12.

Ibid. xix, 18.

Num. xxvi, 11.

Gen. vi, 12.

tentem, sibi fecit. Exodi tricesimo secundo A
vitulum fecisse conflatilem describuntur;
 Exod. xxxi, 8. nec est probabile quod statua illa sonitum
 talem emisit, nisi forsitan diabolus per
 statuam id egisse dicatur, qui etiam per
 idola gentium dedit responsa. Sequitur
 hic : *Sed quum viderent eam* (scilicet
 statuam istam) *filiis Israel, se confitentes*
errasse, dixerunt : Nisi Deus misericor-
diam fecerit, nos perdendis annumerabi-
 mur. Dissonat autem ista narratio a ver-
 itatis Scriptura. Hic enim insinuatur
 filii Israel pœnituisse de scelere isto, an-
 tequam Moyses descendit ad eos de monte
 Sinai. Sed Exodi tricesimo secundo oppo-
 situm edocetur, quo legitur : Quumque
 Moyses de monte descenderet et appropin-
 quasset ad castra, vidit vitulum, et
 choros, id est in gyro vituli filios Israel
 chorizantes : qui ad honorem idoli hoc
 fecerunt. Nondum ergo tunc pœnituerunt.
 Subditur hic : *Moses itaque reversus, mul-*
ta commotus ira increpans illos, fratrem
suum cum capillis arripuit, etc. Et sequi-
 tur quod *illi qui taurum adoraverunt pœ-*
 nituerunt. Sed, ut tactum est, viginti tria
 millia pro idololatria illa protinus fuerunt
 occisa.

Adhuc dicitur hic : *Imitatores nuntii*
atque prophetæ scribendi legendive nescii,
cujus nomen ac mentio reperitur in Te-
stamento atque Evangelio. Hic datur in-
 telligi, quod Mahon nescivit legere aut
 scribere. Porro, quod ait, « *cujus nomen*
ac mentio in Testamento atque Evange-
lio », id est in libris novi ac veteris Te-
 stamenti, « *reperitur* », certum est nomen
 proprium Mahon nec in Testamento nec
 in Evangelio reperiri, quomodo nomen
 Is. xlvi, 1. Cyri, diu antequam nascebatur, in
 Isaiæ libro inveniebatur, nomen quoque Josiæ
 III Reg. xlii, 2. in tertio Regum volumine. Mentio vero
 ejus, id est de ejus malitia atque perfidia,
 in Evangelio et in Apocalypsi S. Joannis
 Math. xxiv, 5. habetur. Siquidem Christus ait : Surgent
 multi pseudoprophetæ, et seducent mul-
 tos ; itemque : Jerusalem calcabitur a gen-
 tibus, donec impleantur tempora natio-

num. Porro in Apocalypsi, Mahon per
 bestiam designatur.

Ponitur quoque hic verbum fabulosum,
 quod scilicet *Deus montem extulit super*
filiis Israel, cujus ruinam super se me-
tuebant, quatenus timore ruinæ illius
Deo parerent.

Sequitur : *Omnis aberrans, in gehenna*
ponetur, quo multitudinem diabolorum, et
hominum habentium corda sine discreti-
one, oculos sine visu, aures sine auditu,
mittemus.

B Circa hoc dico, quod damnati usu ra-
 tionis penitus non carebunt : imo quidquid
 eorum calamitatem auget cognoscent, ad-
 vertentque se in tantis miseriis æterna-
 liter permansuros. Post resurrectionem
 quoque finalem habebunt visum et audi-
 tum corporeum ad suæ damnationis au-
 gmentum : imo se ipsos ac alios inspi-
 ciendo damnatos, graviter affligentur ;
 similiter, infernales ululatus ac gemitus
 audiendo. — Sed objici potest illud Ec-
 clesiastæ nono, ubi Salomon protestatur :
 Quia nec opes (vel opus), nec ratio, nec
 sapientia, nec scientia, erunt apud inferos.
 Respondendum, quod vehementia infer-
 nalis supplicii usum rationis absorbet,
 quantum ad considerationem eorum quæ
 tormenta inferni possent aliquantulum alle-
 viare. Prædicta quoque non sunt in in-
 ferno ad promerendum, quia damnati non
 sunt in statu merendi.

Eccl. ii. 10.
 Ecce quot errores et falsitates in hoc
 uno continentur capitulo!

ARTICULUS XXVIII.

Destructio errorum capituli octavidecimi.

A IT præsentis capitulo totius falsitatis
 magister, sacrilegus Mahon : *Judæos*
dicentes Abraham esse filium Dei, Chri-
stianos vero, Christum esse Filium Dei,
confundat Deus ; qui etiam sacerdotes at-
que pontifices suos, Jesumque Mariæ fi-
lium, sibi Dominos loco Dei sumentes,

venerantur, quum ipsis præceptum sit non nisi unum Deum adorare.

art. xxiii. Jam supra ex utriusque Testamenti scripturis copiosissime est probatum, sanctos homines, Dei filios adoptivos verissime appellari (nam Deuteronomii quartodecimo capitulo Moyses ait : Filii estote Domini Dei vestri), Jesum vero, Dei Unigenitum fidelissime nuncupari. Et horum oppositum docens, maledictus Mahomet cum Beelzebub est damnatus. Porro, quod ait, Christianos sumere ac honorare sacerdotes suos ac præsules loco Dei et tanquam Dominos suos, ipse obtenebratissimus Mahon vocem propriam minime intellexit. Non enim sumimus eos nec honoramus loco Dei, tanquam veros Deos, aut Deo æquales, sed tanquam ejus vicarios, Deum nobis repræsentantes. Nec dicimus eos Dominos, tanquam dominatores primos ac principales, propria et imparticipata auctoritate præsidentes, sed quasi dominos vicariales, ministeriales, secundarios, participata et delegata auctoritate præsidentes. Itaque solum Deum cultu patriæ adoramus ; ejus autem vicarios cultu duliæ veneramur. Honor namque servorum ac vicariorum redundat in dominum principalem. Unde Christus in Luc. x, 16. Evangelio ait Apostolis ac prælatis : Qui vos audit, me audit ; et qui vos spernit, me spernit.

Gen. xxiv. 12. Exod. xxxii. 22. IV Reg. ii. 3. Gen. xxxiii. 7. Josue v. 15. Gen. xliiii. 26. III Reg. i. 23. Nonne, o Mahon, Eliezer in Genesi vocat Abraham dominum suum ? Aaron quoque dixit ad Moysen : Ne indignetur dominus meus. Filii quoque prophetarum quarto Regum dixerunt Eliseo : Numquid scis quia Dominus tollet hodie dominum tuum (puta Eliam) a te ? Denique in veteri Testamento frequenter leguntur viri sancti adorasse homines quosdam ac angelos. In Genesi equidem scriptum est : Adoravit Abraham populum terræ, filios videlicet Heth. Et de Josue scriptum est, quod angelum adoravit. Filii quoque Jacob patriarchæ fratrem suum Joseph adoraverunt proni in terram. Imo, tertio Regum legitur Nathan propheta adorasse David

A regem. Præterea S. Joannes evangelista in Apocalypsi testatur se voluisse angelum adorare. Insuper in scripturis veteris Testamenti prælati ac iudices dii vocantur, ut quum in Exodo Moyses loquitur : Diis non detrahes ; itemque : Dominus domus applicabitur ad deos. Verumtamen in auctoritatibus præinductis, adoratio extense accipitur, pro veneratione duliæ. Proprie vero sumpta, puta pro patriæ honoratione, soli vero ac summo Deo debetur.

B Insuper dicitur hic : *Nuntium suum, videlicet Mahomet, cum via recta legeque bona Deus misit, ut ipsam manifestet, et super omnes leges extollat.*

Quæro a vobis, o Sarraceni, an lex Christi sit perfectior, spiritualior atque diviniore lege Mahon, an econverso. Si lex Christi perfectior est, ergo Deus legem Mahon nequaquam super eam extollet : non enim imperfectum præferendum est perfectiori. Si lex Mahon perfectior est, merito super omnem legem est extollenda. Porro, quod lex Christi inter omnes leges perfectissima sit, facillimum est probare. Primo, quoniam Mahon quoque fatetur, quod Christus sit spiritus et verbum virtusque Dei, et præ cunctis hominibus a Deo sapientia adimpletus ac sanctitate ornatus. Ipse ergo præ cunctis hominibus perfectiorem, spiritualiorem ac diviniorem præstitit legem. Denique Avicenna, Arabs philosophus, hoc testatur, et Jesum in sapientia ac moralitate prætulit Mahometo, sicut in ejus codicibus reperimus. Præterea, ut supra abundanter monstratum est, prophetæ sanctissimi Isaias, Zacharias, David ac Daniel, prædixerunt legem Christi per totum mundum diffundendam, omnemque populum, tribum ac linguam convertendos esse ad Christum : sicut vere impletum est, quamvis interim Sarraceni ac Tartari Christianismum in multis mundi partibus minoraverunt. Sed tale quid de lege Mahon nullus Prophetarum prædixit.

Pensate, o Sarraceni, quantum conversatio Christi in sæculo isto distabat a Mahomet vita. Mahon decem et septem habuit

Apoc. xix, 10.

Exod. xxii, 28. Ibid. 8.

lib. I, art. ix, xvi.

mulieres, nec illis contentus, aliorum uxores consanguineasque accessit, fingens et mentiens sibi divinitus hoc concessum; Christus in omnimoda virginitate permansit. Mahon toto conatu ad mundi divitias, delicias et honores jugiter adspiravit; Christus in summa paupertate, humilitate, patientia, mansuetudine caritateque

Joann. vi, vixit, quumque voluissent eum Judæi facere regem, fugit in montem. Postremo

15.
Hb. I, art. xvi, ix. satis probatum est quod ad legem Christi omnes nunc obligentur, et quod ipse sit

Matth. xvii, 5. eo: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui); quod item lex

Mahomet sit lex prorsus venerea et carnalis, hæreticis pravitatibus, perfidiis ac injustitiis plena: quam cito penitus deprimendam et extinguendam confidimus; totque homines in ea perire cordialiter deploramus.

In hoc quoque capitulo, sicut in præcedenti, fiunt plurimæ exhortationes ad deprædandum et expugnandum incredulos, quousque ingrediantur ad fidem: et id facere non volentibus Sarracenis fiunt multiplices comminationes æternæ damnationis; atque in hoc ita enormiter Deum offendere describuntur, quod Deus hoc eis nequaquam ignoscet. Sed hæc vana, crudelia et conficta esse sæpe ostensum est.

art. xxi. Et nunc modicum addam ex sæpe præallegati doctoris epistola. Nam ait, alloquens Sarracenum:

Invitas me ad viam Dei, quæ est expeditio contra adversarios atque incredulos et participatores, scilicet in ictu gladii, ac populatione, ac devastatione, donec ingrediantur ad fidem Dei, et testificentur quia non est deus nisi deus Mahomet, et quia Mahomet est servus ac nuntius ejus; aut reddant tributum subjecti. O tu prudens, quem salvet Deus, an voluisti me invitare ad opus diaboli, in quo nulla misericordia est, qui infudit iram suam in Adam et generationem ejus? De quibus plures elegit, infundens in eis furorem

A suum; et implens eos sua nequitia, fecit eos sibi arma. Ipsi sunt qui subjacent nutui ejus, et implent voluntatem ipsius, obedientes et in gladio et direptione.

Nunc, obsecro, dic mihi quomodo possum concordare verba tua. Dixisti enim prophetam tuum Mahomet cum pietate et misericordia missum ad homines; et ipse perhibet sibi commissum a Deo: *Dic, Missus sum ad homines cum pietate et misericordia.* Qualis est misericordia in effusione sanguinis, et latrocinio, et præda ac devastatione? Hinc Judæi dicunt scripturam Mahomet sibi ipsi in multis contrariam. Oro te, quæ est via diaboli, nisi homicidia et furta ac prædæ? Si autem opposueris nobis Moysen et Josue, qui expugnaverunt idololatrias, recordare miracula atque prodigia quæ eos fecisse legisti, et videbis quod justum sit credere illos ex Dei præcepto ita egisse. Scis quod omnia ea quæ a Moysæ ceterisque Prophetis facta aut jussa sunt, probant eos a Deo venisse. Tu autem quod signum aut quod miraculum ostendis prophetam tuum fecisse, quod sit ei in testimonium unde credamus ei, quum suum proprium non fuerit nisi occidere homines, et latrocinari, insidiari, ac aliena diripere, parentes cum filiis captivare, quod tunc maxime malum est, quando fit in Christum credentes?

Ubi jam quod dixisti, Nulla violentia est in fide? et quod in Alcorano habetur, *Dixit Deus, Si effecti fuerint Sarraceni, justificabuntur, quod si noluerint, ad te nihil pertinet nisi annuntiare illis, nam si vellet Deus, omnes homines unam gentem fecisset, nec essent diversi?* Nunquam certe in divina legisti Scriptura aliquos ad Deum violenter conversos, nec ex Dei præcepto obedire coactos gladio, direptione, captivitate, sicut Mahomet tuus jussit ac fecit. Multi certe olim fuerunt hæretici, et tamen nullus eorum aliquem ad suam sectam trahere coactione aut gladio visus est, sed aut callida arte, aut ingeniosa loquacitate. Porro Mahomet socius tuus,

non solum callida arte et ingeniosa loquacitate, sed et gladio, et violentia, et oppressione, et depopulatione homines ad suam coegit perfidiam. Nunquam enim auditum est quod ille dixit hominibus : *Quicumque non confitebitur me esse Dei prophetam, gladio illum feriam, et omnes qui de progenie mea sunt, similiter facient; et domum ejus diripiam, et omnem ejus familiam captivitate affligam.* Hæc fecit socius tuus, ad cujus sectam me invitare non erubescis, qui omnia quæcumque Mahomet dixit aut scripsit, diligentissime investigavi atque inspexi. O tu prudens, quem Deus salvet, numquid decet prudentiam tuam aut generis dignitatem invitare me ad illa horribilia mala, qui indesinenter die ac nocte verba Domini mei Jesu Christi meditari non cesso? Ipse est consolatio mea et refugium meum. — Hæc doctor præfatus.

ARTICULUS XXIX.

Contra errores capituli nonidecimi.

FERTUR in isto capitulo : *In die resurrectionis opinabuntur singuli se non plus quam per unius horæ spatium jacuisse, et ad invicem se cognoscent.* Istud est falsum, et rationi, experientiæ quoque contrarium. Multi namque eorum qui resurgent, multis annis in pœnis inferni, quantum ad animam suam, fuerunt. Porro in inferno, propter acerbiteriam pœnarum, brevissimum tempus longissimum esse videtur. Resuscitati autem non erunt obliti pœnarum quas pertulerunt : nam in ætate virili resurgent, et ratione statim utentur. Unde, quamvis verbum istud aliquo modo salvari posset juxta doctrinam Platonis, si homines in ætate infanti (in qua ratione uti, ob corporis indispositionem, fluxum, mollitiem, non valerent) resurgerent; tamen prout hic recitatur, et prout secundum fidei documenta resurrecturi sunt homines, salvari non potest. Denique multi in evangelica lege post mortem sunt

A suscitati, quibus apparuit quod per centum aut amplius annos in pœnis fuerunt. Imo nonnulli in spiritu rapti visionequè potiti, ad loca pœnalia ducti et pœnas suo modo perpessi, post duas horas aut circiter sunt ad se ipsos reversi : quibus videbatur quod per centum annos et amplius fuissent in pœnis. At vero, si Mahon putavit quod animæ defunctorum ante diem judicii pœnas non habent, ceteris suis perfidiis hanc adjecit.

B Item hic dicitur : *Paucis illiusque gentis minimis Moysi credentibus,* etc. Vult dicere, quod pauci Ægyptiorum ac minimi inter eos Moysi crediderunt. Sed contra hoc est quod Exodi duodecimo legitur, vulgus promiscuum innumerabile ascendisse cum filiis Israel ex Ægypto. Vulgusque illud crediderat Moysi, atque Ægyptium fuit.

Exod. xii, 28.

Dicitur quoque hic : *Constat nil cœlestium sive terrestrium, nec miracula seu virtutes, incredulis quidquam proficere.* Si hoc verum est, cur Deus dedit Apostolis ac Prophetis gratiam faciendi miracula? Nonne per miracula mundum convertentur Apostoli? Nempe, quum beatissimus Petrus apostolus ex utero matris claudum curasset, quinque millia Judæorum ad Christum conversa sunt, ut Lucas evangelista descripsit. Qui in suo quoque evangelio protestatur, quod centurio videns quia Jesus alta voce clamans exspirasset, glorificavit Deum, et dixit : Vere hic homo Filius Dei fuit. Omnisque turba eorum qui aderant, viso terræ motu, obscuratione etiam solis et ceteris quæ fiebant tempore passionis Christi conspectis, percutientes pectora sua revertentur. Similiter, tempore Hadriani imperatoris, quum angelus Dei visibiliter apparisset decem millibus militum, eosque ad Christi fidem fuisset hortatus, promittens eis in fide Christi victoriam contra hostes, mox universi crediderunt in Christum, atque pro ejus fide gloriosissimum pertulerunt martyrium. Postremo, miracula ad incredulorum conversionem præsertim conferre,

Act. iii, 28; iv, 4.

Luc. xxiii, 47, 48; Matth. xxvii, 54; Marc. xv, 39.

Joann. iv. 48. *Christus testatur, dicendo : Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Cur ergo dixit hoc Mahon, nisi ut quoniam ipse miracula facere non valebat, ea quasi inutilia demonstraret ?*

ARTICULUS XXX.

Contra perfidias et errores capituli vicesimi.

FERTUR in isto capitulo, quod *Deus praecepit Noe fabricare arcam non prae-monendo incredulos ac injustos, quatenus mergerentur.* Istud mendosum est, quoniam tam Christianorum quam Hebraeorum doctores sanctique Patres concorditer dicunt, quod Deus per sanctum Noe hortabatur peccatores ad poenitentiam, et minabatur eis diluvium nisi se emendarent : imo per centum annos aut plus, praenuntiavit eis diluvium. Denique, sicut ex sexto ac septimo capitulis Genesis elicitur, Noe quasi per centum annos in fabrica arcæ exstitit occupatus ; nec dubium quin multi interrogaverint eum cur tantum ædificium faceret : quibus utique veritatem respondit. Nec convenisset pietati divinæ tam horrendam ac universalem plagam universo generi humano infligere absque præavisazione : potissime quum in veteri Testamento per Prophetas communiter præavisaverit filios Israel de tribulationibus eis propter sua peccata imminentibus nisi se emendarent.

Subditur hic : *Noe omnium rerum duo paria in arca reposuit.* Non omnium rerum duo paria, sed animalium aliqua paria ; nec omnium animalium, quia nec piscium paria in arca locavit. Denique in Genesi Dominus ait ad Noe : *Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena, masculum et feminam ; de animantibus vero immundis duo et duo, masculum et feminam ; sed et de volatilibus cæli septena et septena, masculum et feminam : ut salvetur semen super terram.*

Sequitur : *Noe in arcam conscendens,*

filiū suum in alia parte stantem advocans, ait : Fili, nobiscum ascende, nec sis ultra incredulus. Qui respondit : Ad montem qui ab aqua me proteget, proficiscar. Cui Noe : Nihil nisi cui Deus misericordiam fecerit, hodie salvari poterit. Eos ita colloquentes unda interveniens disgre-gavit. Istud est contra sacram Scripturam libri Geneseos : quoniam Genesis septimo apertissime scribitur, quod Noe cum suis filiis Sem, Cham et Japhet, uxoreque sua et filiorum uxoribus, ingressus est arcam. Et postea cum eisdem egressus est eam. Nec habuit Noe plures filios quam tres præfatos, sicut ex Genesi patet, et Christiani atque Hebræi concorditer adstruunt, et sancti Patres hoc protestantur.

Deinde hic additur : *Hæc sunt Dei secreta, quæ ante hoc tempus sciri non poterant.* Dicendum, quod omnia hic descripta, ante Mahon per totum mundum a Christi discipulis fuerant prædicata. Fateor tamen, quod ista mendacia a perfido Mahon recitationi Scripturarum inserta, ante eum fuerant inaudita, aut non tam abundanter audita. Quis enim nisi plenus diabolo talia excogitare auderet ?

Insuper fertur hic : *Increduli dixerunt ad Hud : Nos propter verba tua nequaquam refutabimus quod adoramus, quum tu minime cum miraculis et virtutibus nos accedas.* Ex hoc constat quod virtutes et miracula potissime valent ad infidelium conversionem : cujus tamen (ut patuit) oppositum sæpe in Alcorano habetur. Sed (ut opinor) ideo Mahomet dixit hoc, ne ipse solus inter prophetas ac nuntios videretur absque miraculis advenisse.

Sequitur quasi ex Dei persona : *Abraham meis nuntiis sibi missis gaudium atque salutem afferentibus, vitulum attulit saginatum ; sed illis manum non apponentibus, hic stupidus et timidus factus est.* Istud dictum est de tribus angelis qui venerunt ad Abraham. Sed huic recitationi mendosæ evidenter contrariatur quod in Genesi legitur : *Tulit Abraham vitulum tenerrimum, et coxit illum, tulit quoque*

Gen vii, 2, 3.

Gen. vii, 12.

Ibid. vii, 16.

Ibid. v, 31.

2, 1.

art. preced.

Gen. xii, 7-9.

butyrum et lac, et posuit coram eis; quum-
que comedissent, dixerunt ad eum, etc.
Itaque comederunt et manum apposue-
runt; nec Abraham ideo stupidus factus
est quia illi non comederunt.

Sequitur : *Illi vero dicentes se non nisi
ad Lot suamque gentem missos*, etc. Quo-
modo verum est, quum revera ad Abraham
fuerint missi, præsertim unus ille qui
futuram Isaac nativitatem prædixit, jam-
que Deus asseruerit, « Abraham meis nun-
tius sibi missis » ! Sequitur : *Abraham
admonuerunt ne causam illorum, scilicet
Sodomorum, ulterius tractaret*. In Genesi
legitur, quod Abraham deduxit angelos
a suo tabernaculo recedentes, et quod viri
(id est angeli in virorum specie apparen-
tes) converterunt se inde, intraveruntque
Sodomam. Post hoc Abraham mansit cum
uno angelo stans, oravitque Deum ut si
essent in Sodomis quinquaginta viri justi,
propter eos parceret civitati. Deinde sæpe
exauditus a Deo, paulatim descendit. Di-
xitque ei Deus, quod parceret urbi si
essent in ea decem justi. Et tunc plus non
audebat descendere ampliusve rogare. Non
ergo admonuerunt eum angeli ne causam
Sodomorum ultra tractaret. Et si fuit ad-
monitus, non nisi ab uno admonitus fuit.

Deinde describitur qualiter angeli ve-
nientes ad Lot egerunt cum eo : et ultra
modum imperite atque mendaciter istud
hic recitatur. Nam dicitur hic, quod *angeli
dixerunt ad Lot : O Lot, nos solius Dei
nuntii sumus, ad quos (ipsos videlicet So-
domitas) nobis abuti optantes applicari
minime fas est. Tu vero in termino no-
ctis proposito, aurora videlicet propinqua,
cum tota gente tua, præter unam mu-
lierem id quod ceteri passuram, surgens
discede*, etc.

Porro in Genesi Scriptura veritatis istud
sic recitat : Dixerunt angeli ad Lot : Omnes
qui tui sunt, educ de urbe hac ; debemus
enim locum istum. Quumque esset mane,
cogebant eum angeli, dicentes : Surge,
tolle uxorem tuam, et duas filias quas
habes. Dissimulante autem illo, apprehen-

derunt manum ejus, et manum uxoris ac
duarum filiarum ejus, et eduxerunt eum,
posueruntque extra civitatem, et dixerunt
ad eum : Salva animam tuam, et noli
respicere post tergum tuum, ne pereas.
Et post pauca subjungitur : Respicens
uxor ejus post se, versa est in statuam
salis. Itaque falsum est quod in isto ca-
pitulo legitur, nuntios dixisse ad Lot ut
omnes de sua gente (id est de sua familia)
educeret, dempta una muliere passura id
quod Sodomitæ perpassi sunt. Per hanc
etenim mulierem datur intelligi uxor Lot.
Unde in aliis passibus Alcorani vocatur
vetula, sive decrepita. Illa enim cum Lot
exivit ; nec angeli aliquam personam ad
domum Lot pertinentem exceperunt. Illa
demum mulier non est passa id quod So-
domitæ : quia in statuam salis est con-
versa ; Sodomitæ vero igne et sulfure sunt
consumpti.

Ecce quot et quanta mendacia in tam
brevis hujus capituli passu contenta sunt !

ARTICULUS XXXI.

*Contra imperitissimam et mendosam
recitationem capituli vicesimi primi.*

CIRCA exordium hujus capituli quasi
ex Dei persona dicitur Mahometo :
*Nunc omnium verborum tibi missorum
pulcherrimum enarrabo. Quando Joseph
retulit patri suo vidisse se undecim stel-
las et solem et lunam se illi humiliantes,
dixit pater ipsius : O fili, somnium tuum
hoc tuis fratribus ne reveles, ne tibi per
invidiam mali aliquid machinentur. Por-
ro in Genesi scriptum est, quod Joseph
retulit fratribus suis somnium istud.*

Deinde hic dicitur :

*Fratres Joseph dixerunt : Nos eum in-
terficiemus. Sed quidam eorum ejus mor-
tem dissuadens, dixit : Non perimatur
Joseph, sed in cisternam, si velitis, de-
mittatur, ut aliquis euntium vel redeun-
tium eum inveniens, hinc auferat. Fratres
hujus rei studiosi patrem suum sic affati*

Gen. xviii,
10.

Ibid. 16, 32-
33.

Gen. xix, 26.

Ibid. 24, 25.

Gen. xxxvii,
9.

Ibid. xlix,
12, 13.

Ibid. 15-17.

sunt : Quare Joseph, quum eum summe diligamus, nobiscum non mittis? In crastinum nobiscum pastum pecora et spatium mittatur, et nos illius fideles custodes erimus. Mane facta, in eorum exitu ait pater ad Joseph : Doleo te illos comitari. Timeo namque quod lupi rapaces te, quum sis inscius et negligens, devorabunt. Cui fratres responderunt : Si lupus eum comederit, nos genti perditæ connumeremur. Eo itaque illos comitante, consilio ponendi eum in cisternam omnes adhererunt. Mox tamen mandatum patri unde perciperet istud, interim miserunt; sed ipse, tum negligens ipsius, tum inscius, remansit. Fratres crepusculo lacrimando redeuntes, in vocem hanc eruperunt : O pater, Joseph nostræ fidei traditum, cum pecore nostro relictum, lupus voravit. Et argumentum inde tunicam suam falso cruentatam attulerunt, dicentes : Ecce, pater, argumentum cædis veræ, licet tu nobis fidem minime adhibeas. Pater respondit : Vos quidem hoc factum in corde vestro voluistis; sed ego patienter sustinebo, et Deum adiutorem in hoc quod dicitis habebo.

Viatoribus venientibus, et suum clientem ad hauriendam aquam mittentibus, illis ipse bonum retulit nuntium, dicens : Ecce puer hic captivus est. Fratres vero sui dicentes eum suum esse captivum, eum pro pretio modico vendiderunt. Emptor suus suæ præcepit mulieri ut eum diligenter ac honorifice susciperet. Sperabat enim illum filium suum adoptivum aliterve sibi commodum futurum. Mulier illa ipsum in thalamo suo repertum, ostia claudens, præcata est ut secum concumbere non respueret. Cui ipse dixit : Nolit me Deus lædere dominum meum. Fere tamen utriusque consensus fuit, antequam illi Deus, quoniam de gente prava non fuit, rationem inclusit. Ipsum itaque fugientem mulier insecuta est : quæ manum suam injiciens camisiæ suæ, retro rupit eam. Quo facta, domino suo ad ostium obviaverunt. Illaque primo dixit : Quid

A meretur tale quid a me petens, nisi carcerem malumve grave? Ille vero dixit : Ipsamet præcata est me. Ad hanc rem discutiendam homines illius mulieris advocati iudices, conjiciebant hoc verum apparere, illumque mendacem convinci, si camisiæ suæ pars anterior rupta esset, omnia vero e converso judicari, parte posteriori rupta. Illi deinceps rupturam prospicientes, perhibebant hoc de femineis artibus esse; persuaseruntque Joseph ut ab illa re se diverteret, mulieri autem ut veniam, quoniam erravit, postularet.

B Hinc inter mulieres civitatis Trebra confabulatio orta est, dicentes : Ecce illius sublimis atque prælati mulier suum servientem diligens, ejus concubitum præcata est; et sic eorum uterque viam erroneam est ingressus. Illa vero hujus rumoris ventilationem percipiens, doluit. Illas quoque mulieres adduci præcepit, et lectisternia eis ut accumberent præparavit; et earum cuique cultro dato, Joseph coram venire fecit : quo viso, omnes menstruatæ sunt, et quæque manum suam secuit. C Eis itaque dicentibus, nolle Deum illum hominem esse, sed de melioribus et clarioribus angelis, illa respondit : Hic est unde me redarguitis, qui me precantem ejus concubitum non exaudivit; et si meum mandatum complere noluerit, eum incarcerabo. Joseph hoc audiens, dixit : O Deus, illum carcerem malo quam peccare. Re manifeste percepta, visum est eis hunc ad horam certam incarcerandum.

Duo cum eo juvenes in carcerem sunt detrusi : quorum alter dicens sibi videri se vinum expressisse, alter vero se panem super caput portare unde aves comedebant, præcati sunt Joseph ut quid illa portenderent, diligenter exponeret. Qui dixit : Alter vestrum domini sui pincerna statuetur, alius suspendetur. Et ei quem liberandum cognovit, dixit : Me domino tuo notifica. Sed quoniam suggerente diabolo, hoc injungendo Deum nominare oblitus est, in carcere novem annorum spatium moratus est.

Tunc rex per somnium videns septem **A** vaccas macilentas devorare septem pingues, septemque spicas siccas consumere septem virides, hominibus suis convocatis, ut suum exponerent somnium si possent, injunxit. Illi quidem contentes se talium expositionum ignaros, hoc insomnium esse putabant. Tunc de carcere liberatus : Si ad Joseph, inquit, me miseris, veram hinc expositionem tibi referam. Ad Joseph itaque nuntii transmissi, somnii expositionem requirunt. Dixit Joseph : Septem annis continuis semina **B** terræ committite ; septem enim anni graves succedent. Hac expositione domino recitata, adduci eum præcepit. Ipse vero nuntium ad dominum suum redire præcepit, ut sciscitaretur ab eo cur prædictæ mulieres manus suas ita secabant. Domino quærente quid habebant quando Joseph concubitum postulabant, per Deum jurando confirmabant se mali nihil in eo percepisse. Tandemque regis mulier ait : Ad veritatis evidentiam, me precatam ejus concubitum eumque recusasse **C** confiteor. Tunc rex eum adduci fecit, ut suus serviens efficeretur. Quem Joseph affatus est : Pone me custodem super omnia granaria atque deposita regni tui.

Deinde fratres suos ad se venientes, eum non cognoscentes ipse optime cognovit. Qui ipsis discedentibus injunxit ut fratrem suum ex paterno sanguine, secum redeuntes adducerent. Ipsi ergo ad patrem reversi, allocuti sunt eum : Nobis interdictum redditus, nisi fratrem nostrum adduxerimus. Quibus pater **D** indignans ait : An eum sicut fratrem suum vestræ committam custodiæ ? Sed scødere sumpto dimisit eum. Joseph deinceps fratri suo sibi præsentato se suum fratrem esse revelavit, prohibens ne cuiquam hoc revelaret. Emptione facta, in sui germani sarcina vas regium reposuit. Missisque perscrutatoribus, dixit discedentibus illis : Latrones estis. Responderunt : Quid quæritis ? Dixit Joseph : Vas regium quis abstulit mihi, sarcinam cameli sui

accipiam, et insuper illi vim faciam. Tunc omnibus perscrutatis, in germani sui sarcina vas repertum est. Adstantes quidam illos increpaverunt, dicentes : Non mirum si furtum fecerunt, qui prius fratrem suum subdulerunt. Fratres autem dixerunt ad Joseph : Domine, aliquem nostrum loco hujus accipe. Quibus Joseph respondit : Nolit Deus nos aliquem, nisi latronem, accipere. Major vero fratrum dixit : Nonne scitis nos patri nostro ea parte Dei confirmasse reductum filii sui ? **B** Terram nullatenus regrediar, quousque veniam a patre reditusque præceptum merear. Ad patrem redite, dicentes : Pater, filius tuus furtum perpetravit, ut nobis visum est. Pater hoc audito, dixit : Cordibus vestris secreta reprimitis ; ego quidem pulchre patiar, quousque Deus forsitan ambos illos reducet. Et de Joseph conquerendo, et illum continue nominando, lacrimarum emanatione jugi, oculi albugine sunt velati, ipseque miser effectus est. Quem filii sui interrogabant : **C** An Joseph usque ad amentiam mortemve tuam nominabis ? Quibus ipse : Soli Deo meam querimoniam facio ; sed vos obsecro, filii, ut rumores de Joseph fratreque ejus perscrutatam profisciscamini.

Tertio itaque profectis, et ad Joseph pervenientibus, dixerunt : O vir sublimis, nobis gentemque nostra malum perpessis pecuniaque minutis mensuram adauge. Ipse respondit : An de Joseph memores facti estis, an obliti ? Responderunt : Tune es ille Joseph ? Ait : Ego sum, et hic est frater meus. Tunc eos consolans : **D** Nolite, inquit, contristari, sed hanc meam camisiam patri nostro ferentes, in ejus faciem, ut lumen recipiat, projicite, et cum omni vestra familia huc redite. Quibus profisciscentibus, pater eorum ait : Odorem filii mei Joseph ego sentio. Responderunt adstantes : Adhuc errore se nectutis deliras. Sed gaudium nuntio intimante, ipsoque visum per camisiam in faciem projectam recuperante, dixit : Nonne me de Deo scire vobis nescita fr-

mavi? Eis deinceps omnibus ad Joseph A *strosque manipulos adorare manipulum*
wpergentibus, parentibus suis ab eo hono- *meum. Responderunt fratres : Numquid*
rifice susceptis, eisque super sedem suam *rex noster eris, aut subjiemur ditioni*
exaltatis, omnes coram eo humiles se red- *tuæ? Aliud quoque vidit somnium, quod*
debant. Quo facto, patrem suum affatus *narrans fratribus, dixit : Vidi per somnium*
est : O pater, hæc est præteriti somni *quasi solem et lunam et stellas undecim*
expositio vera. *adorare me. Invidebant ergo ei fratres sui;*

Hæc ex præfato Alcorani sumpsi capitulo. Multa tamen verba ad propositum non pertinentia brevitatis gratia transilivi, sed sensum nequaquam corrupti. Idcirco quoque tam proluxe ista commemoravi, ut omnibus ista legentibus ac audientibus B respondente, Præsto sum, ait : Vade, et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora, et renuntia mihi quid agatur. Perrexit ergo, et invenit fratres suos *Gen. xxxvii. 11-14.*
in Dothain. Qui quum vidissent eum procul, cogitaverunt interficere eum, dicentes : Ecce somniator venit; venite, occidamus eum, dicemusque : Fera pessima devoravit eum. Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, dicens : Non effundamus sanguinem C ejus, sed projicite eum in cisternam hanc veterem. Confestim ergo ut pervenit ad fratres suos, nudaverunt eum, miseruntque in cisternam veterem quæ non habebat aquam. Et sedentes ut comederent, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, et camelos eorum portantes aromata in Ægyptum. Dixit ergo Judas fratribus suis : Ecce Ismaelitæ transeunt; melius est ut vendatur eis, et manus nostræ non polluantur. Extrahentes ergo Joseph de cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis vi-

Quare, o Sarraceni dilecti, libros novi ac veteris Testamenti non legitis, ut falsitates Alcorani deprehendere atque ad veritatis notitiam valeatis pertingere? Nunc ergo sapienter ac pie advertite veram prætractæ historiæ recitationem. D ginti argenteis. Tulerunt autem fratres *ibid. 17-21.*
tunicam Joseph, et intinctam sanguine hædi miserunt patri suo, dicentes : Hanc invenimus; vide an tunica filii tui sit. Qui ait : Tunica filii mei est, bestia devoravit Joseph. Scissisque vestibus suis, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis filiis ejus ut lenirent dolorem ejus, noluit consolationem accipere, sed ait : Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseverante in fletu, Madianitæ vendide-

ARTICULUS XXXII.

*Fidelis ac verax narratio prætractæ
de Joseph historiae.*

LEGITUR in Genesi :
Gen. xxxvii, 5, 7-9.
Accidit ut visum somnium referret Joseph fratribus suis, dicens : Putabam colligere nos manipulos in agro, et quasi consurgere manipulum meum et stare, ve-

runt Joseph in Ægypto Putiphari eunucho A Pharaonis, magistro militum.

Gen. xxxix. Fuitque Dominus cum Joseph, et erat 2-16. vir in cunctis prospere agens : quod optime noverat dominus ejus, et præposuit eum omnibus quæ habebat, gubernavitque Joseph creditam sibi domum; et benedixit Deus Ægyptio propter Joseph, et multiplicavit cunctam ejus substantiam. Erat autem Joseph pulchra facie, et decorus ad spectu. Post multos itaque dies injecit domina sua oculos suos in Joseph, et ait : Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit : Ecce dominus meus omnia sua tradidit in potestate mea, præter te, quæ uxor ejus es : quomodo ergo possum hoc malum facere, et peccare in Deum meum? Hujuscemodi verbis per singulos dies loquebantur * ; et mulier molesta erat adolescenti, ille vero recusabat stuprum. Accidit autem quadam die, ut Joseph intraret domum, et operis quidpiam absque arbitris faceret. At mulier illa apprehensa lacinia vestimenti ejus, dixit : Dormi mecum. Qui, relicto in manu ejus C pallio, fugit, et egressus est foras. Quumque vidisset mulier in manibus suis vestem, et se esse contemptam, vocavit ad se homines domus suæ, et ait ad eos : En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis. Ingressus est ad me, ut coiret mecum ; quumque succlamassem, et audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, et fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum. Qui verbis conjugis suæ nimis credulus, iratus est valde, tradiditque D Joseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur.

Ibid. xl. 1-2. His gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna scilicet regis Ægypti et pistor, domino suo. Iratusque contra eos Pharaon (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus) misit eos in carcerem in quo erat vinctus et Joseph. Videruntque ambo somnium nocte una juxta interpretationem congruam sibi. Quumque vidisset eos Joseph tristes, dixit : Cur tristior solito est

facies vestra? Responderunt : Somnium vidimus, et non est qui interpretetur nobis. Dixitque Joseph : Numquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Narravit præpositus pincernarum somnium suum, dicens : Videbam coram me vitem in qua erant tres propagines, calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo uvas, et expressi in calicem, et tradidi poculum Pharaoni. Respondit Joseph : Hæc est interpretatio somnii : Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaon ministerii tui, restituetque te in gradum pristinum ; dabisque ei potum, sicut antea facere consuevisti. Tantum memento mei, quum bene tibi fuerit, ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, et hic innocens in lacum missus sum. Videns pistorum magister quod Joseph somnium prudenter dissolvisset, ait : Et ego vidi somnium, quod haberem tria canistra farinæ super caput meum, et in uno canistro, quod erat excelsius, me portare putabam omnes cibos qui fiunt arte pistoria, avesque comedere ex eo. Respondit Joseph : Hæc est interpretatio somnii : Tria canistra, tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharaon caput tuum, ac suspendet te in cruce, et lacera-bunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius, natalicius Pharaonis erat. Qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas, magistri pincernarum principisque pistorum : et restituit alterum in locum priorem, ut porrigeret sibi poculum ; alterum suspendit in patibulo. Et tamen succedentibus prosperis, princeps pincernarum oblitus est interpretis sui.

Post duos annos vidit Pharaon somnium. Putabat se stare super fluvium, de quo *Gen. xli. 1-27.* ascendebant septem boves pulchræ et crassæ nimis ; aliæ quoque septem emergebant, fœdæ confectæque macie, et devoraverunt priores. Alterum etiam vidit somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ atque formosæ ; aliæ

* alias loquebatur

Gen. xxxix. 19. 20.

Ibid. xl. 1-2.

Ibid. 5. 23.

- quoque septem tenues oriebantur, devorantes omnem priorum pulchritudinem. Mane facto, pavore perterritus Pharaon, conjectoribus et sapientibus Ægypti somnium enarravit; nec erat qui interpretaretur. Tunc reminiscens pincernarum magister, ait: Confiteor peccatum meum. Iratus rex, me et magistrum pistorum misit in carcerem, ubi una nocte vidimus somnium præ sagam futurorum. Erat ibi puer Hebræus, a quo interpretationem plenam audivimus. Protinus ad imperium regis eductum Joseph de carcere obtulerunt regi. Cui quum rex somnia sua narrasset, ille respondit: Septem boves pulchræ et septem spicæ plenæ, septem ubertatis sunt anni; septem boves macilentæ et septem spicæ tenues, septem anni sunt futuræ famis post annos ubertatis. Dixit ad eum rex: Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, tu eris super domum meam, et ad imperium tuum cunctus populus obediet. Igitur transactis septem annis ubertatis, venire cœperunt septem anni inopiæ.
- Gen. xli, 39, 40.*
- Ibid. 53, 54.*
- Ibid. xlii, 1-10.* Audiens autem Jacob quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis suis: Descendite, et emite nobis necessaria. Descendentes ergo decem fratres Joseph, Benjamin domi retento, ingressi sunt Ægyptum. Quumque adorassent Joseph, et ipse agnovisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur: et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. Et ait ad eos: Exploratores estis. Qui dixerunt: Non est ita, domine. Duodecim fratres sumus, minimus cum patre nostro est, alius mortuus est. Dixitque Joseph: Si pacifici estis, unus vestrum ligetur in carcere; vos autem abite, et forte quæ emistis in domos vestras, et fratrem vestrum minimum adducite ad me, ut non moriamini. Venerunt ergo ad patrem suum Jacob, et narraverunt ei omnia quæ eis acciderant. Dixit eis pater Jacob: Absque liberis me esse fecistis; Joseph non est super, Simeon tenetur in vinculis; et Benjamin aufertia.
- Ibid. 13.*
- Ibid. 19, 20.*
- Ibid. 29.*
- Ibid. 36.*
- Gen. xlii, 2, 3.*
- Ibid. 1, 9.*
- Ibid. 11.*
- Ibid. 15.*
- Ibid. 27, 29.*
- Ibid. xlv, 1, 2.*
- Ibid. 4, 5.*
- Ibid. 9.*
- Ibid. 13-14.*
- Ibid. 16, 21, 22, 30, 31, 34.*
- Ibid. xlv, 1-10.*
- A** Consumptis autem cibis ex Ægypto portatis, dixit eis Jacob: Revertimini in Ægyptum, et emite nobis paucillum esearum. Respondit Judas: Juravit nobis vir: Nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum vobiscum, non videbitis faciem meam. Mitte puerum mecum; si non reduxero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Dixitque Jacob: Si sic necesse est, facite quod vultis. Descenderunt itaque in Ægyptum, et steterunt coram Joseph. Qui dixit ad eos: Sanusne est pater vester senex? Responderunt, Imo; et incurvati, adoraverunt eum. Videns autem Joseph fratrem suum Benjamin, ait: Iste est frater vester minimus de quo dixeratis mihi? Et rursus: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. Quumque comedissent, præcepit Joseph dispensatori suo: Imple saccos eorum frumento, scyphum autem meum argenteum pone in ore sacci junioris. Quumque urbem existent, dixit Joseph dispensatori suo: Persequere viros, et apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? Scyphus quem furati estis, est in quo bibit dominus meus. Responderunt: Apud quemcumque inventum fuerit quod quæris, interficiatur, et nos servi erimus domini nostri. Itaque dispensator scrutatus eos, invenit scyphum in sacco Benjamin. Scissis ergo vestibus, redierunt ad Joseph, et adoraverunt eum proni in terram. Dixitque Judas ad Joseph: Deus invenit iniquitatem servorum suorum; sed ego pro fratre meo hic manebo, et servus tuus ero, quia eum in fidem meam recepi. Si enim ad patrem nostrum rediero, et viderit istum non esse vobiscum, præ tristitia morietur. Non ergo possum redire ad patrem meum, absente puero, ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum testis adsistam.
- B**
- C**
- D**
- Non poterat se ultra cohibere Joseph, elevavitque vocem cum fletu, et dixit fratribus suis: Ego sum Joseph; adhuc pater meus vivit? Non poterant respondere fratres nimio timore perterriti. Quos ille benigne consolatus est, et ait: Ite ad patrem meum, et dicite ei: Hæc mandat filius

Gen. XLV. 21, 23.
Ibid. 24-28.
Ibid. XLVI. 1, 6.
Ibid. 28.
Ibid. XLVII. 3, 6.

tuus Joseph : Deus me fecit principem A terræ Ægypti ; veni ad me, habitabisque mecum tu, et filii tui, et filii filiorum tuorum. Misitque Joseph patri suo trecentos argenteos cum quinque stolis optimis. Venientes itaque fratres ad Jacob, Benjamin apud Joseph manente, dixerunt : Joseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Jacob, quasi de gravi somno evigilans, non tamen credebat eis ; sed visis his quæ miserat ei Joseph, et ordine rei gestæ audito, revixit spiritus ejus, et dixit : Sufficit mihi B si adhuc filius meus Joseph vivit ; vadam et videbo eum antequam moriar. Profectus est ergo Jacob cum omnibus quæ habebat, et venit in terram Ægypti. Misitque filium suum Judam ante se ad Joseph, ut occurreret ei. Veniens ergo Joseph ad patrem suum, irruit super collum ejus, et inter amplexus flevit, illo similiter super collum ejus flente. Dixitque ad Joseph : Jam lætus moriar, quoniam vidi faciem tuam, et superstitem te relinquo. Dixitque rex Ægypti ad Joseph : In optimo loco Ægypti fac C habitare patrem tuum et fratres tuos. Et factum est ita.

Ecce hæc est vera de Joseph historia, quam, multa transiliens, breviter retuli, ut ostendam quam vehementer narratio capituli vicesimi primi Alcorani a veritate discordet : quod nunc particulariter est pandendam.

ARTICULUS XXXIII.

Demonstratio in particulari, in quibus D narratio Alcorani de Joseph præacta a veritate discordet.

CONSTAT itaque ex fideli præcedentis A articuli recitatione, quod Joseph somnia sua primo retulit fratribus suis, secundum quod textus sonat : et tamen in præmemorato capitulo insinuatur, quod primo retulerit somnium suum patri, et ille prohibuerit Joseph somnium suum revelare fratribus suis. Quod si verum

esset, Joseph eis somnium suum non revelasset ; aut revelando inobediens patri suo fuisset. — Secundo, falsum est quod in isto fertur capitulo, quod fratres rogaverunt patrem suum Jacob ut mitteret cum eis Joseph ad pascendum jumenta ; et item, quod fratres duxerunt eum secum. Sed fratribus in pastu pecorum occupatis in Sichem aut Dothain, pater Jacob propria sponte misit ad eos filium suum Joseph. — Tertio, falsum est quod in Alcorano fertur, quod Deus manifestavit sancto Jacob filium suum esse positum in cisterna, imo de hoc penitus nihil scivit ; et si scivisset hoc, filiis suis hoc impropèrasset. — Quarto, falsum est quod Jacob, tum negligens ipsius, tum inscius, remansit. Imo, quum Jacob tam ardentissime dilexerit Joseph, tamque sollicitissimus pro eo extiterit, si agnovisset eum esse in cisterna depositum aut in aliquo periculo constitutum, nequaquam fuisset circa hoc negligens, imo personaliter illico perrexisset. — Quinto, falsum est quod fratres crepusculo lacrimando redeuntes, dixerunt : O pater, lupus devoravit Joseph. Sed, sicut præhabitum est, miserunt patri suo tunicam Joseph cruore perfusam, annuntiantes se eam reperisse, et quasi ambigui quærentes an tunica Joseph esset. — Sexto, falsum est quod Jacob dixit filiis suis : Vos hoc factum voluistis, sed ego patienter feram. Imo putavit Joseph a bestia devoratum, nescientibus fratribus ejus. — Septimo, falsum est quod viatores miserunt servum suum ad hauriendam D aquam, et quod ille retulit eis juvenem sedere in cisterna. Imo viatoribus a longe venientibus, Judas dixit fratribus suis : Ecce Ismaelitæ transeunt. Et antequam Ismaelitæ venerunt ad eos, extraxerunt Joseph de cisterna, adduxeruntque eum ad illos ac vendiderunt.

Octavo, falsum est quod uxor emptoris Joseph, repertum Joseph in thalamo invitavit ad suum concubitum. Imo Joseph ingrediente domum ut operis quidpiam faceret, mulier apprehendit laciniam ve-

stimenti ipsius, dicens : Dormi mecum. Et istud intelligo de invitatione unde jam sermo. — Nono, falsum est quod mulier insequens Joseph fugientem, apprehendit camisiam ejus rupitque eam. Dictum est namque, quod apprehendit laciniam vestimenti ejus, et pallium ejus in manu sua retinuit. Fuit enim plene vestitus, non camisia sola indutus. — Decimo, falsum est quod pene utriusque consensus fuit : quoniam Joseph nullatenus acquievit, imo et feminam acriter reprehendit. — Undecimo, falsum est quod mulier et Joseph in fuga illa obviaverunt domino suo, puta marito mulieris, ad ostium. Imo Joseph foras egresso, femina manens in domo clamavit, atque domesticos convocavit. Postmodum vir ejus ingressus est, et tunc eadem retulit ei. — Duodecimo, falsum est quod ad hanc rem discutiendam advocati nonnulli, dixerunt Joseph esse culpabilem si pars anterior suæ camisiæ esset rupta. Imo maritus præfatus suæ conjugii nimium credens, innocentem Joseph mox absque discussione incarceravit. — Tertio decimo, prorsus mendosa est insertio ista fabulosa, quod aliæ feminæ obloquebantur mulieri præfatæ, et quod ipsa præceperit eas venire ad se, lectos quoque præparaverit eis, et unicuique dederit cultrum in manu sua, ipsis quoque accumbentibus super lectos, fecerit Joseph coram eis intrare, atque eodem viso, omnes sint menstruatæ, manusque suas secuerint, et Joseph dixerint angelum esse. Ecce omnia ista sunt vana et stulta, fabulisque veterum similia. Dictum est namque, quod maritus, uxoris suæ querela audita, mox posuit Joseph in carcere. Aliæ quoque feminæ putabant Joseph juste incarceratum. Falsum est quoque quod advocati illi judicaverunt Joseph esse innocium, quia secundum hoc non fuisset ita incarceratus. — Quartodecimo, falsum est nec ullam apparentiam habet, quod mulier illa coram aliis feminis dixit quod nisi Joseph sibi consentiret, incarceraret eundem. — Quintodecimo, falsum est quod

A incarceraverunt Joseph, scientes innocentiam ejus.

Sextodecimo, falsum est quod duo juvenes, scilicet de quibus hic sermo fit, cum Joseph in carcerem sint detrusi, videlicet princeps pincernarum et magister pistorum : quia (ut patuit) Joseph diu ante eos fuit incarceratus. — Septimodecimo, falsum et fatuum est, quod Joseph idcirco novem annis aut etiam aliquo anno in carcere tentus est, quoniam magistrum pincernarum rogando ut loqueretur regi pro se, oblitus est Deum nominare. Imo incertum est hoc ; et quamvis ita fuisset, hoc tamen non fuisset mortale peccatum, imo fortasse nec veniale : non enim tenetur homo in omni actu, verbo aut prece homini facta, Dei actualiter reminisci, aut ipsum nominare. Et si in hoc venialiter peccasset, non ob id Deus ei tantam ac tam diuturnam inflixisset carceris pœnam. — Octavodecimo, falsum est quod quum Pharaos sua somnia sapientibus suis narasset, magister pincernarum dixit ad regem : Si ad Joseph me miseris, etc. Item, mendosum est quod Joseph illi ad se misso interpretatus est somnia regis. Imo (ut patuit) rex auditis verbis principis pincernarum et qualiter Joseph suum somnium exposuisset, jussit Joseph educi de carcere sibi præsentari ; et personaliter retulit ei somnia sua, atque ab ore Joseph interpretationem audivit. — Nonodecimo, falsa est tota fabula ista, quod quum rex misisset nuntium ad Joseph ut carcerem egrederetur et veniret ad se, Joseph nuntium illum remisit ad regem ut sciscitaretur ab eo cur mulieres prædictæ suas manus secabant, et quod tunc uxor regis asseruit se postulasse concubitum Joseph. Hic sunt tot mendacia, quod numerare omnia piget : idcirco pertranseo. — Vice-simo, falsum est quod Joseph postulavit a rege ut super granaria faceret se custodem : quia hoc mali speciem habuisset. Sed Pharaos primo hoc obtulit Joseph.

Vicesimo primo, falsum est quod Joseph occulte revelavit fratri suo Benjamin esse

se fratrem ipsius. — Vicesimo secundo, **A** Recedite ergo a tali magistro. Porro, si falsum est quod perscrutatio atque inventio scyphi factæ sint coram Joseph, ut patuit. Deinde falsa sunt omnia quæ sequuntur : quod scilicet unus fratrum dixit aliis ut redirent ad patrem eique dicerent, Pater, filius tuus furtum perpetravit ; et quod illi fecerunt hoc modo, atque quod Jacob audito hoc verbo, filiis suis respondit, Cordibus vestris secreta reprimitis, ego quidem pulchre patiar, quousque Deus forsitan ambos illos reducet ; item, quod pater Jacob deinceps de Joseph conquirendo tantum ploravit, quod oculi ejus albugine sunt velati. Jam enim præhabitu est, quod Joseph in secundo fratrum suorum adventu auditis verbis Judæ, manifeste dixit se esse fratrem ipsorum, et deinde misit eos pro adducendo patre suo, misitque ei trecentos denarios et quinque optimas stolas : sicque Jacob tunc maximam consolationem sortitus est, et revixit spiritus ejus ; protinus quoque ad filium suum Joseph profectus est.

Insuper prorsus mendosum est, quod **C** Jacob misit filios tertio in Ægyptum ad inquirendum pro Joseph et Benjamin ; et quod fratres tertio in Ægyptum venientes, interrogati sunt a Joseph an facti essent memores ipsius Joseph, et quod tunc dixerunt ad eum, Tunc es ille ? et ille, Ego sum ; et quod Joseph tunc remisit eos ad patrem suum cum sua camisia, ut eam in faciem patris projicerent, sicque visum reciperet : quia et si cetera vera essent, istud tamen esset inane, quum utique ipse Jacob sanctior fuerit filio suo Joseph, nec **D** contactu camisiæ ejus pro illuminatione sua indiguisset, imo propriæ camisiæ tactu id potius impetrare quivisset.

Dicitur quoque in isto capitulo Alcorani, quod Joseph parentes suos honorifice suscepit. Quod etiam calumniæ patet, quoniam mater Joseph diu ante hæc fuit defuncta : siquidem Benjamin pariens exspiravit, ut in Genesi habetur.

Ecce, o Sarraceni, quanta propheta vester mendacia in uno scripsit capitulo.

Alcoranum a Deo missum putatis, certum est quod ab omni falsitate illud defendere debeatis. Si enim vel unum in eo mendacium inveniretur, tota ejus periret auctoritas, neque a Deo per Gabrielem volumen hoc missum esset.

Non sufficio admirari quod Mahon tam indoctissime ac mendose hæc retulit ; nec minus mirandum quod sapientes Sarracenorum præscriptos ac alios ejus non advertunt errores. Utinam scripturas utriusque Testamenti perlegerent : tunc enim agnoscerent veritatem, et converterentur ad Christum, de quo princeps Apostolorum, beatissimus Petrus, testatur quod non est aliud nomen datum hominibus a Deo sub cælo, in quo oporteat eos salvos fieri. Act. iv, 12.

ARTICULUS XXXIV.

Contra errores vicesimi secundi et vicesimi tertii capitulorum.

EXORDIUM capituli vicesimi secundi est hoc : *Hujus voluminis præcepta et cetera tibi cælitus missa veracissima sunt. Quam veracissima, imo mendacissima sunt, ex præinductis constat articulis.*

Capitulo vicesimo tertio dicitur : *Nemo cogitet Deum ignorare incredulorum opera, licet eorum judicium usque ad diem judicii differat.* Circa hoc agnoscendum, quod quamvis generale atque finale omnium judicium, quo etiam secundum corpus et animam juste remunerabuntur aut punientur, differatur usque ad sæculi finem ; nihilo minus particulare judicium, quantum ad animam, Deus exercet in mortibus singulorum. Imo, ut Joannes scribit, qui non credit in Christum, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Increduli namque, quum careant fide, nihil meritorium habent aut agunt : idcirco discussionis judicio non judicabuntur. Verumtamen judicio reprobationis, condemnationis, seu justæ præmiationis, sunt judicandi : et particulariter

judicantur, dum moriuntur; generaliter **A** **vero** **judicabuntur** in die extremi iudicii, sicut Paulus ait apostolus: Eos qui foris sunt, utpote infideles, Dominus iudicabit.

1 Cor. v.
13.

Dicitur quoque hic: *Terra mutabitur in aliam, et cælum similiter*, scilicet in fine sæculi. Si vult dicere, quod terra mutabitur in aliam naturam seu speciem, falsum est: quoniam elementa in suis remanebunt naturis specificis, nec ordo universi mutabitur quantum ad ea quæ in perpetuum apta sunt permanere. Verumtamen fatemur quod terra mutabitur in aliam modo et qualitate: ita quod post diem iudicii terra ac cetera elementa erunt melioris dispositionis ampliorisque claritatis quam modo sunt. Idem de cæli mutatione dicendum est.

ARTICULUS XXXV.

Contra errores capituli vicesimi quarti.

QUASI ex Dei persona hic dicitur: *Hominem de terra et luto plasmavimus, diabolo prius ex igne pestifero creato*. Quum creare sit aliquid ex nihilo facere, quomodo diabolus fertur ex igne creatus? Item, quum omnis creatura Dei sit bona quantum ad id quod a Deo sortita est, quomodo ignis ille pestifer appellatur? Item

art. xxvii.

supra probatum est quod angeli sint simplices et incorporales, imo et immateriales substantiæ. Et apud doctores philosophos verbum præactum non esset nisi ridiculum. Denique, quum forma sit finis materiæ, forma non unitur materiæ nisi propter proprium bonum ei inde proveniens: angelicæ autem mentes ad exercendas suas operationes, vel ad obtinendas aut conservandas suas perfectiones, non indigent igneo corpore tanquam materia.

Insuper dicitur hic quasi ex Dei persona: *Quum hominem procreassem de luto, et eidem animæ meæ portio insufficientaretur*, etc. Si Mahomet æstimavit, scripsit sive intendit, quod Deus in propria natura animam haberet, error esset non

solum falsissimus, sed et prorsus rudissimus, quum Deus sit purus actus, simplicissima unitas, et separatum atque purissimum esse, ut theologi ac philosophi probant. Item, si dicere voluit, quod anima primi hominis aut alicujus alterius esset de substantia Dei, aut pars quædam animæ Dei, omni philosophico ac theologico documento esset contrarium, quum Deus gloriosus, æternus ac adorandus, sit unum, separatum, invariabile, indivisibile ac impermixtibile esse, extra et supra omnem ordinem rerum. Verumtamen de hac re erit (ut arbitror) infra tractatus diffusior.

ARTICULUS XXXVI.

Contra errores capituli vicesimi quinti.

CIRCA principium hujus capituli, angeli animati dicuntur: quod supra jam reprobatum est. Si enim sunt animati, constant ex anima et corpore, nec sunt separatæ simplicesque substantiæ. Denique anima rationalis non est simplicior angelo: ergo et ipsa est animata, et non simplex forma, sed materiam habens. Constat itaque ex anima et corpore. Et sic animæ erit anima; et quæretur de anima illa quæ est pars animæ rationalis, an ipsa sit simplex forma, vel constans ex corpore et anima. Aristoteles vero efficaciter probat quod intellectus est immaterialis et impermixtus: aliter non esset omnium capax, nec formas a materia atque materiæ appendiciis abstrahens immaterialiterque suscipiens ac universaliter intelligens.

Dicitur quoque hic: *Impossibile est diabolo quidquam facere nisi incredulis*. Si hoc ita est, ergo fideles non indigent se a diabolo custodire atque protegere. Præterea, nonne diabolus quotidie tentat fideles? Imo viros bonos ac virtuosos acrius tentat quam pravos ac infideles. Nam et Christum aggredi ac tentare præsumpsit. Et Christus ad beatissimum Petrum apostolum dixit: *Ecce Satanas expetivit vos*

Matth. iv.
3 et seq.
Luc. xiv.
31, 32.

ut cribraret sicut triticum; ego autem oravi pro vobis. Hinc Christus docuit nos orare: Et ne nos inducas in tentationem. Insuper diabolus interdum fideles sic tentat, quod ad infidelitatem ac alia vitia pertrahit eos: quemadmodum Christus in Evangelio ait, quod quidam ad tempus credunt, sed in tempore tentationis recedunt. Scimus quoque, quod Deo permitte, viri sanctissimi sint interdum a dæmonibus corporaliter flagellati atque acerrime læsi. Postremo, quanta mala pœnalia Satanas intulit sancto Job, in primo capitulo ac secundo libri Job continetur. Sed et capitulo vicesimo primo Alcorani habetur, quod Joseph rogando principem pincernarum, suggerente diabolo, Dei nomen nominare oblitus est, atque ob hoc diu in carcere est detentus: et tamen Joseph fuit fidelis. Ideo gloriosissimus Petrus apostolus fideles hortatur: Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret; cui resistite fortes in fide.

ARTICULUS XXXVII.

Contra errores capituli vicesimi sexti.

HIC ait, quod in die iudicii generalis dabitur unicuique liber apertus, in quo facta sua omnia leget. Istud videtur Mahomet intellexisse de libro materiali, ita quod tunc unusquisque propria facta ex libro sibi porrigendo sigillatim lecturus sit. Quod si verum esset, iudicium illud valde diu duraret: quod etiam Mahon concessit, affirmans quod per quinquaginta millia durabit annorum. Sed falsa sunt omnia ista, quia divina omnipotente virtute fiet celerrime. Unde quod in Scripturis sanctis, puta in Daniele propheta et Apocalypsi, de libris tunc aperiendis habetur, spiritualiter intelligendum censetur. Et hoc nunc tetigisse sufficiat, quoniam in sequenti tractatu, ubi contra Mahomet documenta scribetur, plenius ostendetur.

A Insuper ait hic: *Infidelium non nisi lapsum ac præcipitium diligit Deus.* Si verum hoc esset, Deus nunquam per sanctos Prophetas et gloriosos Apostolos invitasset infideles ad pœnitentiam. Et cur Mahon toties asserit, sibi a Deo præceptum ut legem sibi missam, infidelibus prædicet, quatenus convertantur et salventur, si illorum lapsum ac præcipitium dumtaxat diligit Deus? An ex fictione et invidia mittit ad eos nuntios suos? Præterea istud experientiæ contrariatur. Videmus enim frequenter aliquos infideles ad fidem converti, ita quod Deus misericorditer prævenit atque illuminat eos. Imo, secundum Christi doctrinam, debemus pro infidelium conversione orare. Hinc sanctissimus Petrus apostolus: Patienter (inquit) agit Deus, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. Hoc idem Paulus protestatur, dicendo: Deus omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.

C Postremo, si per lapsum intelligatur ruina peccati, videlicet culpa, certum est verbum hoc falsum esse: quoniam impossibile est ut culpam diligit Deus. Malum etenim pœnæ, sed non malum culpæ, rationem appetibilis potest habere.

D Iterum hic habetur: *Quanto plus arserint, scilicet damnati, tanto plus ignis apponemus.* Hoc falsum est. Quum enim pœna inferni sit sempiterna, sequeretur quod pœna damnatorum augeretur et cresceret in infinitum. Itaque agnoscendum quod damnati, quum non sint in via, sed in termino, non sunt in statu merendi aut demerendi: ideo, quamvis incessabiliter peccent, seu potius impie agant, Deum odiendo ac blasphemando, non tamen merentur pœnæ augmentum, quemadmodum nec Beati in patria felicitatis et gloriæ incrementum. Non ergo damnatorum augenda est pœna: nisi quod post diem iudicii, corporibus suis resumptis, gravius affligentur quam ante; et item, nisi in quantum in vita hac promeruerunt pœnas suas augeri: ut hi qui aliis causa per-

Matth. vi.
13.

Luc. viii.
13.

I Petr. v.
5. 9.

II Petr. iii.

I Tim. ii. 4.

Dan. vii.
Apoc. v. x.
xx.

ditionis fuerunt, pœnæ acquirunt augmentum dum illi corruunt in infernum. Sic namque infelicissimi Mahometi pœna quotidie vehementissime augmentatur, descendentibus ad inferos Sarracenis, quorum omnium condemnatio redundat in ipsum : unde tot reproborum pœnas solus æternaliter sustinebit, quot decepit. Verumtamen hoc pœnæ augmentum post diem iudicii mox finem suscipiet, ita quod ultra non crescet : quia tunc omnia plenissime erunt in termino. Quemadmodum autem angeli sancti qui hominum sunt custodes, in accidentali præmio crescere usque ad diem iudicii possunt, quoniam ex societate eorum qui per ipsorum salvantur custodiam, aliquid accidentalis gloriæ eis accrescit ; sic damnatorum damnatio ac tormentum, quantum ad accidentalem eorum miseriam, usque ad iudicii diem potest augeri, quoniam ex eorum consortio quibus damnationis causa fuerunt, augetur ipsorum calamitas.

ARTICULUS XXXVIII.

Contra errores capituli vicesimi septimi.

CAPITULO isto recitatur historia septem Sanctorum, qui septem dormientes vocantur. Et sicut alia gesta, ita et ista recitat Mahon mendaciter, fabulosa et vana veris ubique admiscens. Et quamvis ista narratio sua quantum ad id ad quod probandum eam inducit, nobis non obviet, imo concordet (siquidem ad adstruendam futuram resurrectionem eam commemorat), tamen secundum veritatem destruit totam ejus perfidiam, et nostræ fidei roborat veritatem. Et quamvis prolixum tædiosumque mihi sit ista probare, tamen ad Dei honorem et Sarracenorum conversionem, brevius quo potero hæc monstrabo.

Itaque quasi ex Dei persona in isto Alcorani capitulo scribitur : *Ad majorem fidem publicæ resurrectionis nostrum miraculum de quibusdam adolescentibus ad*

A cavernam profectis introducatur. Nos in illa caverna aures illorum per centum annos obstruximus, et demum eos resuscitavimus ; nec eorum quis numerum dierum suæ sopitionis resuscitatus agnovit. Quibus diximus : *Ad cavernam tendite, ibique Deus vobis misericordiam et rerum abundantiam tribuet. Eos autem sopitos sol oriens in dextera, occidens in sinistra parte percussit. Illis in medio cavernæ positis atque sopitis (licet quilibet adspiciens eos vigiles æstimaret), canis ante ostium accubuit, illis in dextera sinistraque præmunitis : unde quilibet super eos ascendens, præ timore refugiendo discessit. Eorum vero quilibet suscitatus, et de suæ sopitionis spatio interrogatus, diem dieive horam affirmat. Unde ipsi propo-*
B
C Alcorani.

Nunc vera audiatur narratio. Decius imperator, persecutor Christianorum, quum esset in Epheso, omnes Christianos jus sit inquiri, ut vel idolis immolarent, aut exquisitis suppliciis necarentur. Tunc in urbe illa inventi sunt septem Christiani, videlicet, Maximianus, Malchus, Martinianus, Dionysius, Joannes, Serapion, et Constantinus : qui præsentati sunt Decio. Quumque idolis sacrificare contemnerent, dedit eis Decius tempus respiscendi usque ad reditum suum. Illi interim in montem Celion discesserunt, ut ibi secrete consisterent. Interdum vero Malchum in veste mendici, ut eis victualia emeret, occulte miserunt : qui quodam vespere rediens, indicavit eis imperatorem redisse, et eum ipsos requirere. Qui graviter terri, facta cœna, consederunt, et colloquentes de Deo, atque se invicem ad martyrium confortantes, repente, prout voluit Deus, obdormierunt. Mane facto percepit imperator quod viri isti in monte præfato

laterent; jussitque os speluncæ lapidibus A
obstrui, ut fame morerentur ibi reclusi.

Deinceps mortuo Decio, tempore Theo-
dosii, christianissimi imperatoris, orta est
hæresis quorundam futuram resurrectio-
nem negantium. Propter quod sanctus ille
imperator quotidie indutus cilicio planxit,
pro tam impiæ hæresis exstirpatione Deum
exorans. Quem benignissimus Dominus
consolari et Ecclesiam a tanto errore eri-
pere volens, inspiravit uni civi Ephesio
ut in monte Celion stabula suis ædificaret
pecoribus. Cæmentariis ergo speluncam B
aperientibus, surrexerunt Sancti, seque
mutuo salutantes, putabant se una dum-
taxat nocte dormisse; præteritamque re-
cordantes tristitiam, proposuerunt nequa-
quam idolis immolare; sed Malchum ad
emendum panes miserunt. Qui exiens et
lapides videns, miratus est. Veniens quo-
que ad Ephesi portam, valde miratus est,
signum sanctæ crucis ibi superpositum
videns. Omnes ergo portas circuiens, et
ubique crucis signum reperiens, urbemque
mutatam conspiciens, ad primam rediit C
portam stupidus et somnari se putans.
Sed iterum se confirmans et vultum ope-
riens, urbem intravit, et audiens homines
loqui de Christo, amplius stupens: Quid
est, inquit, quod heri nemo audebat Chri-
stum hic nominare, et eum nunc omnes
confitentur? Puto quod hæc non sit ci-
vitas Ephesina. Interrogans autem de hoc,
audiensque quod imo, non credidit. Acces-
sit tamen emere panes. Venditores vero
pecunia ejus inspecta, dicebant eum anti-
quum invenisse thesaurum. Et dixerunt D
eidem: Unde et quis es tu? Et rursus:
Indica, inquit, thesaurum quem inve-
nistis, et erimus socii tecum, nec propa-
labimus te. Quumque præ timore nil re-
sponderet, putans quod eum vellent Decio
præsentare, misso fune in collo ipsius,
traxerunt eum ad medium civitatis. Ex-
ivitque rumor quod quidam juvenis anti-
quorum imperatorum invenisset thesauros.
Malchus vero circumspectans neminemque
cognoscens, stetit quasi insanus.

Audientes ista episcopus Ephesi et pro-
consul, jusserunt juvenem sibi adduci. A
quibus interrogatus ubi invenisset thesau-
rum, respondit se pecuniam istam de sac-
culo suorum habere parentum. Et pro-
consul: Fac venire parentes tuos. Quos
quum nominasset et nullus eos agnosce-
ret, dixit proconsul: Decipere nos conaris,
et mentiris, quum nullus horum tuos pa-
rentes agnoscat, et pecunia ista sit tem-
poris Decii imperatoris: idcirco te legibus
tradam quousque quod verum est dicas.
B Tunc Malchus procidens ante eos, ait:
Propter Deum dicite mihi quod quæro, et
ego vobis dicam quod est in corde meo.
Decius imperator, qui fuit in civitate hac,
ubi jam est? Respondit episcopus: Fili,
non est hodie in terra Decius imperator,
sed plus quam ante ducentos existit an-
nos. Dixitque Malchus: Hinc, domine, ve-
hementissime stupeo; et nullus mihi cre-
dit, sed sequimini me, et ostendam vobis
socios meos in monte Celion, eisque cre-
dite. Scio enim quod a facie Decii fugimus,
et heri sero vidi eum hanc urbem esse
ingressum, si tamen ista est Ephesus. Tunc
episcopus dixit proconsuli: Mysterium est
quod vult Deus reserare. Perrexit ergo
cum Malcho, qui primus ad socios suos
ingressus est. Post quem intrans episco-
pus, invenit inter lapides litteras sigillatas
duobus sigillis argenteis: in quibus litteris
duo Christiani legendam istorum conscrip-
serant, easque caute inter saxa posuerant,
quando Decius imperator fecit os spelun-
cæ lapidibus obstrui. Has itaque litteras
coram omnibus legit episcopus: qui ad-
mirati sunt valde; et videntes Sanctos illos
in spelunca sedentes, atque eorum vultus
instar rosarum florentes, corruerunt ante
eos in terram, Deum in omnibus glori-
ficantes.

Tunc episcopus et proconsul scripserunt
hæc omnia Theodosio imperatori, rogantes
ut veniret et mirabilia Dei videret. Qui
mox a Constantinopoli venit, et cum epi-
scopo ac aliis speluncam ingressus est.
Mox vero ut Sancti imperatorem viderunt,

resplenduerunt eorum facies sicut sol. Lo-
quens autem imperator diu cum illis, pro-
cidit ante eos, et super singulos flevit,
dicens : Sic video vos ac si videam
Christum suscitantem Lazarum e sepulcro.
Tunc S. Maximianus dixit ad imperatorem :
Jam manet in pace imperium tuum, et in
fortitudine fidei tuæ, Dominus noster, Je-
sus Christus, Filius Dei viventis, custodiet
te atque imperium tuum. Et crede nobis,
quia propter te suscitavit nos Deus ante
diem magnæ resurrectionis, ut credant om-
nes quod vere mortuorum resurrectio erit. B
Et quemadmodum infans est in utero non
sentiens læsionem, et vivens, sic fuimus
viventis dormientes, nec sentientes. Qui-
bus dictis, universis qui adstabant viden-
tibus, inclinantes capita sua in terram,
obdormierunt et tradiderunt spiritus suos
secundum imperium Dei. Surgens igitur
devotissimus imperator, cecidit super eos,
flens et ipsos deosculans. Quumque fieri
præcepisset loculos aureos in quibus po-
nerentur, in ipsa nocte apparuerunt impe-
ratori, dicentes quod sicut hactenus in
terra jacuerunt atque ex ea consurrexe-
runt, sic eos dimitteret donec eos Deus
iterum suscitaret. Porro Decius imperator
anno Domini ducentesimo quinquagesimo
secundo regnavit ; Theodosius vero iste,
anno Domini quadringentesimo quadrage-
simo octavo. Sicque annis ducentis aut
circiter dormisse videntur.

Præterea constat ex his, in quibus Alco-
rani narratio sit mendosa. Primo enim
verisimile non est quod Sancti illi in tanta
tribulatione canem suum secum duxerunt ; D
et quamvis cum eis ivisset, non tamen
permisissent eum ante ostium speluncæ
jacere, ne proderet eos. Et quoniam os
speluncæ fuit ita obstructum, sol oriens
et occidens eos non tetigit seu percussit.
Nullus quoque interim accessit ad eos,
nec scivit de eis : ideo falsum est quod
Alcoran dicit, quod quilibet eos adspici-
ens, vigiles eos putavit ; item, quod qui-
libet super eos ascendens, præ timore
fugit ab eis.

Postremo, ista narratio non obviat ei
quod supra scripsi, homines quosdam in art. XLII.
die finalis resurrectionis agnituros se diu
fuisse defunctos : quoniam isti septem
Sancti tempore suæ dormitionis ex speciali
Dei dispensatione nec in pœna fuerunt
neque in gloria. — De istis quoque Sanctis
certissime scimus quod Deum unum ac
trinum colebant, Christumque verum Deum
esse confitebantur, sicut et imperator at-
que episcopus, ac ceteri quibus ostensi
sunt, et qui eorum fidem approbabant.

B Aliæ quædam stolidissimæ fabulæ, omni
recitatione prorsus indignæ, in isto scri-
buntur capitulo ; sed et diversæ perfidiæ,
sicut in singulis pene capitulis, in quibus
eadem immoderatissime et inutilissime re-
petuntur : contra quas semel scripsisse
sufficiat. Et non bene intelligere valeo
quid velit hic dicere de quodam viro Israe-
litici populi, cui tempore Moysis dederit
Deus sapientiam majorem quam Moysi,
ita quod Moyses ab eo petiit informari :
quod penitus falsum est. Tempore equidem

C illo Moyses cunctis hominibus sapientia,
sanctitate miraculisque præfulsit, quem-
admodum Deus ipse de eo ad Aaron et
sororem ejus Mariam locutus est : Si quis Num. III.
6-8.
fuerit inter vos propheta, in visione ap-
parebo ei, aut per somnium loquar ad
eum ; at non sic servus meus Moyses, qui
in omni domo mea fidelissimus est : ore
enim ad os loquor ei, et palam, non per
ænigmata et figuras, videt Deum. In Deu-
teronomio quoque scriptum est : Non sur-
rexit Propheta ultra in Israel sicut Moyses, Deut.
XXXIV, 10, 11.

D quem nosset Dominus facie ad faciem,
in omnibus signis et prodigiis quæ fecit
Deus per eum. Denique, Moyses quotidie ad
libitum suum loquebatur cum angelo, at-
que in omni dubitatione docebatur ab eo.
Quid ergo quæsisset informationem ab
homine ullo ? Rursus, quoniam Deus con-
stituit Moysen totius Israeliticæ plebis le-
gislatorem, rectorem atque doctorem, cer-
tum est quod nullus illius populi ei tempore
suo in sapientia præminebat, imo om-
nibus illis ipse sapientior fuit.

Postremo hic dicitur, quod *Deus Alexandro regi omnium rerum scientiam dedit*. Quod prorsus mendosum est : imo pro cognoscendis animalium aliarumque rerum proprietatibus ac naturis Alexander fervide laboravit, et quamvis multum profecit, tamen incomparabiliter plura manserunt ei incognita. Alexander quoque ab Aristotele informationem sæpissime requisivit. Erat item idololatra, valde ambitiosus ac libidinosus. Idcirco apparentiam nullam verbum istud sortitur, puta quod omnium rerum scientiam ei largitus sit Deus.

ARTICULUS XXXIX.

Contra insanias atque perfidias capituli vicesimi octavi.

HIC in exordio quædam de Zacharia patre Joannis Baptistæ dicuntur, quæ supra sunt reprobata.

Dicitur quoque hic, quod *Deus dixit ad Zachariam : Habebis filium nomine nunquam antea cuiquam imposito*, videlicet Joannem vocandum. Hoc falsum est : quia hoc nomen apud Hebræos satis commune fuit. Unde in Jeremia frequenter fit mentio de Johanan filio Caree Judæo ; similiter in Luca scriptum est, quod Juda fuit filius Joanna : quorum uterque ante Joannem Baptistam diu defunctus est. Sed verum est quod vicini dixerunt matri Joannis : Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine, ut in Luca scribitur.

Rûrsus habetur hic, quod *super Joannem, Zachariæ filium, salus in die natalis sui et mortis et resurrectionis quævit*. Quid est hoc ? Siquidem Joannes Baptista nondum resurrexit : nisi forte quis dicat eum resurrexisse cum Christo, cum quo, sicut evangelista Matthæus testatur, multi Sancti surrexerunt, et venientes in sanctam civitatem Jerusalem, apparuerunt multis : inter quos tamen sancti Doctores non numerant beatissimum Joannem Baptistam.

Insuper fertur hic : *Mariæ versus locum orientalem a sua gente suisque discedenti, velamen et intercapedo contigit. Cui spiritum nostrum, videlicet angelum, misimus. Cujus visu illa pavefacta Deum rogavit ut se ab illo tueatur. Quam spiritus ille affatus est : Nil nisi Dei nuntius sum, qui tibi puerum optime crescentem promittit. Respondit ipsa : Quum virum non tetigi, puerum quomodo habebō ? Ait ille : Hoc Deo leve est atque possibile.*

Hæc verba mendosa sunt. Communiter enim dicunt sancti Patres, quod Mariæ in secreto sui oratorii sive cubiculi Deum oranti, angelus Gabriel apparuit. Insuper dicunt, quod beatissima Virgo angelum videre solita fuit, habuitque discretionem spirituum, per quam, Deo docente, discrevit inter angelum bonum ac angelum malum. Idcirco Gabriele viso, non fuit ex ejus visu perterrita, nec dubitavit quin fuit angelus sanctus. Sed, ut evangelista Lucas testatur, turbata fuit in sermone angeli, et cogitavit qualis esset salutatio qua dixit ad eam : Ave, gratia plena ; Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Novam namque et ante inauditam salutationem fuit mirata. Sicque turbatio ejus fuit turbatio admirationis, non diffidentiae, inconstantiae aut incredulitatis. Verumtamen quidam affirmant, quod in Galilæa tunc fuit magus qui in specie angeli vicissim apparens virginibus, plurimas defloravit : ideo virgo Maria expavit, timens illud a mago. Sed, sicut jam tactum est, istud ipsa non formidavit.

Sequitur hic : *Illam, scilicet Mariam, imprægnatam, cum eo, videlicet puero concepto, in locum remotum aufugit. Tandem menstruo partum præcedente distillante, quum juxta palmam consisteret, dixit : Utinam morti oblivionique succubuissem antequam hoc mihi contigisset. Christus autem subitus egressus est ; ipsamque consolans : Ne timeas, inquit ; ego enim tecum hic assideo. Deinceps Deus eam allocutus, injunxit ut palmam excuteret atque de ejus fructibus decidentibus vesceretur*

art. xvii.

Jer. xl. xlvi.

Luc. iii. 26. 27.

Ibid. i. 61.

Matth.

xxvii. 52. 53.

Luc. i. 29. 28.

ac roboraretur, nemini quoque viso præberet colloquium, singulis innuens se Deo dies abstinentiæ jejuniique vovisse. Eam deinceps afferentem puerum suum mediocriter increpabant, dicendo : O Maria, quum tuorum parentum neuter malus existiterit, cur rem adeo malam perpetrasti? Illa vero puerum ostendens, ut eum inde convenirent signis innuebat. Quibus qualiter infantulum sciscitarentur quærentibus, infantulus prius in vocem erupit : Ego (inquiens) sum Dei minister, qui mihi liberum tribuens, me prophetam constituit. Hoc est de Christo, Mariæ filio, verbum verax.

Ad istud respondeo, quod totum istud est omni falsitate atque sacrilega impietate repletum. Et cur, o miserrime Mahon, Evangelium commendasti, qui ubique Evangelio sceleratissime contradicis? Et nunc, o Sarraceni, cur istis assentitis mendaciis? Veram, precor, informationem accipite. Dicimus quippe, quod sicut electissima Virgo Christum, Dei Verbum, sine libidine et carnali delectatione concepit, sic eum absque dolore et verecundia atque tristitia, imo cum dulcissimo spirituali gaudio peperit, quemadmodum in Isaia Deus prædixit : Antequam parturiret (id est, dolorem pariendi sentiret), peperit (scilicet sine dolore); antequam veniret partus ejus (id est dolor ex partu), peperit masculum, id est Christum. De quo in Jeremia prædictum est : Novum faciet Dominus super terram; mulier circumdabit virum, id est, in utero concipiet et portabit Christum, qui etiam adhuc existens materno in utero vir fuit, non corporis quantitate, sed sapientiæ ac virtutum perfectione. Et quoniam istud summe mirabile fuit, Isaïas propheta subjunxit : Quis audivit unquam tale? aut quis vidit huic simile? Hinc quoque translatio Chaldaica, apud Hebræos authentica, habet : Adhuc non erat ei veniens angustia, et adhuc non venit ei tremor ex doloribus propter partum, et revelabitur rex Messias, id est Christus.

Præterea, quod dictum est, Maria im-

prægnata cum puero in locum remotum aufugit, falsum est : imo ipsa se sciens salvo virginitatis signaculo Dei Filium concepisse, securissima fuit. Verumtamen, sicut Lucas evangelista describit, statim Christo concepto surrexit, et sanctam Elisabeth, matrem felicissimi Joannis Baptistæ, visitavit, mansitque apud eam mensibus tribus : quibus elapsis, ad propriam rediit domum.

Insuper falsum est quod peperit juxta palmam; sed, ut sanctus recitat Lucas, cum Joseph, sponso ac ministro suo, ad Bethlehem, partu suo instante, profecta est, ibique in medio noctis in diversorio existens, peperit filium, salva integritate virginea. Siquidem omnipotentia Dei agente, egressus est Christus uterum Matris absque ipsius læsione et corruptione; atque in hora illa fuit Virgo sanctissima in contemplatione altissima. Præterea prorsus mendosum est quod partum illum mundissimum menstrui præcessit stillatio: imo, quemadmodum ex purissimis Virginis sanctæ sanguinibus corpus Christi formatum fuit, ita et cetera cuncta fuerunt purissima. Cetera item tacta, videlicet quod Christus mox natus suam Matrem fuit allocutus et consolatus ob causam præ-tactam, penitus falsum est. Potuisset tamen loqui, si voluisset, utpote omni sapientia plenus; sed nullus Sanctorum scribit eum tunc statim locutum. Non etiam præcepit Deus Mariæ palmam excutere, nec inde comedere, neque tacere.

Amplius, falsum est quod Mariam cum puero venientem aliqui quasi culpabilem aut fornicariam reprehendebant. Habuit enim virum, sanctum et castum Joseph : a quo quamvis non fuerat cognita, homines tamen putabant eam a Joseph imprægnatam fuisse. Imo illa una exstitit causa cur Deus voluit eam viro consistere desponsatam, ne fornicaria reputaretur : sciebat equidem teneram virginis verecundiam esse. Imo, ut Lucas evangelista fatetur, Jesus erat quasi triginta annorum dum adhuc reputabatur filius Joseph. Hinc to-

tum quod subditur falsum est, utputa, quod Maria innuebat increpantibus eam, ut puerum interrogarent, et quod infantulus illis respondit.

Ecce quot fatuissimis sacrilegisque mendaciis plenus est liber hic Alcoran! Maledictus et prorsus vitiosissimus fuit, jamque damnatissimus est, qui tam falsissimum librum Deo adscribere ausus fuit.

Dicitur quoque hic, quod *Ismael fuit propheta, et docuit suos ac jussit ut orationes funderent, eleemosynas facerent, solumque Deum verum adorarent.* Istud ex Scripturis divinis probari non potest, præsertim quod fuit propheta. Siquidem nil tale de eo in Genesi scriptum est. Sed angelus de eo prædixit: Hic erit ferus homo; manus ejus contra omnes, et manus omnium contra eum. In Genesi quoque, ubi mors Abrahamæ Isaacque describitur, dicitur de unoquoque eorum: Mortuus est plenus dierum. Per quod eorum sanctitas designatur: plenitudinem enim vita habet justorum; inanes vero sunt dies impiorum. Hoc autem de Ismaele non dicitur, sed quod coram cunctis fratribus suis obiit.

Amplius dicitur hic: *Sciendum neminem esse qui non ad ignem, quoniam hoc Deus mandavit, proficiscatur: ubi corporaliter etiam increduli perseverabunt; timentes autem Deum salvabuntur.* Istud mendosum est, et fidei sanctæ contrarium. Quicumque namque in mortali decedit peccato, in infernum dejicitur; qui autem in veniali, igni purgatorii deputatur, quousque sufficienter purgatus, ad regnum transferatur cœleste. Quamvis autem præter Christum ejusque Genitricem nullus Sanctorum hanc vitam sine veniali culpa transegerit, innumerabiles tamen Sancti utriusque sexus in novo Testamento fuerunt qui, absque omni pœna intermedia, de corpore pervenerunt ad regnum cœlorum beatitudinemque æternam: quoniam pro venialibus suis peccatis quotidie non solum plenissime satisfecerunt, sed etiam ultra hoc omni die in divinæ caritatis fervore, omniumque virtutum perfectione,

abundantissime profecerunt, ita quod eis pro suis culpis nulla post hanc vitam pœna purgatoria debebatur. Idcirco mox evolaverunt. Et hujus rei veritatem Deus piissimus per diversa declaravit miracula. Sic enim sanctus pater Antonius animam Pauli primi eremitæ vidit ab angelis ferri in cœlum, et S. Severinus animam S. Martini, S. Benedictus animam S. Germani, etc. Denique qui martyrizantur pro Christo, absque alia pœna beatitudinem sortiuntur æternam; similiter qui suscepto Baptismo mox moriuntur: quia Baptismus, ut dictum est, culpam aufert ac pœnam. Hinc omnes infantuli baptizati, ante tempus discretionis morientes, absque pœna ignis ad cœlestem beatitudinem perducuntur.

Postremo hic dicitur: *Dicentes Deum sumpsisse filium, turpe verbum se protulisse agnoscent, videlicet in die judicii. Ob hoc quippe dictum fere cœlum se confundit, et tellus aufugit, omnisque mons cadit. Hoc enim importunum et inhonestum est Deo.* Ecce quam sceleratissimum verbum est istud! Vere, sicut doctor sæpe præallegatus in sua scribit epistola, hoc mirari potest omnis fidelis qui legit Alcoranum, quod cœlum non clauditur his qui fidem adhibent mendaciis, perfidiis atque blasphemiiis quæ contra Deum et Sanctos ejus in Alcoran continentur. Porro contra verbum inductum, supra copiosissime est conscriptum, et per divinas utriusque Testamenti Scripturas copiose probatum quod Deus Filium habeat. Nec hoc est inhonestum, sed honestissimum, gloriosissimum ac decentissimum Deo. Verumtamen, si diceremus Deum sumpsisse, id est quasi de novo et ex uxore genuisse, filium, prout infidelissimus Mahon imaginatur, hoc inhonestum turpeque esset. Qualem vero generationem Deo attribuamus, præhabitum est. Nonne in Psalmo habetur, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Nonne sanctus evangelista Joannes verissime loquitur, Qui non credit in Filium Dei, mendacem facit Patrem, etc., prout superius allegatum est plenius?

lib. I, art. XVIII.

Gen. XVI, 12.

Ibid. XXV, 8; XXXV, 29.

Ibid. XXV, 16.

ibid. art. IX, X.

ibid. art. XI, Ps. II, 7.

I Joann. V, 10. p. 266 C, 292 D.

www.libtool.com.cn
ARTICULUS XL.

Contra falsitates capituli vicesimi noni.

DICITUR hic, quod soror Moysis coram rege dixit : *Ego sibi, scilicet Moysi infanti, nutricem inveniam.* Istud non dixit soror Moysis coram rege Ægypti ; sed coram filia ejus protulit aliquid tale, ut Exod. II, 7. patet in Exodo.

Dicitur quoque hic, quod magi Pharaonis projecerunt virgas suas et vertebantur in serpentes antequam Moyses virgam suam projecit. Et hoc est manifeste contra Scripturam. Imo, ut in Exodo habetur, Moyses virgam suam personaliter non projecit, sed Aaron, Moysæ præcipiente, et postea magi. Deinde hic multa mendacia subjunguntur, quæ reprobata sunt ante.

Insuper dicitur hic, quod quum Moyses sua gente citius venisset, a Deo interrogatus, ait : *Illam me sequitur ; ego vero te annuente præcedens, tuam faciem præoptavi.* Moyses tamen, Deo sibi dicente quod Astemellus gentem suam post suum discessum errare fecit, reversus est, non minime suæ genti iratus. Illi vero responderunt : *Non sponte peccavimus, sed nobis quidam ex ornatibus popularibus aliquid fabricare præceperunt : cui præcepto nobis faventibus, Astemellus taurum fudit.* Ecce tota ista narratio sacræ exstat Scripturæ contraria. Legitur namque in Exodo,

quod quum Moyses simul cum populo suo ad montem Sinai pervenisset, Deo jubente

montem ascendit. Quumque in vertice montis diutius moraretur, filii Israel dixerunt ad Aaron : *Fac nobis deos qui nos præcedant ; Moysi enim, qui nos eduxit, nescimus quid acciderit.* Dixitque Aaron : *Tollite in aures aureas, et afferte ad me.* Quo facto, formavit opere fusorio et fecit ex eis vitulum conflatilem. Et tunc Deus

locutus est Moysi : *Descende, quia peccavit populus tuus, etc.*

In sequentibus autem tribus Alcorani capitulis diversi ponuntur errores superius improbat. Inter cetera capitulo trice-

simo secundo habetur : *Deum throni sublimis et immensi adorate.* Sed thronus Dei immensus non est, absolute loquendo, quum omnis creatura finita sit.

At vero capitulo tricesimo tertio dicitur : *Omnis adulterans centum ictus recipiat in multorum præsentia, ut sic correctus ac verecundatus, ulterius ab illo peccato omnibus modis illicito cesset. Nec quis divinam legem timens aliqua super hoc pietate moveatur.*

Insuper, capitulo tricesimo quarto quasi ex Dei persona dicitur Mahometo : *Ante te nullum prophetam misimus nisi tibi cibis utentem et ad fora pergentem.* Hoc falsum videtur : quia Joannes Baptista, propheta sanctissimus, in pueritia sua perrexit ad eremum, ubi et circa loca Jordanis extra urbes mansit, quousque ab Herode est comprehensus. Elias quoque videtur ad fora aut nunquam aut rarissime processisse.

ARTICULUS XLI.

Contra errores tricesimi quinti capituli.

FERTUR in isto capitulo, quod quum Moyses Pharaoni dixisset ut filios Israel secum de Ægypto egredi sineret, Pharaeo ei respondit : *Nonne tu es quem nutrivi puerum ? Nobiscum per annos moratus es ; illudque perpetrasti, occidendo scilicet Ægyptium, unde malus et reus factus es. Respondit : Feci quidem, sed erravi : unde manus tuas timidus fugi.*

Totum istud est falsum, et sacræ Scripturæ contrarium. Quum enim Deus Moysi jussit ire ad Pharaonem, adjecit, *Defuncti sunt omnes qui quærebant animam tuam, ut in Exodo dicitur.* Ideo Pharaeo iste ad quem missus est Moyses, alius fuit ab illo cum quo Moyses habitavit, et sub quo occidit Ægyptium. Factumque illud oblivioni fuit jam traditum. Siquidem post hoc Moyses annis quadraginta habitavit in terra Madian, ut patet in Exodo : quibus elapsis, ad Pharaonem est missus.

Cf. Exod. vii. 7. Act. vii. 23. 24. 25. 26.

Dicitur quoque hic, quod *Sodomitas Deus per imbrem immissum pessumdedit*. Sed non proprie per imbrem, imo per ignem et sulfur, quæ instar imbris de celo cadebant, illos subvertit, ut patet in Genesi.

Amplius hic habetur : *Diabolo hunc composuisse librum, scilicet Alcoranum, tum difficile, tum impossibile fuit*. Istud supra destructum est : imo diabolica inspiratione est editus. Multi quoque hæretici, inspirante diabolo, libros composuerunt isto valde subtiliores et minus mendaces.

ARTICULUS XLII.

Contra falsitates et fabulas capituli tricesimi sexti.

FREQUENTER in Alcoran tangitur, quod tempore Mahometi multi dixerunt eum dæmoniacum esse et magum atque amentem. Mihi quoque videtur, quod in isto specialiter capitulo sit locutus quasi talis exstiterit.

Itaque ait hic : *Moyses suam allocutus uxorem, de foco viso pollicitus est ei inde afferre partem ad calefaciendum se. Adveniens illuc, hoc a me verbum audivit : Ego te tuum projicere baculum præcipio.*

Istud (ni fallor) dictum est de rubo quem Moyses vidit ardere nec lædi neque comburi. Quo viso, dixit : Vadam et videbo visionem hanc grandem, quare non comburatur rubus. Quumque propinquaret, Dominus ei locutus est, Ne appropies huc, multaque alia ; atque post longa colloquia, præcepit ei virgam suam in terram projicere. Postea ad domum suam rediit Moyses. Quæ omnia in Exodo plenius describuntur. Itaque Moyses, Deo revelante, agnovit hoc supernaturale ac mysticum esse, quod rubus ab igne non lædebatur. Non ergo tam stolidus fuit ac puerilis, quod conjugii suæ promisit portare partem inde ad calefaciendum se. Præterea, falsum est quod Moysi illuc eunti post conjugis suæ allocutionem, Deus præcepit projicere

virgam : imo hoc jussit antequam Moyses rediit domum. Uxor equidem Moysis domi fuit, non secum in solitudine. Imo Moyses virgam suam Deo jubente projecit antequam a loco illo reverti incepit, ut patet in Exodo. Denique, Domino qui in igne rubi apparuit disparente, rubus cessavit ardere : et hoc fuit antequam Moyses cœpit reverti. Iterum, Moyses domum reversus atque ad locum præfatum * regrediens, suam secum duxit uxorem. Quæ tamen in via reversa est : qua redeunte, Moyses ad eam reverti non proponebat. Itaque nullo modo promisit ei partem portare de foco viso : idcirco stultum et imperitissimum est hoc verbum. Et quidquid hic scripsi, in Exodo continetur, aut inde probatur.

Deinde hic scribitur : *Salomon cum suis exercitibus tum dæmonum, tum hominum, tum avium ipsum glorificantium, ad locum formicarum pervenit. Quarum una persuadente ceteris ingressum, ne a Salomone ac suis conculcarentur, Salomon subrisit, dicens : Tu, Deus, da mihi ut de beneficiis tuis digne tibi gratias agam. Deinceps avium exercitu adspecto, upupa, quam non reperit, quo lateret quæsit : Ipsi (inquiens) malum vel mortem immitam, nisi mihi aliquos rumores retulerit. Itaque paulisper immorata illa, veniens ait : Ego de Saba veniens, rumorem tibi veracem apporto. Est namque ibi mulier omnibus imperans et abundans, solem cum sua gente adorans. Respondit Salomon : Ad dicti tui probationem, hanc meam chartam fer illis, et redi, ut quid acturi sint, nobis innotescat.* Deinde fabulam istam capitulum istud prolixè prosequitur ; et prorsus indignum mihi videtur hanc prosequi, quum totum sit contra rationem atque Scripturas. Quomodo enim Salomon in tanto exercitu, et sedens in curru aut jumento, potuit formicam unam tam distincte videre, et ejus suggestionem advertere ? Iterum falsum est quod Salomon cum exercitu dæmonum ac avium procedebat. Nec aves ratione carentes,

Gen. xii.
4, 25.

ut. iv. v.

Exod. iv,
2, 18.

* ad Egi-
ptum
Exod. iv,
20.

Exod. iii,
et seq.

ibid. iv, 3,
1.

eum quoque non cognoscentes, eum poterant glorificare, nisi loquendo de glorificatione valde improprie. Rursus, upupa, quæ brutum est, nec comminationem Salomonis cognovit, nec eum alloqui potuit, nec ei revelavit secreta, nec ejus expedivit negotia : nisi diabolus per upupam ista egisse dicatur ; sicque Salomon magicis se artibus involvisset : qui tamen adhuc virtuosus fuit, quando regina Saba ad eum pervenit. Insuper, regina illa non venit ad Salomonem sicut hic recitatur, sed prout tertio Regum habetur : quoniam B
 III Reg. x, 1. fama Salomonis crescente, sponte venit ad eum, ut sapientiam ejus audiret. Sic et
 Math. xii, 42. Christus in Evangelio contestatur.

Dicitur quoque hic, quod *regina illa jussa egredi pavementum domus Salomonis, putans hoc aquam esse, vestibus suis erectis, crura detexit, ut transvadaret : quasi non viderit aliquem euntem per pavementum, vel quasi ipsa non intrasset per illud, aut magica arte illusa fuerit, vel tam irreverenter a Salomone tractata. Multa stultissima, quæ tædet narrare, hic scripta sunt, quæ ex Talmud Judæorum sumpta videntur, aut fabulis illius similia cognoscuntur.*

ARTICULUS XLIII.

Contra errores tricesimi septimi capituli.

SCRIBITUR isto capitulo, quod puellæ quæ venerunt adquare oves patris sui, scilicet sacerdotis Madian, ad puteum juxta quem Moyses sedit, duæ fuerunt. Sed D
 Exod. ii, 16. in Exodo septem fuisse dicuntur.

Amplius quasi ex Dei persona hic dicitur Mahometo : *Moderni te dicunt magum esse. Quibus tu dicas : Librum isto meliorem afferte, et eum benevole sequar.* Ecce quale ficticium ! quasi Evangelium Christi non sit melius isto : quod tamen supra copiose etiam ex verbis Mahon probatum est.

lib. i, art. 1.
 lib. ii, art. iv, v.

Rursus quasi ex Dei persona hic fertur : *Karion, cuidam subjecto Moysis, tantam*

A thesauri copiam contulimus, quod ipsius claves solæ fortem camelum eas gestantem fere presserunt. Istud ad Judaicas pertinet fabulas, quum nec Pharaon rex Ægypti tantum habuisse thesaurum credatur. De isto quoque Karion paulo post subditur, quod tellus eum cum domo sua atque pecunia deglutivit. Sicque videtur fuisse Dathan vel Abiron, aut Core vel Hon, qui inter eos quos sub Moyse terra absorbit, principales fuerunt, ut in Numeris legitur.

Nu-
 m. 17
 1. 21.

ARTICULUS XLIV.

Contra errores capituli tricesimi octavi.

HOC capitulo incontinentissimus Mahon fingit sibi divinitus dictum : *O propheta, mulieres omnes quibus donanda dederis, omnes tuæ manui per emptionem subdilas, et amittæ tuæ materteræque, filiarumque filias, omnes item bonas mulieres tibi gratis succumbere cupientes, licitas constituo ; hocque tibi soli permittitur. Has a te remove, illas adjunge, pro libitu tuo ; nec pro prius abjectis, nisi dilexeris eas, molesteris. Illæ namque tuo voto parere debent.*

Ecce qualis ardelio, impostor et leno exstitit iste, qui sacrilega ista mendacia vero, sancto et supermundissimo Deo imponere non expavit : qui quum decem et septem haberet uxores, illis nequaquam contentus, etiam adulteria atque incestus licita sibi esse mentitus est. Quis unquam Prophetarum tale quid dixit ? Et unde creditur quod istud non finxit, præsertim quum præ cunctis hominibus qui unquam fuerunt, lubricissimus libidinosissimusque fuisse probetur ? Ipse etenim de se ipso asseruit, quod cum mulieribus tantum potuit solus quantum alii quadraginta. Unde certissime innotescit, quod non virtutum amor, sed libidinis furor, eum induxit ad confingendum tam sceleratissimum verbum. Libido namque non satiatur, non contentatur, sed quo per plures vagatur,

eo plus irritatur. O qualis taurus exstitit A iste!

www.libtool.com.cn

Præterea, Christus in Evangelio protestatur : Væ homini per quem scandalum venit ; itemque : Quicumque scandalizaverit unum de pusillis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Istud autem, videlicet maritatas consanguineasque cognoscere, imo et id sibi a Deo permissum asserere, fuit valde scandalizativum pusillorum, imo et omnium : quod summe vitandum est. Insuper, B Paulus apostolus : Ab omni (inquit) specie mala abstinete vos. Sed istud non solum malam, imo et pessimam speciem habuit.

At vero, aliorum doctorem, prælatum et legislatorem, oportet esse maxime virtuosum, irreprehensibilem, justum et exemplarem, et nemini injuriantem, nullumque impie perturbantem, contristantem vel aggravantem. Istud autem fuit virtuositati, irreprehensibilitati et exemplaritati summe contrarium. Cessit quoque in derogationem maritorum, et fuit aggravativum, perturbativum ac contristativum ipsorum ; incertitudinemque prolis causavit, et exhereditationem injustam. Adhuc autem, ad prophetam pertinet divinorum contemplationibus immorari ac delectari, spiritualibus occupari, carnalia spernere, puritati studere. Et utique palam est quod mulieribus tam irrefrenatissime tauriformiter vacare, ab omnibus bonis illis vehementissime impedit. Item, quod quis verbo edocet, opere quoque implere debet. Unde de

Christo Lucas evangelista fatetur : Cœpit D Jesus facere et docere. Quemadmodum igitur Mahon prohibuit aliis maritatas atque cognatas accedere, sic debuit hoc servare.

Præterea, si quis dicat idcirco Deum id Mahometo licentiasse, ut ex diversis ac pluribus feminis viros generaret virtutum atque prophetas, hoc stultum est dicere, quum videamus indifferenter bonos generari ex malis, et malos ex bonis. Deus quoque omnipotens quibus vult gratiarum suarum largitur charismata, nec ad carna-

lem intuetur originem. Imo, si Deus idcirco id licentiasse, ergo completum est. Dicant igitur Sarraceni quos prophetas ac viros virtutum genuit Mahomet ex aliorum uxoribus propriisque cognatis. Nos quippe inde nil legimus neque audivimus. Nec aliquis ex Mahometo genitus legitur ei successisse in regno, sed alii. Item, quam graviter Deus castigavit David, virum utique sanctum, propter adulterium cum unius mariti uxore commissum, secundo Regum describitur. Quid ergo apparentiæ B istud sortitur, quod generalem maritatarum ac consanguinearum usum concesserit Mahometo ? Postremo, si suam ob sanctitatem id ei concessit, ergo Prophetis eo sanctioribus magis fuerat hoc concedendum, videlicet Moysi et Abrahamæ, ne dicam et Christo. Mihi videtur, quod sicut turpissima mulier quæ nulli se negat, meretrix vocatur virorum, sic sordidissimus Mahomet meretrix seu scortator fuerit mulierum. Ad reprobationem demum dicti istius, omnia valent quæ contra pluralitatem et C repudiationem uxorum ante inducta sunt.

Hinc quoque doctor frequenter præallegatus in sua scribit epistola : Mirari non sufficio qualiter tibi persuasum sit Dei fuisse prophetam hominem istum, cujus tota occupatio fuit homines trucidare, aliena diripere, incestus ac adulteria perpetrare ; qui etiam tale dedecus in scriptura prophetiæ suæ sibi facere non erubuit, ut diceret datum renibus suis a Deo quadraginta viros potentissimos in coitum, fortitudine libidinis adæquare : ubi quoque inter cetera, rebus odoriferis præcipue ac mulieribus delectari se dicit.

ARTICULUS XLV.

Contra errores quorundam sequentium capitulorum.

QUADRAGESIMO tertio capitulo quasi ex Dei persona profertur : *Davidi divitias abundanter contulimus, et montes ac aves illi parere fecimus. Ferrumque*

Matth.
viii, 7.
Ibid. 6.

I Thess. v.
11.

II Reg. xii,
10, 11.

art. xix, xiv.

Act. i, 1.

molliri præcipimus, ipsum quoque loricas A bonas sibi inde texere jussimus. Salomoni quoque ventos et pluvias, vespere et mane parere fecimus; suæque manui minerias aurichalci, et diabolos opifices, ut illi pro velle suo aras et imagines, et paropsides ac amphoras fabricarent, subjecimus.

Si vera sunt hæc, mirum quod nec in libris Regum nec Paralipomenon aliqua inde fit mentio, ubi gesta illorum, præsertim notabiliora, tam diffuse scribuntur: inter quæ ista, tanquam valde notabilia ac præclara, fuissent scribenda.

Præterea esset quærendum qualiter præfata Salomoni obedierunt. An sic, quod ipse soli præcipere quivit, ut mane et vespere supernaturaliter evenirent, protraherentur aut breviarentur, aut quovis modo alterarentur? Et certum quod non. Verumtamen de sancto propheta Elia tertio Regum habetur quod dixit: Vivit Dominus, ante cujus vultum sto, si erit imber aut ros his diebus, nisi juxta oris mei verba.

Hoc tamen orando impetravit, quemadmodum Jacobus ait apostolus, quod Elias C oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex; et rursus oravit, et cælum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum. An sic Salomoni venti pluviamque parebant? Quod si sic est, cur Scriptura hoc silet de eo, quod exprimit de Elia, præsertim quum facta regum soleant diligentius describi quam ceterorum? An ideo dictum est istud, quoniam tertio Regum describitur qualiter Salomone orante nebula implevit templum? Sed ob id quod semel accidit hoc, dicendum D non est quod venti et pluviam ei parebant.

Porro, quod Deus dedit ei diabolos opifices modo præfacto, falsum est, et Scripturis contrarium, quum tertio Regum scribatur, quod Hiram, vir Tyrius missus a rege Tyri, perfecit omne opus in domo Domini, in templo videlicet Salomonis. Nec decuit aras et instrumenta cultus divini a diabolo fieri.

Alia quoque fabulosa ac vana in isto scribuntur capitulo, quæ brevitati studens,

tanquam recitatione indigna pertranseo: sicut et illud quod dictum est, Deum præcepisse Davidi regi loricas texere bonas de ferro mollito.

Insuper, capitulo quadragesimo sexto aseritur, quod Abraham ducens filium suum Isaac ad immolandum, dixit eidem: *O fili, mihi in visione nuntiaturum est quod te decollarem.* Istud est contra Scripturas. Quum enim Isaac pergens cum patre suo dixit: Pater mi, ecce ignis et ligna, ubi est victima holocausti? Abraham ei respondit: Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Sed postea, quum venissent ad locum a Deo præfixum, et Abraham disponeret se ad ligandum filium suum, prout in Genesi habetur, tunc aperuit ei causam.

Dicitur quoque hic, quod *Deus Jonam de ventre piscis extravit, et post hedera eum elevata tenuit, et eumdem missum demum ad centum millia hominum, etc.* Sed sciendum, quod hedera illa orta est et super caput Jonæ levata postquam Ninivitis locutus est. Qui multo plures quam centum millia erant. Imo in libro Jonæ habetur, quod in Ninive erant plus quam centum viginti millia hominum qui nesciebant differentiam inter dexteram suam et sinistram. Omnia ista in libro Jonæ patent prophetæ.

ARTICULUS XLVI.

Contra errores capituli quadragesimi septimi et quorundam sequentium.

PARABOLAM de ovibus regi David a Nathan propheta propositam, prout secundo Regum habetur, recitat Mahon in isto capitulo; sed valde incongruenter ac imperite. Nam ait: *A David ad altare stante quidam quæsitum judicium accesserunt, dicendo: Iste nonaginta novem oves habens, mihi tantum unam habenti, vi molestaque fraude subripere parat.* Sed, ut præfato loco libri Regum conscriptum est, ita non fuit. Siquidem Nathan prophe-

III Reg. xvii, 1.

Jacob. v, 17, 18.

III Reg. viii, 10.

Ibid. vii, 13, 14, 45.

Gen. xii, 6-9.

Jonæ ii, 6.

Ibid. iii, 4.

Ibid. iv, 11.

II Reg. xx, 1 et 2.

ta missus a Deo, solus accessit ad David, et ait : Da iudicium. Duo homines erant in civitate una, unus dives, alius pauper. Dives habebat oves et boves plurimas, pauper unam ovem dumtaxat. Quumque peregrinus venisset ad divitem, parcens ille ovibus suis, tulit pauperis ovem, ut exhiberet peregrino convivium, etc.

Aliæ quoque diversæ et fatuæ fabulæ hic narrantur, quæ partim jam ante sunt reprobatæ, et recitatione prorsus indignæ censentur. Inter quas fertur et istud, quod *Job a diabolo cæsus, dixit : O Deus, laborem et malum mihi diabolus intulit. Dixitque Deus: Eum a te pede repelle. Quam sapienter hoc sonat! Nonne sanctus Job per plurimos dies in maximis fuit doloribus, nec dæmonem repulit pede, sed omnia toleravit patientissime, donec Deo complacuit eum sanare atque diabolum ab eo compescere?*

Capitulo quadragesimo octavo dicitur : *Gens quæ nefanda peccata perpetravit, non desperet.* Sed istud dissonare videtur ab eo quod superius sæpe dixit, puta, quod Deus peccata graviora non dimittit : quod reprobatum est illic.

Capitulo quoque quadragesimo nono fabulosa atque stultissima recitantur : ubi inter cetera dicitur, quod *Pharao jussit sibi ædificium usque cælestium attactum portarum parari, ut sic Moysis Deum conspiceret.*

Capitulo quinquagesimo dicitur : *Deus terram biduo creavit.* Si per biduum intelligit diem secundum, falsum est, contrariumque Scripturæ, quæ in Genesi affirmat : In principio creavit Deus cælum et terram. Unde et David in Psalmo loquitur Deo : Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli. Quo patet quod primo die creata sit terra. Si vero per biduum intelligit spatium dierum duorum, nil penitus valet : quia creatio, quæ est actio potentis infinitæ, est in instanti.

Rursus hoc fertur capitulo : *Cælos septem biduo distinguens, etc.* Frequenter

in Alcorano de septem cælis fit mentio, Sed quid sibi vult hoc? Ad minus enim sunt novem cæli mobiles, utpote septem orbis planetarum, et firmamentum, ac nona sphæra : quibus quidam astrologi addunt decimum orbem volubilem. Et quomodo Deus cælos biduo distinxit, quum in Genesi opus distinctionis hujusmodi uno die doceatur peractum? Sed de isto nunc transeo, quoniam in sequenti tractatu erit hinc (ut reor) Deo agente diffusior sermo.

Item hic dicitur : *Hic liber nec mendacium aliquod nec aliquid prophetis præteritis contrarium nuntiat.* Quam verum sit hoc, præinducta declarant : imo in hoc ipso capitulo multa continentur mendacia. Et sanctis Prophetis hic tædiosissime walgorismus eadem immoderatissime repetens, in pluribus locis prorsus contrarius esse supra monstratus est.

Capitulo quinquagesimo primo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo : *Nos non posuimus te custodem vel coactorem disgradientium a lege ; tuum enim non est nisi tantum rem nuntiare.* Si hoc ita est, cur ergo, o Mahon, toties jubes in Alcoran ire prædatum, pugnatum, imo et interfectum incredulos, donec ingrediantur ad fidem aut reddant tributum? Sed sicut in ceteris quasi ubique, ita in hoc quoque tibi ipsi contrarius es probatus.

In principio capituli sexagesimi, similiter et in principio sexagesimi primi, juratur per creaturas, puta per ventos et angelos et per montem Sinai, item capitulo sexagesimo secundo per stellam vespertinam, quod vera et justa sint Alcorani præcepta et dicta. Sed iste modus jurandi videtur scripturis novi ac veteris Testamenti contrarius. Christus enim in Evangelio loquitur : Nolite jurare omnino, neque per cælum, neque per terram, etc. Moyses quoque in Deuteronomio ait : Dominum Deum tuum timebis, et per nomen ejus jurabis. Deo quoque non convenit jurare nisi per se ipsum. Unde in Genesi ait ad Abraham : Per memetipsum

Gen. i. 6-8.

art. xi et s.

Gen. i. 1.

Ps. ci. 36.

Matth. v. 34, 35.

Deut. vi. 13.

Gen. xxii. 16.

juravi. Inconvenienter ergo capitulo sexagesimo secundo inducitur Deus jurare per stellam vespertinam. Hinc, secundum Apostolum in epistola ad Hebræos, quoniam Deus non habet majorem per quem juret, jurat per se ipsum.

Hebr. vi. 13.

Rursus, capitulo sexagesimo dicitur, quod *Abraham hospitibus*, id est angelis in specie peregrinorum ad ipsum venientibus, *dixit* : *An boni sitis, ego minime scio*. Istud est fabulosum, quia, ut fertur in Genesi, mox ut a longe eos adspexit, processit in occursum eorum, adoravitque eos. Multa alia fabulosa et falsa dicuntur hic, quæ supra sunt reprobata.

Gen. xviii. 2.

Postremo, capitulo sexagesimo secundo quædam dicuntur de sublevatione Mahometi ad Deum et propinquatione ejus ad paradysum, de quibus infra, Deo agente, tractabitur.

ARTICULUS XLVII.

Contra errores capituli sexagesimi tertii. C

IN exordio capituli sexagesimi tertii dicitur : *Appropinquavit hora, lunaque bipartito divisa est. Hoc cum ceteris mirabilibus visis contradictores artem magicam esse dixerunt*. Ita fertur hic. Et ubi nunc est quod supra protulit Alcoran, ubi quasi ex persona Dei asseritur, quod Mahometo non est datum facere miracula?

art. xxv.

Denique istud obscure hic recitatur. Verum, ut alibi legi, asserunt Sarraceni quod luna accessit ad Mahon : quam ille in duas partes divisit, eamque denuo integravit. At vero de lunæ quantitate communiter dicunt astrologi, quod tanta aut major sit quam tertia vel quarta pars terræ. Nullumque dubium quin major sit tota Arabia, in qua fuerat Mahon. Ubi ergo aut quomodo eum accessit? Ipse (ni fallor) tunc fuit in aliqua civitate, villa aut domo, et si in quocumque campo latissimo extitisset, luna descendens universa occupasset seu operuisset, non solum domum,

A villam, civitatem, campum, sed item provinciam : quomodo ergo accessit sequè imposuit manu Mahon? Et si ita descendit, toti hoc provinciæ patuit. An forsàn luna contraxit se atque sub parva quantitate accessit? Verumtamen scimus Deo omnia possibile esse, et item quod in his quæ sunt super naturam, tota ratio operis sit omnipotentia facientis. Sed ad ostendendum quod dictum istud de lunæ divisione sit falsum, fictum, aut magicum, valent omnia præinducta, quibus probatum est multa mendacia in Alcoran contineri, et quod a Deo non sit lex Mahometi, quod item ad legem Christi omnes teneantur.

lib. I. art. II. IV. xv. lib. II. art. I. et A.

Verumtamen, sicut in doctoris sæpe præallegati continetur epistola, refert se Mahomet signa quædam fecisse. Dicitur enim quod aliquando audiens lupum ululantem, dixit se ex voce illius intellexisse quod lupus ille inter alios major et princeps fuit; quod item lupus ille fatigatus abscessit, quum ei hoc tribus digitis annuisset. O signum propheticum, resque admirabilis, in qua sapientes atque philosophi obstupescunt! Nonne Mahon similiter dicere potuit, quod lupus in illa voce eum esse prophetam signavit? Quis enim inde illum posset arguere, quum quid inter se lupi dicant, nesciunt homines? De alio quoque lupo refert, quod quum quemdam allocutus fuisset, factus sit Sarracenus : ubi si leonem pro lupo posuisset, multo elegantior fabula extitisset. Sed non immerito fabulis suis lupos intexit, qui more luporum rabidus et cruentus semper incessit. Insuper dicit, quod præcepit arbori, et statim adoravit eum : quod tamen Sarraceni ipsi falsum esse testantur, ut scribit hic doctor. Amplius refert, quod quum venenum sibi in ove assa propositum esset, scapula ovis ei locuta est : Noli me comedere, quia veneno infecta sum. Et noluit inde comedere; sed alius inde comedens, statim defunctus est. Vellem scire utrum ipse solus vocem illam audierit, an et ceteri qui aderant. Si ipse solus, cur socium suum permisit inde

comedere? Si et alii, mirum quod aliquis A inde comedere ausus fuit. Item, quod aliquando misit manum suam in cavernam, exieruntque aquæ, de quibus ipse potavit et socii ejus ac pecora: quod magis de Mahomet filio Azari solet narrari, quum tamen de utroque apud Sarracenos incertum et frivolum habeatur. Sed et ipsemet Mahon omnia ista mendacissima esse testatur, quum in majori scriptura sua dicat signa sibi non esse data; et quum iterum loquatur: Non sum missus nisi in virtute gladii. Et aperte falsa esse omnia illa comprobantur ex suis iterum dictis quibus in Alcoran sic loquitur: Quidquid inveneritis per me scriptum, conferte illud cum Alcoran, et si non concordaverit, scitote quia innocens sum a scriptura illa, et non est mea. Hæc ex præfata epistola sunt inducta.

Denique in quodam capitulo de Generatione Mahomet legitur, quod a Gabriele in Jerusalem ductus est, et inde in cælum levatus, iterumque depositus. Et hoc est, ni fallor, quod præcedenti (videlicet sexagesimo secundo) capitulo tangitur, ubi quasi ex Dei persona asseritur: *Per stellam vespertinam, cliens vester nullatenus errans, nil ex proprio velle, sed tantum sibi divinitus mandatum loquitur: qui sublevatus ad aeris vel horizontis celsitudinem, ad Deum ipsum instruentem illum efficaciter accessit tanto spatii intervallo, quantum sagitta arcu missa bis transcurreret. Itemque in loco propinquo paradiso optime de virtutibus majoribus vidit, oculo suo eum nullatenus fallente.*

Præterea quædam alia recitantur de eo. Sed præinducta atque similia nullum in divinis Scripturis bene instructum movent, præsertim quum de Antichristo dicat apostolus Paulus, quod ejus adventus erit secundum operationem Satanæ, in omni virtute, in signis et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis. Unde etiam sanctus evangelista Joannes in Apocalypsi scribit, loquens more prophetico de futuro per modum præteriti: Fecit (in-

quit) signa magna, ita ut etiam ignem faceret de cælo descendere in conspectu hominum, et seducet habitantes in terra, propter signa quæ data sunt illi facere. Denique Christus in Evangelio contestatur: Surgent pseudoprophetæ, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.

At vero quam mira fecerunt magi atque malefici Pharaonis, in Exodo scriptum est. Siquidem in tribus primis signis imitati sunt Moysen: quem etiam in quarto signo imitati fuissent, faciendo quod fecit ille, nisi divina fuissent virtute prohibiti. Quæ autem et quanta fecerit Simon magus, et alii quidam malefici, constat. Etenim Simon ille pravissima arte magica serpentes æneos fecit moveri, status æreas atque lapideas ridere aut loqui. Volavit quoque per aera; et vicissim stante eo coram imperatore Romano mutabatur effigies vultus ejus, ut nunc senior, nunc adolescentior videretur. Similiter alii magi fecerunt homines immobiles, mutos ac stupidos.

Refert quoque doctor sæpe præallegatus, de quodam Græco, nomine Cadarast*, qui errore deceptus, dixit super se venisse in monte Celoi visionem divinam. Tunc advocavit regem Zebezib* omnesque qui cum eo erant ad suam sectam, decipiens eos falsis miraculis et magnis figmentis. Faciebat enim equum suum mori, et postea resurgere. Aliud quoque simulavit miraculum, recitans eis quamdam orationem in qua omnium linguarum diversitas videbatur haberi. Conformiter fecit Helibidius Indus, qui quum ostenderet eis quamdam avem maximam volentem circa occasum, habentem in utero puellam clamantem et dicentem, Scitote quia quæcumque dixerit vobis Helibidius vera sunt, multos seduxit.

Verum circa hæc quæri potest, quomodo possunt se ista ita habere. Si enim a seductoribus fiunt miracula, quomodo fides christiana per miracula a Deo esse probatur, et in quo Christiani a seductis ac perfidis gentibus distinguuntur?

Matth.
xxiv, 24.

Exod. vii,
11, 12, 22;
viii, 7.

Ibid. viii,
18.

* alias
Τεσσαρα-
κοντάρη-
χου, Saran-
tapechys.
* alias Esi-
dum, Gizid,
Yezid.

II Thess. ii,
9, 10.

Apoc. xiii,
13, 14.

Et respondendum, quod si de miraculis propriissime loquamur, videlicet tanquam de effectibus totam naturalem facultatem et ordinem rerum transcendentibus, sic soli Deo competit miracula operari; nec unquam fiunt nisi virtute divina ob veritatis confirmationem, aut ob aliam rationabilem causam. Hinc ait Psalmista : Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et talia multa fecit Christus, atque Apostoli ceterique innumerabiles Sancti tempore evangelicæ legis. Idcirco in Joanne ait Salvator : Si opera non fecissem in eis quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Et rursus loquitur : Qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.

Ps. LXXI,
18.

Joann. xv,
24.

Ibid. xiv,
12.

Porro, si loquamur de miraculis magis communiter, utpote tanquam de effectibus inconsuetis, et præter solitum cursum naturalemque modum productis, sic a seductoribus fieri queunt magica arte, tam vere quam apparenter sive phantastice. Dæmones enim noscunt naturales rerum virtutes, proprietates et efficacias, atque ob suæ spiritualis naturæ dignitatem et activitatem, agere et imprimere possunt in corporalem naturam, eam diversimode movendo ac transmutando, in quantum divinitus permittuntur : imo in corpora humana sensitivasque vires, organicas quoque potentias, possunt influere. Verumtamen nullam formam naturalem, nec substantialem nec accidentalem, inducere possunt in inferiora hæc corpora, nisi adminiculo naturalium agentium. Dæmones itaque per applicationem naturalium activorum et passivorum, multos queunt effectus producere præter consuetum cursum, modum ordinemque naturæ, accelerando videlicet opus, aut alio modo, propter vehementiam ac multiplicationem activitatis rerum congregatarum habilitatemque passivorum. Ideo quæ in potestate naturæ non sunt, agere nequeunt, ut mortuos suscitare, nisi in præstigio tantum, quod diu non permanet. Præterea, de præstigiis illu-

sionibusque magorum, sciendum quod formæ quæ in ipsis videntur, sunt (ut communiter) tantum in sensu, et taliter potest diabolus humanos decipere sensus dupliciter. Primo, ut ex thesauro imaginativæ potentiae species ad exteriores sensus deriventur ac refluant; sicque uniuntur eis et qualificant sive afficiunt vel actuant eos, ac si res ipsæ essent præsentis : quemadmodum accidit et in somno. Secundo contingere potest deceptio ista ex immutatione organi, qua sensus faciliter fallitur : sicut habenti gustum infectum, cuncta videntur amara. Hanc vero organis sensuum immutationem inducere dæmonibus exstat p̄facile. Unde et in interioribus viribus organicis, venis et nervis, et vitalibus animalibusque spiritibus, talem (dum permittuntur) facere valent immutationem, ut homo a motu et sensatione impediatur.

Ex his patet responsio ad omnia illa quasi prodigia de Mahomet introducta, excepto figmento illo de luna. Dato quippe quod Mahon audierit vocem illam velut ex scapula, Noli me comedere; et quod de caverna exierit aqua; quod item arbor ei se inclinaverit vel vere, vel apparenter; quod item in altum levatus sit : omnia ista, et multa majora ac mirabiliora, fieri queunt magica arte et diabolica ope. — At vero de illo quod dictum est, quemdam fecisse equum suum mori atque resurgere, nequaquam putandum est quod equum veraciter mortuum suscitavit; sed aliquo modo præfacto potuit fieri ut equus jaceret quasi exanimis, sicut in arrepticis quodammodo cernimus. — Postremo, de magis Pharaonis quidam affirmant doctores, quod virgæ eorum non fuerunt versæ veraciter in dracones, sed quod dæmones suæ naturali virtuti dimissi, imperceptibiliter ac valde celerrime eas tulerunt, humanoque sensui imperceptibiliter subdixerunt, atque serpentes aliunde allatos, aut ibi de novo virtute naturalis agentis productos, supposuerunt. Quamvis enim ex virgis per naturale agens generari possint serpentes, non tamen tam subito, sed

per naturales transmutationes multas intermedias diuturnasque moras. Nihilominus dæmones quasdam materias ad generationem serpentium propinquas, imperceptibili celeritate atque manerie potuerunt supponere.

De hac demum materia possent adduci quamplura; sed quia hucusque brevitati in omnibus studui, nunc quoque ei studere decrevi, præsertim quoniam ex his paucis plura elici queunt.

ARTICULUS XLVIII.

Contra errores capituli septuagesimi quinti et quorundam sequentium.

CAPITULO septuagesimo quinto asseritur, quod *Deus cælum ornavit lucernis siderum, quæ diabolos expellant, timorem illis incutiendo.* Si sidera sunt corpora inanimata, quomodo terrent diabolos, qui sunt intellectuales substantiæ? Si autem animata dicantur, quid verentur diaboli sibi ab illis infligi? Rationabilior plane est doctrina Sanctorum, quæ docet dæmonum malitiam ab angelis sanctis reprimi ac frenari: quod etiam specialiter pertinet ad specialem angelicæ ordinem hierarchiæ.

Capitulo septuagesimo sexto dicitur: *Primo buccinæ sonitu tellus et montes prosternentur et in pulverem redigentur.* Fatemur et nos, in fine sæculi innovationeque mundi terram planandam: quod absque montium prostratione non fiet. Sequitur ibi: *Hora veniente, cælum scindetur et debilitabitur.* Si hoc de reali scissione cælestium orbium proferatur, verum non creditur. In quibus tamen ad impiorum majorem perterritionem aliquæ forsitan apparebunt scissuræ, sicut in fulguratione: juxta quem modum in Scripturis cæli vicissim aperti feruntur. Cælestia autem corpora incorruptibilia a philosophis comprobantur. Adjungitur quoque hic: *Et angeli octo Dei thronum susten-*

tabunt. Si, ut Mahon affirmat, non Christus, sed Deus in persona propria judicabit, quærendum est an in aliqua forma visibili apparebit. Et videtur quod imo, ut videatur a judicandis. Sed thronus in quo residebit, quid sustentatione hac indigebit? An forsitan ne cadat deorsum, utpote quia de natura corporum gravium erit, quod summæ Regis majestati non competit? Et quid magis idoneum est thronum Dei sustentare quam omnipotentia ejus? Quæ et universum mundum absque labore, solo sustentat imperio, sicut Paulus ait apostolus: *Omnia portat verbo virtutis suæ.* Et Psalmista: *Verbo (inquit) Domini cæli firmati sunt.*

Capitulo septuagesimo septimo habetur: *Illius diei, puta judicii, tantum erit spatium quantum est quinquaginta millium annorum.* Hujus falsitas ante jam tacta est, et sequenti tractatu probabitur. Et subditur: *Illo die cælum ut fumus evanescet, tellus ut linea carpetur.* Jam supra ostensum est, quod corpora cælestia quantum ad suam substantiam non peribunt nec corrumpentur; sed quantum ad quamdam accidentalem dispositionem et statum peritura dicuntur, quoniam motus et solita influentia eorum cessabunt. Terra autem per ignem conflagrationis purgabitur, et superficies sua majorem alterationem suscipiet. Verumtamen nec substantialiter nec quoad se totam corrumpetur: quamvis aliquæ ejus partes tunc corrumpendæ sint, quod et quotidie fit, elementis contrariis in se invicem agentibus.

Capitulo octogesimo octavo habetur, quod *quidam dæmones prius assueti cælum auscultatum ascendere, nunc ipsum plenum atque munitum custodibus pervigilibus reperiunt, et auscultantem omnem stella lucidissima persequitur.* Istud est valde puerile, imperitum ac fatuum. Dæmonibus enim determinatus est a divina justitia locus a die transgressionis et dejectionis eorum. Nec Deus cum angelis ac Beatis in cælo, nec angeli inter se habent

Ezech. 1.
1: *Matth.*
14, 16: *Act.*
7, 54; x, 11.

Hebr. 1, 3.
Ps. xxxii, 6.

art. xxxvii.

art. xxxiv.

corporale colloquium sive consilium quod **A** quam vir spiritualis et heroicus exstisset, per localem approximationem percipi possit. Sed nec dæmones in propria natura corporalem habent auditum quo quidquam percipiant taliter auscultando. Imo unus spiritus insinuat et loquitur alteri per spiritualem conversionem sui ad ipsum : ad quod localis approximatō necessaria non censetur ; sed quod in corporalibus efficit situs, hoc in spiritualibus ordo. Denique, quomodo stella persequitur dæmonem auscultantem ? An eum conspicit seu cognoscit ? Nunc quoque præhabitum est, **B** quod ab angelis sanctis dæmones refrenantur.

Capitulo nonagesimo septimo dicitur : *Timentes Deum possidebunt in paradiso hortos palmarum, et vinum, puellasque consocias atque consimiles papillis brevissimis ; et hoc est donum ac optima remuneratio Dei.* Ecce quam impium verbum ! Nonne carnalissimus et vere turpissimus fuit qui dixit hoc, qui præmium bonis tale promisit ? Quid enim promitteret, nisi quod summe optavit, utpote voluptates venereas ? Absit, absit, ut præmium virtutum, præsertim fidei, spei et caritatis divinæ, credatur hoc bonum brutale, sensuale ac corporale. Non sic Deus citra, sed ultra condignum remunerat. Optima remuneratio fidelium ac Sanctorum est summæ et increatæ Veritatis clara et facialis contemplatio æterna, summæ infinitæque bonitatis fructio plena, dulcissima, intermina.

lib. I, art. XVII.

Sed de isto supra satis dictum recorder. Impossibile certe est eos Deum spirituali, puro irreciprocoque amore diligere, qui **D** talem ab eo sperant ac præstolantur mercedem. O quam viles et modicæ, imo quam aspernandæ ac nullæ sunt delectationes illæ venereæ gustus et tactus, quas immundissimus atque miserrimus Mahon suis promisit, comparatione cœlestium, supercœlestium, angelicarum, purissimarum ac deiformium delectationum, quas Unigenitus Patris æterni, Dominus noster Jesus Christus, mundi salvator, rex gloriæ, suis promisit fidelibus ! Certe, si Mahon un-

quam vir spiritualis et heroicus exstisset, aut divinas consolationes expertus fuisset, nunquam præfatam remunerationem maximam appellasset.

Capitulo nonagesimo octavo inducitur : *Animas malorum vi et coactas, bonorum autem animas leviter et sponte extrahunt angeli.* Fatemur quod vicissim viri virtuosissimi et sancti leviori morte decedunt quam impii : nihilo minus dispensatione divina occulta et justa, frequenter contingit oppositum. Deus etenim suos electos in præsentia vita volens purgare, eos interdum dirissima morte, ut ad æternam beatitudinem citius perducantur, affligit. Reprobos vero leviori quandoque morte educit, sciens quod in æternæ damnationis supplicia mox labentur.

Capitulo alio asseritur : *In illa morte de qua Mahon loquitur ibi, fit angelorum descensus.* Imo nos Christiani certissime scimus, quod omni die ac nocte angeli sancti descendunt ad homines, eis adstantiam exhibentes, et in oblatione Sacramenti evangelicæ legis incessabiliter adsunt angeli sancti.

Postremo, capitulo centesimo decimo dicitur : *Omnibus deteriores sunt homines legibus subditi, quum increduli manent, Deoque participes adjungant.* Hoc tu dixisti, o Mahomet maledicte, adversarie Dei, Beelzebub fili. Sed ex præhabitis **E** constat quod soli Christiani catholici, qui unum Deum in Trinitate et Trinitatem in unitate credunt, diligunt et honorant, sint vere fideles et servi, imo amici adoptivi que filii Dei sublimis et benedicti, qui evangelicam legem per veteris Testamenti Prophetas prænuntiavit venturam, eamque per Christum contulit, atque per sanctos Apostolos ceterosque Christi discipulos ubique terrarum eam diffudit, per infinita eam confirmans miracula. Denique nequaquam ponimus Deo participes prout rudis Mahon nobis imponit, nec talem superpurissimo ac supersimplicissimo generationem Deo adscribimus, qualem Mahomet imaginatur.

lib. I, art. XVII.

Hæc de erroribus, perfidiis, impietatibus Alcorani inducta sufficiant, quinquam multo plures ibi errores sint hic intacti, de quibus brevitati studens pertransii, arbitrans hæc ad Alcorani reprobationem sufficere, quatenus Sarraceni veritate agnita resipiscant, atque ad Christum, qui est via,

veritas et vita, sine cujus fide et lege nemo salyatur, protinus convertantur. Ad laudem et gloriam omnipotentis, supergloriosissimi Creatoris, qui est unus ac simplex in deitatis essentia, trinus in personis, Deus verus, unus, super omnia sublimis et benedictus.

www.libtool.com.cn

CONTRA PERFIDIAM MAHOMETI

LIBER TERTIUS

CONTRA DOCTRINAM MAHOMETI ET ALIA QUÆDAM
SCRIPTA SARRACENORUM.

PROCEMIUM.

QUEM docebit Dominus scientiam? et
quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus.
Is. XXVIII, 9.

In his verbis beatissimus Isaias propheta compendiosissime docet quis dignus sit supernaturaliter informari a Deo, atque divinatorum verborum ac secretorum intelligentiam veram, formatam, amorosam sortiri ab eo, videlicet, ablactatus a lacte, avulsus ab ubere, hoc est, homo abstinenter et sobrie vivens, carnales delectationes, mundanas et vanas consolationes despiciens; qui a sensibilibus et terrenis se abstrahit, ut ad cœlestia ac spiritualia mentem levet, imo Deo totius sanctitatis supermundissimo fonti, cor suum stabilius atque sincerius possit unire. Hoc tango, ut innotescat quam longe a vera fuerit gratia prophetiæ Mahometus, qui toto cordis affectu ad principatum terrenum, ad pulchrarum feminarum, etiam plurimarum, non solum sibi nuptarum, sed et aliis legitime conjunctarum propriarumque cognatarum amplexum, ad temporales quoque

A anhelabat divitias, sicut ex præinductis Hb. II, art. 1, IV, XII, XLIV.
jam palam est.

Itaque expedito tractatu contra errores atque perfidias Alcorani conscripto, modicum quid ac brevissime scribere Deo auxiliante propono contra dogmata Mahometi, ut eorum falsitatibus agnitis et abjectis, ad christianæ sapientiæ veritatem convertant se Sarraceni, sicque felicitatem cœlestem, angelicam et æternam obtineant.

ARTICULUS PRIMUS.

Contra exordium Doctrinæ Mahomet.

EXORDIUM hujus Doctrinæ est istud: *Erat nuntius Dei, videlicet Mahon, sedens inter socios, et descendit super eum angelus Gabriel, dicens: Salutatus te Deus, o Mahomet. Veniunt ad probandum te tres vel quatuor viri peritissimi, principes Judæorum et magistri in Israel.* Circa hæc dicimus, Gabrielem angelum nunquam apparuisse neque locutum esse perfido Mahometo, sed eum totaliter atque justissime contempsisse, quoniam scripta Alcorani revelationibus sacris quas Ga-

briel sanctus Danieli revelavit prophetæ, A chæ Montanus ac Manichæus, qui sibi ipsi prorsus contraria esse probata sunt, præsertim quoniam Christi passionem Mahon negavit, quam (ut in Daniele habetur) Gabriel Danieli prænuntiavit. Aut ergo totum istud confictum est, vel si quis quasi in persona formaque angeli super Mahon descendit eumque salutavit, non angelus Gabriel, nec aliquis angelus sanctus, sed Satanus fuit, qui (ut Paulus ait apostolus) in lucis angelum se transfiguratur. Verumtamen, ut præ tactum est præcedenti libello, Judæi isti venerunt ad Mahon non animo recto, sed ex simulatione et impiissima calliditate applicantes se ei, quia timebant quod verus atque catholicus Christianus efficeretur, quum agnovissent eum a Sergio, hæretico Nestoriano, ab idololatria ad unius Dei cultum esse conversum, et item ad confitendum quod Jesus, Mariæ virginis filius, esset Christus.

Deinde in Doctrina ista subjungitur qualiter Mahon misit in occursum Judæorum illorum, et quomodo principalis inter eos ad Mahomet dixit : *Ego et hi socii mei periti legis nostræ, venimus legati a populo Judæorum exquirendi causa a te.*

Deinde centum quæstionum quas secum scriptas tulit, primam Mahometo proponens, ait : *Dic in primis, si placet, o Mahomet, propheta es, an nuntius Dei? Respondit : Et prophetam et nuntium me constituit Deus.* In veteri Testamento legimus quod Amos propheta ad Amasiam dixit : Non sum propheta, et non sum filius Prophetæ. In evangelio quoque Joannis legitur quod beatissimus Joannes Baptistista, quo (ut Christus testatus est) major inter natos mulierum non surrexit, interrogatus a Judæorum legatis, Propheta es tu? respondit : Non sum. Et ecce hic Mahon ab omni Dei gratia alienus, qui (ut copiosissime est probatum) totam utriusque Testamenti scripturam verissimam, fabulosam atque mendosam recitationibus perfidiisque in suo Alcorano commaculat, ausus est dicere se esse Dei prophetam, quemadmodum impiissimi hæresiar-

chæ Montanus ac Manichæus, qui sibi ipsi spiritum prophetiæ mendaciter adscriperunt. Verumtamen Joannes Baptista, qui fuit propheta et plus quam propheta, et Amos, dicendo non se esse prophetas, quod ex profundissima humilitate dixerunt, non fuerunt mentiti : quia secundum eorum intentionem et juxta unam expositionem verba eorum vera consistunt.

Præinductis autem verbis Mahon adjecit : *Non est possibile homini colloqui Deo, nisi per internuntium.* Falsum est hoc, quia fideles Deum orando atque laudando, eum immediate affantur, sicut ait S. Chrysostomus : Considera, homo, quanta tibi dignitas est collata, orationibus colloqui Deo, cum ipso miscere colloquia. Præterea, juxta divinum et magnum Dionysium, mystica theologia est secretissima mentis cum Deo locutio. Hinc homines sancti, præsertim dum in raptu et ecstasi sunt statuti, atque in abyssum lucis æternæ et in divitias gloriæ ejus absorpti sunt, secretissime ac silentissime cum arctissima devotione Deo altissimo colloquantur directe et immediate. Hinc ait Psalmista : Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo. Itemque : Audiam (inquit) quid loquatur in me Dominus Deus. Denique ipsi internuntii loquuntur Deo absque internuntio.

Deinde Judæus ait ad Mahon : *Dic ergo, legem tuam prædicas, an legem Dei? Respondit : Legem Dei.* Hoc plane falsissimum est. Lex enim Mahometi, quamvis quædam ex novo ac veteri Testamento contineat, in pluribus tamen utriusque exstat contraria, ut abundanter probatum est. Estque sufficienter probatum, quod lex Christi, lex totius perfectionis sit, summa atque finalis, cui a Deo lex alia non succedet. Nempe ipse Mahomet, ne ex toto inhonestus atque erroneus prodere- tur, quædam pietatis opera et orationes collaudat : sicque undique monstrosus, humano capiti cervicem equinam plumasque avium necit.

Sequitur : *Et ille : Quid est lex? Re-*

lib. II, art. XXI.

Dan. IX, 21-27.

II Cor. XI, 14. art. II.

Amos VII, 14.

Matth. XI, 11.

Joann. I, 21.

Luc. VII, 38.

De Theol. MYST. C. I.

Ps. LI, 3. 1. 2. 3. Ps. LXXXI, Ps. LXXXII.

lib. II, art. VI, 1 et 2 lib. I, art. XVIII.

spondit : Fides. Hæc responsio Mahometi A
calumniam patet. Quamvis enim extense
loquendo fides et lex interdum pro eodem
sumuntur, proprie tamen loquendo, reali-
ter distinguuntur. Fides namque est virtus
theologica supernaturalis infusa, intelle-
ctum inclinans ad acquiescendum verita-
tibus quæ naturalem rationem transcen-
dunt, intuitu summæ auctoritatis incre-
atæque Veritatis veritatibus fidei per
miracula attestantis. Porro lex proprie
idem est quod præceptum. Præcepta vero
sunt de actibus virtutum implendis vitiis B
que vitandis.

Sequitur quæstio Judæi : *Quæ fides ?*
Respondit : Non dii, sed unus Deus sine
participe, et ego Mahomet servus ejus.

Hic intuendum, quod fides non solum
est de unitate Dei, sed et de aliis multis
per relationem ad Deum. Si vero per id
quod ait, « sine participe », intendit ex-
cludere trinitatem personarum in simpli-
cissimo, indivisibili ac immultiplicabili
Deo, utriusque Testamenti scripturis repu-
gnat, ut primo ac præcedenti libro dili-
genter ac superabundanter ostensum est.
Postremo, quod Mahomet non fuit Dei
minister, sed dæmonum servus, omnium
pene præcedentium hæresiarcharum per-
fidias solus resorbens ac revomens, primo
art. iv. declaratum est libro.

ARTICULUS II.

Solutio quarumdam sequentium quæstionum.

CONSEQUENTER quærit Judæus : *Quot*
sunt leges Dei ? Respondit : Una. Et
ille : Quid ergo dicis de prophetis qui te
præcesserunt ? Respondit : Lex quidem
seu fides omnium una est, sed ritus diver-
sorum diversi. Sumendo legem pro fide,
responsio ista aliquo modo potest salvari,
quum et Apostolus dicat : Una fides, unus
Dominus, unum Baptisma. Et dicitur fides
omnium fidelium una ex parte objecti,
non subjecti. Verumtamen proprie fando,

lex Dei est multiplex, juxta illud Job :
Utinam Deus ostenderet tibi secreta sa-
pientiam suam, et quod multiplex sit lex ejus.
Unde per Moysen Deus præcepit : Custodi-
te leges meas. Est equidem lex æterna,
lex naturalis, lex divina, lex positiva. Lex
quoque divina in legem evangelicam Mo-
saicamque dividitur.

Sequitur : *Dic demum, intrabimus pa-*
radisum pro fide, aut pro credulitate,
aut pro opere ? Respondit : Tria hæc ne-
cessaria sunt ; et contingit tamen ut si
quis ex Judæis aut Christianis seu genti-
libus ad fidem Sarracenorum conversus,

ante opus morte præoccupetur, sola fides
sufficiat. Fatemur et nos fidem interdum
sine actu fidei interiori exteriorique suffi-
cere ad salutem, quemadmodum in infan-
tibus baptizatis ante discretionis horam
migrantibus. Unde quod Jacobus ait apo-
stolus, Fides sine operibus mortua est,
insinuans hominem sine operibus fidei et
caritatis non posse salvari, intelligitur de
adultis, tempus et facultatem bene agendi

C habentibus. Sed absit ut vel Judæus sive
gentilis, et incomparabiliter amplius absit
ut aliquis Christianus ad legem Mahomet
convertatur : hoc enim non esset conver-
sio, sed perversio. Gentiles tamen idolola-
træ plus errare videntur quam Sarraceni.
Certumque est quod nunquam aliquis sive
Judæus in scripturis veteris Testamenti
bene edoctus, vel Christianus in scripturis
evangelicæ legis bene instructus, ad legem
Sarracenorum ex animo sit conversus,
quemadmodum præcedenti patuit libro. art. v.

D Unde quod iste Judæus responsionem hanc
approbavit, fecit ex simulatione.

Sequitur : *Dic, si placet, misit tibi Deus*
scriptum ? Respondit : Sic. Et ille : Quod ?
Ait : Alforcan. Cur, inquit, dictum est
Alforcan ? Respondit : Quia discretæ sunt
sententiæ ; nec enim simul descendit su-
per me verbum Dei, quemadmodum simul
data est lex Moysi, Psalterium David,
Evangelium Christo. Ait : Verum dicis.

In his verbis per « Alforcan » intelligit
Alcoranum ; et jam supra diffuse proba-
tu.

lib. I, art. x;
lib. II, art.
xxii, xxxix.

Jacob. II,
20, 26.

Ephes. IV, 5.

lib. II, art. II,
II.

tum est, quod nequaquam a Deo aut angelo sancto, sed a Sergio hæretico perfidisque Judæis, instructus sit Mahometus. Insuper, quod ait Psalterium simul datum esse David, apertissime falsum est : quoniam, ut ex titulis patet psalmodum (quos Esdras, vir sanctus ac propheta, creditur psalmis præposuisse), atque ex libris Regum ac Paralipomenon partim elicitur, sanctus David temporibus valde diversis et a se invicem remotis edidit psalmos : imo quosdam composuit in juventute, nondum rex factus, sed Saulem fugiens regem, quosdam jam in regem promotus, et quosdam senectuti propinquus. Rursus, verbum istud Mahon incertum est. Omnes namque Hebræorum doctores, sanctus quoque Hieronymus, asserunt non solum David psalmos composuisse, sed multos psalmodum editos esse a Moyse, quosdam a filiis Core, quosdam ab aliis.

Postremo, a Sarracenis hic quæro qualis fuit iste Judæus præfatam approbans responsionem, præsertim verbum illud, quod Mahon asseruit Evangelium Christo a Deo collatum. Si enim in Judaismo hucusque permanserat, nequaquam credidit Jesum esse Christum in lege promissum. Si enim hoc credidisset, Christianus fuisset, nec aliquo modo post fidem et legem Christi acceptam, legem Mahomet assumpsisset. Omnes namque Judæi Christum accipiunt vel exspectant post Deum tanquam summum regem, salvatorem ac legislatorem, omnique homine, etiam Moyse, sapienterem, sancterem ac sublimerem. Si autem non credidit Jesum esse Christum, constat quod fecte responsionem hanc approbavit, sicut et alias plurimas, ut patebit.

Insuper quærit Judæus : *Quæ sunt quatuor illa genera quæ Deus propriis manibus operatus est ? Respondit : Manibus quidem propriis ædificavit Deus paradisum, plantavit arborem tubæ, scripsit tabulas Moysis, plasmavit Adam.*

Si per « paradisum » intelligit paradisum terrestrem, et per « arborem tubæ »,

A quæcumque arborem materialem, inepta probatur responsio. Paradisus namque terrestris pars terræ est, quam totam, sicut et cetera elementa, Deus per se immediate produxit, imo creavit, sicut in Genesi scribitur : In principio creavit Deus cælum et terram. Cur ergo paradisus specialiter inter quatuor a Deo propriis operata manibus numeratur ? Denique multa his quatuor quasi incomparabiliter digniora Deus propriis manibus condidit, videlicet novem ordines angelorum ; suntque in quolibet ordine innumerabiles angeli sancti. Fecit et orbis cœlestes cum sideribus et planetis. Quorum comparatione, paradisus terrestris, arbor tubæ, tabulæ Moysis, quid sunt ? Si vero per paradisum intellexit paradisum cœlestem seu cælum empyreum, quod est patria Beatorum, excusabilior esset responsio. — Insuper, in Genesi scriptum est quemadmodum Deus formavit Evam de latere Adæ. Cur ergo Adam specialiter propriis fecisse manibus perhibetur ?

C Denique, manus Dei spiritualiter sunt intelligendæ omnipotentia ac sapientia ejus. Quomodo ergo Deus propriis manibus scripsit tabulas Moysis ? Idcirco dicendum, quod sicut Moyses legem a Deo accepit per angelum, qui frequenter in Exodo inducitur quasi in persona Dei apparens et loquens, unde et sæpe ibidem dominus appellatur ; ita et angelus idem tabulas Moysis scripsit. Scriptæ tamen dicuntur digito Dei, quia in persona Dei angelus ille apparuit. Juxta quem sensum in Exodo scriptum est, quod Dominus loquebatur cum Moyse facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum ; et tamen paulo post subditur ibi : Dixit Moyses ad Dominum, Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Responditque Deus : Faciem meam videre non poteris ; non enim videbit me homo et vivet. Conformiter, quum Jacob patriarcha angelum Dei vidisset, dixit : Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea ; ut in Genesi scribitur.

ARTICULUS III.

De enumeratione ab uno usque ad centum.

ADJECIT præinductis Judæus : *Nunc itaque, si placet, exponere per ordinem quid est unum, deinde quæ duo, quæ tria, quæ quatuor, quæ quinque, et ita per ordinem usque ad centum.*

Respondens ait : Unum quidem est Deus, cui nec particeps, nec socius, nec alius.

Ista responsio, quantum ad primam ejus particulam, vera est; sed quantum ad annexam, continet tria mendacia. Primum est, quod asserit Deo non esse participem. Omnis etenim creatura aliquid participat bonitatis divinæ; et homines quidam tantam sortiti sunt participationem sapientiæ Dei et sanctitatis ipsius, ut rite divini ac deiformes vocentur. De quibus ait Psalmista : Ego dixi, Dii estis. Unde et Christus in Evangelio : Illos (inquit) dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. Rursus quoque in libro fertur Psalmorum : Deus stetit in synagoga deorum; itemque : Deus deorum Dominus locutus est. Tales dii præsertim fuerunt gloriosi divinissimique Apostoli, de quibus in Psalmo dictum fuit : Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt. Aliqui quoque in Scripturis sanctis dii vocantur propter excellentem quamdam participationem divinæ auctoritatis et potestatis seu causalitatis : sicque judices et prælati dii vocantur; de quibus sanctus Moyses, imo Deus per Moysen, in Exodo loquitur : Diis non detrahes; et rursus : Dominus domus applicabitur ad deos. Hinc Deus ad Moysen ait : Ecce constitui te deum Pharaonis.

Præterea, quod omnis creatura fertur aliquid participare bonitatis divinæ, non est ita intelligendum quasi natura seu bonitas Dei in se partes habeat partibilisve exsistat, aut quasi quid idem numero aut specie in Creatore et creaturis esse cre-

atendum sit; sed quoniam creaturæ universæ aliquid bonitatis et perfectionis a Deo altissimo sortiuntur, atque per id eum quodammodo imitantur, et ei in aliquo assimilantur, puta in esse aut vivere seu intelligere. Hinc omnis creatura dicitur esse quidam radius Creatoris, sicut et omnis effectus vocatur participata similitudo propriæ causæ : siquidem agens simile sibi producit, nec aliter Deus creator ex suis posset cognosci effectibus. Amplius, quamvis per naturalia dona dicantur creaturæ bonitatem et perfectionem participare divinam, multo tamen id excellentius competit eis per supernaturalia munera gratiæ. Propter quod sacratissimus Petrus apostolus : Maxima (inquit) et pretiosa nobis Deus promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ. Non quod in virtuosus hominibus sit deitas vera formaliter, sed per supernaturalia gratiarum charismata Deo præcipue ac imitative assimilantur. Et quoniam unigenitus Filius Dei et Spiritus Sanctus non imperfecte, sed plene Deo Patri sunt similes, puta æquales in majestate et gloria, tanquam deitatis plenitudinem ab ipso æternaliter, invariabiliter, immaterialiter et immanenter suscipientes; idcirco proprie loquendo, non Patris particeps, sed magis consortes sunt, incomparabiliter plenius quam homo aut angelus, utpote in eadem cum Patre natura communicantes.

Ex quibus patet secundum hujus responsionis mendacium : quoniam Deus Pater æternus non solum habet socium unigenitum Filium suum ac Spiritum Sanctum, sed et omnem angelum et hominem ei per caritatem unitum et eo fruentem. Ait namque in prima sua epistola S. Joannes apostolus : Hæc annuntiamus vobis, ut societatem habeatis nobiscum, et societas vestra sit cum Patre et Filio. Denique, socios appellamus, qui in mutua conversatione seu eadem actione communicant. Hi ergo quibus suam beatitudinem et fruitionem communicat Deus, qui Deitatis contemplationi ac fervidæ dilectioni insi-

Ps. lxxxii, 6.

Joann. i, 35.

Ps. lxxxii, 1.

Ps. xlii, 1.

Ps. xlvi, 10.

Exod. xxxii, 28.

Ibid. 8.

Ibid. vii, 1.

II Petr. i, 4.

I Joann. i, 3.

stunt, rite cum Deo societatem habere censentur.

Postremo, tertium responsionis hujus mendacium sæpe ostensum est. Quod enim Deus unigenitum habeat Filium, ex utriusque Testamenti scripturis copiosissime atque clarissime est probatum. Quibus nunc addo quia, ut in Joanne legitur, quum Jesus quemdam a nativitate cæcum fecisset videntem, dixit eidem : Tu credis in Filium Dei ? Paulus quoque apostolus effatur : Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum. Qui quum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus quanto differentius præ illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te ?

Consequenter Mahomet ait : *Duo sunt Adam et Eva*. Simili modo dicere potuisset, Duo sunt cælum et terra, vel sol et luna, aut angelus et homo : quum in Genesi scriptum sit, Fecit Deus duo magna luminaria ; et, In principio creavit Deus cælum et terram.

Sequitur : *Tria vero sunt, Michael, Gabriel, et Seraphim secretarii Deitatis*. Secundum veram apostolicamque doctrinam, novem sunt chori seu ordines angelorum, in quibus, ut divinus Dionysius docet, tres hierarchiæ consistunt. In prima et summa hierarchia sunt tres supremi ordines angelorum, videlicet Seraphim, Cherubim et Throni. In secunda ac media hierarchia sunt tres medii ordines angelorum, utpote Dominationes, Virtutes et Potestates. In tertia hierarchia sunt tres chori infimi angelorum, scilicet Principatus, Archangeli et Angeli. Michael vero est de choro Principatum, Gabriel de choro Archangelorum : sicque de infima hierarchia est uterque eorum. Hæc est doctrina Pauli

apostoli, ejusque discipuli S. Dionysii. Cui ergo credendum est ? Paulo apostolo, qui (ut ipsemet protestatur) usque ad tertium raptus est cælum, audivitque verba arcana, quæ non licet homini loqui, in quo etiam raptu, ut sancti Doctores affirmant, vidit Deum clare per speciem, qui et mortuos suscitasse atque innumerabilia alia fecisse miracula scitur, an Mahometo, qui utriusque Testamenti scripturas fabulis stultis mendacibusque contaminat ac pervertit ? Cur itaque Michael et Gabriel inter tria specialiter computantur, quum sint tam innumerabiles angelici spiritus eis valde sublimiores, Deumque clarius contemplantes, et plura de incertis atque occultis æternæ sapientiæ mysteriis agnoscences, a quibus et angeli infimæ hierarchiæ illuminantur ?

Sequitur : *Quatuor sunt, lex Moysis, Psalmi David, Evangelium Christi et Alforcan*. Sed jam frequenter probatum est, quod Alforcan seu Alcoran inter divinas computari Scripturas nequaquam meretur, sed eis undique contrariatur.

Subditur : *Quinque sunt orationes Dei, quas ordinavit mihi ac populo meo, nulli prophetarum præteriti sæculi datæ, nec futuri sæculi cuique dandæ*. Istud eadem facilitate contemnitur qua recipitur, quum per nullam rationem, nec per miracula soli Deo possibile comprobetur. Denique dictum illud derogat Christo, cujus animæ Deus omnipotens omnia revelavit quæ unquam quibuscumque Prophetis ac aliis Sanctis manifestavit aut manifestabit, sicut prædeclaratum est primo libello. Amplius, in hoc verbo sectatus est Mahon Manichæum hæresiarcham, qui præteritorum sæculorum secreta sibi præ ceteris revelata jactavit.

Sequitur : *Sex sunt dies illi in quibus Deus omnem creaturam suam consummavit*. — *Septem sunt cæli*. De numero isto cælorum præcedenti tractatu ostensum est quid veritas habeat. Sunt quippe ad minus novem cæli mobiles. — *Octo sunt angeli qui in die judicii thronum porta-*

lib. I, art. x. xii.

Joann. ix, 35.

Hebr. i, 1-5.

Gen. i, 16.

Ibid. i.

De Coelest. hier. c. vi.

II Cor. xii, 2. 4.

lib. II, art. vi, x et s.

art. xv.

art. xlvii.

art. XLVII. *bunt.* De hoc circa finem præcedentis libelli conscriptum est, et reprobatum est dictum hoc.

Novem sunt miracula Moysis, præter conversionem virgæ ejus in serpentem.

Sed multo plura quam novem erant miracula Moysis, etiam præter divisionem maris Rubri, eductionemque aquæ de petra, quemadmodum ex libris Exodi ac Numerorum facile est probare. Si autem per novem miracula intelligit plagas miraculosas quibus Deus percussit Ægyptum, adhuc insufficienter computare probatur: B

quoniam principales illæ plagæ fuerunt decem, quemadmodum Exodi septimo, octavo, nono, decimo ac duodecimo capitulis edocetur. Prima etenim plaga fuit conversio aquarum Ægypti in sanguinem.

Secunda, quod ranæ innumerabiles ascenderunt et operuerunt terram Ægypti, intraveruntque domos et cibos ac lectos

Ægyptiorum. Tertia, quod omnis pulvis terræ conversus est in scinifes. Quarta,

quod venit innumerabilium multitudo muscarum. Quinta, quod mortua sunt omnia

Ægyptiorum animantia peste. Sexta, quod facta sunt vulnera vesicarum turgentium in hominibus et jumentis. Septima, quod

grando maxima cecidit, et simul cum ea ignis cadebat, fulgura quoque atque tonitrua horribilia descendebant, et destructa

sunt quæ erant in agris. Octava, quod innumerabiles venerunt locustæ, omnia devorantes quæ grandini remanserunt. Nona,

quod factæ sunt horribiles atque palpabiles tenebræ ubi habitabant Ægyptii, ita

quod tribus diebus nemo eorum vidit proximum suum; porro in terra Gessen, in qua habitabant filii Israel, lux erat solito

modo. Decima, quod media nocte Deus percussit omne primogenitum in tota terra

Ægypti, nec erat domus in qua non jacuit mortuus. Et post omnia ista, Ægyptii in mari Rubro submersi sunt.

Sequitur: *Decem sunt dies jejunii: quorum tres sunt in itinere peregrinationis, septem in reditu.* Quum homines vadunt peregre invisere locum sanctum, cum

A speciali devotione debent accedere et intrare. Decentius ergo videtur ut septem dies jejurent in accedendo, tresque in redeundo, quam econtrario. *Undecim sunt stellæ quas Joseph vidit se adorare. Duodecim sunt menses anni. Tredecim vero, undecim stellæ cum sole et luna.*

ARTICULUS IV.

Prosecutio numerationis istius a quartodecimo.

DEINDE Mahon subjungit: *Quatuordecim sunt candelæ procedentes usque thronum Dei, longitudine itineris quingentorum annorum.* Istud ad aniles atque Judaicas pertinet fabulas. Sed quid intelligit computator iste per has candelas? An candelas ex aliqua pingui aut mixta materia, materialique igne ardentes? Sed absit ista fatuitas, ut vel tales candelæ, vel quæcumque corporalia luminaria credantur supernam ac supercœlestem Beatorum mansionem ac patriam Creatorisve thronum illum illuminare, aut coram supersplendidissimo, superpulcherrimo et supersimplicissimo Deo fulgere, coram quo angeli sancti et omnes Beati incomparabiliter clarius illis splendent. Unde et Isaias propheta cœlestem Jerusalem, paradisum ac patriam alloquens, ait: Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, neque splendor lunæ illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam.

DHinc et Joannes apostolus fatetur: *Civitas non eget sole neque luna; nam claritas Dei illuminabit eam. Candelæ itaque neque ad illuminandum neque ad ornandum ibi locum habent.*

Quindecim, quoniam Alcoran continue quidem descendit a summo caelo usque ad infimum, inde paulatim lapsum usque ad quintumdecimum diem Ramadan. Jam ab exordio operis hujus copiosissime est probatum, Alcoranum hæreticis pravitatibus, injustissimis legibus fabulationibus-

Erod. XIV, 21.
Num. XX, 11.

Erod. VII, 20.

Ibid. VII, 6, 1.

Ibid. 17.

Ibid. 24.

Ibid. IX, 6, 1.

Ibid. 10.

Ibid. 23-25.

Ibid. X, 13, 5.

Ibid. 21-23.

Ibid. XII, 9, 30.

Ibid. XIV, 7, 28.

Is. LX, 19.

Apoc. XXI, 23.

que mendosis et sacræ Scripturæ valde ~~contrariis esse repletum~~. Nequaquam ergo descendit a Deo, neque de cœlo. Nihilominus est quærendum qualiter dicat Alcoranum descendisse a summo cœlo. Aut enim per Alcoranum intelligit materialem librum in quo continebantur leges et scripta aut revelationes per quas instructum se dixit divinitus, sive doctrinas in libro illo descriptas. Primum dici non potest : quia nec Moysi, nec Davidi, nec Christo taliter missus est liber a Deo. Sed Moyses ex revelatione et illuminatione divina libros suos, Deo jubente, conscripsit ; similiter David suos psalmos, et reliqui Prophetæ proprias prophetias. Christus vero personaliter librum nullum edidit neque composuit ; sed post missionem et susceptionem paraclæti Spiritus Sancti, doctrinam et opera Christi, id est Evangelium, conscripserunt quatuor Evangelistæ. Porro, si nomine Alcorani intelligit revelationes sive doctrinas ac leges quas sibi divinitus dixit missas, constat quod tali revelationi sive doctrinæ non competit per tantam moram descendere. Denique, quocumque modo accipiat Alcoranum, falsum tamen hoc probatur : quia (ut paulo ante jam dictum est, et Mahon asseruit) non simul descendit verbum Dei seu Alcoran super eum ; angeli vero velocissime et infra brevissimam horam a cœlo in terram descendunt, quia secundum veritatem incorporei spiritus sunt : non ergo ita paulatim usque ad quintumdecimum diem angelus fuit in motu allationis Alcorani. Verumtamen ad reprobationem hujus dicti sufficiunt ea quibus probatum est falsa in Alcoran contineri.

Sedecim sunt legiones angelorum Cherubim circa thronum Dei, laudantes nomen Domini sui. Istud faciliter reprobamus : quia (ut Christus in Evangelio tangit) quilibet homo in sæculo isto habet angelum sanctum sui custodem. Omnes autem angeli qui singulis hominibus pro custodia deputantur, sunt de infimo ordine angelorum, quemadmodum divinus Diony-

Matth.
xviii, 10.

sius a Paulo apostolo eruditus aliique sancti Doctores testantur. Potest quoque rationabiliter hoc persuaderi : quoniam Deus in regimine universi ordinate procedit, ideo inferiora per proxime superposita regit ; nec fit processus a distanti in distans, nisi per medium, regulariter generaliterque loquendo. Ad minus ergo sunt tot angeli de infimo choro quot sunt homines in hoc mundo. Nam et increduli, pueri quoque materno in utero, angelos habent custodes : fetui namque in utero possunt adversa et nociva contingere, a quibus habet eum angelus custodire. Præterea, ut divinus Dionysius docet, in angelicis hierarchiis quanto chorus seu ordo est altior, eo plures continet angelicos spiritus. Cherubim vero est summus angelorum chorus post Seraphim : idcirco multo plures angeli sancti sunt in eo quam in infimo choro. In infimo autem choro sunt quasi incomparabiliter plures angelorum legiones quam sedecim : ergo et in ordine Cherubim.

Septemdecim sunt nomina Dei inter imum terræ et infernum : quæ si interposita non essent, erumpens æstus inferni, totum mundum consumeret. Hic quærendum est quid per nomina ista Dei intelligat : an aliqua vocabula scripta aut aliter exarata, quæ habeant virtutem restringendi flammam inferni ? Sed talia Dei nomina sunt multo plura quam decem et septem. Et cur unum nomen Dei non sufficit ad istud agendum ? Denique infernus in medio terræ creditur situs, juxta illud Isaïæ : Præparata est Topheth, id est gehenna, a rege, videlicet Deo, profunda, id est in medio terræ sita. Unde in Scripturis frequenter lacus vocatur, et in Apocalypsi Joannis puteus abyssi nominatur. Quomodo igitur « inter imum terræ et infernum » posita sunt nomina ista, quum infernus in medio terræ sit ? Iterum, quum tanta sit terræ spissitudo, quomodo æstus inferni eam penetraret, quamvis non essent interposita nomina illa ? Adhuc, inter omnia elementa terra est frigidissima :

De Cælest.
hier. c. vii.
vii.

Cf. l. xli.
p. 221 c.

Is. xli. 23.

Apo. ii.
1. 1.

resisteret ergo calori sibi contrario. Rursus, ignis conflagrationis, qui in fine sæculi terram purgabit, quamvis præcalidus erit, non tamen terram omnino consumet. Et breviter, Deus omnipotens solo imperio æstum inferni intra suos continet terminos, sicut et aquam maris, ne terram operiat, quemadmodum Job effatur : Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens? Circumdedit illud terminis meis, et posui vectem et ostia, et dixi : Hucusque venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos.

Octodecim sunt interstitia inter thronum Dei et aerem : quæ si interposita non essent, claritas Dei totum mundum excæcarent.

Hic oportet inquirere quid vocet thronum Dei, et quid claritatem ipsius. Si enim thronum Dei appellat summum cœlum, aut quodcumque supremum creatum in quo Deus residere dicatur, tunc erunt multo plura interstitia, secundum Mahon, quam decem et octo : quoniam infra ponuntur septuaginta intervalla lucis et alia etiam plura intervalla inter solium Dei et aerem. Si autem per thronum Dei intelligit aliquem ordinem angelorum, vel quemcumque angelicum spiritum, quærendum est quomodo inter thronum sic sumptum et aerem sint decem et octo intervalla. Omnes quippe angelici spiritus, secundum veritatem, sunt in uno cœlo supremo, quod cœlum empyreum appellatur, quantum infra dicatur oppositum; et post cœlum empyreum non sunt nisi orbis celestes mobiles cum sideribus et planetis, qui orbis sunt novem aut decem; post quos est ignis elementaris, deinde mox aer. Quærendum ergo quæ et qualia sint interstitia ista.

Præterea, claritas Dei quæ mundum excæcarent nisi interposita essent interstitia ista, vel est increata lux seu claritas Dei, aut claritas quædam creata. Primum dici non potest, quoniam claritas illa est ipsemet supersplendidissimus Deus, incircum-

scriptibilis et immensus, qui nullo clauditur termino, atque (ut per Jeremiam ait prophetam) cœlum implet et terram : sicque inter illam et aerem non sunt interstitia media, imo ipse Deus solus omnia ambit et penetrat, ipsis quoque essentiis rerum illabitur. Si autem per claritatem Dei intelligit claritatem creatam, quæro an claritas illa sit corporalis atque sensibilis, an spiritualis ac insensibilis. Si primum, quæritur quid sit ejus subjectum. Si dicatur quod thronus Dei, inferretur (ut ante) quod inter thronum Dei et claritatem illam sint multo plura quam decem et octo interstitia ista. Quumque interstitia ista ponantur inter thronum Dei et aerem, ne claritas Dei mundum excæcet, non videtur hæc claritas posse poni infra thronum, sed vel in eo, aut supra. Porro, si claritas ista spiritualis insensibilisque dicitur, sola mente percipitur, nec poterit totum mundum cæcare, nec ejus irradiatio per corporalia interstitia impeditur. Et breviter, quidquid dicatur, istud est irrationabile atque ficticium. Deus enim excelsus et benedictus, qui (ut in libro Sapientiæ scriptum est) omnia in numero, pondere et mensura constituit, sui ipsius increatam immensamque claritatem, omnem quoque suam claritatem creatam, rerum capacitatibus temperavit ac temperat, et absque omni interstitio temperare sic potest, ne mundum excæcet.

Novemdecim sunt brachia Zachar, fluvii infernalis, qui in die judicii valido clamore sonabit. Fatemur et nos in inferno ad augmentum supplicii damnatorum consistere aquas. Unde in Job de damnato profertur : Ad calorem nimium transeat ab aquis nivium.

Viginti, quia vicesimo die Ramadan descenderunt psalmi super David. Falsitas hujus ex præhabitis innotescit, quum dictum sit et probatum, quod non simul, sed temporibus valde a se distantibus ac diversis, datæ sint David revelationes et illuminationes divinæ, ex quibus psalmos conscripsit.

Vicesimo primo die Ramadan natus est Salomon, et montes laudaverunt Dominum. Si per « montes » intelligit eminentia quædam terræ cacumina, certum quod illa, intellectu carentia, Salomonis natiuitatem non agnoverunt, nec Dominum proprie laudaverunt, nisi forsitan eo modo loquendi quo in Scripturis omnis creatura Deum laudare ac benedicere perhibetur. Præterea, quum David, Elias, Moyses multique alii Salomone fuerint sanctiores, cur in Salomonis ortu montes Deum specialiter laudasse narrantur? An ideo hoc dixit Mahomet quia et Salomon ad tempus totus fuit carnalis ac concupiscentiis deditus, sicut et ipse usque in finem? Salomon tamen penituisse creditur, non Mahometus.

Viginti duo : nam vicesimo secundo die Deus ignovit peccatum David. — Viginti tria, quia vicesimo tertio die Ramadan natus est Christus. Quibus verbis adjicit Mahometus orationes Dei super eum : quod si intellexit quasi pro Christo orandum sit, perfidum est ac blasphemum, quoniam Christus verus est Deus, et ejus humanitas plene est glorificata. Verumtamen agnoscendum, quia secundum veritatem Christus natus est vicesimo quinto die Decembris.

Vicesimo quarto die locutus est Deus Moysi. Non uno determinato die dumtaxat, sed pluribus valde atque per multos annos Deus locutus est Moysi.

Vicesimo quinto die divisum est mare Rubrum. Vicesimo sexto dedit Deus tabulas Moysi. Vicesimo septimo deglutivit cetus Jonam. Ista modici sunt momenti.

Vicesimo octavo reddidit Deus visum Jacob, quum afferret Judas camisiam Joseph. Hujus dicti falsitas præcedenti libro, articulo tricesimo tertio, ex Geneseos textu luce clarius est ostensa.

Vicesimo nono assumpsit Deus Enoch. Tricesimo abiit Moyses in montem Sinai. Hæc quoque perpauca sunt ponderis quantum ad quotam hanc temporis. Moyses autem in montem Sinai non uno dumtaxat die sed multis ascendit, ut patet in Exodo.

Exod. XIX,
XXIV, XXXII,
XXXIV.

Hic interruptit Judæus verba Mahon, dicens : *Fac breve, o optime Mahomet. Faciam, inquit, quod postulas ; sed ne ante finem quæsitæ desistam. Quadraginta sunt dies quos jejunavit Moyses.* Quum Christus, qui etiam tot jejunavit diebus, fuerit Moysæ major, etiam Mahon teste, cur non potius dies jejunii Christi pro quadragenario assignavit?

ARTICULUS V.

Prosecutio numerationis istius usque ad finem ipsius.

QUINQUAGINTA sunt, quoniam diem judicii continuabit spatium quinquaginta millium annorum.

Istud falsissimum est. Derogat namque divinæ justitiæ, divinæ potentiæ, divinæ itidem sapientiæ. Requirit enim rectitudo divinæ justitiæ ut electi non retardentur post vitam hanc notabiliter a gloria, nisi pro aliqua sua culpa, neque a præmio, nisi pro peccato. Esset ergo injustum quod sancti Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, ceterique electi, virtuosus et sancti qui fuerunt, sunt et usque ad sæculi finem erunt, per tam diuturnissimum tempus retardarentur a gloria plena atque mercede perfecta absque propria culpa, quam tunc nullam habebunt. Præterea, quum omnipotentia Dei sit penitus infinita, nequaquam congruit ei judicio hominum tam longissimo spatio immorari, qui cælum et terram et cuncta in eis contenta tam cito creavit. Aut enim citius potest omnipotens Deus illud complere judicium, aut non. Si potest, utique aget hoc ; si non potest, quomodo omnipotens ? Insuper istud æternæ et infinitæ Dei sapientiæ derogat, quæ quum immensa consistat, scit utique expeditiorem modum exercendi judicium illud, potestque facere ut quasi instantanee perfectissime fiat per modum statim tangendum.

Derogat quoque istud pietati divinæ, quæ Sanctos ita nequaquam gravabit. De-

rogat etiam liberalitati divinæ, quæ promptissima est bona sua infundere ubi invenerit subjectum dispositum. Denique, quotidie innumerabiles homines, tam fideles quam infideles, moriuntur, atque a Deo particulariter judicantur; nec possent sic quotidie judicari, nisi de eorum iudicio Deus se facillime itemque celerrime ac instantanee expediret, præsertim quum interdum in prælio uno centum milia occidantur. Ergo et in die iudicii sic poterit facere, sicque facturus rite credendus est.

Postremo, dictum hoc Mahomet ex falso prodiit fundamento. Putavit namque, atque in Alcorano frequenter hoc asserit, quod in die iudicii dabitur unicuique liber in manu, electis in dextera, reprobis in sinistra, et quod in uniuscujusque libro descripta erunt omnia ejus facta et acta, legetque librum suum totaliter. Sed istud est vanum et puerile putare. Unde Scripturæ sanctæ quæ in Daniele et Apocalypsi de libris et eorum apertione in iudicii die loquuntur, spiritualiter exponuntur, puta de libris conscientiarum. Libri enim conscientiarum sunt ipsæ conscientiæ, secundum quod in ipsis merita sive demerita continentur ac cognoscuntur: qui in die iudicii aperientur, quia tunc unusquisque suam ac aliorum conscientiam sciet. Divina namque omnipotenti fiet virtute ut vel in momento, vel in tempore brevissimo, unicuique tam sua quam aliorum innotescant peccata, imo bona et mala, quatenus iudicium Dei esse justissimum universis pateat. Per libros quoque tunc aperiendos, intelligi possunt Scripturæ sacræ novi ac veteris Testamenti: quæ idcirco tunc aperiendæ feruntur, quoniam sicut in eis scriptum est iudicabitur genus humanum.

Præterea probabilius creditur, quod totum illud finale iudicium, et quoad discussionem meritorum, et quoad accusationem malorum, et quantum ad commendationem bonorum, mentaliter perficietur. Et quoniam Mahon fatetur Evangelium esse

A a Deo, possumus ex Evangelio contra eum arguere. Christus autem testatur, quod sicut fulgur exit ab oriente et apparet usque in occidentem, ita erit adventus Filii hominis. Ubi, sicut et alibi communiter, per Filium hominis designat se ipsum, et loquitur de suo adventu ad iudicium generale.

Matth.
xxiv. 27.

Sexaginta sunt venæ terræ singulorum cælorum: quæ varietas si non esset, nulla inter homines feret discretio notitiæ. Istud omnino pravissime dictum est. Non enim ab astris, neque a cœli respectu, aut aliqua dispositione secundarum causarum rerumque creaturarum, anima rationalis dependet; sed immediate a Deo creatur atque infunditur, et ab ipso intellectum sortitur, deinceps ab eo ac angelis illustratur. Nihilominus bona dispositio corporis confert aliquo modo ad bonitatem ingenii, usumque rationis ac scientiarum profectum. Porro, si per verba inducta Mahon vult dicere, quod nisi præfata esset varietas, nulla esset inter homines discretio et differentia notitiæ, ita quod unus non esset intelligentior aut sapientior alio, iterum falsum est: primo, quoniam quum homo liberi exstet arbitrii, certum est quod unus potest se magis conferre ad studium scientiæ ac virtutum quam alius, præsertim quum unus magis incitetur ad illud quam alter; et quoniam Deus magis elegit unum quam alium, sicque benignius prævenit et gratiosius adjuvat unum quam alium.

Septuaginta viros assumpsit sibi Moyses. — Octoginta ictus debentur inebriato. Istud non est in aliqua lege divina determinatum, sed ad jus pertinet positivum: et tamen potest contingere ut aliquis improvise atque ex inexperientia virtutis quæ exstat in potu, inebrietur (sicut in Genesi legitur Noe post diluvium inebriatus, quum vitem plantasset), nec mereatur octoginta ictus, imo nec octo.

Gen. ix.
20, 21.

Nonaginta, quia angelus missus ad David, ait: Nonaginta oves habebat hic socius meus, et ego unam, quam abstulit

mihî. Istud mendaciter recitatur. Non enim angelus fuit ille ad David missus, sed homo, videlicet Nathan propheta : nisi forte per angelum Mahon intellexerit nuntium. Nihilo minus verba cetera sunt mendosa : quoniam nuntius ille non dixit se unam habere ovem, nec suam ovem sibi dixit ablatam ; imo, ut secundo Regum legitur, ita dixit ad David : Duo viri erant in civitate una, unus habebat oves et boves plurimas, alter nihil habebat præter oviculum unam, etc. Itaque nuntius ille non dixit se esse unum illorum duorum ; nec aliquem demonstravit, dicendo, « Hic socius meus », imo solus accessit David regem.

II Reg. xv,
1 et seq.

Centum vero sunt ictus quibus deprehensi in adulterio flagellantur. Istud neque in evangelica neque in Mosaica lege habetur : imo in lege Moysis jussi fuerunt adulteri lapidari. Istud tamen potest ad jus positivum spectare.

Lev. xx, 10.

Præterea, ad prætactam Mahomet responsionem adjecit Judæus omnia vera esse : quorum tamen falsitas pro maxima parte jam patuit.

ARTICULUS VI.

Responsio Mahon mendosa ad quæstiones quasdam sequentes.

ADDIDIT quoque Judæus : *Procede, si placet, et expone quomodo facta est terra et montes, et quæ eis nomina, et quando fuerunt. Respondit : Creavit Deus Adam de limo, limus autem erat de spuma, spuma de procellis, procella de mari, mare de tenebris, tenebræ de luce, lux de verbo, verbum de cogitatione, cogitatio de hyacintho, hyacinthus de præcepto.*

Ecce qualis responsio ! Itaque fatemur, quod elementa, quum sint qualitatum contrariarum, in se invicem agunt, parsque unius mutatur in alteram. Limus quoque unde formatum est primi hominis corpus, non fuit terra penitus pura : imo corpus ipsius exstitit mixtum. Sed quod illa pars terræ de qua corpus Adæ formatum est,

A generata fuit ex aqua, qua terra fuit operata usque ad tertium diem, prout superficies textus Geneseos videtur prætere, non est certum. Sed quidquid sit de hoc, qualiter mare erat de tenebris, quum mare sit unum de quatuor elementis a Deo immediate creatis ? Rursus, tenebræ quum sint privatio lucis, non potuerunt esse materia maris, aut id unde factum est mare. Et quamvis tenebræ essent quid positivum, tamen accidens essent, ex quo non potest produci substantia. Porro, si mare dicatur de tenebris, quia successit eis, quemadmodum dicitur dies esse ex auroræ, quia succedit auroræ ; nihilo minus falsum est : quoniam in principio creavit Deus cælum et terram, creandoque terram, creavit simul et alia tria elementa. Unde in Genesi sic legitur : In principio creavit Deus cælum et terram, et tenebræ erant super faciem abyssi, et Spiritus Domini ferebatur super aquas. Non ergo tenebræ præcesserunt mare.

Gen. 1, 5,
10, 13.

Ibid. 1, 2.

Insuper, quomodo tenebræ erant de luce, quum tenebræ positivum nil dicant, nec sint terminus alicujus realis productionis ! Tenebræ quoque, juxta litteram Genesis, lucem præcessisse censentur : ergo tenebræ non erant de luce, id est post lucem. Nec potest intelligi de luce divina increata, æterna, quia de luce mox subditur : « Lux » erat « de verbo ». Quocirca quærendum, quæ lux, de quo verbo fuisse dicatur. Scimus equidem quia secundum veritatem per Verbum Dei facta sunt omnia, sicut S. Joannes in sui exordio evangelii loquitur : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum ; omnia per ipsum facta sunt. Sed de isto Verbo non loquitur Mahon, quoniam impie negat illud. Hoc siquidem Verbum est unigenitus Filius Dei, sicut beatissimus ait evangelista Joannes : Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis. De verbo demum hic dicitur : Et « verbum de cogitatione, cogitatio de hya-

Ibid. 1, 3.

Joann. 1, 3.

Ibid. 14.

cintho, hyacinthus de præcepto ». Ergo de A
 verbo creato hic loquitur. Sed verbum
 creatum non fuit causa neque materia
 lucis. Imo in Genesi habetur : Dixit Deus :
 Fiat lux. Et facta est lux. Præterea verbum
 vocale dici potest esse de cogitatione ; sed
 tale verbum non fuit causa neque materia
 lucis, ut dictum est.

Quomodo autem cogitatio dicitur esse
 de hyacintho ? Hyacinthus enim accipi so-
 let pro gemma quadam, item pro veste aut
 flore ; cogitatio vero de mente cogitantis
 procedit. Qualiter item hyacinthus erat ex B
 præcepto ? Omnia quippe creata ex præ-
 cepto sunt Creatoris, dicente Psalmista :
 Ipse mandavit, et creata sunt. Sumendo
 præceptum pro actu Dei præcipientis, cur
 istud de hyacintho specialiter dicitur, quod
 omnibus est commune ?

Verba hæc præinducta, non videntur
 mihi nisi verba arrepticii et obsessi : quia
 nec ordinem, nec veritatem, nec intelli-
 gentiam sortiuntur.

Sequitur : *Dic, quot angeli præsent ho-*
minibus ? Respondit : Singulos bini cir-
cumstant angeli, alter a dextris, alter a
sinistris ; et dexter benefacta hominis scri-
bit, sinister malefacta. Istud ad bonum
 intellectum concedimus : non quod in-
 cessabiliter atque continuo localiter ad-
 sint, aut semper a latere uno, nec quod
 corporaliter hominum facta scribant, sed
 spiritualiter ac metaphorice, quoniam suæ
 memoriæ imprimunt ea, aut tenent im-
 pressa.

Deinde quærit Judæus : *Ubi assident ho-*
mini ? aut qualiter vel in quo scribunt ?
Respondit : Super humeros hominis se-
dent ; calamus, lingua eorum ; encaustum,
linguæ saliva ; tabula notaria, cor eorum.
 Jam dixit quod unus angelus adstet homini
 a dextris, alius a sinistris. Cur ergo nunc
 dicit quod ambo sedeant super humeros
 hominis ? Nec est putandum quod vel su-
 per humeros vel in quacumque parte alia
 corporis determinatum habeant locum ;
 nec sunt in loco circumscriptive, quum
 non sint corporales, sed definitive : quo-

niam ubi operantur, ibi sunt. Insuper, quo-
 niam tabulam in qua scribunt, nominat
 cor eorum, videtur spiritualiter intelligere
 quod asserit de scriptura : aliter falsum
 esset, quum nec linguam nec salivam ha-
 bere angelis corporaliter competat. Ve-
 rumtamen dispensatione divina ad homi-
 num avisationem, interdum angeli boni
 aut mali scribere facta hominum visi sunt
 in corporibus ab eis assumptis.

Ait Judæus : Quid post hæc operatus est
Deus ? Respondit : Tabulam et calamum.

Ait : Quam tabulam et quem calamum ?
Respondit : Tabulam in qua scriptum est
quidquid fuit, est et erit in cælo et in ter-

ra ; calamum vero de luce clarissima.

Ait : Quæ longitudo calami ? Respondit :
Itineris quingentorum annorum ; latitu-

do vero itineris, octoginta annorum. Qui

calamus octoginta dentes habet, qui non

cessabunt scribere quidquid fit in mundo

usque in diem judicii. Ait : Et tabula un-

de ? Respondit : De smaragdo. Verbum

ejus de margaritis, dorsum ejus de pie-

tate.

Ecce omnia ista, secundum quod so-

nant, sunt vana, falsa, stulta et frivola. Ad

quid enim necessaria aut utilis esset ista

conscriptio, quum (sicut ostensum est) art. v.

Deus in die judicii omnipotenti sua virtute

celerrime atque facillime facturus sit ut

unicuique tam sua quam aliorum opera in-

notescant ? Denique merita atque demerita

præsertim in interioribus actibus, scilicet

cogitationibus et affectionibus mentis,

consistunt. Oporteret ergo universorum

hominum cunctas cogitationes affectio-

nesque scribi : quod qualiter uno fieret

calamo, etiam si octoginta millia dentium

contineret ? Iterum, si in tabula « scriptum

est quidquid fuit, est et erit », quid ne-

cesse est in ea, quæ fiunt, incessabiliter

scribi usque in diem judicii ? Quomodo

etiam dicit calamum et tabulam facta esse

« post hæc », quum in Chronica Sarraceno-

rum de creatione mundi dicatur, In crea-

tionis suæ primordio Deus manu propria

condidit quatuor, primo calamum, per cu-

Gen. 1, 3.

Ps. xxxii, 9.

ius officium usque ad mundi finem ab A
 ipsius initio cuncta prænotentur?

Amplius, quum lux sit qualitas et acci-
 dens quoddam, qualiter de ea factus est
 calamus? An de accidente substantia fa-
 cta est? Postremo, si tabula et ejus scri-
 ptura sunt materialiter intelligendæ, quo-
 modo verba tabulæ sunt de margaritis? nisi
 forsam margaritæ sint quasi encaustum,
 quum tamen encaustum sit molle, marga-
 ritæque duræ. Sed et dorsum tabulæ, quod
 est substantia corporalis, quomodo esse
 potest de pietate, quæ est accidens spi- B
 rituale?

Multi possent hic quæri, argui et con-
 scribi; sed superfluum mihi videtur, præ-
 sertim quum aliunde abundanter probatum
 sit Mahometum omnia pene esse mentim-
 tum, et pseudo fuisse prophetam.

Deinde Judæus: *Expone, inquit, cur
 cælum dictum est cælum. Respondit: Ideo,
 quia de fumo creatum est; fumus
 vero de vapore maris.* Istud multipliciter
 reprobatur. Primo, quia (ut Aristoteles et
 Peripatetici eum sequentes efficaciter pro- C
 baverunt) corpora cælestia non sunt de
 natura neque materia elementorum. Se-
 cundo, quoniam Genesis primo habetur:

Gen. 1, 1. In principio creavit Deus cælum et ter-
 ram. Cælum ergo immediate a Deo crea-
 tum est in principio mundi. Creare autem,
 est aliquid de nihilo facere. Non ergo ex
 fumo productum est cælum. Tertio, quo-
 niam dato quod cælum constaret ex aqua,
 non tamen rationabiliter dici posset quod
 factum sit ex fumo qui vapor est maris.

Quomodo enim tantus de mari fumus D
 ascendit, ut ex eo factum sit cælum, quod
 tantæ est quantitatis, ut ejus respectu tota
 terra sit quasi punctum? Quarto, quia (ut
 in Job ait Scriptura) cæli sunt solidissi-
 mi, quasi ære fusi. Aqua ergo esset ma-
 teria magis conveniens et propinqua ut ex
 ea tale fieret corpus, quam fumus.

*Job xxxvii,
 18.*

Ait: Quid ergo habet quod viride est?
 Quid est istud? In qua etenim parte cæl-
 um apparet viride? Alicubi quippe, sci-
 licet circa galaxiam, album seu lucidum

esse videtur. Ubi autem aut quomodo vi-
 ride sit, non apparet: nisi forte causaliter
 aut metaphorice viride appelletur.

Audiamus tamen gloriosam responsio-
 nem ad istud. *Respondit: Ex monte Kaff.
 Mons etenim Kaff est ex smaragdis para-
 disis: qui mons orbem terræ cingens, cæ-
 lum sustinet.* Istud est infinitæ ruditatis,
 stoliditatis ac falsitatis. Quum enim cælum
 sphericæ sit figuræ, omnia intra se am-
 biens et continens elementa, nullus mons
 terræ sustinet illud, imo nec tangit. Et
 verbum hoc sonat quasi cælum sit semi-
 circularis figuræ, ejusque extrema super
 montem hunc conquiescant. Certe mons
 iste, si mons terræ est, cingitur aqua,
 quæ universam circuit terram, aqua quo-
 que ab aere, et aer cingitur igne, ignis
 autem a sphæra lunæ. Quomodo ergo mons
 iste sustinet cælum? Cælum quoque, se-
 cundum Aristotelem, nec grave nec leve
 est: idcirco sustentatione montis terreni
 non eget. Præterea non nisi ficticium est,
 ponere montem istum, quum plurimi ho-
 mines in diversis mundi partibus, usque
 ad extremitates terræ habitabilis et usque
 ad littus maris Oceani frequenter deve-
 nerint, nec montem istum conspexerint.
 Nempe, si mons est terræ, eminet super
 terram, et visus fuisset ab illis. Denique,
 quomodo mons ille ex smaragdis paradisi
 consistit? An ex gemmis hujusmodi con-
 stat? Et unde tot gemmæ hujus speciei in
 paradiso? Postremo, si esset mons talis,
 quomodo ex ipso cælum viride esset,
 quum nihil de monte illo compositionem
 intraverit cæli? An forte ex relucentia
 quadam a monte illo super cælum viridi-
 tas apparet in cælo? Stulta et risu digna
 sunt omnia ista. Nec ista sunt verba pro-
 phetæ, sed unius phantastici ac amentis.

*Ait: Habet cælum portas? Respondit:
 Habet quidem portas pendentes. Ait: Et
 portæ claves? Respondit: Portæ claves in
 thesauro Dei. Ait: Et portæ unde? Re-
 spondit: Portæ aureæ, portarum seræ de
 luce, claves de pietate.* Philosophi copiosis-
 sime probant, et sancti Doctores christiani

concordant in hoc, quod orbes cœlestes **A** *desuper intervalla gratiæ, desuper intervalla potentiæ, desuper intervalla Deitatis, desuper intervalla dispensationis, desuper scabellum, desuper solum, desuper domus universitatis.* sint penitus **in suis partibus** uniformes, incorruptibiles et indivisibiles, nisi quod stella dicitur densior pars sui orbis. Imperitum ergo et fatuum est reales portas imaginari in cœlo : et quamvis essent ibidem portæ, essent tamen de natura orbis cœlestis, non aureæ. Seræ quoque, si substantiæ sunt, quomodo sunt de luce, quæ qualitas est? Sed et claves quomodo de pietate esse dicuntur? nisi forte hæc omnia spiritualiter intelligenda ferantur. Sic equidem et sacra ait Scriptura : **B** *Januas cœli aperuit. Et cataractæ cœli apertæ scribuntur.*

ARTICULUS VII.

Responsio Mahomet de ordinibus cœlorum ac marium, multisque mirabilibus extra mundum : omnia vana, phantastica, deridenda.

A *IT* Judæus : *Cœlum istud nostrum, dic, unde creatum est? Respondit : Primum de aqua viridi, secundum de aqua clara, tertium de smaragdo, quartum de auro purissimo, quintum de hyacintho, sextum de nebula lucida, septimum de splendore ignis. Ait : Quid super cœlos septem? Respondit : Mare vivificum. Ait : Et deinceps quid? Respondit : Mare nebulosum. Ait : Prosequere per ordinem usque ad summum. Respondit : Procedit desuper mare aerium, desuper mare lapideum, desuper mare tenebrosum, desuper mare solatii, desuper luna, desuper sol, desuper nomen Dei, desuper supplicatio, desuper Gabriel, desuper pergamenum rasum, desuper mare plenum, desuper septuaginta intervalla lucis, desuper septuaginta millia intervalla virtutum, desuper septuaginta millia montium; desuper mille spatia, in unoquoque septuaginta millia turbæ, in unaquoque turba quinque millia angelorum nunquam cessantium laudare Deum; [desuper vexillum gloriæ,] desuper intervalla de margaritis,*

Ecce responsio in qua non aliter loquitur Mahon quam loqui solent qui ex proposito majora quo valent fingunt mendacia, ut qui mentiendo concertant quis mentiendo alium superabit. Denique, in Alcorano frequenter habetur quemadmodum quidam contemporanei Mahometo asseruerunt eum esse dæmoniacum et amen-tem. Et certe hoc præsentī in loco videtur præcipue. Quis enim confingere posset tam horrenda mendacia, nisi diabolo plenus? Idcirco autem tantum de textu Doctrinæ Mahon simul inserui, quia hæc omnia condependent.

Præterea, quoniam ista doctrina naturalem rationem prorsus transcendit, quæro per quid horum veritatem Mahomet comprobavit. Talibus etenim credere absque idoneis argumentis, puta divinis solique Deo possibilibus miraculis, levitatis et imperitiæ est. Quod autem talia signa non egerit, supra etiam ex ipsius verbis monstratum est. Imperite ergo et leviter creditis, o Sarraceni, qui verbis his creditis Mahometi. Sed nunc falsitas horum serio breviter est tangenda.

Itaque quæro in primis, qui sunt septem cœli isti de quibus hic loquitur Mahon, asserens primum de viridi aqua creatum. Quod autem omnes hi septem cœli sint infra sphæram lunæ, constat ex eo quod ascendendo, post horum expressionem cœlorum ponit mare vivificum et cetera maria jam expressa, et supra mare solatii constituit sphæram lunæ. Sed juxta omnium meliorum philosophorum doctrinam, inter orbem lunæ et terram habitabilem non sunt nisi ignis, aer et quædam mixta, itemque dæmonia in terra ac aere constituta : ita quod ignis est proximus atque contiguus sphæræ lunæ. Nec fuit aliquis eruditus philosophus, neque theologus, qui hujus dixit oppositum. Oportet

ergo hos septem cœlos in igne et aere assignare. In aere autem et igne nihil est quod non sit de natura parsque eorum, præter aliqua mixta, quæ nullus sani capitis nominat cœlos, et præter dæmonia in aere volitantia. Ergo in aere et igne assignari non potest aliquod cœlum factum de aqua viridi, nec cœlum factum de aqua clara, neque de smaragdo, neque de auro purissimo, nec etiam de hyacintho, sed neque de nebula lucida. Nullum enim horum cœlorum esset naturæ aeris aut ignis. Denique non videtur quod naturalis locus cœlorum creatorum de smaragdo, auro et hyacintho, esset in aere aut situ superiori: quia in eis dominaretur gravitas atque materia terræ. Dispositio autem universi est naturalis. Præterea, si sunt cœli isti inter lunam et nos, quomodo latent visum nostrum, præsertim aureum cœlum, quod rutilum esset, terminans visum?

Consequenter quærendum de maribus istis, quæ eorum sint loca. Nam et omnia maria ista sub luna constituit, et supra septem cœlos præfatos. Mare autem vocatur congregatio aut ingens abundantia aquarum. Unde et in Genesi asseritur: *Gen. 1, 10.* Congregationes aquarum appellavit Deus maria. Hujusmodi vero maribus non competit naturaliter in aere aut supra aerem collocari, nisi per evaporationem; certumque est quod vapores sic elevati, congrue maria non vocentur: imo quando in pluvias resolvuntur, descendunt. Multo etiam minus competit eis in igne elementari locari. Si ergo neque in aere, neque in igne sunt, sub luna esse non valent, nec supra cœlos consistunt: ergo nec sunt. Præterea, si inter lunam et terram tot per ordinem constituta sunt maria, potissime mare nebulosum et mare lapideum mareque tenebrosum, quomodo lux solis potest terram attingere, et penetrando tot ac talia maria diem causare? Si autem maria metaphorice sumit, vel vapores grandinum vocat mare lapideum, vaporesque nebularum mare nebulosum, A inepte et abusive ac inconsuete utitur terminis, inducitque obscuritatem inutilem, imo nocivam. Item quærendum quid sint in re maria ista, et cur taliter appellantur; cur etiam mare inter hæc infimum, puta vivificum, præfulgeat nomine isto tam claro, et non potius maria eo superiora.

B Amplius, inconvenienter post lunam mox ordinat et proxime superponit solem, quum secundum excellentiores astronomos, sol sit in medio planetarum, ita quod Venus atque Mercurius inter lunam et solem sunt siti. Insuper, cur super solem proxime ponit nomen Dei? Et quid est nomen istud? an substantia? an accidens? an res viva et intellectualis? an quoddam vocabulum? Præterea, super solem mox ponitur Mars cum orbe suo, super Martem Jupiter, super Jovem Saturnus, super Saturnum cœlum stellatum, ut omnes eruditi fatentur astronomi, Ptolemæus, Albusasar, Albategni, ac ceteri. Præterea, nomen Dei est vel dictio nominans, vel res nominata. Sed stultum est supra solem tale nomen nominans ponere, quum talibus Dei nominibus terra sit plena. Res autem nominata, hoc est per nomen Dei nominans designata, est Deus gloriosus, incircumscribibilis et immensus: quem supra solem et infra superposita soli taliter in loco arctare aut ponere, impium est atque sacrilegum.

D Deinceps, cur nomini Dei protinus superponit supplicationem? Supplicatio quippe proprie actus est supplicantis et accidens, cui non competit taliter ordinari, quum non sit nisi in supplicante. Si autem supplicationem pro loco aut subjecto sive supposito supplicationis vult accipi, adhuc inconveniens est ordinatio ista. Locus enim supplicationis potissime exstat ecclesia, templum seu habitaculum oratorum. Angelis vero et Sanctis in patria beatitudinis non proprie competit supplicare nisi pro viatoribus. Ideo supplicationis subjecta et loca præsertim ordinantur in peregrinationis istius terra.

Insuper, cur post supplicationem in A ascendendo constituit Gabrielem, qui est de tertio ordine angelorum? Et de quocumque sit ordine, in eodem constituendus est choro cum ceteris angelis de quorum choro est ipse. At vero, cur super Gabrielem ponit pergamenum? An a Deo immediate creatum est, vel de velleribus factum? Et quantæ sunt ejus dimensiones? Amplius, quod est mare plenum quod pergameno est superpositum? et quomodo ei competit locus ille? Item, an fluit ut aqua? et nonne periculum est ne madafaciat pergamenum ineptumque reddat ut in eo scribatur? Consequenter, quid sunt illa septuaginta intervalla lucis superposita mari pleno? Et qualis est lux illa? corporea, an incorporea? Et unde causatur? a sole, an aliunde? Similiter inquirendum de intervallis virtutum, et quarum virtutum sint intervalla.

Porro de septuaginta millibus montium perscrutandum quid sint montes illi, an sint sphaerae seu orbis: quoniam in Scripturis cœli interdum montes vocantur. Item, an corporales existant, et super quid radicentur; cujus figuræ et magnitudinis sint, et qualiter situentur ac ordinentur ne vacuum relinquatur; cujus item naturæ et speciei existant.

Conformiter de mille spatiis quæ superponuntur his montibus investigandum. Inconveniens demum videtur in spatiis tam diversis angelorum ponere turmas, quoniam universi ad unam pertinent Regis altissimi domum, de qua ait Psalmista: Ps. LXXXIII, Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te; et Joann. XIV, Christus: Vado parare vobis locum, ut ubi sum ego et vos sitis. Consequenter quærendum de vexillo gloriæ superposito spatiis mille, quid, quale et quantum sit, et an specialem habeat orbem, et cur unum dumtaxat, quum tantum Regem deceant (ut videtur) vexillorum millia multa.

Inconvenienter autem videntur intervalla de margaritis spatiis in quibus sunt angeli superposita. Et quid faciunt ibi hæc

intervalla? Quid item in eis, et quot sunt? Deinceps quærendum de intervallis gratiæ atque potentiæ, et cur potius ponuntur quam intervalla justitiæ ac sapientiæ; cur super ea, intervalla Deitatis ponuntur, et quid sunt ac qualia, quanta quoque, et quid in eis, et quis eorum est numerus. Item de intervallis dispensationis rite investigetur. Incongruum quoque videtur quod intervallis Deitatis altissimæ, intervalla dispensationis superponuntur.

Postremo, de scabello et solio superpositis intervallis dispensationis, oportet inquirere utrum materialiter an spiritualiter sint tantum accipienda. Item, quanta et qualiter domus universitatis in solio illo residere asseritur? Ipse enim supersimplicissimus et incircumscripibilis Deus, nec circumscriptive, nec definitive, sed transcendenter in loco consistere perhibetur. Imo verissime ipse in se ipso æternaliter, invariabiliter, intemporaliter illocaliterque consistit, et nunc est ubi ante omnium creationem fuit; et si cuncta creata esse desinerent, tamen ubi nunc est, immutabiliter permaneret. Ipse enim est ante omnia, non solus, post omnia, non præventus; in omnibus, non inclusus, extra omnia, non exclusus; supra omnia, non elatus, infra omnia, non oppressus. Ipse est ubique et nusquam. Ipse est ubique per essentiam, per præsentiam atque potentiam, in bonis per gratiam, in impiis per vindictam.

Ecce hæc præinducta infelicissimi et (ut videtur) arrepticii Mahomet verba, sunt vana, ficta et frivola; eaque protulit, ut admirationi populo esset, tanquam nova, inaudita ac secretissima quædam pronuntians. Vulgus enim imperitum facillime fallitur, et quidquid minus intelligit, magis miratur. Sed forsitan alicui apparebit quod Mahometus ista omnia præinducta ponendo, Deum magnifice honoravit. Imo vero potius eum inhonoravit, opus tam inordinatum supersapientissimo Deo adscribens.

Postremo, sufficienter probant philoso-

Ps. LXXXIII,

3.

Joann. XIV,

2, 2.

phi, quod natura nequaquam patitur vacuum, ideoque oportet figuræ esse sphericæ universum. Si ergo ponenda sunt millia intervallorum ac montium, oportebit ea spherica esse, aut taliter figurata ut vacuum evitetur.

Rursus, quum Deus omnipotens et æternus ibi esse dicatur ubi operatur, et ipse in Sanctis ipso beatifice perfruentibus excellentissime operetur, idcirco in ipsis præcipue esse et habitare atque quiescere perhibetur. Unde in cælo empyreo, in Ecclesia triumphanti, in mentibus Beatorum potissime esse residereque fertur; nec solum ejus decet ab angelis sanctis ceterisque Beatis per tot intervalla dividere.

Ps. x, 5. Ideo ait Psalmista: Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes ejus;

Ps. cii, 19. itemque: Dominus in cælo paravit sedem

Ps. cxxxix, 14. suam; et iterum: Habitabunt recti cum vultu tuo, Domine. Hinc Christus protestatur:

Apoc. iiii, 21. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus. Nos itaque Christiani Deum majestatis immensæ verissime honoramus, qui ei universum sapientissime ac ordinatissime institutum adscribimus, eumque ab innumerabilibus millibus angelicorum spirituum beatarumque animarum, indesinenter cum summo fervore amari, lucidissime contemplari, jucundissime collaudari, reverentissime honorari fatemur: præsertim quum major sit dignitas unius angeli sancti beatæque animæ, quam decem millium intervallorum ac montium præfatorum, si materialiter accipiantur.

Adhuc autem occurrit memoriæ quia si præfata maria, intervalla ac montes essent, mirum quod Deus, qui ad sui ipsius gloriam et honorem cuncta plasmavit (quemadmodum Salomon loquitur: Universa propter se ipsum operatus est Dominus), nihil de omnibus istis locutus esset hominibus, neque per Moysen, neque per Eliam, neque per Christum, quem nihil totius universi latebat, neque per sanctos Apostolos.

ARTICULUS VIII.

Responsio Mahon ridicula et fatua de causa diversitatis lucis in sole et luna, de ordinibus quoque stellarum.

AIT deinceps Judæus: *Discerne, si placet, an fideles sint sol et luna, an infideles. Respondit: Fideles quidem sunt, obedientes omni Dei mandato. Ait: Quid ergo habent quod non æqualiter lucent? Respondit: Æquali quidem splendore ac virtute creavit eos Deus. Evenit ergo ut incerta esset diei ac noctis vicissitudo, quousque Gabriel prætervolans, motu volitandi forte (ut fit) ala sua tetigit lunam, indeque obscurata est. Sic enim ait in Alcoran: Præposui diei et nocti luminaria, et extinxi nocturnum, et remansit diurnum.*

Istud simile est fabulis Judæorum, dicentium quod sol et luna a principio fuerunt æquales in claritate; luna autem suggestit Deo ut dirimeret lucem solis, singularem volens eminentiam lucis habere: ideo Deus lunæ iratus, per lucis suæ minorationem eam punivit. Ecce quam stulta sunt ista: quoniam (ut theologi sancti philosophique concorditer probant ac docent) totum universum comparatur ad Deum sicut exercitus ad principem militiæ sive ad regem. Ad ordinationem autem exercitus bene instituti, exigitur ut unaquæque pars disponatur prout bonum requirit commune totius exercitus, quod princeps principaliter est intendens, aut prout ad gloriam pertinet principis. Quum ergo supergloriosissimus Deus sit supersapientissimus universi institutor ac conditor, taliter ab exordio solem lunamque creavit, prout ad totius mundi bonum spectat commune. Porro commune mundi bonum requirit ut sit vicissitudo atque distinctio diei ac noctis: ad quod diversitas seu inæqualitas luminis in sole ac luna requiritur. — Præterea, malum duobus modis vitatur, puta: per anticipationem, ne veniat; et per reformationem seu corre-

ctionem, dum contigit. Ad sapientissimum autem opificem pertinet malum per anticipationem vitare, quantum est ex parte ipsius : sic ergo Deus instituit solem ac lunam in claritate, secundum quod bonum et utile fuit. Si ergo in claritate æquali eos creavit, bonum et utile fuit eos sic remanere : cujus oppositum est probatum.

Insuper, Deus est causa ordinis universi ; ordoque rerum naturalis est, et ex intentione opificis, non a casu : Deus ergo solem et lunam instituit ut ordo rerum deposcit. — Amplius, ostensum est supra, angelos incorporeos ac simplices spiritus esse : idcirco materiales alas non habent, nec taliter volitant. — Rursus, quæstio fieri posset de ceteris sideribus ac planetis : quæ utique ab exordio obedientia fuerunt Deo, quemadmodum sol et luna. Cur ergo et ipsa non sunt tantæ claritatis ut sol ? — At vero, si sol et luna ejusdem quoque virtutis et causalitatis consisterent, hoc ordini rerum nequaquam congrueret. Nam, ut cetera taceantur incommoda, quis eorum ferret calorem, quum solius calor solis sit multis tam intolerabilis ? Non ergo in eadem creati sunt virtute.

Postremo ficticium istud sacræ contrariatur Scripturæ. Quum enim Moyses protulisset, Fecit Deus duo magna luminaria, ne crederetur ea fecisse æqualia, mox adjecit : Luminare majus, ut præesset diei ; et luminare minus, ut præesset nocti.

Sequitur : *Edissere quot sunt ordines stellarum. Respondit : Primus, dependentium per catenas a solio Dei, lucentium usque in septimum thronum. Secundus, stellarum cælum ornantium ; et quando diaboli ad insidiandum cælestibus consiliis subintrare parant, occurrentes fugant. Tertius est in respectu signorum stellarum et planetarum.* Jam tactum est quod corpora cælestia non sunt elementaris naturæ. Cur ergo stellæ illæ præscriptæ per catenas dependent, de quarum

A casu non exstat periculum ? Quod si est, ergo et planetæ, qui suis in orbibus non sunt fixi, catenarum indigerent retentione ne caderent. Insuper, omnes testantur philosophi, præsertim astronomi, quod nona sphaera est uniformis, stellas non habens. Thronus igitur Dei potissime uniformis credendus est ; nec talibus stellis, sed angelis sanctis ceterisque Beatissimis incomparabiliter pulchrius decoratur. Præterea, quales sunt illæ catenæ ? an de natura elementorum, an certe mixtorum ? Et qualiter throno Dei atque sideribus innectuntur ? Quod vero hic dicitur de auscultatione dæmonum, præcedenti libro est repro-

batum. *Sequitur : Dic, quot venti inter nos et cælum ? Respondit : Tres. Primus ventus sterilis. Secundus niger, elevans mare ; et hic exasperabit ignem in die judicii. Tertius, qui terris maribusque ministrat.* Hæc ventorum distinctio insufficientis demonstratur, quum quatuor venti sint principales, multique alii collaterales, ut in libro Meteororum probatur, imo et experientia docet.

Dic, quot intervalla inter nos et cælum ? Respondit : Unum ; quod nisi interpositum esset, omnia terrena cælestis ardor consumeret. Sed dicendum, quod inter cælum et terram plura sunt intervalla, quum a philosophis assignentur interstitia aeris tria, supra quæ est ignis elementaris, aere valde major. Corpora quoque cælestia, calida appellantur causaliter, non formaliter, secundum Peripateticorum do-

D ctrinam.

Subjunge ubi sol. Respondit : In fonte calido, fons in colubro, coluber in intervallo, intervallum in monte Kaff, Kaff autem in manu angeli tenentis mundum usque in diem judicii. Ecce qualis insania ! Nonne sol in suo est orbe, sicut ceteri quoque planetæ ? Sequitur demum et ex his, solem esse in monte Kaff : siquidem in quo continens, in eo et contentum. Kaff autem est in terræ extremitate, eamque cingit, ut supra jam dixit ; et certum

lib. II, art. XXXVI.

art. XLVIII.

Gen. I, 16.

art. VI.

art. VI.

est quod montem illum, quamvis esset, **A** nunquam solo tangeret, nisi lumine suo atque influxu, sicut et cetera. Præterea, quomodo angelus mundum fertur tenere? Imo, ut docet Apostolus, Unigenitus Dei **Hebr. 1, 3.** omnia portat verbo virtutis suæ. Nec pueriliter imaginandum quod mundus teneatur ne inclinetur aut cadat deorsum: siquidem, Aristotele edocente, omnia naturaliter tendunt ad centrum; unumquodque itidem in loco sibi a Creatore præfixo et ab exordio naturaliter præstituto, naturaliter ac congrue conquiescit. Item, quum **B** multa sint intervalla, irresolute loquitur, intervallum de quo loquitur non exprimens neque specificans.

*Dic deinde, quis modus deferentium sedem Dei? Respondit: Capita eorum sub sede Dei, sub thronis septem. Tanta siquidem cervicis amplitudine sunt, ut si continue volaret avis, viæ mille annis ab una aure perveniret ad aliam. Cornua sunt capiti eorum implicata. Quorum prima acies, cujus dimidium nix, dimidium ignis: non tamen ignis nivem consumit, **C** vel nix ignem exstinguit. Secunda acies, cujus dimidium tonitruus, dimidium fulgur, immixta. Tertia, cujus dimidium gleba, dimidium unda: non tamen vel unda glebam diluit, vel undam ebibit gleba. Quarta, cujus dimidium ventus, dimidium imber, incommota ibi ab invicem. Quinta, cujus dimidium ferrum, dimidium ignis, inconfusa ad invicem. Sexta, cujus dimidium aurum, dimidium argentum. Septima, cujus dimidium laus, dimidium gloria. Octava de fulgentissimo **D** splendore.*

art. iv. Ecce responsio philosophicæ ac theologicæ veritati contraria. Jam quippe præhabitu est, quod Deus non habet thronum corporeum altiolem cælo empyreo, quod angelorum sustentatione nullatenus indiget: imo visibilia et invisibilia ipsummet **lib. II, art. xxxvi.** continet. Rursus probatum est, angelos omnes esse incorporales. Unde angelos tam enormis magnitudinis opinari, stolidissimum exstat. Et si cornua habent,

A nonne corpora mixta habere videntur, quod angelicis spiritibus nullatenus competit? Præterea, quid vult quod de aciebus adjungit, quarum partes tam diversæ exstant naturæ, tamque contrariæ qualitatis? Certum est equidem, quod res hic expressæ locum in superioribus illis supercælestibus entibus angelicisque spiritibus minime sortiuntur, utputa, nix et ignis, tonitruus et fulgur, quæ supra regionem aeris nunquam fiunt aut sunt. Multoque minus sunt ibi unda et gleba, ventus et **B** imber, ferrum et ignis, aurum atque argentum. Neque ex his deceret constare corpora illa angelicorum spirituum, dato quod corporei essent, sed ex aliqua nobilissima ac simpliciori materia.

Rudissima ergo atque falsissima est imaginatio ista de throno Dei et angelis eum ferentibus. Sed hoc incomparabiliter amplius pertinet ad laudem et magnificentiam Dei quod sancti asserunt Christiani, ipsos angelicos spiritus, præsertim eos qui de prima sunt hierarchia, tantæ esse dignitatis ac perfectionis, quod ab omni contagione materiæ sunt prorsus immunes, suumque Creatorem intra se spiritualiter ardentissime complectuntur, ei quoque subjectione humillima obsequuntur, atque cum summa reverentia ei assistunt, et eum avidissime et deliciosissime contuentur, nec unquam ab ejus admiratione ac laudibus cessant.

Sequitur: *Exsequere spatium a nobis usque ad cælum. Respondit: A nobis usque ad infimum cælum, iter quingentorum annorum, tantoque per ordinem ab unoquoque eorum ad proximum; et amplitudo uniuscujusque, itineris quingentorum annorum: tot in unoquoque angeli quot nemo nominare potest nisi solus Deus.* De hac re astrologi multa scrutati sunt et scripserunt, et nondum certitudo habetur. Sed nulli tam parum credendum est ut Mahometo, quem undique esse mentitum, et nec in divinis Scripturis neque in philosophia fuisse eruditum, copiosissime est probatum. Insuper satis

lib. II, art. VII. ostensum est, angelos omnes in uno esse A

cælo empyreo, quod est semper quietum, immobile, splendidissimum, et inter omnia corpora nobilissimum, atque ob hoc aptissima mansio omnium Beatorum Deo fruentium. Postremo, quamvis angeli innumerabiles nobis existant in vita hac, omnes tamen Beati in patria se invicem distincte et perfecte cognoscunt, nec aliter se mutuo perfecte diligerent, nec unusquisque alterius beatitudini congauderet. Idcirco non sic soli Deo notus est numerus angelorum, quin et ipsis quoque et cunctis Beatis sit cognitus. B

Aves quædam sunt quæ nec cælum nec terram attingunt. Si de cælo aërio Mahon hoc asserit, falsum est; si autem de cælo quocumque quod eminet sphaeræ ignis, constat quod nulla avis ibi attingat. Denique, si aves istæ unquam quiescunt, ubi, nisi vel in terra, vel in aliquo terræ innitente, nisi forsitan super aquas?

Dic, mundus iste cur dictus est mundus? Respondit: Quia mundus iste factus fuit præter aliud sæculum. Si enim cum illo factus foret, ut illud hic esset perpetuus. Sciscitari oportet quid intelligat per hunc mundum, quid per sæculum aliud. Constat autem quod secundum Scripturas divinas nulla creatura fuerit ab æterno: idcirco nec aliud sæculum a parte ante æternum est. Porro mundus iste sensibilis, videlicet regio elementorum atque cælestium corporum, a parte post exstat perpetuus. Quis est ergo mundus iste qui cum alio sæculo non consistit perpetuus, nisi forte existentia generabilium et corruptibilium secundum se tota, quæ post diem iudicii non manebunt? Præterea, de hac re multo subtilius dicit Plato, asserens mundum idcirco sic appellatum, quia a mundo illo mundissimo, archetypo, ideali, qui est in mente divina, processit.

Quid autem per aliud sæculum intellexerit Mahon, paulo post subdit, dicendo: *Sæculum aliud, est postremum post mundum istum superstes futurum.*

ARTICULUS IX.

Responsio Mahon ad quæstiones de Adam.

DIC, Adam cur dictus est Adam? Respondit: *Quia creatus est de limo terrarum omnium, non unius. Si enim de uno creatus esset, nulla esset inter homines notitiæ discretio.* Istud imperitum est nimis, et rude ac falsum. Intellectus enim animæ, videlicet ratio, a terræ limo seu corpore non dependet. Et quid in posteris Adæ impediret discretionem notitiæ, si ipse « de uno » seu unius terræ limo esset formatus, quum ceterorum unusquisque suam habeat rationem et complexionem? Præterea corpus Adæ secundum veritatem de unius terræ limo formatum est, quia communiter dicunt Sancti, quod in agro Damasceno et ex terra agri illius formatum est corpus hominis protoplasti.

Subjunge, quum factus fuit Adam, quomodo intravit in eum spiritus. Respondit: *Per os intravit in eum intus, et per os exiit.* Ista quæstio insipienter proponitur. Anima namque naturali ordine prius infusa est Adæ quam factus est ipse: alioqui factus fuisset, anima sibi nondum infusa. Anima quoque dat esse substantiale: non ergo factus est Adam nisi anima præinfusa. Denique quæstio ista proponitur et taliter solvitur ac si anima Adæ extra corpus ejus fuisset creata, quum potius sit tenendum, quod creando infusa sit et infundendo creata. Rursus, quum anima rationalis sit simplex forma immaterialisque spiritus, existens tota in corpore toto et tota in qualibet ejus parte, non est ruditer imaginandum, quod exeundo de corpore, a ceteris membris se retrahat, ut per determinatam corporis exeat partem; sed inde incorporaliter exit, neque per os quasi situ aliter ingreditur corpus.

Ait: Quid dixit Deus Adæ? Respondit: Habita tu et conjux tua paradysum; comedite et bibite, tantum ne huic arbori propinquetis. Ait: *Quenam fuit arbor*

illa? Respondit: Arbor tritici. Ait: Quæ forma arboris? Respondit: Septem spicas habebat; unam rapuit Adam, in qua erant grana quinque, de quibus duo comedit Adam, duo dedit Evæ, quantum detulit secum. Ait: Quantum fuit granum? aut quid inde fecit? Respondit: Majus fuit ovo. Quod ubi in sexcentas particulas comminuisset, produxit ex eo cuncta seminum genera.

Ista responsio stulta est, Scripturæ sacræ et naturali rationi contraria. Hic etenim dicitur, quod arbor Adæ prohibita, fuit tritici arbor. Culmus autem seu herba in qua triticum generatur, non proprie arbor vocatur. Denique in Genesi arbor ista lignum multoties appellatur; herba vero tritici nequaquam dicitur lignum. Deinde, quod subditur de divisione grani unius in partes sexcentas, et quod ex eo Adam produxit cuncta seminum genera, prorsus nil valet. Partes enim grani illius fuissent ejusdem speciei cum suo toto, quoniam granum tritici est corpus homogeneum: ergo aliarum rerum ac specierum semina esse non poterant. Nec Adam potuit eas in aliarum rerum semina transmutare, nec poterat rerum instituere aut mutare naturas. Unde productio rerum tam diversarum ex illis particulis grani præfati nequaquam naturalis fuisset. Istud quoque divinæ Scripturæ contrariatur. Scriptum est enim: Dixit Deus, Germinet terra herbam virentem et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Itaque ex Creatoris institutione ac jussione semina rerum causata sunt, non ex præfata Adæ operatione.

Postremo, in præfacta fertur responsione, quod unam rapuit spicam, et comedit ex ea duo grana, duoque contulit Evæ. Istud omnino repugnat Scripturæ: quia (ut in Genesi scribitur) Eva, suadente diabolo, prima accepit fructum arboris prohibitæ, comeditque inde, deinde viro suo inde porrexit, qui comedit ex eo. Multa ergo conti-

nentur mendacia in responsione hac ipsa.

Post hæc asserit Mahomet, quod Eva facta est ex costa Adæ sinistra: nam si ex dextera, æque fortis esset. Istud non sequitur, quia in costa non latuit neque ex ea processit tota feminæ fortitudo. Et quamvis ex costa dextera fuisset plasmata, non tamen habuisset cetera membra tam fortia, nec corpus intus tam robuste in nervis, venis musculisque dispositum, quemadmodum Adam.

Ait: Quis habitavit terram ante Adam?

Respondit: Primum diaboli, deinde angeli, post angelos Adam. Inter diabolos et angelos septem anni, inter angelos et Adam mille anni. O quam stultissima et mendosa sunt omnia verba ista, imo et aliis Mahon verbis contraria! Nempe, ut præcedenti patuit libro, sæpe habetur in Alcorano: Adam creato, Deus præcepit angelis ut se projicerent coram illo et humiliarent se ei. Paruerunt quoque omnes præter Beelzebub, qui idcirco dejectus est, atque diabolus factus. Ergo secundum hoc, Adam ante diabolum terram cæpit inhabitare. Sed quoniam dictum illud Mahometi mendosum est, aliter reprobanda sunt ista. Primo, quia omnipotens Deus visibilia et invisibilia, puta angelos, cælum et terram, simul creavit, quum scriptum sit: In principio creavit Deus cælum et terram. Ubi per cælum intelliguntur et angeli incolæ cœli. Non ergo per mille annos angeli ante Adam inhabitare cœperunt terram. Secundo, quoniam terra facta est prima die, et Adam sexta die, ut in Genesi dicitur: sicque terra non fuit ante Adam per mille annos, imo non ultra sex dies. Tertio, quoniam angelis non competit habitare in terra, sed in cœlo, et præsertim si sic fuit, hoc est, si tam diu ante Adam creati fuerunt. Quod enim nunc interdum in terris sunt, propter homines accidit. Similiter, quum angeli aliqui peccaverunt et dæmones facti sunt, non fuit eis terra pro habitationis loco assignata, sed aer caliginosus aut tartarus, ut beatissimi docuerunt Apostoli.

Gen. II, 9,
17; III, 3, 6.

Ibid. I, 11.

Ibid. III, 1-6.

art. III.

Gen. I, 1.

Ibid. I, 5, 6.

Quis rasis caput Adæ? Respondit: Gabriel. Ecce stolidum verbum. Et quare non potius Eva hoc fecit? Quis circumcidit Adam? Respondit: Ipsemet. Ait: Post Adam quis circumciscus est? Respondit: Abraham. Istud falsum est, quoniam Adam circumciscus non fuit, sed (sicut in Genesi edocetur) Abrahæ primo datum est circumciscionis præceptum. Et si Adam circumciscus fuisset, verisimile est quod Seth et alii boni filii ejus eum in hoc imitati essent.

Dic, cui terræ locutus est Deus? Respondit: Monti Sinai præcepit ut elevaret Moysen usque ad cælum. Istud est fictum et frivolum. Et si voluisset Deus Moysen levare ad cælum, hoc potius fecisset per angelum qui quotidie loquebatur cum Moysæ. Denique, si Moysen tam alte levavit, utrum mons ille tunc a terra divisus est, an per extensionem et rarefactionem montis id contigit? Legitur quoque in Genesi quemadmodum Deus terræ præcepit ut germinaret. Cur ergo Mahon hoc quasi prius gestum non assignavit?

Dic, quid vivit non habens spiritum? Respondit: Nox. Certum est quod nox, quæ est pars diei naturalis ac temporis, nequaquam proprie vivat.

Dic, quæ femina de masculino tantum, et quis masculus de femina tantum? Respondit: Eva ex Adam solo, Christus ex Maria virgine. — Ait: Quæ sunt tria illa quæ sine viri permissione sunt edita? Respondit: Adam, et aries Abrahæ, et Jesus Christus. Responsio ista quantum ad Christum et Adam, consonat veritati, sed quoad arietem Abrahæ, fabulis Judæorum, dicentium arietem illum a principio mundi ibi fuisse paratum, utpote sexto die, quo Deus animalia fecit, productum: quod nec veritatem nec apparentiam habet. Ideo magis tenendum, quod providente Deo, per angelicum obsequium aries ille fuit ibidem repente adductus.

Dic, qui sunt soli duo illi quorum sepulcra ignorantur? Respondit: Jeralib et Moyses. Consequenter Mahon texit hic*

A fabulam longam, qualiter istud contigerit: quam quantum ad Jeralib, recitare omitto, quia nec dignum est; sed aliam ejus partem, quia manifeste discordat a veritate Scripturæ, commemoro.

ARTICULUS X.

Recitatio falsa ac fatua de Moysæ et aliis.

ITAQUE ait gloriosus hic legislator, pestifer Mahometus: *Moyses quum solus per desertum vagaretur, forte sepulcrum apertum vacuumque invenit, recte ad quantitatem suam effossum: quod admirans, cœpit ad propriam staturam metiri. Interea angelus mortis venit ad interficiendum Moysen. Quem quum cognovisset Moyses, quæsivit: Ad quid venisti? Respondit: Missus sum pro anima tua. Cui Moyses: Quomodo ergo putas eam eripere? Per os enim non poteris, quo locutus sum cum Domino; neque per aures, quibus vocem Dei audivi; neque per oculos, quibus faciem Domini vidi; neque per manus, quibus donum Dei recepi; neque per pedes, quibus montem Sinai ascendi. His auditis, abiit angelus Domini; formaque mutata, attulit pomum de paradiso: quod quum olfaciendo porrigeret, recepit Moyses; quumque naribus apponeret, arripuit eum angelus per nares, per quas tanquam emungens, animam ejus extorsit. Quo facto, mansit corpus ejus in sepulcro nunquam reperto.*

Ecce quam ridiculosa narratio, tam Scripturæ sacræ quam naturali rationi contraria! Scriptum est enim: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ascende in montem istum Nebo, et morere ibi. Deinde legitur: Ascendit Moyses de campestribus Moab in montem Nebo; ostenditque ei Dominus omnem terram Chanaan, et ait: Hæc est terra pro qua juravi Abraham et Isaac et Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Mortuusque est ibi Moyses, jubente Domino; et sepelivit eum in valle terræ Moab, et non cognovit homo sepulcrum

Deut. xxxii, 48, 49.

Ibid. xxxiv, 1-6.

Gen. xvii, 11.

Ibid. 1, 11.

** alias Hebraicis*

Deut. xxxi-
xxxiv.

ejus usque in præsentem diem. Hæc est A sacra veritatis historia: ex qua præinductæ fabulæ patent mendacia. Non enim Moyses per desertum solus tunc vagabatur, nec ad eum ita vagantem venit angelus mortis, nec in deserto Moyses reperit monumentum, nec ibi sepultus est; sed eadem die qua multa filiis Israel prænuntiavit, Deo jubente, in montem ascendit præfatum; visaque terra promissionis, et allocutione cum Deo finita, protinus feliciter exspiravit. Et sepelivit eum Deus, non utique per se ipsum, sed ministerio angeli, in valle prædicta.

Denique, quid allocutio Dei et visio atque auditio ejus impediabant egressum animæ Moysis per os ejus, oculos aut aures? Nonne cum Abraham, Isaac, Jacob, Josue, Samuele, David, Isaia, ac aliis multis, locutus est Deus, qui et verba Domini audierunt videruntque eum in creatura subjecta, sicut et Moyses, nihilo minus instar aliorum sunt mortui? Porro, quod ait angelum apprehendisse Moysen per nares, sicque ejus animam quasi emungendo extorsisse, sic sonat, quasi anima, quæ simplex et incorporeus spiritus est, instar rei dimensionatæ extrahatur de corpore. Et cur angelus mortis non apprehendit Moysen per nares in primo accessu ad eum, seu ante applicationem pomi ad nasum? Postremo, nonne hoc ad inobedientiam pertinuisset, quod Moyses in primo accessu angeli a Deo missi, non permisisset animam suam ab angelo juxta Dei commissionem educi? Sic quoque loquitur fabula ista, quasi anima non possit educi de corpore ejus per singulas corporis partes etiam integras, quum tamen corporea incorporeorum introitui atque exitui non resistant.

Dic, ubi est medium terræ? Respondit: Jerusalem. Inde namque dispersæ sunt gentes, et illuc aggregabuntur. Ibi erit pons et statera super infernum, quam apportabunt illuc septuaginta millia angelorum. In Genesi legitur qualiter post diluvium posterii filiorum Noe cœperunt

ædificare in terra Sennaar in campo civitatem et turrim, confuditque Dominus ibi linguas eorum, ita quod se invicem intelligere non valebant, et inde dispersit eos super faciem cunctarum regionum. Quomodo ergo hic dicitur quod a Jerusalem dispersæ sunt gentes? Porro verum est quod in valle Josaphat circa Jerusalem congregandi sunt homines hora judicii. Quod autem de ponte atque statera hic dicitur, si corporaliter prout verba sonant intelligatur, nequaquam veritatem sortitur. Neque enim in judicio illo, quod (sicut probatum est) celerrime finietur, erit ponderatio in statera corporea, nec transitus super pontem; terra autem os suum aperiet, ita ut inferus pateat, prolata illa Judicis sententia: Ite, maledicti, in ignem æternum. Postremo, quamvis pons et statera corporaliter essent intelligenda, quid necesse esset ea per tot millia angelorum adduci, quum tanta angelorum sit fortitudo quod ab uno solo adduci possent, præsertim Deo sic præcipiente?

Ait: Quare Jerusalem dicta est domus benedicta? Respondit: Quia in directo est cœlestis Jerusalem, quodque locutus est ibi Deus et angeli cum Patriarchis et Prophetis, deditque ibi Deus Moysi præcepta. Quid est hoc? Moyses namque in monte Sinai accepit a Deo præcepta; nec terram promissionis, in qua exstat Jerusalem, est ingressus, et ut videtur Scriptura innuere, nunquam fuit in ea. Unde cupiens eam videre ac ingredi, dixit ad Dominum: Vadam et videbo terram istam egregiam. Responditque Dominus: Nequaquam loquaris ultra ad me de hac re. Dominus vero ostendit eam Moysi in vertice Phasga, ut in Deuteronomio scribitur.

Dic, quomodo facta est arca Noe? Respondit: Navem (id est arcam) incepit prius Noe, clavos dedit Gabriel. Intravitque Noe cum filiis, et procedens ex Arabia super Mecham, circumvit eam septies; inde navigans super Jerusalem, et eam septies circumvit, pervenitque in montem Judææ. In Genesi legitur, quod Deo jubente, arcam

Gen. xi. 2.

lib. II, art. III, art. 7.

Math. xxv. 41.

Deut. ii. 25, 26.

ibid. xxxv. 1.

Gen. xi. 11.

Gen. vii, 17. construxit Noe. Nec opus fuit clavos de super apportari. Quumque aquæ diluvii vehementer crevissent, extulerunt et levaverunt arcam in altum. Idcirco probabile reor, quod antequam Noe cum arca notabiliter ferebatur super undas, civitates communiter aquis coopertæ fuerunt, præsertim quoniam tantæ magnitudinis exstitit arca, et tantum pondus fuit in ea. Et quamvis Mecha atque Jerusalem adhuc stetissent, cur eas vitiosissimis hominibus plenas toties circuisset? Imo putatur quod ante diluvium non fuerunt. Denique arca ferebatur motu incerto juxta impetum aquæ, nec Noe eam direxit, nec remige circumferebatur: qualiter ergo septies in ea circumvit urbes præfatas? nisi forte miraculose aut ope angelica id factum dicatur.

Dic, quæ ratio quod quidam nascitur similis patri aut matri, eorumve parentibus? Respondit: Quum superat voluptas viri voluptatem mulieris, trahit conceptus similitudinem patris ejusve parentum; sicque in parte altera, superante mulieris libidine. Istud in naturalibus bene peritis constat esse mendosum: imo prædominatio imaginationis in apparatu conventionis, plus confert ad istud. Verumtamen ex rationabili causa nolo de hoc amplius scribere, quanquam perfacile esset hinc plura evolvere.

Expone: Punitne Deus aliquem sine ratione? Respondit: Non. Ait: Quid ergo de infidelium filiis faciet Deus? Respondit: Venient in die judicii filii infidelium ante faciem Dei, et dicet eis: Quis est Dominus vester? Dicent: Tu, Domine, qui creasti nos. Dicet eis: Cui ergo servistis? Quem adorastis? Respondebunt: Domine noster, neque aurium neque linguæ officio uti potuimus. Dicet eis: Faceretis aliquid, si præciperem vobis? Dicent: Digne Domine noster et juste, quidquid placet præcipe. Tunc effluere præcipiet unum de fluviiis inferni, dicetque eis: Prostrite in gurgitem istum. Hi ergo qui obedierint, illæsi exibunt, et in paradysum

T. 36.

A *transibunt; qui vero renuerint, ibunt cum patribus suis in infernum.*

Responsio ista veræ fidei documentis repugnat. Verumtamen profiteamur quod sine ratione Deus neminem punit, quam sanctus Job protestetur: Deus multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, id est absque propria culpa. Nempe in hac vita Deus interdum electos suos adversitatibus suppliciiisque exercet, non propter eorum peccata, sed propter eorum majorem profectum in gratia, copiosiusque augmentum in gloria. Verumtamen post hanc vitam Deus neminem punit nisi pro culpa sua: quia post vitam præsentem non est status meritorum ac demeritorum, sed præmiorum ac suppliciorum. Itaque, sicut secundo declaratum et per Scripturas sanctas probatum est libro, mors est

terminus merendi ac demerendi, et quicumque in mortali moritur culpa, nunquam secundum communem loquendi legem eripitur a gehenna. Fabulosum est ergo quod de infidelibus hic narratur; nec in judicio suo particulari nec in judicio generali se poterunt excusare: quoniam si fecissent quod in ipsis erat, id est bonum quod facere potuerunt, Deus eos non reliquisset. Denique et eis deputati sunt custodes angeli sancti: quorum si inspirationibus acquievissent infideles internis, Deus utique eis providisset de necessariis ad salutem. Siquidem tam bonus et pius est Deus, ut neminem quod in se est facientem relinquat, sed sive per angelos, sive per homines a se missos, sive instinctu divino, eum ad fidem et gratiam ac salutem perducatur. Istud in secundo diffusius elucidatum recordeo libro: idcirco jam transeo.

Quomodo terra solvetur? Respondit: Ignis terram rediget in cinerem, aqua diluet. Qualiter ignis conflagrationis terram in cinerem rediget, et qualiter non, secundo declaratum est libro. Si autem vult dicere quod post ignem illum aqua diluet terram, mentitur. Mox enim ut Judex altissimus dixerit, *Ite, maledicti, in ignem*

Quomodo terra solvetur? Respondit: Ignis terram rediget in cinerem, aqua diluet. Qualiter ignis conflagrationis terram in cinerem rediget, et qualiter non, secundo declaratum est libro. Si autem vult dicere quod post ignem illum aqua diluet terram, mentitur. Mox enim ut Judex altissimus dixerit, *Ite, maledicti, in ignem*

Job ix, 17.

art. xix.

art. xxxvii.

art. xlviii.

Matth. xxv, 41.

æternum, terra aperiet os suum, et eos A
deglutiet, corruentque vivi in tartarum;
et ignis conflagrationis eos involvet, ac
simul cum ipsis in infernum descendet.
Eademque hora omnes electi ac Sancti
ascendent cum Christo in alta cœlorum.
Et tunc innovabitur mundus, ita quod
quatuor elementa mirabiliter ornabuntur.
Nec aqua de cetero operiet terram, nec
agent in se invicem elementa; sed terra
fulgebit ut aurum, aqua sicut crystallus,
aer ut cœlum, ignis ut astra cœli. Cœlestia
quoque corpora ampliori lumine vestien- B
tur, quoniam luna splendet sicut sol
modo, sol quoque septies clarior erit quam
nunc est, quemadmodum in Isaia scriptum
est: Erit lux lunæ sicut lux solis, et lux
solis septemplex sicut lux septem die-
rum. Cœli demum ac stellæ decorabuntur
prout novit Creator omnipotens.

Is. xxx, 26.

Dic, montes unde exierunt? Respondit:
art. vi, viii. *De monte Kaff.* Jam habitum est fabulosum

esse quod ait de monte Kaff: et quamvis
esset mons ille, stultum esset putare quod
ex eo alii montes prodierint, quum non C
sint illi contigui, et neque causa efficiens
nec causa materialis montium ceterorum
dici posset mons ille. Causam vero gene-
rationis montium Aristoteles verius docet.

ARTICULUS XI.

*Responsio Mahon de his quæ sunt sub
terra: verba fatuitatibus insaniisque
plenissima.*

HIC consequenter ait Judæus: *Quidnam D
restat sub his septem terris? Respon-
dit: Bos. Ait: Pedes bovis super quid
stant? Respondit: Super lapidem album.
Dic, quæ forma bovis? Respondit: Caput
ejus in oriente, cauda in occidente; qua-
draginta cornua habet, et totidem dentes;
a cornu ad cornu iter mille annorum.
Ait: Et sub lapide super quem stat,
quid? Respondit: Mons cui nomen Za-
* alias Zohi har*. Hic est mons inferni. Amplitudo
ejus, itineris mille annorum. Hunc ascen-*

*dit omnis turba infidelium; quumque in
vertice consederint, contremiscet mons,
omnemque turbam ejiciet in profundum
inferni.*

Ecce quam irrationabilissima verba! Et
quis unquam, nisi plenus diabolo, finisset
tam abominanda mendacia? Certe dedi-
gnarer contra ea arguere, imo verecun-
darer ea narrare, nisi tanta plebs tam in-
sipientissima verba crederet vera. Itaque
nunc breviter ea modice tangam.

Bos ille estne ejusdem speciei cum ce-
teris bobus? Si sic, inconveniens ei est
tanta corporis moles, quia (ut Aristoteles
probat) omnium natura constantium certa
est mensura et quantitas ac ratio magnitu-
dinis. Item, sicut res differunt suis figuris,
ita et formis specificis. Idcirco bos ille
vel alterius est speciei ab istis, vel cornua
tot non habet. Et breviter, ille bos mon-
strum esset. Nec locus ille sub terra ei
naturaliter competit. Ordo autem universi
naturalis est, et omnia congruenter dispo-
sita sunt et locata. Præterea, bos ille quo
vescitur? et quomodo tam diu vivere pot-
est? et quid facit sub terra? et cur sapi-
entissimus Deus nihil inaniter aut irratio-
nabiliter faciens, statuit eum ibi? Præterea,
quæ sunt septem hæ terræ? quomodo sunt
coordinatæ? Non enim est nisi unum terræ
elementum, seu una elementaris totalisque
terra. Hæ itaque terræ erunt partes terræ
elementaris.

Denique, si bos ille quadraginta cornua
habet, estque a cornu ad cornu distantia
viæ mille annorum, extrema cornua di-
stant ab invicem itinere quadraginta mil-
lium annorum. Quæro ergo qualiter intel-
ligendum sit, quod caput bovis dicitur
esse in oriente et cauda in occidente. An
orientem vocat extremum terræ versus
partem cœli qua oritur sol, et occidentem,
partem oppositam, an orientem vocat par-
tem cœli ubi sol oritur, et occidentem,
partem cœli qua occidit? Primum dici
non potest, quia secundum astrólogos,
non tanta est distantia inter terræ extre-
ma; neque secundum, quia sic caput bovis

extenderetur per aquam, aerem, ignem, A orbisque lunæ, Veneris atque Mercurii : quod esset inordinatio maxima, nec os bovis inveniret quo vesceretur. Insuper, dictum istud est magis stultum quam fabula Judæorum, ponentium quod Behemoth sit bos cujus corpus est septem miliarium, et caput miliaris unius. Adhuc autem, si pedes bovis stant super lapidem album, non videtur ultra terram multum protendi, sicut nec lapis ille : sed quum lapis generetur ex terra, quomodo tantus lapis potuit generari? Innumerabilia hic B possent moveri, sed tædium parit cogitare de mendaciis ita enormibus.

Insuper, ubi stat mons ille itineris mille annorum? Montes enim super terram sunt, art. viii. non sub terra. Superius etiam dixit, quod spatium a nobis usque ad infimum cælum sit quingentorum annorum : ergo mons ille esset in duplo major seu altior spatio quod est a terra usque ad infimum cælum, quum tamen solus aer sit multo major quam terra. Jam quoque præhabitu art. preced. est, quod prolata Judicis illa sententia, Ite, maledicti, in ignem æternum, Matth. xxv, 41. aperiente terra os suum, reprobi mox corruent in infernum.

Deinde sequuntur verba præinductis irrationabilia, omni amentia prorsus plenissima. Dic, quid sub monte? Respondit : Terra. Ait : Quod ei nomen? Respondit : Vuilea *. Ait : Quid sub ea? Respondit : Mare. Ait : Quod ei nomen? Respondit : * alias Vuilelea. Ait : Quid sub ea? Respondit : * alias Alliason. Ait : Et quid infra, ut omnia per ordinem edisseras? Respondit : Terra * alias Alioulem *, infra mare Zeyt *, infra terra D Heribet *, infra alia terra nomine Agiba, alba ut lac, redolens ut muscus, mollis ut crocus, lucida ut luna. Super hanc congregabit Deus omnes justos. Infra hanc, mare Albimiam *; infra piscis nomine Albelibit *, cujus caput in oriente, cauda in occidente, supra cujus dorsum terra et maria, tenebræ, aer et montes usque in finem sæculorum; infra piscem, ventus piscem sustinens; infra mons, infra tonitruus, infra fulgur, sub his mare sanguini-

neum, infra infernus confusus, infra mare igneum, infra opacum, infra mare potentiae, infra mare nebulosum, infra laudes, infra glorificatio, infra solium, infra tabula, infra calamus, infra majus nomen Dei. Ait : Et quid infra? Respondit : Infinita quærendo prosequeris, Abdia; quis ultra potest, præter quod æqualis est undique versum omnipotentia Dei?

Ecce quis unquam tam abominabilia et irrationabilissima audivit mendacia? Et quidem ad omnium horum reprobationem valent quæ jam paulo ante alibique passim sunt introducta. Nempe secundum art. iv, vi, vii. hæc, dispositio rerum prorsus innaturalis esset atque confusa. Quum enim terra gravior sit aqua, non convenit terris et maribus sic interposite collocari. Verumtamen est quærendum an maria ista dividunt terras ab invicem, ita quod terræ istæ sint omnino a se invicem separatæ, sic quod una non sit pars alterius, neque contigua alteri : quo dato, erunt multæ terræ elementares; et quærendum an unius sint speciei. Eadem quoque de maribus sunt petenda. Et si unius essent speciei, idem omnibus competeret locus. Et cur ponitur pluralitas ista terrarum ac marium sine necessitate?

Denique, quomodo congregabit Deus omnes justos super terram illam præfatam quæ est alba ut lac, si terra illa est infra tot terras ac maria? Et quare illa tam nobilis ac præclara terra constituta est sub vilioribus terris, quum tamen præstantioribus locus dignior debeat?

Amplius, quæ contra assertionem præfati objecta sunt bovis, etiam contra hujus assertionem piscis objici possunt. Præterea, quis satis miretur quod sub pisce hoc ponitur ventus sustinens piscem? Et quomodo potest vivere piscis ille, nisi in aqua? Cur ergo sub eo non ponitur mare? aut quomodo ipse ponitur sub mari et supra ventum? De tonitruo quoque et fulgure suppositis vento quærendum an incessanter in actu sint ibi, et qualiter ibi generentur ac sint, quum tonitruus sit

sonus factus in nube, et fulgur inde ef-
fulgeat.

Insuper, quomodo sub prædictis, imo et sub inferno confuso, maribus quoque præ-nominatis, ponuntur laudes, et infra eas glorificatio, quum ista sint actus laudantium et glorificantium? Qui ergo sunt sub inferno et ceteris illis laudantes et glorificantes? Non enim sunt actus sine agentibus, sicut nec accidens sine subjecto.

Postremo, cur infra omnia ista ponuntur tabula et calamus? Et quid faciunt ibi? Sed et cur sub omnibus his, velut infimo loco, ponitur majus nomen Dei, cui summus atque dignissimus competit locus?

Infinita possent circa hæc quæri et argui, sed indignum videtur; mirabilissimumque apparet quod Sarraceni his credunt, quæ nec auctoritatibus Scripturarum sanctarum nec miraculorum efficientia divinorum probantur, imo rationibus auctoritatibusque Sanctorum, quorum vitam atque doctrinam Deus per innumerabilia approbavit miracula, penitus reprobantur.

Nihilo minus præinductis adhuc fatua subjunguntur. Nam subditur: *Dic, quæ sunt illa tria quæ de paradiso in hunc mundum venerunt? Respondit: Mecha, Jeseib* et Jerusalem. Ait: Quæ quatuor in hunc mundum ex inferno venerunt? Respondit: Vostar*, civitas Ægypti; secunda, Antiochia Syriæ; tertia, Hebron Armeniæ; quarta, Elmeden Chaldææ.*

Circa hoc copiosa et faciliter prævalens argumentatio mox occurrit. Siquidem omnes urbes præfatæ ab hominibus fundatæ atque constructæ noscuntur. Itaque sciscitandum cur tria oppida illa ex paradiso in mundum venisse dicantur: vel quia eorum ædificia inde venerunt, vel quia habitatores. Primum non: quia ædificia ab hominibus facta sunt, nec unquam in paradiso fuerunt. Similiter habitatores eorum in mundo hoc nati sunt, nec ante fuerunt in paradiso. An forsitan propter virtutem et probitatem et sapientiam habitatorum civitatum istarum, ex paradiso venisse feruntur? Quod dici non potest,

quia in eis, sicut in aliis, idololatria et alia detestabilissima scelera vigerunt: quod de Jerusalem ex libris Regum et Ezechielis ac Jeremiæ clarissime constat. Ni forsitan de Jerusalem istud dicatur, quoniam Christus et Virgo Christifera, sancti quoque Apostoli et primitiva Ecclesia, in Jerusalem sæpe aut diu fuerunt. Sed tunc quare Antiochia, in qua discipuli primo vocati sunt Christiani, ex inferno fertur venisse? — Quemadmodum autem argumentatum est de tribus illis quæ ex paradiso venisse jam dicta sunt, sic proportionaliter argui potest de quatuor oppidis quæ ex inferno venisse dicuntur: quia nec ædificia nec habitatores inde venerunt, fueruntque urbes multæ eis detiores.

Præterea occurrit memoriæ quod supra ex inadvertentia transilivi. Siquidem supra, de arca Noe atque diluvio loquens, dixit hic Mahon, quod Deus assumpsit Mecham in cælum, Jerusalem vero clausit in monte Abilioben: quod primo manifeste est contra Scripturam, quæ in Genesi affirmat, tunc omnia animantia terræ, tam homines quam jumenta, esse consumpta. Vel ergo Deus assumpsit Mecham in cælum simul cum habitatoribus suis, vel ædificia tantum. Si primum, mentitur sacra Scriptura Geneseos, asserens omnes homines tunc mersos ac mortuos, præter Noe et existentes secum in arca; itemque, quod omne genus hominum a tribus filiis Noe post diluvium est propagatum in terra. Si vero dicatur Deus assumpsisse Mecham in cælum absque incolis ejus, hoc stulte sonaret, quia (ut Machabæorum secundo asseritur), non propter locum, sed propter gentem Dominus locum elegit. Similiter arguendum est de urbe Jerusalem. Utriusque quoque civitatis habitatores tunc vitiosi fuerunt, sicut ex Genesi comprobatur: idcirco cum aliis perierunt. Postremo, si Deus voluisset urbes illas a diluvio præservare, potuit utique aquas prohibere ac removere ab eis permanentibus suis in locis, quemad-

* alias Jeseirab

* alias Vastat

Act. xi. 26.

art. præced.

Gen. vi.

22.

Idem.

Gen. x. 22.

11 Mach. 5.

19.

Gen. v. 11.

Judic. vi, 40. modum ros cecidit in circuitu velleris A Gedeonis circumquaque, vellere siccò manente : imo in novo Testamento talia sæpe contigerunt.

ARTICULUS XII.

Responsio Mahomet de paradisi deliciis.

CONSEQUENTER ait Judæus : *Et quæ incolis ejus vita sit, oro, plane describas. Respondit : Paradisi solum aureum, smaragdus et hyacinthis crebro interpositis est distinctum, omni fructifera consitum arbore, decurrentibus per amœna fluentis, quorum alia quidem lac, alia mel album, alia vinum purissimum fundunt ; dies ejus mille annorum, annus quadraginta millium annorum. Quid ergo? Numquid non ista beatitudini videntur sufficere? Ait : Quin imo. Ecce quanta carnalitas ! quanta cæcitas ! quam vilissimus error ! Quasi objecta hæc gustus et habitaculum corporale visum externum oblectans felicitati sufficiant, quum felicitas sit status omnium bonorum aggregatione perfectus, et corporalia bona spiritualium comparatione bonorum permodici sint momenti : præsertim quum vera felicitas sit supremæ virtutis operatio optima, utpote summi et incommutabilis veri ac boni clara et fruitiva contemplatio, affectuosissima atque dulcissima ; cujus felicitatis respectu, præacta illa sensualis beatitudo, etiam delectatione tactus ei adjecta, nomine beatitudinis prorsus censetur indigna. Sed de his, quoniam clarius diffusiusque præhabita sunt libro secundo, pertranseo.*

art. vi, vii. *Incolatum paradisi, habitum et usum exsequere. Respondit : Incolis ejus quidquid desiderari poterit, mox aderit. Omnisiquidem vestientur colore, præter nigrum : qui color neminem illuc attinget, excepto præconé meo, qui ob insigne hujus vitæ meritum, proprium colorem singulari privilegio retinebit. O quam incomparabiliter pulchrius, secundum christia-*

næ fidei veritatem, vestientur corpora electorum in cœlis dote claritatis ! quia, ut Christus promisit, fulgebunt ut sol in regno Patris cœlestis. Matth. xiii, 43.

Sequitur : *Perfecti omnes erunt? Ait : In statura quidem Adæ, in forma vero Jesu Christi. Ex hoc sequi videtur, quod omnes erunt æque magni æqualiterque dispositi : cujus oppositum verius est. Denique Paulus apostolus in epistola ad Ephesios : Occurremus (inquit) in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Hoc est, in ætate resurgemus et occurremus qua Christus consummatus est et de mundo migravit ad Deum Patrem. Non ait Apostolus, In mensuram corporis et staturæ Christi, sed, ætatis : quoniam unusquisque proprii corporis mensuram sive staturam recipiet quam in juventute habuit, quamvis senuerit ; vel habuisset, nisi ante obisset. Monstruosus tamen quod deest, divina virtute supplebitur, ne quid indecens sit in eis. Insuper, si omnes erunt in forma Christi, eruntne ergo æque formosi? Quod non congruit opinari, quoniam quo in vita præsentis fuerunt sanctiores, eo in futuro erunt mente jucundiores et corpore formosiores. Rursus, si omnes erunt in forma Christi, ergo viri ac feminæ ejusdem dispositionis consistent : quod absit, præsertim quantum ad vultus physionomiam.*

Assume nunc de victu et voluptate eorum, a primo introitu incipiens. Respondit : Primum quidem ingressis paradisum proponetur vescendum jecur piscis Alibusi, cibus ultra quam possis mirari delectabilis ; succedent fructus arborum potusque de fluentis paradisi. Deinde quidquid affectaverint præsto erit. Horum falsitas abundanter jam supra probata est. O quanto verior atque subtilior est sanctorum et catholicorum doctrina Christianorum, dicentium quod post resurrectionem finalem corpora electorum glorificata erunt, animabus suis beatis plenissime obedientia et subjecta ; atque in tantum animarum beatitudo in corpora redunda-*

Ephes. iv, 13.

* alias Altheut

lib. II, art. vi, vii.

bit, quod cibo et potu nequaquam ege-
 bunt; [tam] inestimabilis quoque super-
 naturalis ac spiritualis suavitas inerit
 animabus, quod delectationem istam gustus
 et tactus quam Mahomet somniavit,
 prorsus despicient! Est tamen probabile
 quod in regno cœlesti erit vocalis laus Dei
 inopinabiliter dulcis, quæ corporeum quo-
 que auditum ineffabiliter delectabit. Postremo,
 intuitus pulchritudinis corporis Christi
 ejusque Genitricis piissimæ et aliorum
 Sanctorum, potissime autem Christi,
 indicibiliter oblectabit etiam exteriorem
 visum hominum beatorum.

Ait: Nonne ut comedent, sic etiam egere oportebit? Respondit: Non. Ait: Anne panes carnesque comedent? Respondit: Plane quidquid gestierint, oblectamento tantum, non fame, præter illicita, quæ nec ipsis placebunt. Ait: Quænam? Respondit: Verbi gratia, caro suilla. Ait: Beasti me, optime Mahomet. Eam siquidem et nobis Judæis et suo populo non sine causa prohibuit Deus: quam velim (ni pigeat) pandas. Respondit: Placet. Ecce ex his patet quod iste Judæus non fuerit veraciter christianus; et si aliquo modo fuit, Ebion ita christianus fuisse videtur, legalia putans simul cum Evangelio observanda: cujus oppositum supra ostensum est.

lib. I. art.
 xviii.

Deinde subjungitur Mahometi responsio cur caro porcina edi non debeat. Etenim ait: *Nam Jesus Christus dum rogaretur a discipulis ut modum arcæ Noe habitumque superstitis in ea generis humani exponeret, rogantes audiens, formulam ex luto inter manus suas confectam projecit humi, et ait: Surge in nomine Patris mei. Et surrexit homo canus. Cui Christus: Tu quis es? Respondit: Ego sum Japhet, filius Noe. Cui Jesus: Itane canus mortuus es? Respondit: Nequaquam, sed in ipsa hora putans me ad diem judicii surgere, metu canus effectus sum.* Verba hæc multipliciter reprehensibilia sunt. Constat namque in primis, totam istam historiam a Mahon esse confictam: præ-

A sertim quia narratio sequens, quam adscribit Japhet præfato, mendosa est, ut paulo post ostendetur. Præterea Mahon, qui sæpe in Alcorano affirmat Deum non esse Patrem, nec Jesum esse Filium ejus, hic refert Jesum dixisse, Surge in nomine Patris mei: sicque Deum vocavit Patrem, insinuans se Filium ejus. Rursus, si Christo formulam illam luteam humi projiciente, atque dicente, Surge, surrexit homo canus; quærendum an anima Japhet vere in illa materia lutea fuit, item an eam B substantialiter informavit, tanquam actus intrinsecus et substantialis forma illius. Quod si sic fuit, prior forma illius materiæ fuit expulsa, quum non sint in eodem duæ formæ substantiales; fuitque illa materia repente sic transmutata et qualificata: quod utique Deus potuit, quamvis factum non sit. Postremo, anima Japhet tempore conversationis Christi in mundo, fuit in limbo patrum sanctorum, quoniam Japhet fuit vir justus. Anima igitur illa certa fuit de sua salute. Ergo, C quamvis suscitatus fuisset, non tamen ex pavore judicii subito canus fuisset effectus, sed cum ingenti venisset fiducia.

Sequitur: *Præcepit ergo Jesus Japhet ut omnem historiam arcæ discipulis rogantibus exponeret. Tunc ille rem omnem a primordio narrans, pervenit ad locum ubi quum domus secessus pondere egestionis arcam inclinaret, timuimus (inquit) valde. Consuluit itaque pater Noe Deum. Cui Deus: Adduc (inquit) elephantem, et verte posteriora dorsi ejus super locum. D Et fecit sic. At ubi elephas finem suum hominum egestionis injecit, surrexit sus grandis. Satisne ergo videtur, causæ, o Abdia, vitandi animal immundum? Ait: Certe satis. Ecce quam ridicula responsio, et tam divinæ Scripturæ quam naturali rationi contraria! Scriptum est enim in Genesi, quod de animalibus immundis asumpsit Noe secum in arcam duo et duo, de animalibus vero mundis septena et septena. Sus ergo fuit in arcam perductus. Non ergo necesse fuit in arcam porc.*

aliquam gigni, nisi forsan propter massæ A
 immundæ dispersionem. Et quamvis sus
 illa fuisset, non tamen ex ea generati
 essent porci sequentes, sed ex ea quam
 Noë adduxit in arcam : et sic ratio ista
 locum non habet. Præterea, generatio illa
 porcæ ex fimo elephantis et stercoreibus
 hominum, non fuisset naturalis : alioqui
 quotidie fieret. Nec est credendum quod
 Noë et exsistentes cum eo, timuerunt peri-
 clitari in arca ex ejus quacumque inclina-
 tione, quia divinitus certificati fuerunt
 de sua præsertione ibi ab omni peri-
 culo. B

Sequitur : *Quæ, scilicet sus, quum mas-
 sam omnem dispergeret, conceptum in-
 suctis naribus edidit murem : qui quum
 tabulas roderet, consulto Domino, percus-
 sit pater Noë leonem in fronte. Percussus
 leo concitus, flamine anxio cattum naribus
 ejecit. O quam stulta et falsa sunt hæc !
 Neque hæc naturaliter fieri poterant ; nec
 Deus ea sine rationabili causa sic super-
 naturaliter fecit : quia et catti ac mures
 individua erant in arcam adducta. Nec C
 aliquo modo putandum quod mus in arca
 tabulam quacumque rodere attentavit,
 quum nec immitia animalia se invicem
 læserint : ab actibus namque nocivis di-
 vina compecebantur virtute.*

*Dic si etiam mulieribus in paradiso
 commisceantur, idque naturaliter, et qua
 lege. Respondit : Si ullum oblectamenti
 genus deesset, minime esset plena volu-
 ptas. Quin imo quascumque et quotcumque
 volunt, habent, et qualiter et ubi et quan-
 do et quantum et quoties volunt, sine mora D
 et difficultate : ita quidem quod quas hic
 habuerunt uxores fideles, habebunt et ibi ;
 ceteræ, concubinæ erunt ; ancillarum vero
 non erit numerus. Horum falsitas secundo
 libro copiose ostensa est. Nec requirit
 plena Beatorum felicitas ac voluptas ab-
 solute omnem voluptatem, sed omnem
 voluptatem decentem : alioqui essent in
 eis multæ indecentissimæ voluptates, ma-
 sculorum in masculos, etc. Præterea, quum
 electorum certus sit numerus, feminarum*

paradisi esset numerus certus ; nec pot-
 erunt viri feminas tot habere ut sonant
 hæc verba, præsertim quia fortasse tot viri
 essent ibidem quot feminæ. Probatum est
 quoque, quod multitudo hujusmodi uxo-
 rum et concubinarum ac ancillarum sit
 prorsus illicita. Imo, secundum doctrinam
 hanc quid esset paradisos, nisi spurcissi-
 mus, impurissimus ac bestialissimus lo-
 cus, prostibulum ac lupanar ?

lib. II, art.
 XIX.

ARTICULUS XIII.

*Responsio Mahomet cur potus vini
 sit modo illicitus.*

AIT Abdias Judæus : *Quum in paradiso
 vinum esse describas, quid operis ibi
 habet, si vinum illicitum est ? Si autem
 licitum, cur in hoc sæculo prohibes vi-
 num ? Respondit : Tam argute quæris, ut
 una interrogatione geminam necessario
 responsionem extorqueas. Utrumque ergo
 exponam, et illic esse licitum, et hic illi-
 citum. Erant enim angeli Dei duo, Haroth
 et Maroth, missi olim a Deo de cælis in
 terram, gubernando et instruendo generi
 humano tributis, his interdictis, ne occi-
 derent, neque injuste judicarent, nec vi-
 num biberent. Multo itaque tempore sic
 habito, quum noti judices essent universo
 orbi, venit ad eos quadam die mulier præ-
 cunctis feminis omnimode pulcherrima,
 causam habens adversus maritum : quæ,
 ut causæ suæ accommodaret judices, qua-
 dam die invitavit eos ad prandium. Qui-
 bus epulantibus ipsa epulas et pocula vini
 apponit, adstans ministrat, offert crebro,
 instat ut sumant. Quid plura ? Vicerunt
 blanditiæ mulieris. Inebriati poculis, in
 hospitam formosam incaluerunt ; victi,
 accubitus petierunt. Spondet illa con-
 ditione, dummodo alter verbum doceat
 per quod ascendebant in cælum, alter
 verbum per quod descendebant. Placet
 conditio. Quum ergo didicisset, elevata
 est subito, et ascendit in cælos. Quod quum
 vidisset Deus, explorata causa, posuit eam*

Luciferum, ita pulcherrimam inter stellas ut fuerat inter mulieres. Illis in iudicium evocatis, proposuit eis Deus ut eligerent inter pœnas sæculi hujus et alterius. Elegerunt hanc. Suspensi sunt ergo per catenas ferreas, demissis capitibus in puteo Behil, usque in diem iudicii. Quid ergo, Abdia? Nonne sufficiens videtur causa cur in paradiso licitum sit vinum, et hic illicitum? Ait: Vera satis, et merito.*

*alias Bebil

Ecce quis unquam audivit tam stultam et irrationabilem fabulam? Præterea, nescio quid amplius debeam admirari, vel quod Mahon tam fatua recitavit, vel quod Sarraceni his trufis et ei qui protulit eas credunt. Sed nunc compendiose tangenda sunt horum verborum mendacia.

Primo itaque falsum est quod dicit, quod Deus misit duos angelos in hunc mundum, ut gubernarent, instruerent iudicarentque genus humanum; nec in tota Scriptura divina hinc quidpiam legitur. Deus namque sapientissimus omnia ordinate exercens, homines per homines sensibiliter iudicat, quoniam iudex et iudicandi, prælati ac subditi, ejusdem solent esse status et conditionis. Verumtamen invisibiliter angeli mittuntur ad homines, et regunt ac instruunt eos. Interdum quoque visibiliter apparuerunt hominibus, locuti sunt eis, imo et reprehenderunt eos, quemadmodum in Iudicium libro narratur de angelo uno. Sed hoc accidit hora una; non autem morati sunt angeli sancti inter homines, nec conversati sunt inter eos eo modo quo præsentis loco describitur.

Judic. II, 1-3.

Præterea, angeli sancti in bono confirmati sunt a prima conversione mentis eorum ad Deum, atque ab eo momento quo angeli reprobi corruerunt; nec interim peccaverunt, imo nec transgredi poterunt, sicut nec modo, quoniam Deo beatifice perfruuntur, inavertibiliter ei uniti, inseparabiliterque ad ipsum conversi. Falsum est ergo quod Haroth et Maroth peccaverunt in mundo, si angeli sancti fuerunt.

A Amplius, in secundo nonnunquam ostensum est libro, quod angeli in propria natura sunt incorporales substantiæ et simplices spiritus. Idcirco eis non competit manducare, bibere, feminisque misceri. Et quamvis in corpore assumpto aliquid horum agere videantur, non tamen vere atque univoce cum animalibus agunt hoc. Unde Tobia angelus Raphael protestatur: Ego sum Raphael angelus; etenim videbar vobiscum manducare et bibere, sed ego invisibili cibo et potu utor. In manducatione namque et potatione, sunt cibi et potus acceptio atque ad interiora trajectio, cibi quoque ac potus per virtutem nutritivam conversio, et hoc tertium in angelis locum nullatenus habet. Verumtamen, quamvis angeli in sua natura haberent vel spiritualem materiam, ut aliqui opinantur, vel corpora quædam aëria, non tamen comedere, potare, concumbere competeret eis vere univoce: quoniam non haberent corpora mixta, vegetativæ partis potentiis qualificata.

art. XXVI, XXXV, XXXVI.

Tob. II, 15, 19.

C Adhuc autem, si idcirco vini potus est ita illicitus, quoniam angeli ex tali potu sic corruerunt, cur ante eorum ruinam Deus hunc potum eis prohibuit? Si dicatur, Ne peccarent; ergo et in veteri Testamento per Moysen atque in novo per Christum prohibuisset hunc potum, quoniam semper fuit multiplicis ruinæ occasio.

Insuper, femina illa angelos illos prava intentione invitando, ad vini potationem tam importune movendo, suisque blanditiis eos ad peccatum trahendo, peccasset mortaliter. Indignissima ergo fuit cœlos ascendere. Et stultum est æstimare quod virtute alicujus verbi ab angelo uno auditum ascenderit. Non enim verbum vim habuit talem in semetipso: alias angeli illi post suam ruinam verbum illud non oblii, ipsum proferendo ascendissent rursus in cœlum. Insipientissimum demum est æstimare quod Deus feminam illam fecit Luciferum seu stellam pulcherrimam: quoniam stellæ a principio mundi

sunt conditæ; nec corpus humanum in corpus stellæ ~~est. Intransmutabile,~~ naturaliter saltem. Porro, si mulier illa in stellam conversa est, ubi permansit anima ejus? An adhuc in corpore stellæ manet, ejusque substantialis forma existit? Quo dato, sequitur quod stella illa sit ejusdem cum hominibus speciei, quia forma dat speciem: imo sequitur quod sit monstrum, utpote effectus suæ speciei inconueniens, quoniam forma ipsi non habet corpus sibi naturaliter competens. Si vero anima mulieris illius fuit a suo tunc corpore separata, quid profuit ei quod corpus ejus in stellam mutatum est? Rursus, per quid meruit femina illa ut fieret stella pulcherrima?

Amplius, Sancti qui Deo beatifice fruuntur, impassibiles exstant: aliter perfecte beati non essent. Falsum est ergo quod de horum supplicio angelorum relatum est.

Postremo, quum juxta eloquium Dei per Ezechielem prophetam, filius iniquitatem patris non portet, cur propter illorum angelorum excessum alicui toti populo vini potus vetatur? Sed contra hanc vini prohibitionem in præcedenti tractatu quædam alia sunt inducta: idcirco pertranseo. Verumtamen recitabo quod quidam inter Sarracenos diu conversatus conscribit. Quod si verum sit, nescio: verisimilius tamen censetur quam fabula introducta. Itaque ait, quod Mahon eremitam quemdam visitare solebat, forsitan Sergium hæreticum, suum magistrum. Tandem ministri ejus super hoc attædiati, decreverunt occidere eremitam. Quumque quadam vice tam Mahon quam eremita vino fuissent inebriati et gravi sopore oppressi, satellites principis sui gladium clam extrahentes, eremitam occiderunt, cruentatumque gladium in loco reposuerunt priori. Expergefactus Mahomet, mortuum conspiciens eremitam, suis ministris imposuit factum hoc, volens punire omnes. At illi concorditer testabantur eum in sua ebrietate egisse hoc ipsum, atque in signum

veritatis, ostenderunt ei proprium gladium adhuc cruentatum: quo viso, erubuit, de cetero renuntians vino, et suis prohibens illud. Istud breviter tango, nil temere affirmando.

ARTICULUS XIV.

Responsio Mahomet de pœnis inferni; et de quodam post finale judicium tandem salvando fabula infidelis ac fatua.

DE inferno, ait Abdias, breviter (si placet) percurre. Respondit: Inferni solum sulfureum, fumosum, pice interlitum. Ipse infernus totus flammis teterrimis æstuans. Sunt in eo lacus et putei profundissimi, pleni pice fervente, suppositis flammis sulfureis, quibus quotidie immerguntur damnati. Sunt illic et arbores, quarum fructibus vescuntur: quo cibo nil gravius in toto cogitari potest. Ista veritati fidei christianæ satis concordant, excepto dicto isto de arboribus earumque fructibus, nisi forsan spiritualiter intelligatur. Siquidem post diem judicii, motu cœli cessante, nullum mixtum, vegetativum aut sensitivum dumtaxat, manebit. Omnis quoque generatio corruptioque cessabit. Idcirco nec arbores erunt, nec etiam poma nec fructus nascentur; et si essent, nec comedentur, nec resolutio erit. Postremo, inter corporales omnes pœnas, pœna ignis fertur gravissima: ignis namque summe activus est inter elementa et mixta. Ideo, quamvis esset cibus ille, non tamen igne pœnaliore foret.

Consequenter intexitur hic fabula una, nec Scripturis nec rationi concordans. Ait quippe Judæus: *Ubi est quem Deus evocabit post diem judicii? Respondit: In medio inferni est vallis, in valle gurges, in gurgite puteus, in puteo arca, in arca vinculus catenis, adstrictus compede suo: qui stans, per mille annos incessanter Dei misericordiam appellabit. Ait: Quid ergo faciet ei Deus? Respondit: Post mille annos faciet eum sibi adduci, dicetque*

Ezech.
xviii, 20.

art. xiii.

ei : Quid tibi vis, miser, qui aures meas inquietare non sinis? Quæ te fiducia ducit? Quo merito speras? Respondebit gemens : Domine Deus meus, ego non habeo præter te qui misereatur mei. Tu satis habes præter me, ubi vindices iram tuam. Miserere mei, Domine, miserere mei. Sed Deus jubebit eum reddi inferno. Abducentur ergo, nec adhuc misericordiam Dei invocare cessabit. Misertus tandem Deus, eripi eum præcipiet. Quumque pice nigrior infernalis eum tinget color, interrogabunt angeli qualiter paradisi incolis misceri possit. Tunc lavari eum præcipiet Deus in fonte aërio, fetque albus totus præter maculam in fronte. Mundatus ergo incedet per paradysum in publico conspectu omnibus notabilis. Hic ergo assignabunt eum invicem omnes videntes, ereptumque inferno quasi impropere, hinc inde murmurabunt. Ille verecundans, in tantum pudore vincetur quousque dicat : Mallem reddi inferno quam hujusmodi probra longius ferre. Dicit itaque Deus angelis ut iterum illum quinque lavent in fonte eodem : quo facto, tolletur macula, reddeturque paradiso, et cessabit opprobrium.

Ista est fabula : in qua multa continentur mendacia. Verumtamen quæro in primis, quid sit iste, an scilicet homo, an dæmon. Non videtur posse dici quod diabolus sit, quoniam dæmones omnes irreparabiliter sunt damnati. Si homo, cur non cum ceteris hominibus in die iudicii finalem sumet sententiam, præsertim quoniam illud erit generale ac ultimum iudicium, in quo omnia planabuntur, expedientur et ordinabuntur? Denique, si est homo, aut obiit in peccato mortali, aut non : si primum, non potest salvari, secundum communem legem ; si secundum, poterit ante generale iudicium satis purgari. Præterea, quis est iste? et cur istud præ ceteris ei eveniet?

Insuper, hoc est contra Evangelium a Mahomet commendatum. Christus quippe de die iudicii loquens, et de futuro per

modum præteriti asserens, protestatur : Quæ paratæ erant, intraverunt cum eo (scilicet Christo) ad nuptias (id est æternæ felicitatis spirituales refectiones atque delicias), et clausa est janua : quia videlicet post diem iudicii non patet precum meritumve locus. Amplius, Psalmista loquitur Deo : Non est in morte qui memor sit tui ; in inferno autem quis confitebitur tibi? quasi dicat : Nullus. Quomodo ergo in inferno aliquis damnatorum Deum tam jugiter invocabit, quod absque propriæ culpæ atque divinæ pietatis confessione fieri non valebit?

Præterea, electi post diem iudicii erunt confirmati in bono, atque divinæ voluntati plenarie conformati : aliter possent peccare. Quomodo ergo incolæ paradisi istum a Deo ereptum inferno ac traditum paradiso, taliter deridebunt, et de ejus murmurabunt præsentia? Præterea, aut bene et sapienter faciet illud Deus, aut non : si primum, ergo incolæ paradisi male et insipienter de hoc murmurabunt ; puto autem quod nemo tam amens sit, qui dicere audeat quod Deus non bene nec sapienter id faciet. Rursus, in paradiso nemo locabitur nisi ab omni purgatus peccato. Ille ergo quum primo ponetur in paradiso, aut ab omni culpa erit immunis, aut non : si primum, de ipso murmurare non poterunt incolæ paradisi ; si secundum, injuste faciet Deus, nondum satis purificatum in paradiso constituens.

Est ergo hæc fabula prorsus fatua et mendosa : quod aliis rationibus auctoritatibusque Scripturæ posset probari, sed ista puto apud intelligentes sufficere.

ARTICULUS XV.

De modo quo consummabitur mundus et generale iudicium fiet, secundum doctrinam Mahon.

POST hæc ait Judæus : *Diem iudicii, oro, plane describas. Respondit : De illo mandabit Deus angelo mortis, ut omnem*

Math. xxv. 10.

Ps. vi. 6.

C

D

creaturam spiritum habentem interimat, tam angelos omnes quam omnes diabolos, omnesque homines, oves, pisces, belluas et pecora. Sic enim ait in Alcoran: Omnia mortua præter Deum. Post hæc vocabit angelum mortis, dicens: O Adriel, estne quid superstes ex omni creatura mea? Dicit: Nihil, Domine mi, præter me servum tuum imbecilem. Tunc dicit ei: Quoniam omnem creaturam meam occidisti, abi hinc inter paradysum et infernum, et postremo occide te ipsum, et morere. Abibit infelix, atque in præscripto intervallo projectus humi, alis suis involutus, suffocabit se ipsum cum tanto mugitu quo et cælestes spiritus et terrena animalia, si viverent, exanimaret. Stabitque totus mundus vacuus per quadraginta annos.

Post hæc cælum et terram pugno continens, dicit Deus: Ubi nunc reges, principes et potentes sæculi hujus? Cujus est regnum, imperium et rerum potentia? Dicite, si veridici estis. Et his verbis ter repetitis, Seraphuelem suscitabit, dicitque ei: Accipe tubam hanc, et descende in Jerusalem, et clangere. Tunc Seraphuel accepta tuba, cujus longitudo itineris quingentorum annorum, stans in Jerusalem, insufflabit tubam, et efflabit ex intus omnes animas justas: quæ evolantes in omnem terram, quæque ad corpora sua, ubicumque fuerint, dispergentur. Atque ad primum hunc sonitum omnia ossa congregabuntur. Transactis quadraginta annis, iterum sonabit: ad quem sonitum ossa carnem assument. Atque inde post quadraginta annos, quum tertio sonuerit, omnes animæ suo corpore induentur.

Sic facto, ignis ab occidente succensus omnes creaturas Jerosolymam agitabit: quo quum omnes pervenerint, cessabit. Hic ergo quum per quadraginta annos in sudore suo nataverint, exspectantes iudicium, tot tandem miseriis affectæ, appellabunt Adam, dicentes: Pater Adam, ad quid nos genuisti hujusmodi tormentis atque miseriis? Itane, pater, filios sub

A incerto inter spem et metum fluctuare pateris? Plane interpella Deum, ut plane finiat de nobis quidquid inter paradysum et infernum facturum est. Respondebit Adam: O filii, scitis quod suadente diabolo, Dei præcepto inobediens fui; idcirco ite ad Noe. Conversi ad Noe, dicent: Intercede pro nobis, electe Dei, pater Noe. Respondebit: Feci quod potui; salvavi vos in diluvio: hic mihi nihil superest officii; sed ite ad Abraham. Appellabunt ergo Abraham, dicentes: Pater fidei et sanctitatis Abraham, respice nos miseros, et miserere. Quibus Abraham: Quid me petitis? Non recolitis quod diu vagabundus, idololatra, incircumciscus, erraverim? Non sufficio; sed appellate Moysen. Appellabunt Moysen, dicentes: Dilecte Dei nuntie et propheta, famule Dei, audi nos. Respondebit: Quem appellatis? Nonne vobis legem dedi, miraculis confirmavi, nec tamen credidistis? Si mihi credidissetis, facerem quod postulatis; sed ite ad Jesum Christum. Conversi ad Christum, dicent: Jesu Christe, spiritus, verbum et virtus Dei, moveat te pietas tua, et intercede pro nobis. Tunc dicit eis: Quod a me petitis, ipsi amisistis. Missus quidem vobis fui in virtute Dei et verbo veritatis; vos autem aberrastis, et me, plus quam ego prædicaverim vobis, Deum vestrum fecistis. Hic itaque beneficium meum amisistis; sed ite ad ultimum Prophetarum: hunc significans cum quo loqueris, o Abdia. Ad quem conversi, dicent: O nuntie fidelis et amice Dei, quam male quidem peccavimus, et id eo quod tibi non credidimus! Exaudi nos, pie Propheta, spes una superstes: nam post te non est in quo sperabimus. Exaudi nos potentia tibi a Deo collata. Aderit itaque Gabriel, nec impotentem sinet amicum suum; procedent socii ante faciem Dei. Dicitque eis Deus: Scio ad quid venitis; absit itaque ut fidelis nuntii mei votum in aliquo cassem. Hic ergo, ponte facto super infernum, aderit statera: qua libratis uniuscujusque factis, ambulabunt super pontem.

Sancti ergo transibunt, damnati in infernum decident.

Hæc est Mahometi responsio. Sed, quæso, quis unquam audivit tam irrationabilia et horrenda mendacia, omni philosophicæ et theologicæ veritati prorsus contraria? In primis ergo, quod asserit in illo die omnes creaturas, tam angelos sanctos quam demones, omnes quoque animas racionales quæ a principio mundi fuerunt, imo et Christum, omnesque Sanctos, ab angelo mortis interficiendos, prorsus falsissimum est, et omni rationi ac sacris Scripturis contrarium, et divinæ pietati atque justitiæ derogantissimum. Quamvis enim Deus gloriosus et sanctus inferat interdum electis aliquas pœnas in vita præsentis, non propter eorum culpas, sed pro exercitatione patientiæ ac virtutum, ædificationeque aliorum, et item ut per hoc crescant in gratia; nunquam tamen post hanc vitam Deus alicui infert pœnam, nisi pro prævia sua culpa: quia post vitam præsentem non est status, locus aut tempus merendi aut demerendi, sed debitum præmium

art. xix. sortiendi, sicut in secundo clarius est ostensum. Nonne ergo prorsus injustum, crudele et indecentissimum esset benignissimo Deo, tam angelis sanctis, quos constat nunquam peccasse, quam sanctis hominibus, Patriarchis, Prophetis, Apostolis ceterisque electis (qui etsi aliquando peccaverunt, tamen pro suis peccatis in sæculo isto plenarie satisfecerunt; vel si plene non satisfecerunt hic, in purgatorio, quod restabat, purgatum est, deletum atque solutum), in fine sæculi mortem infligere, imo non solum mortem talem ut est mors vitæ præsentis, qua corpus vitam amittit, anima vero permanet viva, sed mortem tam diuturnam, totum esse et vivere auferentem? Præterea, angeli et Patriarchæ, Prophetæ et Apostoli, ac ceteri homines sancti, vocantur et sunt Dei amici ac filii adoptivi. De quibus David propheta loquitur Deo: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus; itemque: Ego dixi, Dii estis et filii Excelsi omnes. Amator

Ps.
CXXXVIII, 17.
Ps. LXXXI, 6.

A autem et pater filiis suis carissimis et electis mortem talem non infert absque eorum culpa.

Adhuc, quum Deus omnipotens et æternus sit veraciter sapientiæ infinitæ, nequam quidquam efficit absque rationabili causa. Quæ igitur erit causa interfectionis omnium rationalium et intellectualium creaturarum? An illa, ut Deus ostendat excellentiam, magnificentiam et omnipotentiam suam? Sed illæ potius ostenduntur in creaturarum illarum conservatione, gubernatione, et subjectione earum sub Deo. Imo omnes Sancti, tam angeli quam homines, virtuosus, excellentiam, magnificentiam ac omnipotentiam Dei clarissime noscunt, humillime venerantur, jugiter confitentur, seque a se ipsis nil boni habere, sed a Creatore incessabiliter dependere. Unde et Creatori adorando ac benedicto præcordialissime sine intermissione regratiantur. Amplius, si ob præactam aut aliam causam vellet Deus cuncta viventia ad tempus non esse, ob hoc tamen non oporteret neque deceret ea occidi, sed sufficeret quod Deus mantentiam suam ab eis abstraheret, sicque in momento, absque pœna, Deo jubente, esse desinerent. Universa quippe creata indesinenter dependent a Deo in esse et permanere, ita quod si Deus sublimis conservationem suam ab eis per momentum abstraheret, protinus, sicut ex nihilo facta sunt, ita in nihilum relaberentur, ut tam meliores philosophi quam sancti theologi probant ac adstruunt.

D Præterea, supra probatum est, et veritas habet, quod angeli et animæ defunctorum sanctæ Deo feliciter perfruuntur. De ratione autem veræ beatitudinis est exclusio omnis miseræ atque possessio securitatis perpetuæ; mors autem et non esse et pœna sunt quædam miseræ: nunquam ergo in Beatis et Sanctis Deo fruuntibus locum habebunt.

Insuper, quæro an angeli et homines sancti ac animæ sanctæ pœnam sentiant quando ab angelo mortis interficientur,

lib. I. art.
xvii; lib II.
art. vi.

an non. Sed, sicut probatum est, pœnam illam non meruerunt. Immo angeli a principio Creatori suo fidelissime ac ardentissime adhæserunt et servierunt : pro quo eis nequaquam talis merces debetur. Si autem non sentient pœnam, non proprie occidendi dicuntur, quum mors sit pœna quædam.

lib. II, art. xxxvii. Rursus, probatum est quod angeli et animæ sunt simplices spiritus et incorporales substantiæ : idcirco occidi eis non competit, quamvis per omnipotentiam Dei possint desinere esse seu annihilari, subtracta eis conservatione divinæ potentiæ.

Adhuc autem, quod dictum est, Deum angelo mortis esse dicturum, « Quoniam omnem creaturam meam occidisti, abi et occide te ipsum », irrationabiliter sonat. Hoc enim ex obedientia esset facturum : ergo hujusmodi merces, videlicet sui ipsius occisio, sibi pro hoc nullatenus deberetur.

art. xiiii. Probatum est quoque quod angeli non habent corruptibilia corpora : unde nec suffocare se ipsum potest competere angelo.

Præterea, si angelus mortis cum tanto mugitu suffocabit se ipsum, quod cœlestes spiritus animaliaque terrena suo terrore exanimaret si viverent, videtur quod angeli alii magnum emittent mugitum dum occidentur ; eritque intolerabilis ululatus, præsertim dum angeli illi magni thronum Dei deferentes interficientur, quorum tanta est magnitudo, secundum Mahon, quod si avis per mille volaret annos, vix ab aure eorum una perveniret ad aliam. Illi (ut sequi videtur) horribilissimum emittent mugitum, et cetera cuncta suo terrore necabunt.

Insuper, fabulæ istæ vanissimæ, quæ non sunt nisi pravissimæ trufæ, totaliter divinis repugnant Scripturis. Christus namque in Evangelio loquitur : Non est Deus mortuorum, sed vivorum, id est non existentium, sed existentium. Quum ergo Deus gloriosus, sanctus et immortalis, in Exodo dicat ad Moysen, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, hoc est nomen meum in æternum ; constat

A quod animæ Patriarcharum istorum æternaliter incessabiliterque manebunt : aliter Deus cessaret dici ac esse Deus eorum. Rursus, in libro Sapientiæ scriptum est : Justorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Iterum, in Joanne ait Salvator : Oves meæ vocem meam audiunt, et ego vitam æternam do eis, et non rapiet eas quisquam de manu mea. Apostolus quoque Paulus : Statutum est (inquit) hominibus semel mori, post hoc autem judicium ; itemque : Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Falsissimum ergo est et prorsus hæreticum ac blasphemum, asserere quod Christus ab angelo mortis sit occidendus. Christus quoque in Evangelio promisit Apostolis ceterisque electis fidelibus : Non vos relinquam orphanos, vado, et veniam ad vos, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Sap. III, 1.

Joann. I, 27, 28.

Hebr. IX, 27.

Rom. VI, 9.

Joann. XIV, 18 ; XVI, 22.

ARTICULUS XVI.

Prosecutio disputationis contra præfactos perfidos insanissimosque errores.

QUUM Deus sit immaterialissimus, incircumscribibilis ac simplicissimus spiritus, quomodo asserit Mahon quod Deus cœlum et terram pugno tenebit ? nisi fortasse spiritualiter intelligat hoc, juxta sensum quo in Isaia dicitur : Quis mensus est pugillo aquas, et cœlos palmo ponderavit ?

Is. XL, 12.

Præterea, Mahon iste de suscitatione Seraphuelis loquens, de aliorum suscitatione angelorum nil exprimit. Deinde, quod de corporali magnitudine tubæ illius affirmat, est falsum, quum nec angelus in propria natura sit corporalis. Nihilominus tunc tubam esse cantaturam fatemur, quum Christus per Matthæum de se ipso testetur : Mittet angelos suos cum tuba. Apostolus quoque Paulus affirmat : Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei, descendet de

Matth. XXIV, 31.
I Thess. IV, 16.

Matth. XXI, 32.

Exod. III, 6, 15.

cœlo. Ubi per tubam intelligitur imperium Dei, cuius nō tu resurrectio fiet; aut certe vox Christi, qui in Joanne ait, quod veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus. Potest quoque per tubam intelligi vox alicujus Archangeli, præsertimque Michaelis, qui est princeps et custos Ecclesiæ, atque jubente Deo, tunc dicet: Surgite, mortui, venite ad judicium. Sed tantæ magnitudinis tuba quid necessaria esset? Insuper falsum omnino et prorsus falsissimum est quod asserit maledictus hic et mendacissimus Mahon, quod Seraphuel ex tuba illa efflabit omnes animas justas. Imo animæ sanctæ quæ Deo nunc perfruuntur, et quæ interim ei fruitive jungentur, nequaquam tubam illam egredientur, sed in resurrectionis momento descendentes de cœlo empyreo, suis repente corporibus unientur. Imo nec animæ injustæ exient tubam, sed loca pœnalia in quibus debita luunt supplicia. Et dato quod animæ essent ab angelo mortis occisæ, tamen per sonum tubæ suscitari non possent, sed divina dumtaxat virtute.

Deinde, quod ait perditissimus Mahon, quod ad primum tubæ sonitum omnia corporum ossa congregabuntur, deinde post annos quadraginta, tuba secundo sonante, nervis ac carnibus operientur, rursusque totidem annis transactis, animæ corpora induent, omni falsitate plenissimum est. Derogaret namque omnipotentis Dei, cui competit agere quando vult, in instanti; et sicut supra diffuse probatum est, tanta Sanctorum dilatio a plena mercede, derogat tam pietati quam æquitati divinæ. Idcirco sanctus apostolus Paulus resurrectionem mortuorum docet celerissime ac momentanee esse complendam: Ecce (inquiens) mysterium vobis dico; omnes quidem resurgemus in momento, in ictu oculi, in novissima tuba; canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti.

1 Cor. xv, 51, 52.

Amplius, falsum est dictum Mahon quod ait: « Ignis ab occidente succensus omnes creaturas Jerosolymam agitabit ». Et puto

A quod per « omnes creaturas » intelligat omnes homines: qui non agitatione ignis, sed ministerio angelorum ad locum judicii deferentur, juxta evangelicam apostolicamque doctrinam. Præterea, ignis ab occidente succensus quomodo agitabit eos ad Jerusalem qui ab oriente et aliis terræ plagis consistent? nisi forsitan et undique diffundatur. Iterum, falsum est quod ignis succendendus cessabit quum omnes Jerosolymam venerint. Imo, durante judicio, stabit mundus in igne conflagrationis, qui tantum ascendet in aere quantum ascendit aqua diluvii, puta quindecim cubitis super montes, stabuntque homines illo in igne. Qui tamen Sanctis nullam inferet læsionem, impios vero exuret, sicut sanctus propheta David prædixit: Ignis ante ipsum (scilicet judicem Christum) præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus; rursusque: Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida. Quumque Judex sententiam dederit, mox ignis ille damnatos involvens, simul cum eis in infernum descendet.

Gen. vii, 20.

Ps. lxxv, 3.

Ps. lxxv, 3.

Ex præinductis demum constat esse falsissimum quod falsitatis magister, sacrilegus Mahon, affirmat, quod homines tunc per quadraginta annos in suo sudore natabunt, judicium præstolantes. Subito enim, eodem momento quo defuncti resurgent, Judex altissimus ad judicandum descendet, nec justos ac Sanctos mercede quam meruerunt, tam diu carentes relinquet. Hinc totum quod subditur de interpellatione hominum et refugio eorum ad Adam ceterosque præfatos, falsissimum est. Præterea, quæro an etiam electi sanctique homines in illo quadragenario in suo natabunt sudore, videlicet præ timore judicii. Quod dici non potest, quoniam sancti Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, et alii interim feliciter mortui ac salvati, de sua glorificatione tunc erunt securi; injustumque esset eos absque eorum culpa tam dire ac diuturne affligi.

Amplius, falsum est quod Noe tunc hominibus dicit: « Salvavi vos in dilu-

Gen. vii, v. 13, 23. » Non enim salvavit eos, sed omnes, exceptis septem qui secum erant in arca, submersi sunt. Imo in Alcorano sæpe asseritur, quod Noe pro impiorum destructione frequenter oravit. Quod tamen falsum credendum est : imo condoluit eis, et pro eorum conversione creditur sæpe orasse. Insuper, si Abraham idcirco se perhibet ad intercedendum pro hominibus inefficacem, quod diu idololatra incircumciscusque fuit, ergo et Mahon ad hoc inidoneus erit, quia et ipse diu idololatra fuit et incircumciscus, ut ostensum est prius.

lib. II, art. 1. III. At vero, quam mendosum sit quod Mahon ait, Christum tunc responsurum hominibus ejus opem petentibus, Aberrastis, me Deum colendo, patet ex præinductis.

art. IX. Clarissime namque probatum est libro primo, quod Christus sit Deus et homo, et quod ipse hoc docuit. Quumque Christus in Evangelio protestetur, Nemo venit ad Patrem nisi per me, quid apparentiæ habet quod ipse remittet homines eum invocantes ad Mahometum? Præterea, si (ut Mahon affirmat) idcirco Moyses et Christus se excusabunt quia homines eis non crediderunt, cur Mahomet procedet ad orandum pro his qui dicent ad eum : « O nuntie fidelis et amice Dei, quam male peccavimus quod non credidimus tibi »? An ipse benignior, dignior et exaudibilior erit Christo?

Præterea, quæro qui erunt homines isti qui modo præscripto interpellabunt Adam, Noe, Abraham, Moysen, Christum et Mahon. Videlicet aut erunt soli boni, aut soli mali, aut ex utrisque permixti seu aliqui ex utrisque. Non potest dici quod erunt soli mali, quia de eorum salvatione spes nulla erit; nec acceleratio judicii erit eis aliquod relevamen, sed summum gravamen. Unde infideles et qui ante jam in inferno damnati fuerint, non desiderabunt Judicis adventum : imo in suis sudoribus multo plus mallent in terris in æternum natæ, quam sententiam Judicis cum pœna eam sequente suscipere. Isti igitur non ita orabunt, nec Christus

A eos ad alium intercessorem transmittet, nec etiam alii Sancti præfati. Nec dici potest quod erunt soli boni, quia de istis asseritur quod erraverunt in fide, ita quod nec Moysi nec Christo nec Mahometo sinceriter crediderunt. Si autem dicatur quod erunt permixtim aliqui boni et mali, de sententia Judicis imminente adhuc ambigui; hoc faciliter reprobatur : quoniam bonus dici non potest, qui veram fidem non habet. Quum ergo de istis dicatur, quod nec Moysi nec Christo nec Mahometo crediderunt, quomodo boni erunt? De nullo ita hominum genere verba hæc Mahometi poterunt verificari, sed prorsus stultissima comprobantur.

Postremo, quod Christus nequaquam tot annis cum aliis expectabit judicium, sed ipsemet Unigenitus Dei, Deus et homo, Rex gloriæ, Dominus virtutum, mundi Salvator, de cælo ad judicandum descendet, atque in forma humana gloriosa cunctis conspicua judicabit, ex divinis utriusque Testamenti Scripturis, quas Mahon a Deo descendisse fatetur, copiosissime atque clarissime demonstratur.

Porro, quod Mahon de statera et ponte affirmat, falsum esse patet ex introductis, nisi spiritualiter intelligatur. Prolata namque Judicis summi sententia, protinus terra longe lateque os suum aperiens, reprobos universos simul deglutiet, descendenteque pariter in infernum, quemadmodum in Isaia de eis prædicatur : Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, et claudentur in carcere.

ARTICULUS XVII.

Quod Christus descendet de summo cælo cum universis angelis sanctis, ceteris quoque Beatis, ad judicandum omne genus humanum.

APUD Daniele extremi judicii ordo evidenter per spiritum prophetiæ pronuntiatur, quum sanctus ille Propheta ait

Dan. vii. 9. ibidem : Adspiciebam donec throni positi **A** **sunt, et Antiquus dierum** (videlicet Deus Pater æternus) sedit. Deinde de Christo *Joann. v. 27.*

Ibid. 13. subjungit : Adspiciebam in visione noctis, **B** et ecce in nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, et ad Antiquum dierum pervenit, et dedit ei potestatem (videlicet judicariam auctoritatem), et honorem, et regnum ; potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur. Hoc est quod Christus in Evangelio loquitur de se ipso : Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna et majestate. Quemadmodum enim Christus post suam salvificam passionem gloriosamque resurrectionem, in præsentia Apostolorum et aliorum credentium a monte Oliveti ascendit in cœlum in nube præclara, ita descendet in fine mundi in nube cum toto cœlesti exercitu ad judicandum genus humanum. Unde et in libro Actuum Apostolorum Lucas evangelista describit : Videntibus illis (puta Apostolis, ceteris quoque qui aderant Sanctis), elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Quumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo angeli adstiterunt juxta illos in vestibus albis, dicentes : Viri Galilæi, quid admiramini adspicientes in cœlum ? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum. *Act. i. 42. 43.*

Act. i. 9-11. Denique, quoniam Christus semetipsum exinanivit, et Patri in omnibus humillime, secundum quod homo est, obedivit, in tantum quod ab hominibus judicari, reprobati ac crucifigi pro totius mundi salute dignatus est ; hinc Deus Pater judicio prorsus justissimo hanc Christo vicem rependit, ut ipse in forma humana gloriosa cum majestate et gloria judicet genus humanum. Hinc in Joanne habetur : Pater omne judicium dedit Filio. Iterumque ibidem ait Salvator de semetipso : Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso. Et hoc competit Filio secundum quod Deus est. *Ibid. xvii. 31.*

Philipp. ii. 7, 8. **C** cum senibus populi sui et principibus ejus. Unde rursus apostolus Paulus : Omnes (inquit) nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit. *II Cor. v. 16.*

Deinde subjungit : Potestatem dedit ei et judicium facere, quia Filius hominis est. Quocirca pensandum, quod in judicio considerantur duo, videlicet auctoritas seu potestas judiciaria, et exsecutio ejus prolatiove sententiæ. Potestas quoque sive auctoritas judiciaria duplex est, utputa : prima et principalis, quæ est auctoritas increata, æterna ; istaque competit Christo secundum naturam divinam. Alia est potestas sive auctoritas secundaria et instrumentalis seu vicarialis : quæ competit Christo secundum naturam humanam, secundum quam etiam competit ei exsecutio judicii prolatioque sententiæ. Hinc felicissimus Petrus apostolus loquitur in Actibus : Nobis præcepit Deus testificari, quod Jesus Christus est qui constitutus est iudex vivorum et mortuorum ; huic omnes Prophetæ testimonium perhibent. Paulus quoque apostolus ait : Deus statuit diem in quo judicaturus est orbem in æquitate in viro quem statuit. Hinc in Isaiâ scriptum est : Dominus ad judicium veniet cum senibus populi sui et principibus ejus. Unde rursus apostolus Paulus : Omnes (inquit) nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit. *Act. i. 42. 43.*

Cesset ergo perfidia Mahometi, omni rationi atque Scripturis sacris contraria, recipiaturque fides Christi, tot divinæ virtutis miraculis totque scripturarum utriusque Testamenti testimoniis confirmata.

ARTICULUS XVIII.

De aciebus hominum in die judicii secundum Mahon.

DIXIT Judæus : *Enumera acies populorum in die illa, et discerne fideles. Respondit : Erunt acies omnium hominum centum viginti, e quibus tres tantum fidelium, reliquæ omnes infidelium. Eritque longitudo uniuscujusque aciei itineris mille annorum, latitudo vero quingento-*

rum. Si verum est hoc, vix tota terra A tam fatuissime sonat, ut pudor sit eam habitabilis capiet v. ~~judicandos~~ quia in latitudine occuparent spatium itineris sexaginta millium annorum; sed tanta non creditur latitudo terræ habitabilis, imo nec longitudo. Præterea, quum in loco satis parvo stare possint homines innumerabiles, non est verisimile quod tunc quælibet acies tantæ longitudinis ac latitudinis esset: et si esset, quomodo singuli audirent verba uniuscujusque, propria facta in libro sibi porrigendo (secundum Mahon) legentis, nisi Deo. omnia possibilis B agnoscuntur? Insuper distinctio acierum non erit nisi penes merita atque demerita. Ideo Christus in Evangelio duas dumtaxat acies ponit: unam electorum, quos oves appellat, qui stabunt a dextris Judicis; aliam reproborum, quos vocat hædos, atque a sinistris Judicis stabunt.

Matth.
xv. 33.

Conclude. Postremo, omnibus creaturis ut descripsisti divisis, quid fiet de morte? Respondit: Mutabitur mors in arietem; adducentque eam inter paradysum et infernum, eritque magna dissensio inter C utriusque incolas regionis: nam populus paradisi metu mortis, morti machinabitur necem; infernales vero spe mortis, superstitem fore cupient. Vincetque populus paradisi, et mortem occident. Si ista ad litteram atque ut sonant intelligantur, quid stultius ac puerilius dici potest? Mors namque, quum sit privatio nec aliquid positivum, quomodo in arietem convertetur, quum nec accidens in substantiam queat converti? Insuper, quod nec esse habet nec vivere, ei occidi non convenit. D Quomodo ergo optabunt mortem occidi? Amplius, existentes in paradiso non erunt insipientiores existentibus in hoc mundo. Quum ergo sapientes sæculi hujus sciant eos qui in paradiso exstiterint, non posse occidi, sed ibi in æternum certissime permansuros; id ipsum scient qui fuerint ibi. Non ergo formidine mortis machinabuntur arieti mortem. Dictum est quoque, quod nullum irrationalium animalium post judicium erit. Postremo, hæc fabula revera

Matth.
xv. 33.

Hæc contra Doctrinam Mahometi vanissimam ac mendosam breviter scripta sunt.

ARTICULUS XIX.

Descriptio extremi judicii, et de modo ac ordine ejus secundum christianæ fidei veritatem.

QUIA jam introducta est hæretica et mendosa recitatio Mahon de extremo judicio, nunc decet breviter tangere qualiter secundum veritatem futurum sit.

Quamvis autem Christus tempus judicii ignotum esse docuerit, aliqua tamen signa illud præcessura esse prædixit: quibus venientibus, certum erit diem judicii cito futurum. Itaque, Christo in Evangelio contestante, ante finem mundi veniet quidam C impiissimus atque fidelium atrocissimus persecutor præ omnibus qui ante eum fuerunt, videlicet Antichristus, qui Christum esse se perhibebit, et per signa mendacia, per comminationes et munera, per prædicationes simulatamque sanctitatem ac persecutiones, cito sibi alliciet innumerabiles populos. Iste Antichristus per se ipsum ac suos satellites, præ omnibus hæreticis ac tyrannis vastabit Ecclesiam Christianorum, et universos sibi credere non volentes ac præsentis occidet, in tantum quod ad aliquantulum tempus pauci erunt Christiani fidem catholicam publice confitentes: siquidem Christianis constantibus crudelissimas inferet mortes, atque per totum mundum suos mittet ministros ac prædicatores. Hinc in Evangelio loquitur Christus: Erit tunc tribulatio magna, qualis ab initio mundi non fuit nec erit. Quod etiam in Daniele clarissime legitur prænuntiatum, Gabriele archangelo ad Danielem prophetam loquente: In illo tempore consurget Michael princeps ma-

Matth.
xxiv. 36, 42, 44.

Ibid. 24.

Ibid. 21.

Dan. xii. 1.

gnus, et veniet tempus quale non fuit ab A bus præ timore et exspectatione quæ super-
 eo ex quol.gentes esse cœperunt, usque pervenient universo orbi. Tunc namque
 ad tempus illud. Quemadmodum autem sol obscurabitur, et luna non dabit lumen *Math.*
 persecutio Antichristi crudelissima, ita et suum ad aliquantulum tempus et supra *xxv. 29.*
 brevissima erit. Nam quantum ad vehe- naturam, stellæque cadere videbuntur :
 mentiam suam, non durabit nisi per tres nam et virtutes cœlorum tunc movebun-
 annos cum dimidio. Propter quod ait Sal- tur. Quibus peractis, statim veniet extrema
 vator : Nisi breviati fuissent dies illi, non dies finalis ac generalis judicii. In qua
 fieret salva omnis caro ; sed propter ele- undique ignis maximus divina succende-
 ctos breviabuntur. tur virtute, ut dictum est ; universique *art. xv.*
 Verumtamen tempore illo Deus glorio- homines et bruta quæ tunc in terra existi-
 sus et sanctus Ecclesiam suam non pen- terint, illo in igne morientur. Bestiis quo-
 nitus deseret. Non enim permittet homines B que omnino esse desinentibus, homines
 supra vires suas tentari. Idcirco, Anti- igne illo extincti, eadem die cum ceteris
 christi persecutione ac prædicatione instan- omnibus ante a principio mundi defunctis
 te, mittet Deus excelsus et adorandus resurgent, angelorumque ministerio ad lo-
 ad confirmationem fidelium, duos viros cum judicii deferentur ; atque eodem mo-
 sanctissimos ex paradiso terrestri, vide- mento Christus, Deus et homo, de cœlis
 licet Enoch atque Eliam : quos (ut særa cum Sanctis descendens et in aere insi-
 docet Scriptura) Deus transtulit illuc, et dens, genus judicabit humanum. Tunc om-
 nunc ibi sunt ac permanebunt quousque nes angeli sancti, quamvis in sua natura
 ad prædicandum contra perfidiam Anti- sint simplices ac invisibiles spiritus, cun-
 christi mittantur, ad quorum prædicationem ctis hominibus visibiliter ad majorem im-
 innumerabiles convertentur. Unde per- piorum perterritionem et Judicis gloriam
 per Malachiam prophetam loquitur verus C apparebunt. Fiet autem judicium illud, ut
 ac verax Deus : Ecce ego mittam vobis supra expositum est, divina virtute pro-
 Eliam prophetam, antequam veniat dies *ibidem.*
 Domini magnus et horribilis. Imo de am- sus celerrime ; dicetque Christus electis :
 borum (videlicet Eliæ et Enoch) adventu *Math.*
 S. Joannes apostolus in Apocalypsi plura *xxv. 31.*
 prædixit. Tandem, Deo permittente, Elias *Ibid. 31.*
 et Enoch occiduntur ab Antichristo, præ- et Sanctis cum Christo in alta cœlorum
 sertim quoniam debitum mortis nondum scendentibus, hoc ipsum ad graviorem suæ
 solverunt. Paulo post, Christo jubente, oc- calamitatis mœstitiam cernentibus perfid-
 cidetur et Antichristus : quo facto, omnes dis ac injustis, terra (sicut prædictum est) *art. x.*
 Judæi et ceteri infideles universi conver- os suum aperiens, eos deglutiet : sicque
 tentur ad Christum, paucis obstinatissimis D transibunt iniqui in ignem æternum, ju-
 Antichristi ministris exceptis. *Math.*
 Denique, sicut ex Daniele propheta eli- *xxx. 46.*
 citur, post Antichristi interitum Deus con- et laudem Creatoris altissimi, qui est super
 cedet quadraginta quinque dies ad pœni- omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

ARTICULUS XX.

*Contra quædam scripta Sarracenorum
 de generatione Mahomet.*

POSSET hic finis imponi opusculo isti,
 quum jam luce clarius sit probatum,
 Mahometum mendosum impiissimumque

fuisse. Nihilominus adhuc modicum tan- **A** quaret terminus Adæ. Adam vero videns gam contra quædam scripta Sarraceno- sibi imminere terminum, acceptum mane rum magnificentium suum legislatorem. Ita- filium Seth ducit ad locum oratorium, que scriptum quoddam eorum hæc con- sicque affatur eum : Quæ servanda com- tinet :

Creator Deus omnipotens ut primum Adam creaverat, consurgentis Adæ recens cerebrum subito contremiscens, sonuit non aliter quam frondes vento commotæ. Quod stupenti Adæ Dominus ait : Sonitus, o Adam, quem miraris, signum est prophetarum et nuntiorum mandati mei. Hoc ergo lucis semen, virtutis meæ dono conceptum, non nisi dignis lumbis mundæque vulvæ commendabis. Est namque nasciturus ex eo propheta Mahomet, sic resplendens omnibus diebus ex facie Adam, tanquam sol in rota circuli sui, aut luna in nocte plenilunii.

Quoties Evam aggressurus erat, mundari et lavari curabat, ambiguus qua hora Dominus semen lucis ex ea promoveret. Observabat ergo præcepta mariti, quousque concepit Seth, patrem prophetarum et caput nuntiorum Dei. Qua hora ipsa lux splendens, a facie Adæ migravit in faciem Evæ. Fuit itaque exinde Eva cunctis diebus in formoso decoroque splendore lucis, in tantum quod aeris terræque animantia vultus ejus nitorem stuperent. Stupens et ipse Adam, se a tactu gravidæ cohibuit. Singulis itaque diebus angeli salutantes adveniunt, odores paradisi ferentes, quousque genitus est Seth solus : nam præter eum omnes partus Evæ gemelli fuerunt, singuli ex masculo et femina. Nascens itaque Seth, maternæ lucis splendorem propria facie præfert, matre exuta. Posuitque Deus inter infantem et Satanam terminum usque ad septem annos. Stetitque lux erecta inter cælum et terram, per quam angeli super Seth descendebant. Præco etiam super thronos audiebatur, per singulos dies clamans : Gaude, terra, et exsulta, digna luce Mahomet ; super eum oratio Dei et salus.

Fuit itaque lux ista resplendens ex facie Seth cunctis diebus, quousque propin- **B** dam commisisti mihi, uni de filiis meis commendavi. Mitte ergo unum de angelis tuis in testimonium inter me et eum, antequam vitæ nostræ separatio fiat. Viæ istis dictis, adest archangelus Gabriel cum septuaginta millibus angelorum, singuli cum paginis albis calamoque de calamis paradisi, salutantes Adam, et dicentes : Vox tua, Adam, audita est ; decrevit enim Dominus ut ordo generationis Mahomet procedat. Scriptum itaque edictum Adam heredi suo Seth sub testimonio angelorum reliquit, sigilloque Gabrielis eadem hora signatum est. Induit itaque Dominus Seth tunica duplici punicea, splendente ut sol, tenui ut flos violæ. Eademque hora, in præsentia cætus angelici et sub omnium testimonio, desponsatur ei soror Machmelich candida et venusta. Sic facta, mortuus est Adam.

Seth cognovit uxorem, quæ concepit Enos. Audivit ergo gravida cunctis ex locis continuas angelorum salutationes in gloriam et benedictionem lucis prophetæ Mahomet, servavitque eam omnis cætus angelicus tam ab homine malo quam spiritu maligno. Natus autem Enos et adultus, mandatum servandæ lucis et propagandæ cum dignitate et reverentia prædicat, commendatque illud filio suo Cainan, et Cainam Malaleel, sicque per ordinem usque ad Abraham. Quo nascente, duo lumina erumpentia ex oriente et occidente, in medio mundi concurrerunt, factaque est lux una omnem mundum illuminans ; jactusque est sonitus angelo-

rum per universum orbem, plenus tripudio et modulamine caelesti cum ingenti præconio, eam esse lucem prophetæ Mahomet. Stupens Abraham, dixit Domino se nunquam virtutem huic similem vidisse. Cui Deus : Hæc lux quam mirari non sufficis, ex semine tuo nascituri amici mei et nuntii est : cujus anima in prima animarum creatione animæ tuæ permixta est ; cujus verbum in virtute mea ; cui nomen in cælo Hamech*, in terra Mahomet, in paradiso Albulkasyn*. Fuit itaque lux ex Abraham vultu resplendens, B senescente jam Sara sterili : quæ quum divinam promissionem ex mariti verbis quasi diffidens sæpius retractaret, Abraham angelico admonitu Hegir ancillam adit ; statimque luminis claritas in faciem gravidæ migrat. Nascitur Ismael, paternum lumen præferens. Quid est hoc, inquit Sara, quod ego vacua maneo, atque alia seminis tui fructum præfert, quem ego toties promissum diu frustra exspecto ? Quam quum Abraham nequaquam desperans jugi affirmatione consolaretur, C adveniunt hospites angeli numero tres, qui inter cetera Saram imprægnari edicunt.

* alias Achmet
* alias Abultrasim

Postremo, Abraham imminere sibi vitæ terminum sciens, advocatis filiis, ei in cujus facie lumen suum cognovit, luminis testamentum tradidit. Duxitque Ismael conjugem, ex qua genuit filium paternam lucem gestantem ; sicque per ordinem intermedii nati cum lumine sunt usque Abdallam, patrem Mahomet. Itaque ventum est longa sæculorum serie ad terminum quem Deus præscripsit, ut lumen D prophetæ Mahomet ipsum tandem mundo prædicet. Factaque est vox Dei ad Arriduam, dicens : Aperi portas paradisi et omnia penetralia ejus ; nocte siquidem ista complacuit mihi ut lumen nuntii mei ex lumbis Abdallæ in uterum Amennæ transferam, inde processurum in mundum. Sic facto, quum iret Abdalla judææ et dominus Arabum ad domum orationis, vidit lucem magnam a domo sua in cælum efflammare. Post hæc mor-

tuus est Abdalla, uxore gravida. Transactisque diebus duodecim, prodit in lucem ipse Mahomet : qua hora inclinata sunt idola.

Ista ex longa historia breviter excerpti, multa quasi magna et præclara omitto : quæ tam vera sunt sicut jam demonstrabo.

ARTICULUS XXI.

Quod omnia jam præfata, sunt ficta, falsa atque stultissima.

PRÆINDUCTA ac consimilia esse conficta, mendosa, hæretica, patet ex omnibus quibus hucusque probatum est multos errores ac injustitias contineri in Alcorano et documentis Mahometi.

Insuper idem ex aliis considerationibus potest ostendi. Primo, quoniam sanctus Moyses ex divina revelatione conscripsit humani generis propagationem ex Adam usque ad tempora sua, et qualiter creati ac instituti sint Adam et Eva. Et de aliquibus viris sanctis notabilibusque personis specialia quædam et plura quam de aliis scripsit, puta de Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Esau et Ismaele ; horumque facta, non omnia, sed notabiliora et quæ magis utilia esse novit pro fidelium instructione ac ædificatione, fideli stilo narravit. Si ergo præfacta de Mahomet vera essent, totque mirabilia præclarissima a tempore Adæ per singulos successores, specialiter quoque per quosdam, contigissent, quæ si veraciter accidissent, multo spectabiliora eminentioraque essent quam ea quæ retulit Moyses, mirum quod nullam de eis fecisset Moyses mentionem. Imo nullum bene consideranti est dubium quin de eis mentionem fecisset : ut quod Gabriel cum septuaginta millibus angelorum taliter apparuisset Adæ et Seth ; quod item tantus splendor fulsisset in vultibus hominum : quod apparentiam prorsus nullam sortitur, præsertim quod aves ac bestię splendorem stupuerint Evæ, quum nec solis mirentur fulgorem.

Præterea, ipse Mahon fatetur, quod Christus sit filius Virginis in lege promissus, et major ac sanctior ipso. Credibilis ergo esset, quod ista magna in generationum successione præcessissent a principio propagationis humanæ eo quod Christus nasciturus fuit ex eis, quam idcirco quod Mahon, etiam dato quod fuisset propheta. Dicitur quoque, quod Sarraceni fateantur Abraham ac Moysen excellentiores ac sanctiores fuisse prophetas quam Mahomet : sicque argumentum istud ad eos quoque posset extendi.

Insuper, sicut in Genesi edocetur, Abraham duos habuit filios principales, videlicet Isaac ex Sara uxore legitima, et Ismaelem ex Agar ancilla Ægyptia. Et inter hos duos filios, Isaac exstitit principalis et magis a Deo electus ac sanctus. Propter quod Deus dixit ad Abraham : In Isaac vocabitur tibi semen ; et rursus : Sara pariet tibi filium, cui benedicturus sum. Quod dixit ad insinuandum quod gratiosius ac abundantius benedicturus fuit Isaac quam Ismaeli. Ergo lux illa magis debuit derivari ab Abraham per Saram ad Isaac, quam per Agar ad Ismaelem. Si autem dicatur, quod derivata fuit per Agar ad Ismaelem eo quod Mahomet nasciturus fuit ex semine Ismaelis, objiciam quod potius derivari debuit per Saram ad Isaac, quia ex eo nasciturus fuerat Christus, Mahometo præclarior.

Præterea, si lux illa apparebat in Abraham propter futurum Mahomet, sequi videbitur quod ipso Abraham major sit Mahomet. Siquidem propter quod unumquodque tale, et illud magis.

Amplius, lux illa accidens quoddam et qualitas fuit : ergo non potuit eodem numero in pluribus esse, quum accidens de subjecto in subjectum non migret. Et si accidens fuit, quomodo potuit stare inter cælum et terram erecta, ita quod per eam angeli descendebant ?

Quomodo autem credendum est quod angeli singulis diebus accurrentes salutabant Evam et uxorem Seth imprægnatas,

A quoniam conceperunt unde nasciturus fuerat Mahomet, quum nec virgini Mariæ sanctissimæ Christum in utero bajulanti hoc accidisse legatur ?

B Adhuc autem in præfata Mahomet genealogia habetur, quod Abdalla iudex ac dominus Arabum fuit. Quomodo ergo verum est quod ipsemet Mahon fatetur, se primo pauperem exstitisse, ideoque Deum sibi dixisse, Pauper eras, et ego ditavi te ? Unde et doctor sæpe præallegatus testatur, quod pauper existens, primo pervenit ad servitium camelorum cujusdam locupletis matronæ. At vero, si tam miraculosa, prophetalis ac gloriosa fuisset generatio Mahometi, nunquam ad idololatriam corruisset, nec ipse, nec proximi progenitores ipsius. Cujus oppositum supra ex præallegati doctoris epistola est ostensum : siquidem Mahon cum omni domo sua idolis diu servivit in Mecha.

Khadijah.

lib. II, art. I.

C Tota ergo illa historia et similes recitationes de Mahomet, sunt mendosa figmenta, quibus simplices miserabiliter damnabiliterque falluntur : unde cordialiter est dolendum. Sic quippe diversæ hæreticorum sectæ suos extulerunt hæresiarchas : quemadmodum Manichæi magistrum suum, qui Manes seu Manichæus est vocatus, in tantum magnificaverunt, quod dixerunt eum non fuisse nisi spiritum, per cujus corpoream vocem Deus suos fideles in omnem perduceret veritatem. Promissionem quoque Christi de adventu ac missione Spiritus Sancti, dixerunt non esse impletam in beatis Apostolis, sed primum ac solum in Manichæo. Propter quod librum Actuum Apostolorum totaliter negaverunt, quoniam ibi describitur in Apostolis esse impleta. Similiter hæretici Cataphrygæ Montanum hæresiarcham magistrum suum magnificaverunt, ut magnum aliquem sequi viderentur.

D Postremo, quid est quod in præfata historia inducitur Deus dixisse ad Abraham, quod in prima animarum creatione anima Mahometi permixta fuit animæ Abraham ? Si enim per hoc insinuat animas homi-

Gen. XXI, 3;
xvii, 15.

Ibid. xxi,
12.
Ibid. xvii,
19, 16.

num simul esse creatas, sicut Platonici et ~~Manichæi quidam, excæcati~~ quoque Judæi dixerunt, erroneum est, et philosophicis scriptis rationibusque contrarium. Aristoteles etenim efficaciter probat, quod in eodem actus non præcedit potentiam, nec forma materiam. Psalmista etiam ait: Deus finxit sigillatim corda eorum, id est animas hominum.

Ps. xxxii,
15.

ARTICULUS XXII.

*Contra mendosam Chronicam
Sarracenorum de mundi creatione.*

IN creationis suæ primordio Deus manu propria quatuor condidit, prout multi Arabum ceterorumque Sarracenorum affirmant. Creavit itaque primo calamum, per cujus officium usque ad finem mundi ab ejus initio omnia prænotentur. Contra istud in tertio libello est disputatum. Estque probatum, non esse putandum quod fiat aliqua talis materialis conscriptio, neque ad aliquid necessaria exstat. Deus etenim gloriosus, invariabilis et æternus, omnia præterita, præsentia et futura, in ipso suæ æternitatis momento certissime ac distinctissime tanquam præsentialiter intuetur; et ubi vult, et quando vult, et quantum vult, et qualiter vult, ea aliis manifestat: idcirco non est tam insipienter ac ruditer imaginandum. Et cur potius dicitur Deus primo creasse calamum, quam pergamenum sive materiam in qua scribatur?

Gen. i, 6-8,
14-19.

Sequitur: *Secundo creavit Protoplastum.* Istud videtur Scripturæ sacræ contrarium, quum in Genesi legatur Deus die secundo fecisse firmamentum, dieque quarto solem, lunam ac stellas: quæ omnia manu propria fecit, sicut et hominem primum. *Tertio thronum.* Si per thronum intelligatur cælum, hoc factum est primo die et ante Adam, juxta illud Genesis: In principio creavit Deus cælum et terram. Cælum autem in Scripturis, thronus seu sedes Dei vocatur, quemadmodum in Isaia

Ibid. 1.

A protestatur: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Si vero per thronum intelligatur summus ille thronus Divinitatis, de quo præhabitu est, illum factum esse post hominem imaginari non decet. *Quarto paradisum.* Videtur istud insufficienter imperiteque dictum: quia de angelorum creatione (quos constat immediate a Deo creatos, nec post prædictorum quatuor aliquid conditos) non agitur hic. Angeli namque sunt supremæ Dei creaturæ, quos in principio fecit. Imo, dum cælum creavit empyreum, angelis sanctis replevit ipsum.

Is. lxxv. 1;
Act. vii. 49.

art. iv.

Ad Adæ plasmationem Deus pugno suo materiam vel pulverem multicolorem collegit. Unde quædam hominum individua albedine, quædam nigredine, quædam colore medio, quædam vero malitia, quædam bonitate, sicque ceteris qualitatibus participant. Si pugnus Dei corporaliter intelligatur, nil valet hoc dictum. Insuper in se ipso falsitate et imperitia plenum est. Non enim diversitas colorum pulverum ex quibus formatum est Adæ corpus, causa est diversitatis colorum et bonitatis atque malitiæ in posteris, ut facile est probare; sed respectus cælestium corporum et influxus superiorum, complexionum quoque varietas et imaginatio talis aut talis, præactas causant diversitates. Verumtamen bonitas atque malitia hominum non sunt ex causis præfatis, nisi dispositive et inchoative.

Corpore hominis formato, angelus mittitur ut animam ei inspiret. Falsum est

D hoc, quoniam anima rationalis a Deo immediate creatur, dumque creatur, infunditur, et infundendo creatur, ut supra ostensum est. *Angelus homini, dum animam ei inspirat, quatuor necessaria præscribit, videlicet: quo victu, quo vitæ termino, qua sorte fruatur, et quod opus bonum malumve perpetrabit. Unde licet inter damnandum quempiam et paradisum intercapedo solum cubitalis ex operationis suæ merito appareat, necessario redibit ad opera quæ ab angelo ei præscripta,*

art. ii.

illum in ignem detrudent. Hujus quoque A
conversa, conversionem sententiæ pandat.
 Istud periculosissime sonat, insipienter-
 que dictum est. Dat enim hominibus de-
 sperationis aut præsumptionis occasio-
 nem, ita ut dicant : Quid prodest si egero
 bene, quia necesse est mihi accidere quod
 est præscriptum de me ? Tollit quoque ho-
 mini libertatem arbitrii, et inevitabilitatis
 necessitatem inducit : sicque Deus pecca-
 tores puniret injuste, quia non possent
 peccata vitare. Itaque simul stant infalli-
 bilis ac perfecta providentia Dei et liber-
 tas humani arbitrii. Imo intra nos experi-
 mur quod liberi sumus, non necessitati ad
 bene aut male agendum. Itaque unum et
 idem per respectum ad causas naturales
 et proximas potest esse liberum et contin-
 gens, quod tamen per respectum ad pri-
 mam ac summam causam providentiam-
 que divinam necessario evenit, ordinem
 habens certum causarum.

Inter Moysen et Christum facti sunt
prophetæ de filiis Israel mille, inter Chri-
stum et Mahometum quatuor. Prima pars C
 hujus dicti exstat ambigua, secunda est
 falsa. Probabile tamen videtur, quod plu-
 res quam mille de filiis Israel inter Moy-
 sen et Christum prophetiæ spiritum habu-
 erunt, sicut ex libris Regum pro parte
 elicitur : quia sub Samuele, et postea sub
 Elia ac Eliseo, eorum discipuli quasi com-
 munitè gratia prophetiæ pollebant ; sed
 numerus est incertus. Porro inter Chri-
 stum et Mahometum innumerabiles sanc-
 tissimi Christiani gratia prophetiæ præ-
 clarissime sunt ornati : in primis omnes D
 Apostoli, præsertim Joannes evangelista in
 Apocalypsi. In Actibus quoque Apostolo-
 rum legitur quemadmodum Christiani qui
 erant in Tyro, multique alii, per spiritum
 prophetiæ prædixerunt apostolo Paulo quid
 ei in Jerusalem eveniret. Denique S. Anto-
 nius, et alii martyres, confessores ac ere-
 mitæ quamplurimi hac gratia splendue-
 runt, præsertim sanctus ille anachoreta
 Joannes, de quo in exordio primi libelli
 Vitaspatrum habetur.

Mater Christi Maria, cujus totam vi-
tam mensi sunt anni quinquaginta sex,
post Christum quoque quinquennii spatio
fuit superstes. Istud verum non creditur :
 imò circa quindecim annos post Christi
 ascensionem vixisse a multis Sanctis asse-
 ritur. Nam et S. Ignatius ei frequenter mi-
 sit epistolas. Divinus quoque et magnus
 Dionysius ad eam videndam legitur adve-
 nisse in Judæam. Dionysius autem a Paulo
 apostolo conversus fuit Athenis post mul-
 tos annos a Christi ascensione.

B *Seth, Noe, Abraham, Esdras, fuerunt*
Hebræi. Hebræi dicti sunt ab Heber, qui
 post diluvium fuit. Quomodo ergo Seth et
 Noe, qui diu ante Heber defuncti sunt,
 Hebræi fuerunt ? *Noe, Abraham et Maho-*
metus leges viribus atque potentiis intule-
runt. Falsum est hoc de Noe et Abraham ;
 sed Mahon instar latronum et tyrannorum
 legem suam violentia intulit, sciens se nec
 ratione nec miraculis nec per Scripturas
 divinas eam posse firmare aut divulgare.
 Hinc et suos sequaces ad præliandum ad-
 monuit. Et ne solus sic egisse videretur,
 finxit sanctos viros Noe et Abraham ita
 fecisse. *Seth divinitus missi sunt libri*
quinquaginta. Si verum est hoc, cur Noe
 libros illos desuper missos tempore di-
 luvii non servavit, nec postea divulgavit ?

Deinde hic ponitur visio in qua appa-
 ruisse cuidam legitur Mahometus : quæ
 visio fallax fuit aut ficta. Sic namque dii
 gentilium suis apparuisse leguntur cultori-
 bus. Dicitur quoque in hac visione, quod
 Mahon fuit ultimus prophetarum, post
 quem alius propheta non est venturus.
 Quod falsum est, quia post Mahon multi
 sancti Christiani utriusque sexus prophe-
 tiæ spiritu decorati fuerunt, quemadmo-
 dum S. Bernardus, S. Franciscus, sancta-
 que Brigitta, quæ nuper fuit ac multis post
 mortem suam miraculis claruit.

Quum Noe tres filios haberet, videlicet
Sem, Cham et Japhet, ex Sem processe-
runt boni ac utiles viri, videlicet Arabes,
Romani et Persæ ; de Cham item viri
bonitate præditi, scilicet Æthiopes, Allo-

broges et Egyptii. Orti sunt autem ea Japhet, Gog et Magog, ac ceteræ gentes in Deum minime credentes. Istud Scripturis sacris non consonat, quia in Genesi sanctus Moyses edocet, quod ex Cham nati sunt Chananæus, Hethæus, Jebusæus, Amorrhæus, etc. Ex quibus nati sunt populi quos filii Israel in terra promissionis, Deo jubente, interfecerunt : qui fuerunt pravissimi. Et quemadmodum Cham peior fuit fratribus suis, sic posterii ejus ceteri fuerunt deteriores. Ex Sem autem nati sunt filii Israel, ex Japhet vero Romani.

Gen. x, 6,
15, 16 et seq.

Mahometo nascenti Deus lucem quamdam imposuit, quæ (ut plures perhibent) mille annis ante plasmationem Adæ manibus Creatoris inhærens, ipsum adoravit, sicut et angeli. Hanc a Deo Adam suis costis inclusam in terram detulit : quam Deus in arca costis Noe immisit. Ipsam itidem divinitus suscepit Abraham in ignem projiciendus. Consequenter quoque ventres maternos serie vicissitudinis illa ingrediens, ad Mahometum orientem pervenit, illum illuminans. Lux ista quam Deus costis Adæ inclusit, quæ per Noe et Abraham ad Mahometum devenit, fuitne eadem cum luce quæ secundum præhabita secundum Sarracenos, in vultibus Adæ et Seth ac posterorum præfatorum resplenduit? Videtur quod non, quia in diverso ab illa fuit subjecto, puta in costis, illa in vultibus. Si ergo diversa fuit, quid contulit eis lux ista lumbis inclusa? Non enim mentes eorum potuit illustrare, quia corporalis lux fuit, non spiritualis : alioqui lumbis non inhæsisset. Quomodo ergo Mahometum illuminavit? Præterea, quomodo tot annis ante Adæ plasmationem inhæsit

art. xx.

A manibus Creatoris? Manus etenim Dei non nisi spiritualiter intelliguntur. Quomodo item eis inhæsit? an tanquam subjecto, an ut causæ conservanti? Primum dici non potest, quia in Deum accidens cadere nequit. Porro secundo modo omnis creatura Deo innititur; justique quoque per caritatem et gratiam Creatori inhære dicuntur. Præterea, quomodo Creatorem dicitur adorasse? An substantia intellectualis fuit, Deum cognoscens atque adorans, ut angeli sancti? Tali autem substantiæ non competit lumbis includi. Quod si qualitas quædam fuit, adorare non potuit. Et si accidens fuit, cui ante Adam subjective inhæsit? Quomodo etiam per tot subjecta migravit numero una?

C Totum igitur istud non est nisi mendosum ac rude figmentum, Scripturis ac rationi contrarium : sicut et illud quod in prædicta Chronica ipse Mahomet dixisse inducitur, quod fetus in alvo materno per quadraginta dies sperma perseverat; inde diebus quadraginta sequentibus in coagulum sanguineum convertitur; inde carneus fit fetus, corporis lineamenta suscipiens in diebus quadraginta sequentibus; et inde tandem quadragenario dierum numero subsequente, angelus a Deo mittitur, ut animam ei inspiret, ut supra est narratum. Dicunt namque philosophi, quod sex primis diebus a conceptione semen similitudinem habeat lactis, deinde novem diebus convertatur in sanguinem, postea quindecim diebus consolidetur, sequentibus autem decem et octo diebus, usque ad perfecta lineamenta omnium conformetur membrorum, reliquo tempore usque ad horam partus crescat. Corpore autem formato, infunditur anima.

PERFIDIAM MAHOMETI

LIBER QUARTUS

DE EVANGELICIS DOCUMENTIS CONTRA DOCTRINAM MAHOMETI.

PROEMIUM.

CONGREGATE vos in domum disciplinæ, indocti; comparate vobis sine argento sapientiam, et collum vestrum subjicite jugo ejus. Eccli. LI, 31, 33, 34.

In Ecclesiastico scripta sunt verba ista : in quibus universi qui in Christum non credunt, salubriter admonentur ut christianæ fidei sapientiam amplectantur. Qui enim sunt magis « indocti » quam infideles, in quibus non invenitur sapientia salutaris, nec vera divinarum notitia Scripturarum? De quibus ait apostolus Paulus: Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi. Porro domus disciplinæ est Ecclesia Christi, de qua Salomon dixit : Sapientia ædificavit sibi domum. Hanc equidem domum, id est fidelium congregationem, æterna Sapientia ædificavit, cordibus hominum fidem, spem caritatemque infundendo, et eos per virtutes has uniendo, roborando ac erigendo, atque ad Dei inhabitationem aptando. De qua rursus ad Timotheum scribit Apostolus : Scias quomodo te oporteat conversari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis.

In hac domo gratiæ ac salutis, invenitur

A sapientia salutaris ac multiplex : quoniam ipsemet Deus altissimus et æternus, sapientia æterna et increata, in cordibus commoratur fidelium, quibus scribit Apostolus : Vos estis templum Dei vivi. Unde apud Joannem asserit Christus : Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum; et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Invenitur quoque in Ecclesia sapientia creata infusa; illaque est unum et primum de septem donis Spiritus Sancti. Unde Isaias propheta prædixit : Requiescet super eum (videlicet Christum) spiritus sapientiæ. Est etiam in Ecclesia sapientia acquisita : quæ est divinarum Scripturarum notitia. De qua ait Apostolus : Sapientiam loquimur inter perfectos.

Nulla sapientiarum istarum in infidelibus invenitur : imo eorum corda sunt dæmonum habitacula, infidelitatis stultitia variisque erroribus et peccatis obtenebrata. Admonendi sunt itaque ut ad Christi ovile, id est Ecclesiam sanctam, confugiant, sapientiamque salutarem evangelicæ veritatis absque argento comparent, id est, gratis a Deo accipiant, ad ejus illuminationem et gratiam se parando, rationabilibus documentis atque divinæ Scripturæ

II Cor. vi,
16.
Joann. xiv,
21, 23.

Is. xi, 2.

I Cor. ii, 6.

I Cor. i, 20.

Proc. ix, 1.

I Tim. iii,
15.

doctrinis ac prædicationibus humiliter acquiescendo. Et hoc est collum mentis sub-
 jicere jugo sapientiæ, utpote legi Christi,
 de quo ait Apostolus : Prædicamus Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam. Unde
 et ipse Salvator in Evangelio : Tollite (inquit) jugum meum super vos.

1 Cor. 1.
23, 24.

Matth. xi,
29.

Itaque, quia in primo operis hujus tractatu determinatum est de christianæ fidei veritate, argumentis et rationibus, de quibusdam etiam præcipuis fidei sanctæ materiis, utputa quomodo Deus sit unus et trinus, et qualiter Christus sit Deus et homo ; in secundo autem tractatu disputatum est contra errores et injustitias Alcorani ; in tertio contra Doctrinam Mahon, et contra alia quædam scripta Sarracenorum : nunc pro pleniori Sarracenorum conversione et instructione, aliqua sunt scribenda de Christi mysteriis, documentis, miraculis atque operibus, de virtutibus quoque, sanctitate et signis quorundam Christianorum sanctorum.

ARTICULUS PRIMUS.

De duplici Christi adventu, et ejus annuntiatione atque conceptione.

QUONIAM primus Christi adventus in hunc mundum fuit ut per suam amarissimam passionem redimeret et salvaret genus humanum (quemadmodum ab Isaia prædictum est : Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra ; et rursus : Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Unde et ipsemet Christus in Evangelio loquitur : Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari, id est in cruce levari, oportet Filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam), sic primus Christi adventus fuit in summa humilitate ac paupertate, ut judicaretur et crucifigeretur. Si enim Christus in primo suo adventu in majestate et gloria advenisset, quis eum occidere præsumpsisset, præsertim quum

Is. liii, 5.

Ibid. 6.

Joann. iii,
14, 15.

dicat Apostolus, Si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent? Sed si ille non occideretur, mundus non redimeretur.

1 Cor. ii, 8.

Pariformiter, secundus Christi adventus erit ut per suam auctoritatem judicet omne genus humanum, sicut David propheta prænuntiavit : Judicabit orbem terræ in æquitate, et populos in veritate sua. Idcirco secundus Christi adventus erit in majestate et gloria. De quo Joannes apostolus in Apocalypsi testatur : Ecce venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt. Hinc apud Zachariam loquitur Christus : Adspicient ad me, quem confixerunt.

Ps. lxxv, 13.

Apoc. i, 7.

Zach. iii,
10.

Hinc etiam primus Christi adventus fuit aliquo modo occultus, quia non nisi paucis innotuit. Secundus vero ipsius adventus erit omnibus manifestus. In primo Christi adventu describit eum Isaïas propheta quasi leprosum, vulneratum, attritum ; David, quasi vermem atque opprobrium hominum ; Zacharias, confixum ; Amos propheta, venditum ; Jeremias propheta, captum ; Daniel vero, occisum. Sicque universi isti Prophetæ sanctissimi primum Christi adventum in humilitate ejusque passionem concorditer prædixerunt. Porro de secundo Christi adventu beatus Job : Credo (inquit) quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et in carne mea videbo Salvatorem meum.

Is. lvi, 4, 5

Ps. lxxv, 7.

Zach. i, 10.

Amos ii, 6.

Thren. ii, 20.

Dan. vii, 26.

Job xix, 25,
26.

Denique, adveniente atque impleto tempore quo Deus Pater unigenitum Filium suum pro mundi redemptione destinare decrevit, misit angelum Gabrielem ad præelectissimam, sacratissimam ac purissimam virginem Mariam ; qui dixit ad eam : Ave, gratia plena ; Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ quum audisset, turbata est in sermone angeli. Non fuit in angeli visione turbata, quia angelum videre solita fuit, ut creditur ; sed in sermone ejus turbata est, quoniam in salutatione tam nova ac solennissima vehementissime mirabatur : quia quum esset humillima,

Luc. i, 28,
35.

nil tale senserat de se ipsa. Ideo angelus eam consolans : *Ne timeas* (ait), *Maria. Invenisti enim gratiam apud Dominum. Ecce concipies et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum : Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Respondit angelus ei : Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi ; ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Quumque ad hæc verba Virgo beatissima respondisset, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, statim Filium Dei concepit.*

Luc. i. 38.

Ibid. ii. 4-7.

Quumque partui propinquaret, ascendit cum Joseph ex causa ad oppidum Bethlehem ; et quum esset ibidem in diversorio, peperit Christum absque omni dolore, imo cum ingenti gaudio, involvitque eum pannis et reclinavit in præsepio, quoniam alium ibi aptum non reperit locum. Sic ergo Christus in omnibus paupertatem, humilitatem, et quod carni molestius est, elegit : quia in parvula urbe vilique stabulo, in noctis frigidissimæ medio voluit nasci.

Ibid. 10, 11.

Ibid. 13, 14.

Porro in hora qua natus est, angelus sanctus dixit pastoribus : Ecce annuntio vobis gaudium magnum quod erit omni populo : quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Adhuc angelo loquente, multitudo cœlestis exercitus, hoc est innumerabiles angeli sancti, apparuerunt in aere, Deum laudantes dicendo : Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Matth. ii. 1-4.

Eadem insuper hora, stella tribus Magis in partibus orientis apparuit, eosque in Judæam duxit. Qui quum Puerum regium in civitate regia natum putarent, introierunt Jerusalem, dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum ? Quo audito, Herodes, rex alienigena, timens regno privari, interrogavit Judæorum doctores ubi Christus nasceretur secundum Scripturas.

A Qui responderunt : In Bethlehem, sicut Michæas propheta prædixit. Egredientibus autem Magis Jerusalem, stella rursus apparuit eis, perduxitque eos usque ad domum in qua puer Jesus tunc fuit. Procidentes itaque Magi, adoraverunt eum ; et apertis thesauris suis, obtulerunt ei aurum, thus et myrrham.

Mich. v. 2.

Matth. ii. 9, 11.

Post hæc, impletis diebus purificationis, virgo Maria, juxta legem Moysis, tulit Filium suum infantulum in templum, quod tunc in Jerusalem fuit. Moxque sanctus Simeon propheta, revelante Deo, puerum Jesum cognovit esse Christum, Filium Dei, salvatorem ac judicem mundi ; atque cum ineffabili devotione et gaudio accepit eum in ulnas suas, benedixitque Deum, et ait : Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum (scilicet Christum), quod parasti ante faciem omnium populorum : lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel. Eadem hora fuit ibidem sanctissima vidua, Anna prophetissa, quæ etiam Christum cognovit, et de eo omnibus in Jerusalem loquebatur.

Luc. ii. 22.

Ibid. 25-32.

Ibid. 36-38.

Præterea, de Christi infantia beatissimi Evangelistæ modicum conscripserunt : imo de vita ejus usque tricesimum annum parum tetigerunt. Quum vero triginta aut circiter esset annorum, imminente jam tempore quo publice prædicaret, primo inter alios venit ad Joannem Baptistam, ut baptizaretur ab eo : non quod indigeret baptismo, qui omni caruit culpa, atque ad hoc venerat ut tolleret mundi peccata, sed ut humilitatis daret exemplum, et item ut aquis vim regenerativam, suæ mundissimæ carnis tactu, conferret. Joannes vero Baptista, Christi sanctitatem ac majestatem agnoscens, vehementer expavit, dixitque : Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me ? Sed Christo dicente, Sine modo (id est, cessa ab hac excusatione), sic enim decet nos implere omnem justitiam ; tunc acquievit Joannes, et cum inæstimabili humilitate ac reverentia Dominum bapti-

Matth. iii. 13.

Ibid. 14-17.

zavit. Quo facto, aperti sunt cœli, descenditque Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in ipsum; et vox Patris de cœlo intonuit, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc Dominus Jesus Christus, ut vitam eremiticam ac solitariam doceret et approbaret, intravit desertum, et fuit in eo jejunans quadraginta diebus ac quadraginta noctibus, penitus nil manducans; tentavitque eum diabolus, sed victus abscessit. Erat autem Christus ibi cum bestiis eremi, et angeli ministrabant ei. Quibus peractis, ad homines rediit, et publice prædicare atque miracula operari exorsus est.

Matth. iv.
1-11; Marc.
1, 12, 13.

ARTICULUS II.

Quod sicut in Christo est duplex natura, videlicet divina et humana, ita in toto Evangelio est quædam mira atque pulcherrima contemperantia sublimium et humilium ad eundem pertinentium: quod hæretici et etiam Mahon non attendentes, multipliciter erraverunt.

TAM in veteri quam in novo Testamento quædam altissima, et item quædam abjecta atque humillima de Christo scribuntur. Nempe altissimum est quod de Christo Isaias propheta prædixit: Vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis; multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis. Item quod de eo dixit Michæas propheta: Egressus ejus a principio, a diebus æternitatis; et magnificentia in medio universæ terræ. Multaque talia de Christo locuti sunt David, Jeremias, Daniel, et alii Vates sancti: ex quibus in primo libello probata est Christi divinitas. Porro abjectum et humile est quod denuo ait Isaias de Christo: Vidimus eum despectum et novissimum virorum, et reputavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum; vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. Hæc namque et multa alia

Is. ix, 6, 7.

Mich. v, 2,
4.

art. ix.

Is. lxx, 2-4.

A omni devotione et compunctione plenissima, de Christi passione vaticinatus est sanctissimus Isaias: de qua David, Jeremias, Daniel aliique Prophetæ plura locuti sunt, ut supra, libro secundo, est introductum. — Conformiter, valde altum est, quod Prophetæ prænuntiaverunt mundum judicandum esse a Christo; abjectum vero et humile, quod ipse Christus ab hominibus judicaretur.

art. xxv.

Præterea istud in scripturis novi Testamenti, præsertim in Evangelio, plenius consideratur. Altissimum etenim fuit quod Gabriel angelus dixit de Christo: Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et regnabit in domo Jacob in æternum; et, Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Item præclarissimum fuit quod tam Christo baptizato, quam eo coram tribus Apostolis, Moyse et Elia præsentibus, transfigurato, Deus Pater testatus est: Hic est Filius meus carissimus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Sic quoque, quod eo nato angelica agmina Deum laudantia apparuerunt; quod angeli ei ministraverunt; quod tam innumerabilia fecit miracula, et mari imperavit ac ventis, et super aquas maris incessit, omniaque futura et cordium arcana cognovit; quod non solum orando, sed etiam imperando miracula fecit, mortuos suscitavit, suis quoque discipulis potestatem dedit faciendi miracula, etiam multo plura ac majora quam ipsemet fecit; quod post passionem suam resurrexit tertia die, tamque frequenter apparuit suis electis, et coram eis in cœlum ascendit, atque eisdem Spiritum Sanctum misit, omnium linguarum ac Scripturarum eis repente infundens notitiam, et per eorum prædicationes, virtutes et signa idololatriam undique extirpavit: hæc et multa similia quæ in Scripturis sanctis de Christo conscripta sunt, vere altissima comprobantur.

Luc. i, 32.

Matth. i,
21.

Ibid. an.
17; xvii, 3.

Luc. ii, 13,

14.
Matth. iv,
11.

Ibid. viii,

26.
Ibid. xvi,
25.

Joann.
xiv, 12.

Porro humilia quoque de ipso leguntur: ut quod ex paupere puella, in parvo oppido vilique stabulo natus est; quod circumciscus, baptizatus, tentatus est; quod esu-

Luc. ii, 4-7
Ibid. 21:
Matth. ix,
16; xv, 1 d
seq.

riit; quod tot irrisiones, blasphemias atque A injurias a Judæis perpressus est, et tandem amarissimam pertulit mortem : qua sibi imminente, et Deum Patrem oravit, dicendo, Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; et cœpit eadem hora contristari, pavere et anxari; factusque in *Matth.* *xxvi.* *39.*
Ibid. *37.*
Luc. *xxii.* *43.* *44.*
Matth. *xxvi.* *46.*
Luc. *xxiii.* *45.* *Matth.* *xxvii.* *51.* *53.*
agonia, prolixius oravit, et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Siquidem et in cruce cum dolore inæstimabili pendens, clamavit : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Ecce quam humilia et abjecta hæc B omnia ! Sed quod eadem hora obscuratus est sol tempore plenilunii, terraque mota est, et petræ scissæ sunt, monumenta quoque aperta sunt, et multi Sancti defuncti a mortuis simul cum Christo surrexerunt, ac multis in Jerusalem apparuerunt : ista, inquam, sublimia exstant.

Præterea, quidam hæretici altissima illa de Christo conscripta pensantes, ejus humanitatem et passionem negaverunt, ut Manichæi : quos partim secutus est Mahon. Alii demum hæretici abjecta et humilia de C Christo considerantes, ipsius divinitatem negare impiissime præsumperunt, sicut Nestorius, Arius, Photinus, et alii quidam : quos etiam perfidissimus Mahon secutus est. Quorum omnium hæreticas pravitates Deus altissimus per infinita et sibi soli possibilia reprobavit miracula, per sacras quoque utriusque Testamenti Scripturas. Nos igitur veraciter christiani, in Domino nostro Jesu Christo duas naturas in una persona, videlicet divinam et humanam, fidelissime profitentes, humilia et abjecta D ad ejus humanitatem, altissima et præclara ad ejus referimus deitatem; sicque ejus humilia credimus, ut ejus sublimibus nullatenus derogemus, et vice versa : in utrisque et utrorumque ordinatissima contemperatione omnipotentiam, benignitatem ac sapientiam Dei cum omni gratiarum actione mirantes, amantes ac venerantes; nec proprio sensui, sed divinis Scripturis miraculosisque Dei attestationibus, humiliter ac constanter credentes. Quod utinam

et vos, o Sarraceni, agatis, quatenus in fide et gratia Christi, qui solus mundi salvator est, æternam atque cœlestem obtineatis salutem : quod affectuosissime desideramus; et ob hoc omnia ista vobis ex spirituali, vera et magna caritate scribuntur.

ARTICULUS III.

De Christi prædicatione ac documentis, et qualiter evangelicam legem dedit.

QUEMADMODUM olim in monte Sinai Deus per angelos Moysi legem dedit, sic Christus, unigenitus Filius Dei, homo factus, quum jam triginta esset annorum, et prædicare atque miracula facere incepisset, multasque turbas se sequi conspiceret, ascendit in montem, et ibi proprio ore evangelicam docuit legem, faciendo ibi sermonem, in quo evangelicæ legis documenta, præcepta atque consilia continentur; in primis octo beatitudines docens, dicendo :

Beati pauperes spiritu, id est humiles, propriam defectuositatem, fragilitatem et culpam veraciter attendentes et confitentes. Rursus, « *beati pauperes spiritu* », id est, qui terrenas divitias propter Deum sponte contemnunt, quatenus spiritualibus gratiarum charismatibus impleantur et Deo liberius vacent. *Quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, id est, cœlestis atque angelicæ beatitudinis divitias promerentur ac adipiscentur si fuerint perseverantes. Istæ sunt spirituales ac æternales divitiæ, utpote summi boni visio, tentio, fruitio, beata et immortalis securitas, gaudiorum omnium plenitudo. Non dixit Salvator, *Beati pauperes spiritu*, quoniam ipsorum est paradisis terrestres, sed, regnum cœleste.

Beati mites, qui iracundiæ reprimunt motus : *quoniam ipsi possidebunt terram*, id est, proprium corpus habebunt rationi subjectum, Beatorumque patriam obtinebunt, de qua ait propheta David : Credo

Matth. *v.* *1.* *2.*

Ibid. *2-10.*

Ps. *xxvi.* *13.*

videre bona Domini in terra viventium. A
Hæc est regio illa supercœlestis seu cœ-
lum empyreum : quod similitudinarie ter-
ra vocalur, quia est Beatorum fixa ac sta-
bilis mansio.

Beati qui lugent, propria aut aliorum
peccata deflendo, vel ad futuram beatitu-
dinem suspirando, aut Christi amarissimæ
passioni cordialiter condolendo : *quoniam*
ipsi consolabuntur. Qui enim ita salubriter
lugent, merentur a Deo in præsentī vita
spiritualem consolationem accipere, sicut
Ps. xciii, 19. in Psalmo ait David propheta : Secundum
multitudinem dolorum meorum in corde
meo, consolationes tuæ, Domine, lætifica-
verunt animam meam. Atque post vitam
hanc æternæ felicitatis gloriam sortientur.
Eccle. vii, 3. Hinc Salomon : Melius est (inquit) ire ad
domum luctus quam ad domum convivii.
II Cor. i, 3, 4. Paulus quoque apostolus loquitur : Bene-
dictus Deus, qui consolatur nos in omni
tribulatione nostra.

Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam,
id est, toto cordis affectu justī esse deside-
rant, et justitiam in omnibus cupiunt ob-
servari, ut Deus in singulis honoretur. Per
hoc tamen non excluditur pietatis affe-
ctus. *Quoniam ipsi saturabuntur*. In vita
enim præsentī tanto majori gratia adim-
plentur quanto ardentius pro justitiæ ob-
servatione afficiuntur. In cœlesti vero pa-
tria repletur eorum appetitus totaliter bono
divino, et contentatur eorum voluntas in
Ps. xvi, 15. Deo. Propter quod ait Psalmista : Sati-
bor, o Deus, quum apparuerit gloria tua ;
Ps. xv, 10. et rursus : Adimplebis me lætitia cum vul-
tu tuo.

Beati misericordes, qui miseris ac indi-
gentibus condolent et succurrunt, tamque
spirituales quam corporales eleemosynas
pro posse suo egentibus largiuntur : *quo-
niam ipsi misericordiam consequentur* a
Deo, videlicet indulgentiam peccatorum,
charismata gratiarum, gloriam angelorum.
Quemadmodum enim homo facit proximis
suis, sic fit ei a Deo, sicut ait Salvator :
Matth. vii, 2. In qua mensura mensi fueritis, remetietur
vobis.

Beati mundo corde, id est, purgati a
vitiis, puri in intellectu per fidem ac sa-
pientiam, sinceri in affectu per caritatem
atque justitiam, quorum intentio in omni-
bus recta est, omnis fraudis, simulationis
impietatisque expers : *quoniam ipsi Deum*
videbunt, id est, in regno cœlesti angelis
similes erunt, Deum clare per speciem
contemplando. Hæc est vera beatitudo,
præmium consummatum, deiformis assi-
milatio Beatorum, quemadmodum in pri-
ma sua epistola sanctus ait Joannes apo-
stolus : Carissimi, nunc filii Dei sumus, et
nondum apparuit quid erimus ; scimus
quoniam quum apparuerit, similes ei eri-
mus, quia videbimus eum sicuti est. Hæc
est perfecta atque incomparabilis merces.
Non dixit Salvator mundi, Christus virtus
et sapientia Patris, Beati mundo corde,
quoniam mulieribus abundantissime per-
fruentur ; sed, quoniam Deum videbunt. O
quantum distat purissima Christi doctri-
na ab immundissimis falsitatibus Maho-
meti ! Ipseque Mahomet Christum laudan-
do et Evangelium approbando, se ipsum
et Alcoranum suum inexcusabiliter re-
probat.

Beati pacifici, id est, qui intra se pacem
pectoris habent, utputa tranquillitatem
mentis in Deo, pacem quoque temporis
cum aliis habere affectant, atque pacifice
conversantur cum proximis, et discordan-
tes concordare nituntur : *quoniam filii*
Dei adoptivi vocabuntur. Hoc quippe po-
tissime competit Deo, pacem amare et fa-
cere, qui etiam in se ipso invariabiliter
D tranquillissimus exstat. Ubi jam Mahon,
qui homines fideles ac virtuosos non vult
Dei filios appellari ? Nonne Christo totali-
ter contradicit ? Denique non dixit Judex
ac Dominus filiorum Adam : Beati belli-
cosi, beati qui alios perturbant, impu-
gnant, occidunt ; sed : Beati pacifici.

*Beati qui persecutionem patiuntur pro-
pter justitiam*, id est propter fidei ac
doctrinæ veritatem, aut propter virtutum
tenorem, videlicet quoniam justī sunt, vel
quia alios ad fidei veritatem atque justitiæ

conservationem inducunt : *quoniam ipso- rum est regnum cœlorum.*

Hæ sunt octo beatitudines quas docuit Filius Dei. Qui etiam hanc ultimam beatitudinem elucidando, subjungit : *Beati estis quum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me, id est, idcirco vobis mala hæc infligentes, quoniam Christiani estis, et mihi per fidem, caritatem ac obedientiam adhæretis. Gaudete in illa hora et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Hinc dixit apostolus Paulus : Id quod in præsentem est modicum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Hinc quoque martyres sancti amarissimas mortes pro Christo patientissime pertulerunt. Non itaque mirum, si Christiani fideles ab infidelibus interdum vincantur. Et nolite, o Sarraceni, inaniter gloriari dum Christianis prævaletis in præliis. Deus namque per infideles ac reprobos exercet, corrigit et expurgat electos. Propter quod dixit Apostolus : Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur. Et Psalmista : Multæ (inquit) tribulationes iustorum.

ARTICULUS IV.

Prosecutio doctrinæ Christi.

INSUPER Christus dixit Apostolis, et sub eorum persona universis virtuosus prælati, prædicatoribus atque doctoribus evangelicæ legis : *Vos estis sal terræ* : id est, corda hominum per exemplarem conversationem et veram discretionem condire debetis, ut internam habeant saporem operum virtuosorum, ac præserventur a putredine vitiorum. *Vos estis lux mundi*, id est illuminatores hominum in hoc mundo, ad fidei ac sapientiæ claritatem eos perducendo. Quumque hoc ita sit, dubium non est quin Mahomet sit corruptor, deceptor et obtenebrator cordium humanorum, quo-

niam christianæ doctrinæ documenta sua ac leges prorsus contrariantur. *Sic luceat lux vestra*, id est virtuosa et splendida conversatio vestra, *coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est.* Debet namque unusquisque fidelis sua conversatione Deum honorare et proximos ædificare : quoniam Deo debemus conscientiam bonam, et proximis bonam famam, ne scandalizentur in nobis. Idcirco qui negligit famam, crudelis est : siquidem alios, quantum in se est, spiritualiter lædit, dando eis occasionem peccandi. Unde qui coram aliis publice peccat, tantos occidere perhibetur a quantis conspicitur : quia (ut tactum est) quantum in ipso est, præbet eis venenum, id est perditionis exemplum. Verumtamen præinductum hoc verbum Christi intelligendum est de bonis operibus ad quæ tenemur. Opera vero singularis devotionis et supererogationis ac gratiæ eminentis magis sunt occultanda, ut vana gloria evitetur, et ne homo in vita ab aliis ultra modum reputetur ac honoretur, itemque ne speciem simulationis incurrat, aut singularis appareat.

Insuper ait Christus : *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* A fortiori dicere possumus : Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Sarracenorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Siquidem lex Moysis rigorosior, spiritualior atque perfectior lege exstitit Mahometi : qui etiam in Alcorano missum se assertit in lege lata ac facili, nec difficulta a se juberi, quum tamen, Christo testante, arcta sit via salutis.

Deinde ostendit Salvator quantum lex sua perfectior sit Moysis lege : *Audistis quia dictum est antiquis*, id est, filiis Israel per Moysen jussum est : *Non occides aliquem propria et privata auctoritate; qui autem occiderit hominem, prætermisso ordine juris, reus erit iudicio damnationis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo*, id est proximo

www.fortool.com.cn

Matth. v, 16.

Augustinus.

Matth. v, 20.

Ibid. vii, 14.

Ibid. v, 21.

Ibid. 22.

- aut homini cuicumque, *reus erit iudicio*, **A** *te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe ei et alteram. Istud consilium est, et secundum animi præparationem intelligendum, sicut sequentia. Et ei* Math. 7. 46.
- id est, irascendo, meretur accusari coram Deo. Quod intelligendum est de ira immoderata et rationem obtenebrante, non de ira per zelum, quæ sponte assumitur ut rationi famuletur, quia per talem iram opus bonum virilius exercetur. Qui autem dixerit fratri suo, Raca, id est verbum indignationis, reus erit consilio, id est, meretur ut de eo tractetur qua poena sit puniendus. Qui autem dixerit, Fatue, id est, ex contemptu aut elatione proximum suum vocaverit stultum, reus erit gehennæ* **B** *concedi) a te, ne avertaris, dummodo rationabiliter velit et petat hoc, et tibi adsit facultas : quæ si desit, dandum est pro re verbum bonum et consolatorium.*
- Math. 7. 23, 24. *ignis. Si recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, id est, si alicui forefecisti, vade prius reconciliari fratri tuo, id est, antequam aliquid offeras Deo aut ores, satisfac proximo, eumque placa pro posse tuo. Quod intelligendum est, si proximus non longe sit distans, et accessus pateat ad eundem : tunc enim corporaliter est accedendus. Si non patet accessus, accedendus est pedibus mentis, puta proposito et affectu.*
- Ibid. 27. 28. *Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo, id est, mentis affectu peccavit cum ea, atque æternam promeruit damnationem. Concupiscentia namque cum animi deliberatione et consensu in delectationem sive in opus, est mortale peccatum.*
- Ibid. 33. 34. *Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non perjurabis. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, id est, sine necessitate et rationabili causa nolite jurare etiam* **D** *quod est verum : quia ad irreverentiam pertinet Dei quod homo tam leviter, inadvertenter et intimorate Deum assumit in testem ; per assiduitatem quoque jurandi incidit homo interdum perjurium.*
- Ibid. 38. *Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, dentem pro dente, id est, excutienti tibi oculum aut dentem facies quemadmodum fecit tibi. Ego autem dico vobis, non resistere malo, id est non repugnare neque ulcisci injurias proprias ; sed si quis*
- Ibid. 41. 42. *quis, id est, coegerit te secum ire per tantum spatium, vade cum illo et alia duo millia passuum. Qui autem petit a te, da ei, si potes, quod rationabiliter petit a te. Et volenti mutuari (id est aliquid sibi* Ibid. 43-45. *audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super*
- art. 11. *justos et injustos. O quantum ab his Christi saluberrimis documentis, in quibus summa patientia atque humilitas edocentur, distat Mahon doctrina, qui docuit unicuique talem reperi molestiam qualem inflixit ! Sed de isto in secundo libello dictum est plenius.*
- Math. 7. 1. *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab illis, id est propter laudem humanam aut commodum temporale : alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in caelis est. Quum ergo facis eleemosynam,* Ibid. 2. 1. *noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua : id est, omnino occulte hanc facias, quantum in te est, et quantum ad hoc quod soli Deo cupias complacere. Et quum* Ibid. 5. 6. *oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis et angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus.*

Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem ora Patrem tuum in abscondito, et reddet tibi.

Insuper Christus formam compendiosissimæ orationis nobis præscripsit, dicendo : *Sic ergo orabitur : Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum*, id est, tu ipse, Deus Pater, ab hominibus debite honoreris, et sanctus esse omnibus innotescas, ita ut tibi in sanctitate et justitia semper deserviant : hoc est, da cunctis hominibus gratiam et virtutem te taliter sanctificandi. Merito ponitur ista petitio B prima, quia ad bonos pertinet filios ut summi Dei Patris honorem et gloriam primo et maxime optent quærantque. Secunda

id est, triumphans Ecclesia (utputa congregatio Beatorum in cœlis) adimpleatur, et ad ejus societatem ac gloriam perducamur ; sicque ex nobis angelorum suppleatur ruina, et prædestinatorum in cœlo numerus compleatur. Potest et ita exponi : « Adveniat regnum tuum », id est, Ecclesia militans, scilicet congregatio Christianorum, qui soli vere fideles sunt, in quibus per fidem et gratiam regnas ac habitas, perficiatur, et numero ac merito augeatur. Tertia petitio est : *Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra*, id est, quemadmodum cives cœlestes voluntati tuæ in cunctis obediunt, sic præsta ut homines in hoc mundo tibi in cunctis obtemperent. Quarta

id est, necessaria vitæ, panem quoque sacramentalem, panemque lacrimarum, panem etiam vitæ et intellectus. D

Quinta petitio : *Et dimitte nobis debita nostra*, id est peccata, sicut et nos dimittimus debitoribus (id est forefactoribus) nostris, quibus semper indulgenda est culpa ex caritate et pietate propter Deum, quum teneamur inimicos diligere. Satisfactio autem seu pœna exigi potest secundum ordinem juris : laudabilius tamen est, propter Deum etiam pœnam dimittere, nisi ex hoc forefactor fiat ad peccandum proclivior, aut bonum periclitetur com-

mune, aut justitia contemnatur. Sexta petitio est : *Et ne nos inducas in tentationem*, id est, non nos a tentationibus superari permittas, imo da gratiam prævalendi eisdem. Septima petitio est : *Sed libera nos a malo*, id est ab omni salutis obstaculo, ab incitamenti occasionibusque peccandi, a miseriis vitæ præsentis, imo ab omni malo culpæ ac pœnæ præterito, præsentis, futuro. Amen.

Hæc est oratio sententiosissima prorsusque dignissima.

ARTICULUS V.

Prosecutio documentorum Christi.

CONSEQUENTER loquitur Christus : *Quum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes ; exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen*, id est vere, dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem quum jejunas, unge caput tuum, id est, mentem tuam spirituali jucunditate perfunde, et faciem tuam lava, id est, sincerum et bene dispositum vultum assume, ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo cœlesti ; et ipse præmium tibi dabit.

Deinde docet avaritiam esse vitandam. *Nolite thesaurizare in terra, sed in cœlo*, id est, terrenas divitias nolite immoderanter colligere, sed virtuosus operibus abundare studete. *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum*. Idcirco avaricorda sua non figunt in cœlo, sed in terra. *Si fuerit oculus tuus simplex*, id est intentio recta, totum corpus tuum lucidum erit, id est, operum tuorum congeries erit bona : intentio namque speciem imprimit operi. *Nemo potest duobus dominis contrariam voluntatem habentibus servire* ac obedire, præsertim in his in quibus sibi contrarii sunt. Hinc, sicut ostensum est sæpe, impossibile est credere et parere Evangelio et Alcorano, seu Christo et Mahometo, quamvis Mahometus aliter dicat : quia pene ubique sibi ipsi exstat contra-

- Math. vi, 25.* rius, ut frequenter probatum est. *Ne solliciti sitis sollicitudine* anxia atque superflua, quasi Deus non habeat providentiam actuum humanorum, *quid manducetis, aut quid induamini. Scit enim Pater vester cœlestis quia his omnibus indigetis.*
- Ibid. 32.* *Quærite ergo primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia victui necessaria adjicientur vobis.*
- Ibid. vii, 1.* *Nolite judicare de dubiis et incertis, neque judicia usurpata, temeraria seu injusta exerceatis. Verumtamen de manifestis et quæ bono nequeunt fieri animo*
- Ibid. 3.* *judicare, est licitum. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? Id est, cur parva peccata in proximo tuo consideras, et majora vitia quæ in te sunt, non attendis? Caritas namque et pietas exigunt ut homo in primis se ipsum consideret, reprehendat, corrigat, puniat et emendet, deinde proximum suum caritative corripiat. Ideo dicit Salvator: *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.**
- Insuper docet Salvator ut cum omni fiducia atque instantia Patrem invocemus
- Ibid. 7.* *cœlestem. Petite, et dabitur vobis; quærite, et invenietis; pulsate, et aperietur*
- Ibid. 11.* *vobis. Si enim vos, quum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cœlestis dabit bona gratiæ ac virtutum petentibus se? Verumtamen oportet perseveranter salubriterque orare, ea petendo quæ pertinent ad salutem, nec deficiendo, quemadmodum ait*
- Luc. xviii, 1.* *Salvator: Oportet semper orare et non*
- Math. vii, 12.* *deficere. Omnia quæcumque vultis voluntate rationabili ut faciant vobis homines, et vos facite eis. Similiter quæ non vultis vobis ab aliis fieri, eis non faciatis.*
- Amplius, docet Christus quod arcta sit
- Ibid. 13.* *via salutis. Intrate per angustam portam, id est, ad veram beatitudinem per opera pœnitentialia, laboriosa ac ardua tendite, quia lata porta et spatiosa via est quæ ducit ad perditionem. Hæc lata porta spatiosaque via, est lex Mahometi, quæ concu-*
- piscentiis frena laxat. Et multi sunt qui intrant per eam. Hoc patet ad oculum. Nam quia Mahometus latissimam et carnalem docuit legem, innumerabiles acceperunt eandem. Quam angusta est porta et arcta via quæ ducit ad vitam beatam, et pauci inveniunt eam! Siquidem multi vocati, pauci vero electi. De isto dictum est plenius libro secundo.*
- Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, id est cum apparenti justitia et ficta devotione ac deceptoriam religione, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, id est animarum deceptores, et impii ac crudeles. Hoc Christus de Mahometo et sibi similibus admonuit et prædixit. Et utinam homines juxta hanc Christi doctrinam præcavissent sibi ab illo; utinam vel modo attenderent. Ait quippe Salvator: *A fructibus (id est operibus) eorum cognoscetis eos. Unde superius satis ostensum est quam sceleratissima fuerint opera Mahon, qui tot adulteria et incestus, tot rapinas et homicidia perpetravit, totque mendacia imposuit Deo in Alcorano.**
- Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Omnis qui audit verba mea et facit ea, id est, qui præceptis meis obtemperat, assimilabitur viro sapienti. Hinc scitote, o Sarraceni, quia certissime in statu damnationis æternæ estis, nec salvari nisi in Christum credendo eique obediendo potestis.*
- Hæc pauca de multis quæ in sermone quem Christus fecit in monte continentur, sint tacta, ut Sarracenis hinc innotescat quod spiritualis et sancta sit Christi doctrina, acquiescantque ei.
- Postremo, in præinductis est intuendum, quod Christus tam sæpe Deum nominat Patrem fidelium, et fideles non rarius appellat filios Dei. Ideo Mahon Evangelium approbans, nec tamen fideles Dei filios esse vocandos affirmans, nescivit quid dixit, imo sibimet contradixit, nec vocem propriam intellexit.

ARTICULUS VI.

De supernaturalibus Christi miraculis et doctrinis.

QUONIAM Christi doctrina est supernaturalis, idcirco per supernaturalia eam roboravit innumerabilia argumenta. Unde evangelista Matthæus describit, quod facta sermone in monte, quum descendisset, statim curavit leprosum. Eodem die ingressus Capharnaum, servum centurionis a paralyti liberavit, et socrum beatissimi Petri a febribus. Quibus cognitis, habitatores Capharnaum omnes ægros qui ibi erant, adduxerunt ad Jesum, curavitque universos.

Matth.
viii. 1-3.

Ibid. 5-13.

Ibid. 14, 13.

Ibid. 16.

Ibid. 22-27;
Marc.
iv. 36-40.

Matth. xiv,
32.

Ibid. ix, 2-7.

Ibid. 18-25;
Marc. v, 25-43;
Luc. viii,
42-56.

Matth. ix,
27-30.

Ibid. 32, 33.

Ibid. 35.

Die sequenti, quum esset in navi et maxima esset tempestas, ita quod navis fluctibus operiebatur, et Apostoli ac ceteri mergi timebant, Christus imperavit ventis, et mari præcepit : Tace (inquiens) et obmutesce. Moxque in instanti facta est grandis tranquillitas. Quo viso, qui fuerunt in navi, venerunt et adoraverunt Christum, dicentes : Vere Filius Dei es tu. Non enim ventus et mare poterant obedire nisi proprio Creatori. Post hæc paralyticum in lecto jacentem, a quatuor viris allatum, curavit, dicendo : Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et fecit sic. Deinde, quum pergeret ad suscitandum filiam Jairi archisynagogi defunctam, mulier quæ duodecim annis fluxum sanguinis fuit perpessa, nec ab aliquo poterat adjuvari, tangendo fimbriam vestimenti Christi, protinus est curata. Ingressus deum archisynagogi domum, apprehendit manum puellæ defunctæ, et ait : Puella, surge. Protinusque surrexit, et jussit ei dari aliquid ad edendum. Quo viso, admirati sunt parentes puellæ stupore vehementissimo. Egrediens inde Salvator, duobus cæcis restituit visum; et paulo post mutum atque obsessum a dæmonio liberavit et loquela donavit. Circuivit itaque Dominus Jesus civitates, castella et villas, prædicans evangelium regni Dei, cu-

A ransque omnem languorem et omnem infirmitatem.

Præterea, convocatis ad se duodecim Apostolis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, potestatem quoque curandi omnem languorem et omnem infirmitatem. Præcepitque eis, dicens : Euntes prædicate, dicentes quia appropinquavit regnum cælorum; infirmos curate, leprosos mundate, mortuos suscite, dæmones ejicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam. Quicumque autem non receperint vos, tolerabilius erit in die judicii Sodomitis quam illis. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Infideles autem tradent vos in conciliis, et flagellabunt vos; et ante reges ac præsides ducemini propter me. Quum vero tradent vos, nolite cogitare quid aut qualiter loquamini. Ego enim dabo vobis et sapientiam cui poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest corpus et animam perdere in gehennam. Regnum cælorum vim patitur, et violenti (id est, qui vincunt et frangunt proprias voluntates et concupiscentias carnis) rapiunt illud.

Insuper, quum Christus venisset juxta civitatem Naim, et adolescens defunctus, filius unicus matris suæ, deferretur ad tumulum, misertus matris defuncti, dixit ad eum : Adolescens, tibi dico, surge. Protinusque surrexit; et dedit illum matri suæ. Quumque abisset in locum desertum, et magna eum turba esset secuta, nec haberent quod manducarent, accepit Jesus quinque panes et duos pisces, benedixitque eis et jussit turbæ apponi. Manducaverunt itaque omnes, et saturati sunt. Duodecim quoque cophinos repleverunt Apostoli ex fragmentis quæ superfuerunt. Manducantium autem numerus fuit quin-

Matth. x, 1,
7-9.

Ibid. 14-20.

Luc. xxi, 15.

Matth. x,
38.

Ibid. xi, 12.

Luc. vii, 11-15.

Matth. xiv,
13-21.

- que millia virorum, exceptis mulieribus **A** et parvulis, intelligendo per parvulos, eos qui citra viginti annos fuerunt. Post hæc, quum Apostoli essent in navi, venit Jesus ad eos ambulans super mare. Quumque venisset in terram Genesar, miserunt viri loci illius in universam regionem illam, et adduxerunt ad Jesum omnes infirmos, curavitque eos; et quicumque fimbriam vestimenti ejus tangebant, mox sanabantur.
- Matth. xv. 25.* Quum inde rediret Jesus, filiam mulieris Chananæ solo jussu a dæmonis obsessione, corpore absens, curavit. Post hoc veniens circa mare Galilææ, ascendit in montem, et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum cæcos, et mutos, et claudos, ac debiles, et alios multos infirmos; projeceruntque eos ante pedes Christi, qui universos sanavit. Quumque turba triduo secum mansisset, pavit quatuor millia, præter mulieres et pueros, ex septem panibus et paucis pisciculis, ita quod septem sportæ manserant ex fragmentis.
- Ibid. 34-36.* Præterea interrogavit Christus Apostolos, dicens: Quem me dicunt homines esse? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi. Ait ei Jesus: Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus (quia in fide firmus), et super hanc petram (id est fidei tuæ firmitatem) ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum: et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum **D** et in cælis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in cælis. Tunc dixit Christus Apostolis, quia oporteret eum ire Jerosolymam, et multa pati a senioribus et Scribis atque principibus sacerdotum, et occidi, et tertia die resurgere. Dixitque discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me.
- Marc. viii. 27.* Post hæc duxit Petrum et Jacobum ac Joannem in montem excelsum; et transfir- **C** guratus est ante eos, resplenduitque facies ejus ut sol. Apparuerunt quoque Moyses et Elias loquentes cum eo. Tunc nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube insonuit, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite.
- Ante præscripta quoque miracula mutavit Christus aquam in vinum in nuptiis, et filium reguli, qui mori incipiebat, imperiose curavit. Postmodum quemdam a nativitate cæcum illuminavit, et Lazarum militem, qui per quatuor dies fuerat mortuus, suscitavit. Decem etiam leprosos simul curavit; atque in die Palmarum multos cæcos et surdos curavit in templo.
- Et ecce omnia mirabilia ista fecit Christus infra brevissimum tempus, videlicet infra tres annos et dimidium. Verumtamen non nisi pauca de mirabilibus ejus a beatissimis Evangelistis descripta sunt, quia sanctus evangelista Joannes in fine evangelii sui testatur: Multa alia fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum posse capere eos qui scribendi sunt libros.
- Joann. ii. 1-11.*
Ibid. iv. 46-54.
Ibid. ix. 1-7.
Ibid. xi. 1-44.
Luc. xvii. 12-14.
Matth. xxi. 14.
Joann. xxi. 25.

ARTICULUS VII.

Prosecutio de Christi doctrinis.

POST præinducta interrogatus ab Apostolis Christus quis major esset in regno cælorum, respondit: Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum, hoc est, Nisi humiles, pii et innocentes facti fueritis, cælestem non poteritis gloriam adipisci. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Væ homini illi per quem scandalum venit. Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis; dico enim vobis, quia angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei. Si peccaverit in te (id est te sciente) frater **D**

Matth. xviii. 1, 2.
Ibid. 6. 7.
Ibid. 10.
Ibid. 15-17.

tuus, vade et corripue eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum; si autem te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si eos non audierit, dic Ecclesie. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut gentilis et publicanus. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc dixit Petrus ad Christum: Domine, quoties ignoscam peccanti in me? an usque septies? Respondit Jesus: Non dico tibi, Usque septies, sed, Usque septuagies septies, id est, quotiescumque peccaverit in te, ei ignosces.

Matth.
xviii, 20-22.

Ibid. xix,
21-22.

Ibid. xx, 17-
19; Luc.
xviii, 31-
32.

Matth.
xvii, 35-40;
Luc. x, 27.

Dixit præterea Jesus ad divitem quemdam: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veniens sequere me. Quo audito, ille abiit tristis. Dixitque Christus: Dico vobis quod dives difficulter intrabit in regnum cælorum. Ascendens post hæc Jesus Jerosolymam, dixit Apostolis: Ecce ascendimus Jerosolymam, et implebuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Christo. Tradetur enim principibus sacerdotum et Scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum, et tertia die resurget. Interrogatus quoque Christus a quodam legis doctore, quod esset mandatum magnum in lege, respondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et in tota mente tua, et ex omnibus viribus tuis. Secundum autem mandatum simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet et Prophetæ.

A passionem, sicut secundo libro copiosissime est probatum: quoniam Christi passionem Prophetæ concorditer prædixerunt, et Evangelistæ eandem concorditer descripserunt.

Itaque, sicut evangelista Joannes in suo evangelio docet, Christus die proximo ante suam passionem, cum discipulis suis cenam in Jerusalem fecit, eisque suam passionem, resurrectionem, Spiritus Sancti missionem clarissime prænuntiavit, Sacramentum corporis et sanguinis sui instituit, Apostolorumque pedes lavit ac tersit, atque eisdem pulcherrimum fecit sermonem, inter cetera dicens eis:

Joann. xii-
xvii.

Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Vado parare vobis locum, et iterum venio, et assumam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis. Ego sum via, veritas et vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Qui videt me, videt et Patrem: quia ego in Patre, et Pater in me est. Qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado, et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut clarificetur Pater in Filio. Si diligitis me, mandata mea servate; et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis. In illo die cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum; et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille docebit vos omnia, et suggeret vobis omnia quæcumque dixerit vobis.

Ibid. xiv,
1-3.

Ibid. 6.

Ibid. 9, 10.

Ibid. 12, 13.

Ibid. 15-17.

Ibid. 20.

Ibid. 21.

Ibid. 23.

Ibid. 26.

Qui manet in me, fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur in ignem gehennæ. Hoc est præceptum meum, ut

Ibid. xv, 5.

6.

Ibid. 12-
14.

ARTICULUS VIII.

De sermone Christi in Cæna.

NIHL tam stultum est, sicut quod Mahomet asserit Jesum esse Christum in lege promissum, et tamen ipsius negat

- diligatis invicem sicut dilexi vos. **A** **hac dilectionem nemo habet**, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum
- Joann. xv, 16.*
- Ibid. 18-20.* afferatis, et fructus vester maneat. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Si me persecuti sunt, et vos persequentur.
- Ibid. 22-25.* Si non venissem, et locutus eis fuisset, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui odit me, odit et Patrem meum. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem et viderunt, et oderunt me et Patrem
- Ibid. 26-27.* meum gratis. Quum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre meo, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me; et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.
- Ibid. xvi, 1-7.* Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Sed venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo; et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me. Hæc locutus sum vobis, ut quum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis. Et nunc vado ad eum qui me misit. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, paracletus Spiritus Sanctus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, et quæ futura sunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Sed vos nunc quidem tristitiam habetis; iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum
- Ibid. 12-15.*
- Ibid. 22.*
- A** nemo tollet a vobis. Exivi a Patre, et veni in mundum; iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo presuram habebitis; sed confidite, ego vici mundum.
- Joann. xvii, 28.*
- Ibid. 32.*
- B** Hæc locutus est Jesus, et sublevatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. Ego clarificavi te super terram; opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu, Pater, apud te ipsum, claritate quam habui antequam mundus esset. Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedisti; et sermonem tuum servaverunt. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt; et omnia mea tua sunt, et tua mea sunt. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum in caritate. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes sint unum. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater juste, mundus te non cognovit; ego autem cognovi te, et hi cognoverunt quia tu me misisti. Et notum eis feci nomen tuum, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.
- Ibid. xvii, 1-4.*
- Ibid. 9-11.*
- Ibid. 13.*
- Ibid. 17.*
- Ibid. 20-21.*
- Ibid. 24-26.*
- D** Hæc ex præfato sermone breviter sumpta sunt. Ex quibus luce clarius innotescit, quam clarissime Christus omnia præcognovit, suamque passionem, resurrectionem, ascensionem, Spiritus Sancti missionem, Apostolorum illuminationem et prædicationem prædixit.

ARTICULUS IX.

www.libtool.com.cn
De Christi passione.

QUUM Christus pro hominibus passus sit, ingratisissimi comprobantur qui ejus passionem sanctissimam non confitentur, nec reminiscuntur, nec venerantur. Nunc igitur breviter describenda est passio Christi, quæ salus est mundi atque redemptio generis humani.

Luc. xxii, 1. Appropinquavit dies festus Judæorum

Matth. xxvi, 1, 2. qui dicitur Pascha, et dixit Christus discipulis suis : Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur.

Ibid. 17 ; Luc. xxii, 8. Prima autem die Azymorum misit Petrum et Joannem, dicens : Euntes in civitatem Jerusalem, parate nobis pascha, id est agnum paschalem. Et cœnantibus Christo atque discipulis, dixit ad eos : Unus vestrum me tradet. Et iterum dixit : Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Respondit Petrus : Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait ei Jesus : Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus secundo

Matth. xxvi, 21. cantabit, ter me negabis.

Ibid. 31, 32, 34. Egressus autem post Cœnam Jesus trans torrentem Cedron, venit in villam Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus. Dixitque eis : Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpto Petro et Jacobo ac Joanne, cœpit contristari et pavere et tædere. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Verumtamen passiones illas Christus sponte et ex deliberata ratione assumpsit, ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, et propter alias causas. Et progressus pusillum, procidit in faciem super terram, orans et dicens : Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen tua voluntas fiat. Quumque tertio hoc orasset, apparuit ei angelus de cœlo. Et factus in agonia, prolixius oravit; et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quumque redisset ad discipulos, ait : Eamus; ecce qui me tradet prope est.

Joann. xviii, 1 ; Matth. xxvi, 36. Egressus autem post Cœnam Jesus trans torrentem Cedron, venit in villam Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus. Dixitque eis : Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpto Petro et Jacobo ac Joanne, cœpit contristari et pavere et tædere. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Verumtamen passiones illas Christus sponte et ex deliberata ratione assumpsit, ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, et propter alias causas. Et progressus pusillum, procidit in faciem super terram, orans et dicens : Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen tua voluntas fiat. Quumque tertio hoc orasset, apparuit ei angelus de cœlo. Et factus in agonia, prolixius oravit; et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quumque redisset ad discipulos, ait : Eamus; ecce qui me tradet prope est.

Matth. xxvi, 27 ; Marc. xiv, 33. Egressus autem post Cœnam Jesus trans torrentem Cedron, venit in villam Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus. Dixitque eis : Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpto Petro et Jacobo ac Joanne, cœpit contristari et pavere et tædere. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Verumtamen passiones illas Christus sponte et ex deliberata ratione assumpsit, ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, et propter alias causas. Et progressus pusillum, procidit in faciem super terram, orans et dicens : Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen tua voluntas fiat. Quumque tertio hoc orasset, apparuit ei angelus de cœlo. Et factus in agonia, prolixius oravit; et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quumque redisset ad discipulos, ait : Eamus; ecce qui me tradet prope est.

Matth. xxvi, 38. Egressus autem post Cœnam Jesus trans torrentem Cedron, venit in villam Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus. Dixitque eis : Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpto Petro et Jacobo ac Joanne, cœpit contristari et pavere et tædere. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Verumtamen passiones illas Christus sponte et ex deliberata ratione assumpsit, ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, et propter alias causas. Et progressus pusillum, procidit in faciem super terram, orans et dicens : Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen tua voluntas fiat. Quumque tertio hoc orasset, apparuit ei angelus de cœlo. Et factus in agonia, prolixius oravit; et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quumque redisset ad discipulos, ait : Eamus; ecce qui me tradet prope est.

Ibid. 39, 42, 44. Egressus autem post Cœnam Jesus trans torrentem Cedron, venit in villam Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus. Dixitque eis : Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpto Petro et Jacobo ac Joanne, cœpit contristari et pavere et tædere. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Verumtamen passiones illas Christus sponte et ex deliberata ratione assumpsit, ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, et propter alias causas. Et progressus pusillum, procidit in faciem super terram, orans et dicens : Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen tua voluntas fiat. Quumque tertio hoc orasset, apparuit ei angelus de cœlo. Et factus in agonia, prolixius oravit; et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quumque redisset ad discipulos, ait : Eamus; ecce qui me tradet prope est.

Luc. xxii, 43, 44. Egressus autem post Cœnam Jesus trans torrentem Cedron, venit in villam Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus. Dixitque eis : Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpto Petro et Jacobo ac Joanne, cœpit contristari et pavere et tædere. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Verumtamen passiones illas Christus sponte et ex deliberata ratione assumpsit, ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, et propter alias causas. Et progressus pusillum, procidit in faciem super terram, orans et dicens : Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen tua voluntas fiat. Quumque tertio hoc orasset, apparuit ei angelus de cœlo. Et factus in agonia, prolixius oravit; et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quumque redisset ad discipulos, ait : Eamus; ecce qui me tradet prope est.

Marc. xiv, 42. Egressus autem post Cœnam Jesus trans torrentem Cedron, venit in villam Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus. Dixitque eis : Sedete hic donec vadam illuc et orem. Et assumpto Petro et Jacobo ac Joanne, cœpit contristari et pavere et tædere. Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem. Verumtamen passiones illas Christus sponte et ex deliberata ratione assumpsit, ad ostendendum in se veritatem humanæ naturæ, et propter alias causas. Et progressus pusillum, procidit in faciem super terram, orans et dicens : Mi Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen tua voluntas fiat. Quumque tertio hoc orasset, apparuit ei angelus de cœlo. Et factus in agonia, prolixius oravit; et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Quumque redisset ad discipulos, ait : Eamus; ecce qui me tradet prope est.

A Judas ergo traditor quum accepisset cohortem et a pontificibus ministros, venit illuc cum laternis et facibus et gladiis ac fustibus. Jesus itaque processit, et ait illis : Quem quæritis? Responderunt : Jesum Nazarenum. Dixit eis Jesus : Ego sum. Quo dicto, abierunt retrorsum, et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos : Quem quæritis? Dixerunt : Jesum Nazarenum. Ait : Dixi vobis quia ego sum; si ergo me quæritis, sinite hos abire. Cohors

Joann. xviii, 3 ; Matth. xxvi, 47.

B comprehenderunt et ligaverunt Jesum, et duxerunt eum ad Annam primum. Tunc Simon Petrus amputavit servo pontificis aurem : quam Christus ei restituit et sanavit. Dixitque Petro : Convertè gladium tuum in locum suum. An putas quod non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ Prophetarum? Annas vero interrogavit Jesum de doctrina sua. Qui ait : Ego palam locutus sum mundo; interroga eos qui me audierunt. Quo dicto, unus ministrorum dedit ei alapam, dicens : Sic respondes pontifici? Misitque Annas Jesum ligatum ad Caipham pontificem. Qui dixit ad Jesum : Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis an tu sis Christus, Filius Dei benedicti. Respondit : Tu dixisti quia ego sum. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cœli. Tunc cœperunt conspuere eum, et velaverunt faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt, et illudentes dixerunt : Prophetiza nobis, Christe, quis te percussit?

Joann. xviii, 4-8.

Ibid. 12, 13.

Ibid. 10 ; Luc. xxii, 51.

Matth. xxvi, 52-54.

Joann. xviii, 19-22.

Ibid. 24.

Matth. xxvi, 62, 64 ; Marc. xiv, 61, 62.

Marc. xiv, 65 ; Matth. xxvi, 67, 68.

D Mane facto, tradiderunt eum Pilato præsidi vinctum, dicentes : Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dari Cæsari, et dicentem se Christum regem esse. Dixit ergo Pilatus ad Jesum : Tu es rex Judæorum? Respondit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo. Et Pilatus : Ergo rex es tu? Ait : Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc

Matth. xxvii, 1, 2. Luc. xxiii, 2.

Joann. xviii, 33, 36, 37.

natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Tunc Pilatus dixit Judæis : Nullam causam mortis invenio in homine isto. Insistentibus vero pontificibus et ministris, apprehendit Pilatus Jesum et flagellavit. Milites quoque plectentes coronam de spinis, imposuerunt eam capiti ejus, et veste purpurea circumdederunt eum; et genu flexo illudebant ei, dicentes : Ave, rex Judæorum. Et percusserunt caput ejus arundine, dabantque ei alapas, et conspuerunt in eum. Exivit ergo Jesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum. Dixitque Pilatus Judæis : Ecce homo. At illi clamabant : Tolle, tolle, crucifige eum. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, tradidit Jesum voluntati eorum ut crucifigeretur. Et bajulans sibi crucem, exivit in Calvariæ locum, ubi crucifixerunt eum inter duos latrones, quemadmodum per Isaiam fuit prædictum : Cum sceleratis reputatus est. Jesus vero dicebat : Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Stabat autem juxta crucem Jesu Mater ejus. Quumque vidisset eam, et discipulum quem diligebat (puta Joannem) juxta eam, dixit Matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo : Ecce mater tua.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam; et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Hoc autem dixit ratione humanitatis suæ assumptæ, quæ videbatur quasi relicta a Deo in tam ignominiosissima ac amarissima passione. Postea dixit : Sitio. Et statim unus obtulit ei acetum felle mixtum. Quum ergo accepisset Jesus acetum, dixit : Consummatum est. Jesus autem iterum clamans voce magna, ait : Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, exspiravit. Et ecce velum templi scissum est a summo usque deorsum, et terra mota est, et petra scissæ

Joann. XVIII, 38; *Luc.* XXIII, 14. *Joann.* XIX, 1, 2.

Matth. XXVII, 29.

Marc. XV, 19; *Joann.* XIX, 2. *Joann.* XIX, 5, 15.

Matth. XXVII, 24, 26; *Luc.* XXIII, 25. *Joann.* XIX, 17, 18.

Is. LIII, 12. *Luc.* XXIII, 34.

Joann. XIX, 25-27.

Matth. XXVII, 45, 46.

Joann. XIX, 28.

Matth. XXVII, 48. *Joann.* XIX, 30.

Matth. XXVII, 50; *Luc.* XXIII, 46.

Matth. XXVII, 51, 52.

sunt; monumentaque aperta sunt, et multa corpora Sanctorum qui dormierant, surrexerunt a mortuis. Centurio autem et qui cum eo erant, videntes quia Jesus sic clamans exspirasset, timuerunt valde, dicentes : Vere hic homo Filius Dei erat. Et omnis turba eorum qui aderant ad spectaculum istud et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, revertebantur. Porro Jesu sepulto, dixerunt Judæi Pilato : Domine, seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam. Jube ergo custodi sepulcrum, ne discipuli ejus furentur corpus ipsius, et dicant plebi : Surrexit a mortuis. Respondit Pilatus : Habetis custodiam; ite, custodite sicut scitis. Illi igitur abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

Ecce quanta pro nostra redemptione passus est Filius Dei, qui etiam unam guttam sui pretiosissimi sanguinis pro nobis fundendo, potuit nos salvare. Sed tam acerbissimam ac ignominiosissimam mortem pati elegit, ut nobis abundantius subveniret, et summæ patientiæ fortitudinisque exemplum ostenderet, suam quoque ardentissimam caritatem atque ineffabilem pietatem et obedientiam plenam doceret. In hac ergo saluberrima Christi passione virtutes discimus universas, dæmonumque tentationibus prævalemus. Imo ab ea virtutem et gratiam sortiuntur universa sacramenta Ecclesiæ. Nec est aliud tam efficax medium ac exercitium superandi universa peccata et proficiendi in omni virtute et gratia, ut cordialis ac frequens meditatio passionis Domini nostri Jesu Christi.

ARTICULUS X.

De Christi resurrectione, apparitione et ascensione.

TERTIA die a Christi passione, venerunt valde mane devotæ mulieres ad monumentum, ut ungerent corpus Jesu Christi. Quibus apparuit angelus, dicens : Je-

Matth. XXVII, 54; *Marc.* XV, 39.

Luc. XXIII, 48.

Matth. XXVII, 62-64.

Marc. XVI, 1, 2.

Matth. XXVIII, 3, 6.

sum quæritis ; non est hic, surrexit sicut A prædixit. Eadem die apparuit Jesus primo beatissimæ Mariæ Magdalene, deinde pluribus feminis sanctis, tertio autem sacratissimo Petro apostolo, quarto duobus discipulis, quinto undecim Apostolis. Sequentibusque diebus frequenter apparuit. Imo, ut Lucas evangelista testatur, post resurrectionem suam per dies quadraginta apparuit suis fidelibus, se vere resurrexisse declarans. Apparuit quoque Jacobo apostolo, et plusquam quingentis fratribus simul. Porro quadagesimo a sua resurrectione die, bis apparuit : primo undecim Apostolis simul edentibus ; deinde in monte eisdem ac aliis multis, qui simul fuerunt centum viginti aut circiter : in quorum præsentia ascendit in cælum, suscepitque eum nubes ab oculis eorum. Quumque intuerentur eum ascendentem, duo angeli apparuerunt, dicentes : Quid statis adspicientes in cælum ? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Tunc regressi sunt pariter in Jerusalem cum grandi lætitia, et diebus ac noctibus orationi jejuniisque vacabant, præparantes se ad susceptionem Spiritus Sancti, quem decimo die post ascensionem suam Christus misit eisdem, ut primo libro plenius est relatam.

ARTICULUS XI.

De vita sanctissima Apostolorum ac primitivæ Ecclesiæ post missionem Spiritus Sancti.

QUALITER autem sancti Apostoli, suscepto Spiritu Sancto, repleti sunt omni constantia, sapientia, fervore, peritiaque linguarum cunctarum, et quomodo tunc in Jerusalem prædicaverunt, miracula peregerunt, ac multa millia convertunt, breviter tactum est primo libello. Multitudinis vero primorum illorum fidelium fuit cor unum et anima una ; nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid

suum esse dicebat, sed omnia erant illis communia. Perseverabant autem in doctrina Apostolorum et communicatione Eucharistiæ et orationibus. Fuitque gratia magna in omnibus illis, ita quod metus ingens erat in ceteris universis. Nec aliorum quisquam audebat se conjungere illis, sed beatificabat eos populus. Ipsi vero unanimiter perseverabant in templo ; sumpseruntque cibum cum exultatione et simplicitate cordis, collaudantes Deum, et habentes gratiam ad omnem plebem.

B Quumque principes sacerdotum et indurati Judæi ista viderent, repleti invidia, posuerunt Apostolos in custodia publica. Angelus vero aperuit januas carceris, eduxitque illos, præcipiens ut in templo constantissime prædicarent.

Itaque primi illi fideles, sub Apostolorum regimine, juxta evangelicæ legis perfectionem Deo in omni sanctitate atque justitia servierunt, innumerabilia facientes miracula, et tribulationes pro Christo patientissime perferentes, orationibus, meditationibus ac laudibus Dei jugiter intendentes.

ARTICULUS XII.

De miraculis præclarissimis beatissimorum Apostolorum.

SICUT præhabitu est et probatum, non armorum potentia, non violentia præliorum, non humanæ sapientiæ verbis, non magicis artibus, sed per ignea verba Spiritus Sancti, per gloriosa et innumerabilia signa mundum converterunt ad Christum Apostoli.

Unde sacratissimus Apostolorum princeps tam innumerabilia et præclara fecit miracula, quod habitatores Jerusalem vicinarumque urbium ægros posuerunt in lectis in plateis Jerusalem, quatenus veniente Petro, umbra illius obumbraret quemquam illorum, et sanabantur. Denique claudum ex utero plene sanavit ; Tabitham suscitavit a mortuis ; Æneam, qui octo an-

Marc. xvi, 9.
Matth. xviii, 9.
Luc. xxiv, 34.
Marc. xvi, 13.
Luc. xxiv, 33, 36.
Act. i, 3.

I Cor. xv, 7, 6.

Marc. xvi, 14.

Act. i, 9, 15.

Ibid. ii, 1-4.

art. vii.

Act. iv, 32.

Act. ii, 42.

Ibid. iv, 23.

Ibid. ii, 43.

Ibid. v, 12.

Ibid. ii, 46, 47.

Ibid. v, 17-20.

lib. i, art. viii.

Act. v, 15.

Ibid. iii, 2-7.

Ibid. ix, 36-41.

Ibid. 33, 34.

natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Tunc Pilatus dixit Judæis : Nullam causam mortis invenio in homine isto. Insistentibus vero pontificibus et ministris, apprehendit Pilatus Jesum et flagellavit. Milites quoque plectentes coronam de spinis, imposuerunt eam capiti ejus, et veste purpurea circumdederunt eum; et genu flexo illudebant ei, dicentes : Ave, rex Judæorum. Et percusserunt caput ejus arundine, dabantque ei alapas, et conspuerunt in eum. Exivit ergo Jesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum. Dixitque Pilatus Judæis : Ecce homo. At illi clamabant : Tolle, tolle, crucifige eum. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, tradidit Jesum voluntati eorum ut crucifigeretur. Et bajulans sibi crucem, exivit in Calvariæ locum, ubi crucifixerunt eum inter duos latrones, quemadmodum per Isaiam fuit prædictum : Cum sceleratis reputatus est. Jesus vero dicebat : Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Stabat autem juxta crucem Jesu Mater ejus. Quumque vidisset eam, et discipulum quem diligebat (puta Joannem) juxta eam, dixit Matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo : Ecce mater tua.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam; et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Hoc autem dixit ratione humanitatis suæ assumptæ, quæ videbatur quasi relicta a Deo in tam ignominiosissima ac amarissima passione. Postea dixit : Sitio. Et statim unus obtulit ei acetum felle mixtum. Quum ergo accepisset Jesus acetum, dixit : Consummatum est. Jesus autem iterum clamans voce magna, ait : Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expiravit. Et ecce velum templi scissum est a summo usque deorsum, et terra mota est, et petra scissæ

Joann. XVIII, 38; *Luc.* XXIII, 14.
Joann. XIX, 1, 2.
Matth. XXVII, 29.
Marc. XV, 19; *Joann.* XIX, 3.
Joann. XIX, 5, 15.
Matth. XXVII, 24, 26; *Luc.* XXIII, 25.
Joann. XIX, 17, 18.
Is. LIII, 12.
Luc. XXIII, 24.
Joann. XIX, 25-27.
Matth. XXVII, 45, 46.
Joann. XIX, 28.
Matth. XXVII, 48.
Joann. XIX, 30.
Matth. XXVII, 50; *Luc.* XXIII, 46.
Matth. XXVII, 51, 52.

sunt; monumentaque aperta sunt, et multa corpora Sanctorum qui dormierant, surrexerunt a mortuis. Centurio autem et qui cum eo erant, videntes quia Jesus sic clamans expirasset, timuerunt valde, dicentes : Vere hic homo Filius Dei erat. Et omnis turba eorum qui aderant ad spectaculum istud et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, revertebantur. Porro Jesu sepulto, dixerunt Judæi Pilato : Domine, seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam. Jube ergo custodi sepulcrum, ne discipuli ejus furentur corpus ipsius, et dicant plebi : Surrexit a mortuis. Respondit Pilatus : Habetis custodiam; ite, custodite sicut scitis. Illi igitur abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

Ecce quanta pro nostra redemptione passus est Filius Dei, qui etiam unam guttam sui pretiosissimi sanguinis pro nobis fundendo, potuit nos salvare. Sed tam acerbissimam ac ignominiosissimam mortem pati elegit, ut nobis abundantius subveniret, et summæ patientiæ fortitudinisque exemplum ostenderet, suam quoque ardentissimam caritatem atque ineffabilem pietatem et obedientiam plenam doceret. In hac ergo saluberrima Christi passione virtutes discimus universas, dæmonumque tentationibus prævalemus. Imo ab ea virtutem et gratiam sortiuntur universa sacramenta Ecclesiæ. Nec est aliud tam efficax medium ac exercitium superandi universa peccata et proficiendi in omni virtute et gratia, ut cordialis ac frequens meditatio passionis Domini nostri Jesu Christi.

ARTICULUS X.

De Christi resurrectione, apparitione et ascensione.

TERTIA die a Christi passione, venerunt valde mane devotæ mulieres ad monumentum, ut ungerent corpus Jesu Christi. Quibus apparuit angelus, dicens : Je-

Marc. XV, 1, 2.
Matth. XXVIII, 5, 6.

sum quæritis ; non est hic, surrexit sicut **A** prædixit. Eadem die apparuit Jesus primo beatissimæ Mariæ Magdalene, deinde pluribus feminis sanctis, tertio autem sacratissimo Petro apostolo, quarto duobus discipulis, quinto undecim Apostolis. Sequentibusque diebus frequenter apparuit. Imo, ut Lucas evangelista testatur, post resurrectionem suam per dies quadraginta apparuit suis fidelibus, se vere resurrexisse declarans. Apparuit quoque Jacobo apostolo, et plusquam quingentis fratribus simul. Porro quadagesimo a sua resurrectione die, bis apparuit : primo undecim Apostolis simul edentibus ; deinde in monte eisdem ac aliis multis, qui simul fuerunt centum viginti aut circiter : in quorum præsentia ascendit in cælum, suscepitque eum nubes ab oculis eorum. Quumque intuerentur eum ascendentem, duo angeli apparuerunt, dicentes : Quid statis adspicientes in cælum ? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Tunc regressi sunt pariter in Jerusalem cum grandi lætitia, et diebus ac noctibus orationi jejuniisque vacabant, præparantes se ad susceptionem Spiritus Sancti, quem decimo die post ascensionem suam Christus misit eisdem, ut primo libro plenius est relatum.

ARTICULUS XI.

De vita sanctissima Apostolorum ac primitivæ Ecclesiæ post missionem Spiritus Sancti.

QUALITER autem sancti Apostoli, suscepto Spiritu Sancto, repleti sunt omni constantia, sapientia, fervore, peritiaque linguarum cunectarum, et quomodo tunc in Jerusalem prædicaverunt, miracula peregerunt, ac multa millia converterunt, breviter tactum est primo libello. Multitudinis vero primorum illorum fidelium fuit cor unum et anima una ; nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid

suum esse dicebat, sed omnia erant illis communia. Perseverabant autem in doctrina Apostolorum et communicatione Eucharistiæ et orationibus. Fuitque gratia magna in omnibus illis, ita quod metus ingens erat in ceteris universis. Nec aliorum quisquam audebat se conjungere illis, sed beatificabat eos populus. Ipsi vero unanimiter perseverabant in templo ; sumpseruntque cibum cum exultatione et simplicitate cordis, collaudantes Deum, et habentes gratiam ad omnem plebem. Quumque principes sacerdotum et indurati Judæi ista viderent, repleti invidia, posuerunt Apostolos in custodia publica. Angelus vero aperuit januas carceris, eduxitque illos, præcipiens ut in templo constantissime prædicarent.

Itaque primi illi fideles, sub Apostolorum regimine, juxta evangelicæ legis perfectionem Deo in omni sanctitate atque justitia servierunt, innumerabilia facientes miracula, et tribulationes pro Christo patientissime perferentes, orationibus, meditationibus ac laudibus Dei jugiter intendentes.

ARTICULUS XII.

De miraculis præclarissimis beatissimorum Apostolorum.

SICUT præhabitu est et probatum, non armorum potentia, non violentia præliorum, non humanæ sapientiæ verbis, non magicis artibus, sed per ignea verba Spiritus Sancti, per gloriosa et innumerabilia signa mundum converterunt ad Christum Apostoli.

Unde sacratissimus Apostolorum princeps tam innumerabilia et præclara fecit miracula, quod habitatores Jerusalem vicinarumque urbium ægros posuerunt in lectis in plateis Jerusalem, quatenus veniente Petro, umbra illius obumbraret quemquam illorum, et sanabantur. Denique claudum ex utero plene sanavit ; Tabitham suscitavit a mortuis ; Æneam, qui octo an-

Act. xii, 4-10. nis paralyticus jacuit, verbo erexit. Ab A Herode incarceratus, ab angelo est educ-
Ibid. x, 24-46. tus. Dum Cornelium centurionem et ejus amicos instrueret, descendit super illos Spiritus Sanctus in signo visibili, et loquebantur variis linguis. Filium Theophili principis Antiochiæ resuscitasse describitur. Romæ etiam coram imperatore et populo mortuum reduxit ad vitam. Stantemque eo coram iudice infideli, vultus suus miro refulsit splendore. Quumque pro Christo suspensus esset in cruce, capite deorsum verso et pedibus sursum, viderunt Christiani angelos cum rosis ac liliis ei adjacentes. Infinita fuerunt magnalia ejus, quibus per se ipsum ac suos discipulos Italiam, Africam, Galliam, Germaniam atque Hispaniam convertit ad Christum.

Insuper, sanctus evangelista Joannes totius Asiæ fundavit ac rexit Ecclesias. Quatuor mortuos suscitavit in Epheso. Missus ab imperatore Romano in calidissimi olei dolium, exivit illæsus. Venenum pravissimum absque læsione totaliter epotavit. Virgas et lapides in optimum aurum convertit. Margaritas comminutas et sparsas divina redintegavit virtute. Templum Dianæ orando destruxit. Totius Ecclesiæ statum agnovit futurum, et in Apocalypsi descripsit. In sepulcro se ipsum sanus locavit, cœlestique eum lumine ambiente, obdormivit in Christo; atque ex tunc ex sepulcro ejus manna effluxit.

Ibid. vni 3; ix, 1-22. Amplius, Paulus apostolus primo durissimus Christifidelium persecutor, quum ad persequendum Christianos proficisceretur Damascum, in via a Christo correptus et prostratus, in fidelissimum apostolum est conversus; raptusque fuit ad tertium cœlum, Deum quoque per essentiam vidit ad tempus. Post hæc orsus est

II Cor. xii, 2. prædicare, et tanta fecit prodigia, quod ex contactu sudariorum et semicinctorum ipsius, sanabantur omnes infirmi qui ea tangebant. In Lystris claudum a natiuitate curavit, dicendo: Surge super pedes tuos rectus. Eutychem de tertio cœnaculo lapsam ac mortuum, restituit vivum. Pa-

Act. xix, 11, 12.

Ibid. xiv, 7-9.

Ibid. xx, 9-12.

troclum quoque Neronis imperatoris pincernam defunctum, reduxit ad vitam. Innumerabilia fuerunt ejus miracula: nam et quum duodecim viros baptizasset, venit super illos in signo visibili Spiritus Sanctus, et loquebantur variis linguis. *Act. ix, 5-7.*

Porro Andreas apostolus quadraginta viros submersos qui ad eum navigare cœperunt, reductos ad littus et sibi adductos, pariter suscitavit: qui resuscitati, omnia quæ eis acciderant exposuerunt. Juvenem a canibus suffocatum, reduxit ad vitam. Totam Achaiam replevit ecclesiis. Quum mulier quædam maligna proprium filium atque Andream apostolum coram iudice falsissime accusasset, et super eos iudex damnationis protulisset sententiam, invocavit Andreas Christum; et ecce repente tonitru grande insonuit, terra contremuit, et mulier illa fulmine percussa interiit. Postremo Andreas ab Ægea proconsule cruci affixus, tanto lumine desuper fuit perfusus, quod per mediam horam nemo eum quivit adspicere; recedenteque lumine, anima ejus in altâ ascendit cœlorum. Ægeam vero eodem die diabolus horrenda occidit morte.

Insuper, S. Thomas apostolus missus a Christo ad Indiæ regem, in via sponsam cujusdam regis filiam cum sponso benedixit, sicut rex postulavit. Quum enim Thomas esset in nuptiis illis, nec aliquid manducaret, sed oculos teneret in cœlum fixos, quidam ministrantium alapam dedit ei. Quumque ille minister iret ad hauriendam aquam, accurrens leo eum occidit; canis quoque horribilis manum qua percussit Apostolum, morsu abscindens, eam in præsentia omnium coram Apostolo posuit, et admirati sunt universi, postulavitque rex ut Apostolus sponsam cum sponso benedicere dignaretur. Quo facto, Christus eisdem apparuit, atque Apostolum ad eos induxit, qui convertit eos ad fidem. Quibus et protinus duo angeli apparuerunt, hortantes eos ad castitatem servandam; feceruntque ita. Post hæc ad Indiæ regem perveniens, magnam ab eo pro con-

struendo palatio accepit pecuniam, quam totam rege absente dedit egenis; et populo prædicavit. Quod rex reversus conspiciens, Thomam incarceravit. Quo facto, frater regis defunctus est: qui quarto die resuscitatus, nuntiavit regi quod Thomas esset Dei amicus, et quod angeli ei servirent. Sicque regem et fratrem ejus ac multa millia S. Thomas convertit, atque innumerabiles ægros undique adductos simul curavit. Post hæc gloriosus Thomas in superiorem Indiam est profectus, ubi innumerabilibus fulsit miraculis, et multos valde convertit. Rex vero incredulus fecit eum nudis pedibus super laminas ferreas stare ardentem; fonsque erupit ibidem, et Thomas permansit illæsus. Tunc jussit eum rex in ardentem jactari fornacem, de qua die sequenti S. Thomas exivit illæsus. Tandem gladio est occisus. Hic felix Apostolus Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, Brachmanis et Indis fidem saluberrimam prædicavit.

Præterea, quum pagani Philippum apostolum ad sacrificandum Marti compellere vellent, egrediens draco, pontificis filium duosque tribunos occidit, ac ceteros suo infecit fœtore. Dixit ergo Philippus: Statuam istam confringite, et pro ea Christum Dominum adorete, ut infirmi vestri curentur et mortui suscitentur. Annuentibus igitur illis, S. Philippus suscitavit tres illos defunctos, curavitque ceteros; draconem quoque præcepit abire.

At vero Matthæus sanctus evangelista atque apostolus in urbem Æthiopiæ veniens, duos magos acerrimos qui se tanquam deos adorari fecerunt, convicit ac effugavit; regisque filium mortuum suscitavit: quo facto, rex et regina cum filio suo ac filia et populo sunt conversi.

Insuper, Bartholomæus sanctus et gloriosus apostolus magnum per omnia fructum et innumerabilia fecit miracula, regisque filiam curavit lunaticam, et dæmoni jussit ut idola frangeret. Quo facto, angelus cunctis ibi apparuit, eisque dæmonem quem in idolo colebant, in horrenda Æthi-

opis forma monstravit. Tunc rex cum regina ac filia multaque plebe fidem et sacrum suscepit Baptisma.—Aliorum Apostolorum gloriosa gesta ac divina miracula, brevitati studens, omitto, et hæc pauca de multis perstrinxi.

Ecce hæc fuerunt sanctorum arma Apostolorum, per quæ idololatriam destruxerunt, et mundum ad fidem cultumque Christi feliciter perduxerunt. Nec soli Apostoli, sed et posterii Christiani perfecti usque ad tempora ista hujusmodi operati sunt signa.

ARTICULUS XIII.

Quod martyres sancti amarissimas pro Christo mortes pertulerunt, et multis miraculis in suis suppliciis claruerunt.

SANCTUS Stephanus protomartyr, plenus gratia et fortitudine, faciebat signa et prodigia magna in populo. Quumque in concilio Judæorum falsissime accusaretur, redarguebat obstinatos Judæos liberissime. Videruntque vultum ejus tanquam vultum angeli radiantem. Ipse vero dicebat: Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem a dextris virtutis Dei. Continuo ergo ejecerunt eum Judæi, et lapidum projectionibus occiderunt. Ipse vero flexis genibus oravit pro ipsis. Hic gloriosus martyr, ut sanctus recitat Augustinus, septem mortuos post suum suscitavit martyrium.

Præterea, divinus Dionysius, qui primo fuit summus philosophus, a Paulo apostolo est conversus, et postea a S. Clemente Parisios missus est; ubi quum plurimos convertisset, a præside captus, et ab ejus ministris irrisus, colaphizatus, consputus, atque durissimis loris ligatus, et super cratem, suppositis flammis, extentus, inde ante ferocissimas bestias est projectus: quæ, eo signum crucis opponente, mansuetissimæ sunt effectæ. Post hæc in clibanum missus ardentem, exivit illæsus. Deinde cruci affixus, diu in ea afflictus

Act. vi. 8.
15.

Ibid. vii. 56.
60.

Ibid. xvii.
24.

est. Inde depositus, in carcere clausus est, in quo Christus ei apparuit. Tandem decollatus, caput propriis manibus erexit, atque per duo milliaria usque ad locum in quo sepultus est tulit. Tunc ibidem in aere audiebantur melodiæ angelorum dulcissimæ. Hic beatissimus martyr, doctor et præsul, profundissimos edidit libros de summa Trinitate, de una ac simplici Deitate, de angelica hierarchia, de mystica theologia, aliisque diversis materiis.

Insuper, S. Laurentius a Decio imperatore Romæ captus est, scorpionibus cæsus, fustibus verberatus; ejus quoque lateribus ardentes laminæ applicabantur. Post hæc plumbatis percussus est et scorpionibus denuo cæsus. Postremo super ferream cratem morose assatus, migravit ad Dominum. Post paucos dies Decius a dæmone arreptus, indesinenter clamavit: Adjuro te, o Laurenti, a tormentis his modicum cessa. Sicque ululando miserrime obiit. Quo viso, uxor ejus ac filia ad Christum conversæ sunt.

Denique, Dacianus præses S. Vincentium in equuleo fecit extendi, membrisque omnibus dissipari. Quo facto, dixit Daciano Vincentius: Hoc est quod semper optavi. Tunc ministri præsidis ferreos pectines usque ad interiora costarum Vincentii immiserunt, ita quod viscera pafuerunt interna, sanguisque ejus undique emanavit. Post hæc super craticulam est assatus, in tantum quod ejus viscera elabebantur. Deinde in teterrimum carcerem est retrusus, ligno affixus, et super testas acutissimas reclinatus. Tunc Christus carcerem immenso splendore replevit, testas mutavit in flores dulcissimos; advenientesque angeli, Vincentium solverunt a ligno atque dulcissimo refovebant solatio, cum ipso deambulantes ac Deum laudantes. Quumque odoris suavitas et angelicæ melodiæ dulcedo longius funderentur, videntes custodes carceris quæ fiebant in eo, conversi sunt. Tunc Vincentius tradidit spiritum; ejusque corpus jussit Dacianus jactari in

A campum, ut a feris ac avibus devoraretur. Angeli vero illud custodierunt. Nam et avis voracior ceteris, alias aves ac lupum a sancti corporis abegit contactu. Quo cognito, Dacianus quasi amens effectus, corpus, ingenti saxo ei alligato, in mari mergi præcepit. Sed revelante S. Vincentio, a fidelibus est inventum ac debita veneratione sepultum.

B Ecce quam horrenda supplicia sancti martyres pro Christi fide perpassi sunt, non hi tantum, sed plane innumerabiles valde. Hos etenim paucos quasi exempli gratia introduxi ad intelligendum de aliis.

Præterea, quod revera mirabilius exstat, non viri dumtaxat, sed et tenerrimæ virgines, illustrissimæ adolescentulæ non minora præactis sunt passæ tormenta.

C Siquidem præclarissima ac divinissima virgo Catharina, Costis regis filia, a Maxentio imperatore detenta, eo jubente, scorpionibus cæsa est, atque in obscurissimum carcerem trusa. Quumque imperatore absente, uxor ipsius cum Porphyrio militum principe visitasset nocte beatissimam Catharinam, vidit carcerem splendidissima luce repletum, et angelos plagas Catharinæ virginis perungentes. Tunc Catharina imperatoris conjugem atque Porphyrium cum militibus ducentis convertit. Christus quoque cum multitudine angelorum in carcere apparuit Catharinæ: Agnosce, inquiens, o filia, Creatorem tuum, pro quo laboriosum subiisti conflictum. Porro reversus Maxentius, quum Catharinam ad idololatriam inclinare non posset, quatuor rotas serris ferreis ac clavis acutissimis circumseptas, quarum duæ uno ordine, aliæ duæ contrario ordine volverentur, fieri jussit, ut inter eas Catharina projiceretur. Sed virgo sanctissima Christum oravit ut rotas illas destrueret; moxque angelus tanto impetu eas destruxit, quod quatuor millia gentilium interemit. Tunc decollata est virgo beata, et de ejus corpore pro sanguine lac manavit. Angeli quoque corpus ejus sumpserunt, atque in monte Si-

nai sepelierunt. De cujus corpore oleum exuberantissimum fluxit. Hæc sacratissima virgo in martyrii sui exordio quinquaginta doctissimos oratores gentiliumque magistros, loquente et operante per eam Spiritu Sancto, convertit. Qui ob hoc a Maxentio in ignem projecti, sic Deo animas reddiderunt, quod non solum eorum corpora, sed et capilli ac vestimenta manserunt ab igne illæsa.

Denique sanctissimam virginem Agatham jussit Quintianus judex alapis cædi, incarcerari, deinde in equuleo cædi, mamillamque ejus diutissime torqueri, et tortam abscidi. Quumque post hæc rursus esset incarcerata, venit ad eam beatissimus Petrus apostolus, eamque sanavit, et mamillam restituit. Post hæc fecit Quintianus eam sibi adduci, testasque fractas spargi, atque sub eis carbones ignitos immitti, et super eas S. Agatham nudo corpore volutari. Quod quum fieret, subito terræ motus est factus, totam civitatem concutiens, ita quod pars ejus corruens, duos consiliarios Quintiani oppressit; cunctusque populus exclamavit, propter injustum Agathæ cruciatum hæc fieri. Tunc territus Quintianus, jussit eam iterum incarcerari; ibique orans migravit ad Dominum. Quumque fideles corpus ejus in sarcophago collocassent, quidam juvenis speciosus cum plusquam centum viris pulcherrimis nunquam antea visis, qui angeli exstiterunt, adveniens, tabulam marmoream ad caput sanctissimæ Agathæ posuit, moxque cum viris illis disparuit.

At vero sanctam virginem Margaretam jussit præses in equuleo suspendi, tamque crudeliter laniari, quod de toto ejus corpusculo sanguis tam copiose effluxit quod præfectus chlamyde vultum suum operuit, ne tantam sanguinis videret effusionem. Deinde fecit ardentibus facibus eam comburi, atque ut durior fieret cruciatus ex commutatione pœnarum, mox post exustionem fecit eam in aqua frigida poni. Tunc repente contremuit terra, et virgo

A sancta exivit illæsa. Quo viso, quinque virorum millia sunt conversa, atque pro Christo capitalem sententiam acceperunt. Tunc timens præfectus ne et alii converterentur, eam decollari festinanter præcepit.

Præterea, S. Christinam virginem pater ejus idololatra præcepit a viris duodecim dirissime flagellari, corpusque ejus unguulis radi, ac tenera ejus membra dirumpi. Deinde jussit eam super rotam locari, et ignem oleumque supponi; sed flamma exsiliens, multos incredulorum occidit, eamque non tetigit. Tunc pater ejus jussit eam saxo alligatam in mare jactari. Angeli vero eam assumentes conservaverunt; et Christus eidem ibi apparuit eamque baptizavit et Michaeli archangelo commisit, qui eam reduxit ad terram. Post hæc in fornacem ardentem projecta, per quinque dies ibi mansit illæsa, cum angelis cantans atque deambulans. Aspides quoque et colubri ad eam emissi, ei nil nocuerunt, sed incantatorem interfecerunt, quem S. Christina suscitavit a mortuis. Tunc judex præcepit mamillas ejus abscidi, de quibus lac pro sanguine fluxit. Fecit quoque linguam ejus præcidi, nec tamen ipsa loquelam amisit. Idcirco iratus judex, sagittis eam occidit.

Ecce quanta passi sunt martyres sancti, et quam supernaturalem constantiam præstitit eis Christus, quantis etiam in ipso eorum martyrio eos honoravit miraculis. Nec aliter fides christiana inter tam immanissimas persecutiones ita crevisset ac invalisset. Innumerabilia enim his similia contigerunt sæpissime ubique terrarum. Agnoscat ergo operata virtus divina. Omnes equidem isti Deum esse unum ac trinum Christumque esse Deum et hominem sunt confessi. Quis Sarracenorum tanta pro sua sustinuit fide? Aut in cujus eorum occisione Deus tanta fecit miracula, testimonium perhibendo legi eorum? Convertantur ergo ad Christianismum, ut consequantur felicitatem cœlestem, deformem ac sempiternam.

ARTICULUS XIV.

De multis sanctis Christianis qui fecerunt miracula.

DE vita sanctissima, innumerabilibus præclarissimisque miraculis sanctorum martyrum, confessorum ac virginum, multi et magni libri fide dignissimi sunt conscripti. Et sicut superius est inductum, Romanus Pontifex, qui est prælatus Ecclesiæ, neminem canonizat, nisi cujus vitam Deus per miracula approbat. Nec miracula quæ facta narrantur, faciliter recipit factave credit, sed diligentissime discutit, et copiosissimam certissimamque testimonem requirit, etiam plusquam incredulorum quispiam credere potest. Idcirco, quamvis quæ recito non nisi brevissime tangam, certissime tamen credenda sunt : præsertim quum efficaciter sit probatum christianam fidem non nisi per copiosa miracula esse receptam, diffusam et conservatam. Nunc ergo de his aliqua breviter sunt tangenda.

lib. II, art. IV.
lib. I, art. VII, VIII.

S. Thecla nec ab igne neque a feris potuit lædi. S. Agnes præfecti Romanorum filium suscitavit a mortuis, atque in medio ignis stetit illæsa.

Sanctus pontifex Nicolaus quum infans baptizaretur, stetit erectus ; quarta et sexta feria semel tantummodo ubera suxit. Divina revelatione episcopus factus est. Innumera adhuc vivens miracula fecit ; moriens quoque, vidit angelos sanctos venientes pro anima sua. Eo autem sepulto, fons olei a capite et fons aquæ a pedibus ejus in multorum medelam ægrorum eruperunt. Post mortem etiam excellentissima fecit miracula, pluresque mortuos suscitavit.

S. Martinus vivens in corpore, tres suscitavit defunctos. Irrationalia ejus obedierunt imperio ; et Arianis Deum esse in personis trinum negantibus, fortissime restitit. Prophetiæ spiritu fulsit. Quumque migrasset ad Dominum, vultus ejus tanquam facies corporis glorificati resplenduit.

A S. Silvester Papa a præfecto captus, dixit eidem : Stulte, hac nocte morieris atque æterna tormenta recipies, veramque esse fidem Christianorum per tormenta cognoscas. Et factum est ita. Taurum ferocissimum mortuum, virtute Christi resuscitavit. Draconem venenosissimum in fovea profundissima jacentem plurimosque quotidie suo flatu necantem, ligavit atque ab omni fecit infectione cessare ; duosque viros a dracone infectos, pene extinctos curavit.

B S. Benedictus prophetiæ spiritu plenus, tres suscitavit defunctos ; ejusque meritis discipulus suus Maurus super aquas sine submersione cucurrit, puerumque submersum eduxit illæsum. Innumera et valde præclara sunt ejus miracula : nam et duodecim fontes fecit supernaturaliter de terra erumpere.

S. Germanus episcopus filium Volusiani principis suscitavit a mortuis. Similiter proprium asinum quo vehebatur, mortuum resuscitavit ; vituli quoque occisi atque comesti ossa recolligens, resuscitavit eundem, et alia fecit signa eximia.

S. Dominicus inter cetera sua prodigia, adhuc vivens duos reduxit defunctos ad vitam. S. Franciscus innumera fecit miracula, prophetiæ præditus gratia. Oves et bestiæ ei obedierunt ; ferocissimum lupum fecit mitissimum. Quinque mortuos mortuos suscitavit. S. Hilarius præsul suscitavit mortuum unum ; S. Samson episcopus, mortuos quatuor.

S. Bernardus infinita fecit miracula, etiam valde magna : siquidem cæcos, surdos, mutos et claudos a nativitatis exordio, gloriose curavit, et unum suscitavit defunctum. Idem fuit ei tangere et curare : siquidem tot et tanta egit miracula, quod describi non poterant. Nam uno die aliquando triginta novem fecit miracula ; atque prophetica plenus exstitit gratia. De cujus sanctitate, gestis et signis edita sunt quinque præclara volumina.

S. Julianus martyr S. Anastasium suscitavit defunctum. S. Alexander Papa filium

S. Hermetis martyris suscitavit a mortuis. Sanctus doctor Hieronymus post mortem suam simul suscitavit tres mortuos : qui resuscitati, retulerunt S. Cyrillo impiorum tormenta quæ viderant. Gloriosissimam Ursulam reginam, virginem ac martyrem, ejusque præstantissimam societatem, videlicet undecim millia virginum, Deus altissimus copiosis glorificavit miraculis. Porro de signis, virtutibus atque miraculis summæ et incomparabilis virginis Mariæ, matris Christi, editi sunt libri quamplures omni veritate pollentes.

Et brevier, sanctorum Christianorum, qui ista et consimilia sunt operati miracula, qui super aquas ambulaverunt, et lingua abscissa locuti sunt, et nec a feris neque ab igne lædi potuerunt, multaque alia fecerunt similia, multitudo exstat innumerabilis nobis. Sed ista piis auditoribus sufficere merito possunt ac debent ad fidei christianæ assensum.

ARTICULUS XV.

De sacrosancta conversatione sanctorum patrum in eremo ac aliorum.

QUEMADMODUM dicere solent philosophi quod operatio arguit formam, sic dicimus quod conversatio pandit legem. Denique, ut Aristoteles loquitur, virtus rei attenditur penes maximum in quod potest. Attendite ergo, o Sarraceni, qualis fuerit vita illorum qui juxta Christi doctrinam, consilia et præcepta perfecte sunt conversati. Tales indubitanter fuerunt illi divinissimi eremitæ qui in diversis solitudinibus, in antris ac cellulis, Deo altissimo et æterno purissima ac ardentissima mente intenti die ac nocte fuerunt, orando, meditando, psallendo ac contemplando, ab omni terrena sollicitudine, ab omni sæculari inquietudine, ab omni carnali affectione liberi et abstracti, humana vitantes colloquia, atque angelica frequenter habentes alloquiâ.

Hanc vitam anachoreticam ac eremiti-

cam tempore Apostolorum sacratissima ac ferventissima Maria Magdalene cunctis Christianis ostendit : quæ in vastissima eremo, omni humano destituta solatio, triginta annis angelicam ducens vitam, nec alicui visa, quotidie corporalibus auribus cœlestium audivit cantuum melodias dulcissimas ; omnique die septies ab angelis sanctis in aere levabatur, atque illorum consortio et affatu assidue fruebatur.

Post hanc fuit S. Paulus, qui primus dicitur eremita. Qui quum sedecim esset annorum, perrexit in eremum, ibique solus soli Deo vacans, cunctis hominibus mansit incognitus, quousque factus est centum tredecimque annorum. Tunc enim Deus S. Antonio eremitæ de S. Paulo revelavit quod latuit, et perrexit ad Paulum. Quumque colloquerentur, corvus integrum panem detulit eis. Dixit igitur Paulus : Vere bonus Dominus. Sexaginta anni sunt quod quotidie dimidium panem accepi ; hodie propter tuum adventum integer datus est panis. Quum autem Paulus genibus flexis orando spiritum tradidisset, vidit Antonius animam ejus ab angelis ferri in cœlum. Post hoc volens B. Antonius sepelire sanctissimum Paulum, quum non haberet fossorium, contristatus est valde, quia sepulcrum facere non valebat. Et ecce repente duo leones ex interiori solitudine accurrentes, circa pedes defuncti accubuerunt, ingenti fremitu rugientes, atque ut poterant lamentantes. Deinde humum pedibus suis scalpentes, aptum corpori sancto fecerunt sepulcrum. Moxque Antonium accedentes, manus ejus et pedes lingebant, dejecta quoque cervice, quasi benedictionem ab eo petebant ; benedixitque eis et abire præcepit.

Præterea ipse beatissimus pater Antonius, vir apostolicæ sanctitatis, infinitis clarus miraculis, totique mundo famosus, usque ad annum centesimum decimum vixit in eremo, pater innumerabilium monachorum. Qui Arianis et cunctis hæreticis invictissime restitit, prophetiæque gratia plenus fuit. Hunc Antonium circa con-

versionis suæ exordia dæmones acerrime tentaverunt, atque interdum quasi usque ad mortem vulneraverunt flagellis. Ipse vero diebus ac noctibus constantissime restitit illis, orando, abstinendo, vigilando, seque in omni exercitio sancto eremitico occupando. Hic Pater sanctissimus Arianam hæresim Deum esse trinum negantem, per duos annos prædixit futuram.

Insuper fuit et beatus pater Hilarion eremita, vir ineffabilis sanctitatis, qui et innumeris fulsit miraculis. Nam et cujusdam devotæ ac nobilis feminæ tres filios pestilentiali apostemate incurabiliter languidos, fusa ad Deum oratione, simul et subito ac perfecte curavit. Quumque tempore quodam mare ripas suas transcenderet, populi ad sanctissimum Hilarionem confugientes, petierunt auxilium. Ipse ergo properavit ad mare, seque erumpentibus opposuit aquis : quæ quasi vim passæ, in miram se altitudinem levaverunt ; sed Sancto orante, in suum alveum sunt relapsæ. Alia vice draconi multos inficienti præcepit ingredi ignem quem ei paravit, et paruit draco.

Fuit quoque sanctissimus pater Macarius, præclarissimis plenus miraculis, eximius Dei amicus. Imo innumerabiles tales fuerunt in eremo viri angelici ac cælestes, amantissimi Deo, quibus nil negabatur ab eo. Inter quos fuerunt Mutius atque Bessarion, quorum uterque fecit solem ad tempus stare in cælo ; item sacratissimus abbas Pacomius, cui angelus frequenter apparuit, et regulam monachorum de cælo tulit ; beatissimus quoque anachoreta Joannes, qui de cella nunquam exivit : cui pene omnia mundi secreta revelavit Spiritus Sanctus ; qui et prodigia maxima fecit.

Inter hos divinissimos Patres fuerunt Arsenius, Moyses, Pastor, Sisois, Isidorus, Apollonius, Pambo, et alii quasi innumeri, quorum omnium conversatio abstinentissima fuit : nam solo ac modico pane et aqua fuerunt contenti, aut herbarum ra-

A dicibus desertique fructibus. Quibus altissimas illuminationes, raptus et ecstases præstitit Spiritus Sanctus : ita quod ab omnibus exterioribus sensibus fuerunt sæpissime omnino abstracti, et in divitias gloriæ Dei absorpti, omni humilitate, patientia, mansuetudine, sapientia, caritate plenissimi, atque a Deo tot signis mirificati.

Nunc ergo, o Sarraceni, justo examine ponderate, discite, judicate cujus vita credenda sit Deo fuisse placentior, prophetali que gratia dignior : horum Patrum, an Mahometi tot uxoribus implicati, tot præliis occupati, et successorum ipsius, quorum nec vita nec mors a Deo per miracula proprie dicta est approbata. Et certissime omnes Patres illi sanctissimi Deum esse unum ac trinum, Christum quoque esse Deum et hominem, constantissime crediderunt. Denique usque in diem præsentem sunt multi religiosi, solitarii, eremitæ, illorum sanctorum Patrum vestigia imitantes, et in nomine Christi sæpe mira agentes.

ARTICULUS XVI.

De perfectione et excellentia sapientiæ et doctrinæ evangelicæ legis.

FILIUS Dei totam hominis beatitudinem in summæ veritatis æternæque bonitatis clara ac fructiva contemplatione docuit esse ponendam. Idcirco aptissima dedit media perveniendi ad eam. Quædam enim directe et per se ab illius beatitudinis adeptione impediunt hominem, quemadmodum peccata mortalia : et illa absolute prohibuit Christus. Quædam vero aliquo alio modo hominem ab illa felicitate elongant, ut venialia peccata : ideo ea dissuasit. Quædam a felicitate illa hominem dispositive occasionaliterque avertunt, non quia mala in se, sed quoniam præbent homini multiplicem occasionem peccandi, sicut temporales divitiæ, carnales deliciæ, mundani honores : et ista consuluit Christus esse vitanda, quatenus homo expedi-

tiori, liberiori, puriori ardentiorique mente inhæreat Deo. Hinc itaque Salvator consuluit terrena contemni, parentes, propinquos sobolemque relinqui, imo et propriam voluntatem omnino abnegare, dicendo : Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et sequere me ; itemque : Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, et cetera, propter me, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. Verumtamen uxor jam cognita, non est invita nec auctoritate propria relinquenda. Et iterum ait Christus : Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me.

Præterea, quia per nullam virtutem tam perfecte conjungitur homo Deo incommutabili et excelso sicut per caritatem, quæ omnium est virtutum regina, forma, vertex ac finis ; hinc Christus universa quæ docuit, consuluit ac præcepit, ordinavit ad hoc ut Deum naturaliter, totaliter ac incircumscribibiliter bonum, quantum possibile est in vita præsentī perfecte amemus. Porro tunc Deum perfecte diligimus, dum totum quod sumus, quod possumus, agimus et habemus, ad ipsum referimus, ad ejus amorem, honorem et gloriam omnia ordinantes. Quemadmodum enim totum quod sumus, quod valemus atque habemus, a Deo sancto, vivo et vero accepimus et tenemus ; sic omne illud ad ejus laudem, gloriam, amorem et honorem referre debemus, ita ut toto eum animo totoque spiritu diligamus, cunctarum quoque virium animæ operationes secundum divinæ exigentiam caritatis regamus ac regulemus. Hinc Christus in Evangelio protestatur (quod etiam Deus per Moysen in Deuteronomio dixit) : Primum et summum mandatum est, ut Dominum Deum nostrum toto corde, tota mente totisque viribus diligamus.

Præterea, quum multiplex exstet dilectio, puta, naturalis, socialis, familiaris, carnalis ac spiritualis : spiritualis dilectio est meritoria, Deoque grata ; carnalis vero

dilectio est foeda, vilis ac vitiosa ; ceteræ species dilectionis sunt indifferentes. Quum ergo spiritualem dilectionem inficiat et tollat amor carnalis, docuit Christus ut carnalem amorem omnino vitemus, in tantum ut nec parentes nec filios neque propinquos aliter quam spiritualiter diligamus. Spiritualis vero dilectio est qua nobis ac proximis volumus felicitatem æternam, donaque gratiæ ac virtutum et omnia media quibus ad illam pertingitur. Et quoniam per adversa, per tentationes, persecutiones, inopiam, ad æternam perducimur gloriam, quia per talia purgamur a vitiis, et donis gratiæ ac virtutum implemur, Christo quoque propter nos passo conformamur, et a futuris tormentis redimimur ; hinc docuit Christus ut omnia ista patienter feramus, neque ob talium irrogationem irascamur, indignemur, invidiamus, timeamus, turbemur, imo cum gaudio ea tanquam multipliciter fructuosa victorialiter patiamur, inimicos amando, odientibus benefaciendo, pro persecutoribus calumniatoribusque orando, nulli quoque malum pro malo reddendo, sed malum vincendo in bono.

Præterea, juxta evangelica documenta, duplex est amor. Unus est amor sui, alter est amor Dei. Amor sui est omnium vitiorum origo : et quanto quis amplius in sui amore abundat, tanto pluribus ac gravioribus impletur peccatis. Sed amor Dei est omnium actuum origo bonorum : et quanto quis in Dei amore magis abundat, tanto abundantioribus impletur actibus virtuosis. Amor etenim sui, est amor improbus et privatus, quo amamus nos ipsos perverse, videlicet non in Deo, neque secundum Deum, sed in nobismetipsis, ea optando, quærendo et amplectendo, quæ nobis secundum propriam affectionem delectabilia sunt, utilia seu honesta, videlicet, delicata cibaria, mulieres formosas, jocos, ludos, pecunias, divitias, dignitates, prælationes, honores : sicque ex amore sui nascuntur gula, luxuria,

Matth. xix,
21.

Ibid. 29.

Luc. ix, 23.

Matth. v,
11, 12, 44.

Rom. xii,
17, 21.

Marc.
xii, 29, 30;
Deut. vi, 5.

avaritia, acedia, ambitio, superbia, vanitas, dissolutio. Denique qui taliter amat se in se, odit, abhorret, et (si potest ac audet) persequitur eos a quibus sibi adversa atque injuriæ inferuntur : sicque ex isto improbo sui amore nascuntur odium, ira, impatientia, ultio, detractio, læsio aliorum. At vero amor Dei, est amor supernaturalis, spiritualis, infusus, quo Deum super omnia et nos ipsos in Deo diligimus, omnia illa desiderando, quærendo ac amplectendo, quæ nobis accommoda sunt ad complacendum Domino Deo, atque ut uniamur ei perfruamurque eo. Et ita ex isto amore omne bonum progreditur, utputa : libenter orare, meditari, abstinere, velle contemni, pati, corripere, castigari, et ceteri actus virtutum. Unde amor sui crescens usque ad contemptum Dei, facit hominem servum filiumque diaboli ; amor autem Dei crescens usque ad contemptum sui, constituit hominem servum adoptivumque filium Dei. Itaque, quanto in extirpatione privati amoris proficimus, tanto plus in Dei amore excrecimus ; quum vero privatam illum amorem plenarie eradicamus, tunc in Dei amore perfecti efficimur. Et enim venenum amoris divini, est amor sui ; minoratio autem privati amoris, est divini amoris profectus ; annihilatio vero privati amoris, est divini amoris perfectio. Hinc Christiani in Dei amore perfecti, in adversitatibus quasi in omnibus divitiis gloriantur, in tribulationibus et persecutionibus Deo regratiantur ; ad insistendum vigiliis, orationibus, abstinentiis, meditationibus, disciplinis, contemplationibus, et universis exercitiis virtuosis ac sanctis laboribus, infatigabiles, ferventes alacresque consistunt.

Præterea, Deum primo et incomparabiliter debemus diligere, potissime propter puram et infinitam bonitatem ipsius, deinde quoniam prior dilexit nos, itemque propter beneficia et promissa ipsius. Post Deum vero debemus amare nos ipsos in Deo, tertio proximos, quarto proprium corpus, ita quod proximos plus diligere

1 Joann. iv,
19.

A obligamur quam proprium corpus corporalemque vitam.

Itaque ab omni privato amore mentes nostras quotidie purificare conemur, et simpliciter eas in Deo, atque divino succendamus amore, omnemque hominem sæculi hujus in Deo diligamus ; et ab omnibus inordinationibus passionum ac vitiorum purgata sint corda nostra, ab omni superbia, ira, impatientia, avaritia, concupiscentia, acedia. Quo facto, Deus sublimis, dives et liberalis, qui est sol justitiæ solque sapientiæ infinitæ, valde munificenter, gratiose ac fortiter fulgebit in cordibus nostris, intellectum illuminando, affectum inflammando, memoriam in se stabiliendo, gratiarum charismata ibi omni die augendo, et hominem super se ipsum totaliter elevando. Ad istud perducit doctrina evangelicæ legis. Nec fingi potest legem talem non esse divinam, quæ scilicet talem homini præstituit finem, et ad eundem per media tam apta perducit ipsum.

ARTICULUS XVII.

De actibus divini amoris.

QUAMVIS amor carnalis sit vitiosus ac fœdus, tamen per ejus proprietates et actus congruentissime notificantur ac describuntur proprietates et actus spiritualis, divini ecstatiæque amoris.

Itaque primus effectus amoris carnalis prædominantis, qui amor ἔρωσ appellatur, est concavitas oculorum. Solent enim taliter amorosi habere oculos concavos et profundos : quoniam oculi sequuntur spiritus sese retrahentes atque ad locum æstimatorum concurrentes. Conformiter interiores oculi hominis divino amore ecstático inflammati profundantur in capite, id est in corde : quoniam intus est totum quod quærit, totum quod diligit ; extra nil cupit nisi ob interiora. Talis quippe sincerus et sanctus amator secretissimum ac superquietissimum Deum toto quærit affe-

ctu, præcordiali stringit amplexu, loquens cum beato Psalmista: Quid mihi est in cælo? et a te, Domine, quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. Itemque: Mihi adhærere Deo bonum est. Hoc expertus sanctus Isaias propheta, locutus est Creatori incircumscribibili omnia penetranti: Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel. Siquidem ipse est omni interno interior, omni secreto secretior, omni præsentis præsentior: qui animo depurato, ecstasice amoroso, occultissime fulget, serenissime se ostendit, munificentissime se diffundit, ita ut talis amator ex sententia dicat: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine! Qua gustata, omnis carnalis fastiditur sperniturque voluptas. — Præterea, taliter divino succensus amore oculos habet mentis jugiter introversos, ut vigilanter discutiat ac perpendat ne quid superdilectissimo Deo displicens, ne quid suæ sanctitatis offensivum, suæ majestatis inhonorativum existat in se, quatenus ei soli semper purum exhibeat habitaculum cordis sui. Rursus oculos introversos habet talis amator, ut sui dilecti occultos accessus atque recessus advertat. Accedit enim, dum devotione insolita mentem tangit; et quasi recedit, dum gratiosæ præsentis suæ experimentalem dulcedinem subtrahit: sicque velut ludum quemdam amoris cum anima sancta exercet.

Secundus effectus amoris carnalis prædominantis, desiccatio est membrorum. Taliter equidem amorosi arefiunt in membris, quia ex vehementi cordis applicatione circa rem dilectam, multiplicantur spiritus: per quod interiorem quamdam desiccationem incurrunt. Consimiliter in homine spiritualiter amoroso atque divinæ dilectionis flamma succenso, arefiunt vires animæ a carnalium voluptatum humore, a profluvio desideriorum carnalium, ab omni affectu terreno: ita ut hujusmodi amatore prorsus facillimum sit a carnalibus voluptatibus penitus abstinere, omni sensuali consolatione carere. Et quia hanc

divinam ac sanctam delectationem Mahometus perfidus et infelix nunquam fuit expertus, dixit in Alcorano: Concubitus abstinentiam Deus scit hominibus tum difficilem, tum impossibilem. Hinc dixit Psalmista: Renuit consolari anima mea (videlicet in rebus carnalibus); memor fui Dei, et delectatus sum.

Tertius effectus amoris carnalis prædominantis, est pauca et defectiva locutio. Nam taliter amorosi in absentia multa concipiunt, præsentibus vero modice ac defectively loquuntur: quoniam magnitudo affectionis verba abrumpit, spiritumque absorbet et dilecto infigit. Pariformiter ecstasice Dei succensus amore defectiva solet uti locutione. Sic namque in Canticis canticorum loquitur Sponsa: Dilectus meus mihi, et ego illi; itemque: Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. In his locutionibus amorosæ aliqua sunt suppleta. Non enim determinat Sponsa, id est anima virtuosa præservida, quid dilectus sit sibi, et quid ipsa sit illi. Sic ergo supplendum est, ut loquatur ratio pro affectu, quemadmodum Aaron loquebatur pro Moyse: Dilectus meus, videlicet Deus naturaliter infiniteque bonus atque amabilis, optime congruit et complacet mihi, ipse mihi intentus est, ipse desiderium, salus et consolatio mea est, quia in ipso est omnium honorum atque pulchrorum ac desiderabilium opulentia infinita possessioque perfecta (de quo sanctus David locutus est: In Deo salutarem meum et gloria mea; Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est); et ego illi intenta sum, ei placere desidero.

Quartus effectus amoris prædominantis carnalis, est siccitas oculorum, ita ut nec mors proximorum nec damna rerum lacrimas in taliter amorosis queant excutere. Sic homo spiritualis dilectionis ecstasice igne succensus, propter nulla temporalium damna rerum tristatur aut luget. In tantum enim circa summum bonum afficitur, quod temporalia parvi pendit. Denique, quum sint diversæ species devotionis

Ps. LXXII, 25, 26.

Ibid. 28.

Ibid. 15.

Ps. XXX, 20.

lib. II, art. XII.

Ps. LXXVI, 3, 4.

Cant. II, 16.

Ibid. VII, 10.

Exod. IV, 16.

Ps. LXXI, 8.

Septimus prædominantis carnalis amoris effectus, est quod taliter amorus dum videt rem rei dilectæ consimilem, valide inflammatur, alteratur, et quasi insanire videtur. Sic homo spiritualiter amorus, qui Deum in hac vita clare sicut in se ipso subsistit intueri non potest, dum eum in suis effectibus contemplatur, ejusque bonitatem atque dulcedinem in suis gratiosis muneribus in vita hac experitur, præ desiderio Dei vehementer accenditur, eumque clare per speciem contemplari et ad cœlestem beatitudinem introduci ardentissime concupiscit, dicens cum Sancto: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum. Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Ps. xli. 2.
3.

Ad hanc superoptimæ Deitatis sinceram atque ecstaticam dilectionem impossibile est eorum aliquem pervenire, qui illam expectat et appetit beatitudinem quam suæ legis observatoribus Mahometus spondit, utputa voluptuosum ac abundantissimum ciborum mulierumque usum. Tales etenim in cunctis quæ agunt, ad se ipsos turpiter reflectuntur, nec pure afficiuntur ad Deum.

ARTICULUS XVIII.

De puro et irreflexo Dei amore, atque de gradibus et effectibus divini amoris.

AMOR concupiscentiæ appellatur, quo quis aliquid intuitu proprii commodi diligit; amor autem amicitæ, quo quis aliquid diligit non ob proprium commodum, sed propter illius bonum. Porro, ut Aristoteles loquitur, diligere, est alicui bonum velle. Quumque Deus ipse omnipotens et excelsus sit pura, incomparabilis superperfectaque bonitas, non possumus Deum magis diligere nisi volendo ei bonum quod habet, imo potius bonum quod ipse est, utputa suam beatitudinem, pulchritudinem, dulcedinem, sapientiam, om-

nipotentiam, omnemque ipsius perfectionem prorsus immensam. Sed quum duplex sit velle, videlicet desiderii, quod est appetitus boni futuri, nondum habiti nec adepti, sed concupiti; et item velle complacentiæ, congratulationis atque favoris, quod est de bono præsentis: Deo volumus bonitatem suam immensam voluntate congratulationis seu complacentiæ et favoris.

Tunc itaque supergloriosissimum Deum vere et irreflexe diligimus, quum ejus superinfinitiæ bonitati, perfectioni et beatitudini cordialiter congratulamur, eique intime omnem suam excellentiam opulentiamque favemus, et de ejus infinita dignitate et eminentia puram in ipso complacentiam propter ipsum habemus. Sic ergo dilectio ista pura et irreflexa, est congratulatoria et complacentialis volitio qua præcordialiter ac favorabiliter volumus Deo interminabilem bonitatem, felicitatem et gloriam suam, absque respectu ad commodum nostrum. At vero dupliciter diligimus aliquid propter bonum ipsius: primo, propter bonum quod habet, ita quod consideratio bonitatis suæ movet et incitat nos ad ejus amorem; secundo, propter bonum cujus capax est, ut habeat illud. Primo modo diligimus Deum et perfecte beatos; secundo modo diligimus viatores, quatenus fiant boni.

Insuper, ex hac pura et non reciproca Dei dilectione multi oriuntur effectus. Primus est desiderium existendi cum eo, hoc est eum clare videndi et beatifice eo fruendi. Ad quod quotidie ardentissime suspirare debemus, exemplo apostoli Pauli dicentis: Cupio dissolvi et esse cum Christo. Secundus est zelus divini honoris, quo nos ipsi Deum totis viribus veneramus, atque ab omnibus eum honorari optamus, orando quoque, hortando, et aliis quibus possumus modis, alios ad Dei venerationem inducimus. Tertius effectus, est detestatio vitiorum in quantum displicent Deo. Qui autem abhorret peccata, non principaliter quoniam displicent Deo et offensiva ac inhonorativa sunt ejus, sed

Philipp. 1.
23.

quoniam sibi ipsi nociva sunt, non sincere diligit Deum, sed reflexive se ipsum; nec filiali, sed servili eum veretur timore. Quartus effectus, est propria peccata in se ipso quotidie castigare, nec Dei injuriam in se ipso inultam relinquere, sed per opera pœnitentialia vindicare. Quintus est, etiam proximos delinquentes corripere, et sibi subjectos ordinate, dum rei existunt, corrigere. Peccata enim sunt vulnera animæ et maxima hominis damna. Idcirco qui proximi sui peccata dissimulat, eum nequaquam spiritualiter diligit. Hinc Christus correptionem fraternam cunctis præcepit. Sextus est, intuitu Dei etiam aspera et adversa æquanimitè ferre. Qui etenim aliquem fervide amat, libenter propter eum aliqua tolerat.

Matth.
xviii, 15-17.

Præterea assignantur et alii actus et gradus divini amoris, magis interni. Primus est, mentem Deo unire. Hoc quippe est proprius caritatis infusæ actus primusque ejus gradus, mentem a Deo aversam aut non conversam ad eum, convertere et ei conjungere. Idcirco caritas virtus unitiva vocatur. Propter quod ait Joannes apostolus: Qui manet in caritate, in Deo manet et Deus in eo. Istud non efficit plene amor Dei naturalis et acquisitus: ille quippe non excludit peccata mortalia, quia pagani et ceteri perfidi Deum possunt amore diligere naturali.

1 Joann. iv.
16.

Secundus caritatis gradus et actus est, amantem in Deum salubriter transformare: quoniam caritas est virtus conformativa, acuta, calida et penetrativa, voluntatem amantis voluntati amati conformans, atque a semetipso quodammodo alienans, et in dilectum transferens ac transponens. Hinc amor divinus ecstasim facere perhibetur, quia non sinit amatorem esse sui ipsius, sed ejus quem diligit.

Tertius gradus et actus est, amantem amato indissolubiliter colligare. Nempe, quo amor plus crescit ac invalescit, eo validius diligentem dilecto adstringit, producendo quasi continuam memoriam et affectionem dilecti in animo diligentis.

A Hinc sanctus martyr Genesius dixit tortoribus: Non est rex præter Christum, pro quo si millies moriar, ipsum mihi de corde auferre nequaquam poteritis.

Quartus est, amantem præ magnitudine affectionis vulnerare amore dilecti, sicut in Canticis scriptum est: Vulnerata caritate ego sum; et rursus: Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor meum. Nonne corde vulneratus et transfusus videtur amator, dum vehemens ille amoris aculeus mentem ejus medullitus penetrat, vim affectivam in tantum transverberans, ut desideriorum suorum æstus ac gestus et signa reprimere nequeat, celare non valeat, dissimulare non possit?

Quintus est, diligentem præ amore superamantissimi Dei languidum facere. Ex vulnere namque progreditur languor. Siquidem mens amore vulnerata dilecti, nec tamen ejus ad libitum præsentiam habens, duplicem incurrit mœrorem ac desiderium bipartitum. Nempe, quum increata Sapientia dicat, Qui edunt me, adhuc esu-

C rient; constat quod mens Deum in hac vita contemplans, quo eum limpidius contemplatur, eo ad facialem ac beatificam ejus visionem vehementius inflammatur. Hinc de illius visionis carentia, de beatificæ fruitionis absentia contristatur. Ad eam quoque adspirat ferventer, cum Paulo dicens apostolo: Infelix ego homo! quis

D me liberabit de corpore mortis hujus? Rursus, dum anima ad contemplationem Dei sinceram (prout huic exstat vitæ possibile) elevatur, ab ea nonnunquam repente delabatur, atque ad pristinas suas ærumnas, distractiones, phantasias, tentationes, necessitates revolvitur: idcirco mœrore conficitur, ad pristinam contemplationem suspirans, quæ ei interdum nunc longius, nunc brevius, Deo moderante, subtrahitur. Itaque duplex hic mœror et desiderium hoc bifforme, languor spiritualis vocatur animæ contemplativæ ac amorosæ, quæ ait in Canticis Salomonis: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. Tali Divinitatis amatori nil libet,

Cant. i. 3.
ibid. lll.
ibid. v. 2.

Eccle. xiv.
29.

Rom. vii. 24.

Cant. ii. 3.

nil sapit in rebus carnalibus ac caducis, **A** bitum est, dat Deus fidelibus supernatura- art. xvi.
 sed cum Psalmista supplicat Deo : Educ
 de carcere animam meam ad confitendum
 nomini tuo.

Sextus gradus et actus est, præ amoris
 vehementia a se ipso deficere atque de-
 fluere : languorem namque mors consequi
 solet. Itaque superbenignissimus Deus se
 ab anima amorosa cum tanto exspectari
 mœrore, cum tam æstuanti affectu desi-
 derari conspiciens, cum ingenti dignatio-
 ne mira que liberalitate ad illam revertitur,
 atque ad splendidiorem sui contemplati-
 onem, ad calidiorem sui amorem erigit
 ipsam, in tantum ut ipsa totum ferre non
 valens, exclamet : Domine Deus, contine
 undas gratiæ tuæ. Hoc expertus Jeremias
 propheta : Factus est (inquit) sermo Do-
 mini in corde meo quasi ignis exæstuans ;
 et defeci, ferre non sustinens. Raptus et-
 enim animus in supersplendidissimam lu-
 cis æternæ immensitatem, defluit a se ipso,
 in Dominum transiens majestatis, atque
 obdormiens in dilecto : quod fit prædomi-
 nante in animo intuitione æternæ et in-
 comprehensibilis et superpulcherrimæ lu-
 cis, præoccupanteque totum divini ardore
 amoris. O quam bene exstat tunc anima !
 quam serena, quam jucunda sunt omnia
 tunc in ea ! Ubi tunc nebulæ vitiorum,
 turbines passionum, involutiones phanta-
 smatum, varietates distractionum ? Nonne
 a præsentia Solis justitiæ, a conspectu So-
 lis intelligentiæ fugiunt omnia illa ? Istud
 plane non volentis est, neque currentis,
 sed Dei miserentis, dantis, omnipotentis.

B comparabiliter plena.

Horum donorum primum atque altissi-
 mum est sapientiæ donum, videlicet sapi-
 entia ipsa, quæ est habitus supernaturalis
 infusus quo Deum cum interno contem-
 plamur sapore, atque de eo veraciter ju-
 dicamus cum gustu interno, per connat-
 uralitatem affectus ad ipsum. Per hoc
 donum, quum fuerit perfectum, efficitur
 homo quasi consiliarius ac secretarius Dei,
 ita quod cum sancto David dicere potest
 Deo : Incerta et occulta sapientiæ tuæ ma-

C nifestasti mihi. Itaque, per hoc sapientiæ
 donum atque per Spiritus Sancti gratio-
 sam illuminationem, contemplantur fideles
 purgati ac virtuosus Deum felicem ac infi-
 nitum, qui est virtus virtutum, veritas
 prima, bonitas summa, unitas simplicissi-
 ma, puritas prorsus immensa : cujus esse
 omnem nobilitatem, perfectionem, beati-
 tudinem, cum eminentia infinita simplicis-
 sime continet. Imo esse divinum, æternum,
 increatum, est omnis perfectio, omnis no-
 bilitas, omnis beatitudo, utpote sapientia
D interminata, omnipotentia illimitata, pul-
 chritudo immensa, infinita dulcedo, sicque
 de aliis.

Denique ad contemplationem istam the-
 oricam Dei per sapientiam unitivam sin-
 cerissimumque amorem, pertingunt viri
 heroici ac fideles perfecti dupliciter : pri-
 mo, ad eam conando ; secundo, divinitus
 præveniando passive, ac desuper incho-
 ando.

Primus modus est, dum homo se aptat
 ac præparat ad hoc quod apex mentis suæ

ARTICULUS XIX.

*De contemplatione Dei altissimi, et ope-
 rationibus ejus in anima amorosa et
 sancta.*

MEDIA fini proportionari necesse est.
 Quoniam itaque ad supernaturalem
 finem et beatitudinem creatus est homo,
 puta ad facialem, fruitivam et beatificam
 Dei superdignissimi visionem, sicut præha-

divinitus illustretur, vertexque affectivæ A
desuper accendatur, atque per hoc anima
sua intromittatur, vel potius introducatur
ad secretissimam ac ardentissimam Deita-
tis intuitionem. Porro aptatio ista seu præ-
paratio fit, dum homo se ab exterioribus
abstrahit et intus recolligit, dum orando
aut meditando ad Deum se elevat, dum ex
rebus creatis ad Creatoris se sustollit no-
titiâ, dumque divini perpendit incita-
menta amoris, sicque se totum pro posse
simplificat ac defigit in majestate et lumi-
ne Creatoris. Nempe, dum homo virtuosus B
sic agit quod in se est, Dominus majestatis
succurrit, complet ac perficit illius cona-
tum et actum, introducendo eum ad infi-
nitatis suæ intuitum, ad suæ supersplendi-
dissimæ lucis contemplativum adspectum,
ad incircumscriptæ majestatis ac gloriæ
suæ admirationem, ad suæ supertranquil-
lissimæ pacis increatæque suavitatis gu-
stum deliciosissimum, piissimum ac in-
ternum.

Secundus modus pertingendi ad con-
templationem istam dignissimam est, dum C
homo absque proprio conamine et præ-
meditatione desuper misericordissime præ-
venitur, illustratur, accenditur, præoccu-
patur atque præstringitur. Plane felices
sunt valde quibus istud contingit, quibus
Deus se ita communicat, qui, in profundis-
sima omnipotentis Dei misericordia quasi
sepulta jam arbitrii potestate, in divitias
gloriæ in spiritu rapiuntur ardoris. Hi
equidem, spreto rerum ac sensuum usu
quantum humanæ fragilitati fas est, non
ascensoriis gradibus, sed inopinatis exces-
sibus rapiuntur, absorbentur, figuntur in
ipso Altissimo: imo tam gratiose et valide
sæpe a pietate præveniuntur divina, ut
raptui non queant resistere. O quanta est
caritas, misericordia et liberalitas Dei in
istis, quorum mentes tam amorese ample-
ctitur, tam suaviter sibi adstringit, in qui-
bus sic fulget, accendit, operatur, inhabitat
et quiescit! Nempe, quum tam ineffabilis
sit caritas, misericordia ac liberalitas Dei
ad homines, quum viderit hominem re-

formatum ab omni duplicitate, dolo, cal-
litate, a sinistra intentione, cupiditate,
carnalitate ac negligentia alienum, divino
quoque amore et boni communis zelo suc-
censum, atque in sincerissimum bonitatis
et æquitatis affectum toto corde conver-
sum, complacentiam magnam habet in
eo, et amorese ac munificenter nimis se
applicat ei. Imo verissime anima hominis
talisis sponsa, amica et filia sui Dei,
Creatoris ac Salvatoris: ideo eam dulcis-
sime visitat, copiose illustrat, spiritualiter
deosculatur, familiariter amplexatur. Hinc
Sponsus cœlestis, Deus omnipotens, ait
per Salomonem in Canticis canticorum:
Aperi mihi, soror mea, amica mea, co-
lumba mea. Hortus conclusus, soror mea, Canf. v. 1.
sponsa. Tali quoque animæ ait Psalmista: Ibid. iv. 12.
Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, Ps. xlv. 11.
et obliviscere populum tuum et domum 12.
patris tui; et concupiscet rex decorem
tuum, quoniam ipse est Dominus Deus
tuus.

Sed ad istam contemplationem theo-
ricam, ad perfectionem istam cœlestem,
heu! pauci pertingunt. Non enim ad eam
pertingitur nisi per omnium mundano-
rum contemptum, per omnium carnalium
ac sensibilibium transcensionem, per inde-
sinentem mentis custodiam, per profun-
dissimam humilitatem, veram patienti-
am, stabilem continentiam, mansuetudinem
fortem, sobrietatem continuam, jugem di-
vinæ pietatis invocationem, per linguæ ac
sensuum refrenationem, per amicorum et
inimicorum dilectionem sinceram, per cor-
dis coram Deo sinceritatem, per infatiga-
bilem profectum virtutum.

ARTICULUS XX.

*Probatio veritatis fidei christianæ
ex præinductis.*

CHRIŒTUS, mundi salvator, in Evangelio
loquitur: Si quis voluerit voluntatem Joan. vi.
Dei facere, cognoscet de doctrina an ex 17.
Deo sit. Quod idcirco disseruit, quia qui-

cumque evangelicæ legi perfecte obediens A fuerit, luce clarius sciet experimentaliterque cognoscet, quod fides et lex christiana vere a Deo sit, nil doli, nil continens falsitatis. Etenim per tam insolubilia argumenta, per tam gloriosa miracula comprobatur, quod adversarii veritatis aliam evadendi viam non invenerunt, nisi quod vel talia facta esse negaverunt, aut magica arte facta esse finxerunt : quorum utrumque reprobatum est copiose. Sed, ut ait Salvator, volentibus voluntatem Dei facere, id est Deo humiliter obedire, istud experimentaliter constat. Nos enim Christifideles supercertissime scimus, quod omnes magicæ artes in Evangelio districtissime sub æternæ damnationis periculo prohibentur; quod item Christiani perfecti qui miracula peregerunt, a cunctis magicis artibus immunissimi exstiterunt; quod omni humilitate, patientia, mansuetudine, justitia, caritate, fuerunt plenissimi; quos etiam tam in vita ac morte eorum quam postea, Deus gloriosis ac numerosis mirificavit ac honoravit miraculis.

Insuper veritas fidei christianæ etiam ex art. præced. præactis occultis Dei operationibus quas in cordibus electorum fidelium operatur, efficaciter demonstratur, quoniam tales illuminationes, contemplationes, inflammationes, consolationes et raptus, nequaquam esse possunt nisi a Deo: quod fideles electi certissime in se experiuntur, præsertim quoniam et frequenter talia eis contingunt inopinate et absque eorum conamine, interdum vero ea acquirere nequeunt, quamvis totis se viribus ad ea extendant. Scimus quoque, et ubertim, imo innumerabiliter corporeis oculis vidimus quosdam a Deo ita præventos, sic raptos atque absorptos in Deum, quod ab omnibus exterioribus sensibus omnino fuerunt abstracti, atque ab omni usu et actu organicarum virium suspensi et alienati, totaque corpore rigidi, in tantum quod minima pars corporis eorum sine totius corporis motu locali moveri localiter non valebat. Sicque ab omni sensitiva fuerunt

vita remoti, quod si quis eis manus abscidisset aut pedes, nequaquam sensissent durante raptu eorum. Quod utique experientia certa edocuit : nam et a curiosis et rei hujus incredulis multipliciter puncti, tracti, tentati, nihil senserunt, nec sanguinem effuderunt; raptu autem cessante redeuntes ad se, gravissime affligebantur, et sanguinem emanabant. Denique quidam sic rapti, etiam corpore levabantur et pendebant in aere, aliqui altius, et aliqui minus alte. Nonnulli quoque per dies plures continuos permanserunt in raptu; et aliqui sic rapiebantur quotidie, imo septies quolibet die, et quidam multo frequentius, ita quod vitam angelicam ac cœlestem inter homines apertissime ducere probabantur.

Præterea, si adversarius fingat et mentiens dicat, quod alienatio ista a sensibus et obrigescentia corporis, non procedebat ab altitudine contemplationis et ardore intensissimi divini amoris, sed potius ex alterationibus intus a diabolo factis (dæmones quippe dum permittuntur, corpus possunt diversimode alterare et immutare, sicut in arrepticis cernitur); respondemus, quod tanta ut dictum est, a dæmonibus fieri alteratio nequit. Scimus quoque, quod personæ quibus illa contingunt, tales consistant, quod in eis dæmones potestatem et operationem talem nullatenus habent : imo ipsæ dæmonibus imperant, prævalent, eosque ubique compescunt atque ejiciunt. Tales demum personæ certissime norunt se pure et irreflexe affici Deo, inflammari et figi in eo, eique solum se intendere et vacare, atque ex sua ad Deum elevatione, ad omnium vitiorum detestationem moveri, ad sui humiliationem profundissimam provocari, ad omnium mundanarum vanitatum et carnalium voluptatum aspernationem induci, ad omnis boni honesti amorem, ad mentis puritatem, ad summam mentis custodiam incitari. Postremo, diabolus nequaquam agere potest directe in apicem affectivæ, quem illi experiuntur immedia-

te tangi, inflammari, resolvi a causa ex- A
 trinseca superiori. Hinc qui ista experiun- A
 tur, firmissimi sunt in fide, in tantum quod
 si totus mundus averteretur a fide, ipsi
 nihilo minus in ea perseverarent secure :
 imo, si pœnarum acerbitate convinceren-
 tur, ita quod ore negarent, corde tamen
 negare non possent.

Istud opusculum pro vestra conversione
 ac salute, o Sarraceni, caritative ac pie

conscriptum, gratanter suscipite, christi-
 anæque fidei veritatibus assentite. Et o
 utinam prælatis atque principibus Christia-
 norum ac Sarracenorum unanimiter com-
 placeret quod utrorumque doctores coram
 se convenirent, sicque ex mutua dispu-
 tatione elucesceret veritas, et errantes
 ad viam converterentur salutis! Ad lau-
 dem et gloriam Omnipotentis, qui est su-
 per omnia Deus sublimis et benedictus.
 Amen.

FINIS QUATUOR LIBRORUM CONTRA PERFIDIAM MAHOMETI.

www.libtool.com.cn

**DIALOGUS DISPUTATIONIS
INTER CHRISTIANUM ET SARRACENUM**

www.libtool.com.cn

PROŒMIUM

CHRISTIANUS. — *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Joann. III, 16-18.*

SARRACENUS. — Quid sibi vult istud exordium? quid prætendit? Quo tendit thema istud sacrilegum, in quo Deus Filium, imo et unigenitum Filium habere insinuat, cujus contrarium in libro legis nostræ desuper misso toties affirmatur? Videris mihi esse de numero participatorum, qui deitatem summi Dei a quo nescio ejus filio asseris participari, quum deitas vera nequaquam multiplicari aut communicari pluribus possit.

CHRISTIANUS. — A Domino nostro Jesu Christo Christianus vocatus sum: quo nomine utinam dignus sim. Et participator ac particeps esse desidero omnium timentium Deum, et custodientium mandata ejus. Non autem sum participator eo modo quo tu putas et mihi improperas. Non enim veram deitatem multiplicabilem, participabilem seu substantialiter diversis communicabilem adstruo, nec duos aut plures credo aut pono veros Deos, sed unum dumtaxat verum, omnipotentem adorandumque Deum. Porro in libro legis tuæ, videlicet Alcorano, negari scio quod Deus Filium habeat; sed quod asseris librum illum desuper missum, quem constat inspirante diabolo a perfidissimis impiissimisque hominibus esse confictum, nullus credat fidelium. Ps. cxviii,
63.

SARRACENUS. — Legislatorem nostrum, prophetam ac nuntium Dei Mahometum, affirmas a diabolo inspiratum, et perfidum, imo perfidissimum impiissimumque fuisse?

CHRISTIANUS. — Mahometum, et magistrum ejus Sergium, hæreticum Nestorianum, falsissimum monachum, perfidissimos sceleratissimosque fuisse et æternaliter atque intolerabilissime esse damnatos non ambigo. Et absit ut prodigiosissimus ille innumerabilium signifer falsitatum Mahomet credatur fuisse Dei propheta aut nuntius ejus, quum in toto Alcorano suo sit extreme contrarius quamplurimis novi ac veteris Testamenti scripturis, imo sibi ipsi passim atque multoties contrarius inveniatur.

SARRACENUS. — Ut video, vehementer distamus et discrepamus ab invicem: et quamvis ego in libro legis vestræ, id est in Evangelio, multa contineri erronea sentiam, non tamen ob hoc legislatorem vestrum Christum, Mariæ filium, damno, reprobo aut blasphemus; sed tu irrefrenata audacia frontositateque libera illum ita vituperas et condemnas, quem pene media aut tertia pars mundi in tanto habet honore, qui et totis viribus idololatriam extirpavit, atque ad unius veri Dei cultum homines convocavit.

CHRISTIANUS. — Quamvis jam magna valde sit secta Sarracenorum, nondum tamen *w tam copiose diffusa* est per orbem terrarum sicut diu multisque annis olim fuit plebs christiana, quæ, heu, heu! exigentibus suis sceleribus multis et magnis, a Mahometo, Dei flagello, et satellitibus ejus ac posteris, graviter est oppressa, vastata et minorata. Et quod ego de Mahometo affirmo et judico, universitas populi asserit christiani. Sic et olim tempore veteris Testamenti, filii Israel legem veram a vero Deo sortiti, propter immanissima scelera sua ab Assyriis, Philistæis, Chaldæis ac aliis incredulis gentibus crudelissimis multoties vastabantur. Itaque non irrefrenata audacia frontositate libera, sed zelo fidei, sanctæ veritatis amore, mentis constantia, de Mahometo tuo sic loquor et sentio.

SARRACENUS. — Et cur tibi sic displicet legifer noster, aut eum in tantum abhorres, quum ipse de Christo, legislatore vestro, frequenter tam reverenter loquitur, et quemadmodum Alcoranum suum testatur sibi divinitus datum ac missum, sic Evangelium contestatur Christo, Mariæ filio, missum a Deo?

CHRISTIANUS. — Discrepantia inter Christianos et Sarracenos magna est vehementer; et sicut principes nostri ac vestri cum exercitibus suis contra se invicem præliantur armis et gladiis, sic ego et tu disputationis hujus conflictum assumpsimus, quatenus veritas innotescat et falsitas deprehendatur. Ut ergo fructuosus sit labor hujus conflictus, procedendum est ordinate; et per articulos vestra distinguamus motiva, patienter quoque atque benevole audiamus nos mutuo.

SARRACENUS. — Plane sic placet. Et nunc in primis expone cur, tam extreme et maxime legislatorem nostrum detestaris ac aspernaris.

DIALOGUS DISPUTATIONIS

INTER CHRISTIANUM ET SARRACENUM

DE LEGE CHRISTI ET CONTRA PERFIDIAM

NEQUISSIMI MAHOMETI¹

ARTICULUS PRIMUS.

Cur Christiani Mahometum in tantum reprobent, damnent ac detestentur.

CHRISTIANUS. — Agnosce, o Sarracene, quod ab exordio quo gloriosi Apostoli exorsi sunt evangelicam legem ac fidem publice prædicare, Ecclesia Christi, id est plebs christiana, fide, spe et caritate conjuncta, plurimos habuit hostes et impugnatores acerrimos, puta, Judæos incredulos, reges, tyrannos, gentiles, hæreticos quoque B atque philosophos : et tamen inter tot tamque potentissimos persecutores et impugnatores acerrimos, qui et crudelissimas ac durissimas mortes intulerunt Christianis, fides Christi tam gloriose mirabiliterque prævaluit, quod successive per totum orbem terrarum fuit diffusa. Porro inter hæreticas pravitates duæ fuerunt præcipuæ : una negantium superbeatissimam trinitatem personarum in Deo ; alia negantium veram deitatem in Christo. Fuerunt et aliæ hæreses multæ. Nam quidam C dicebant legem Moysis simul cum Evangelio Christi esse servandam. Alii affirmabant circumcisionem ad minus una cum Evangelio oportere servari. Nonnulli dice- præsumperunt, quod quamvis Christus

A fuit verus ac veritas, et missus a Deo lucis, Evangelium tamen multa contineat mendacia : non quod Christus docuerit ea, sed quia a perfidis evangelico textui sunt inserta. Aliqui demum finxerunt corpus et sanguinem Salvatoris non contineri realiter in Sacramento altaris. Quidam mentiti sunt omnia de necessitate fieri ac venire. Quumque perfidissimus Mahomet omnes has multasque alias hæreticas renovaverit falsitates in toto aut parte, nonne justissime despicitur infinite?

SARRACENUS. — Merito dictum est : Veritas odium parit. Etenim nuntius veritatis, dominus filiorum Adam, præclarissimus Mahometus, errores et falsitates Christianorum redarguit et destruxit : idcirco tam maxime displicet eis. Quis etenim sanæ mentis non videat trinitatem personarum cum simplicitate divinæ essentiae, cum indivisibilis Deitatis unitate, cum omnimoda identitate stare non posse ? Et si ibi est vera trinitas personarum, necessario ibi est realis distinctio ; totumque aggregatum non est unum nisi secundum intentionem, sicut et Avicenna meus Averroesque probarunt. Insuper, eandem personam esse Deum ac hominem impossibile fore, fortissima argumenta demonstrant. Et si fateris legem Moysi

¹ Ex editione Coloniensi Petri Quentel, 1533.

divinitus datam, nonne perfectius est eam simul cum evangelica lege tenere, quam evangelicam legem dumtaxat? Amplius, quum præacti errores et aliæ multæ irrationabiles ac prorsus impossibiles assertiones in Evangelio contineantur, nec tamen a Christo, vero ac summo Dei propheta ac nuntio, sint prolati, constat Evangelium esse infectum atque falsatum. Præterea, corpus et sanguinem Christi in Sacramento non contineri, ratio, sensus et experientia contestantur. — Et hæc nunc tam breviter tetigisse reor sufficere, B quoniam infra, si causa exegerit, efficacius ostendentur. Sed dic unde id habeas quod legifer noster docuerit omnia ista inferiora de necessitate accidere.

CHRISTIANUS. — Ad ultimum istud tibi respondeo. In Chronica Sarracenorum de mundi creatione, inter cetera continetur: Angelus homini, dum animam ei inspirat, quatuor necessaria præscribit, videlicet: quo victu, quo vitæ termino, qua sorte fruetur, et quod opus bonum malumve perpetrabit. Unde licet inter damnandum C quempiam et paradisum intercapedo solum cubitalis ex operationis suæ merito appareat, necessario redibit ad opera quæ ab angelo ei præscripta illum in ignem detrudent.

SARRACENUS. — Nonne et Christiani fatentur omnia juxta divinæ providentiæ ordinem, dispositionem atque intuitum certissime ac necessario provenire?

CHRISTIANUS. — Certitudinem divinæ providentiæ ac libertatem arbitrii mentis creatæ et contingentiam rerum dicimus simul D stare. Nec providentia Dei tollit ab homine libertatem aut spontaneam voluntatem, quam nobis inesse Scriptura et experientia pandunt.

SARRACENUS. — Multa et ardua ac profunda sunt in quibus discordamus, nec queunt omnia uno comprehendere, discuti aut expediri articulo: idcirco unumquodque suo perstringamus capitulo.

CHRISTIANUS. — Sic expedit. Et si placet, antequam descendamus ad particula-

ria quæque in quibus discordantia nostra versatur, in primis tibi in generali monstrabo legem Mahometi esse sacrilegam, impiam ac mendosam, et Alcoranum implicare contradictionem in multis, ac sibi ipsi esse contrarium.

SARRACENUS. — Quod animo concepisti, effectu pro posse prosequere. Meum erit tuis objectionibus respondere, sicut et tuum meis.

CHRISTIANUS. — Sic fiat.

ARTICULUS II.

Quod lex Mahometi sit sacrilega, injusta, impia et mendosa.

CHRISTIANUS. — Scriptura divinitus revelata, a summa et increata Veritate descendens, nil continet falsi; et si una in ea falsitas invenitur tanquam veritas desuper affirmata, perit tota ejus auctoritas, certitudo ac puritas, nec poterit Scriptura canonica nuncupari.

C SARRACENUS. — Si auctor talis Scripturæ concedatur in uno errasse, mox sequitur quod non habuerit certam et infallibilem directionem a Deo in scribendo et instruendo, et quod nec totum a Deo acceperit quod affirmat: sicque vacillat ejus auctoritas.

CHRISTIANUS. — Si ergo rite probavero falsum quid contineri in Alcorano, patebit illud non esse desuper revelatum, sed humana calliditate confictum, atque inspirante diabolo esse collectum.

D SARRACENUS. — Nil minus. Nam et primo Alcorani capitulo legitur: Hic liber absque falsitatis vel erroris annexu, veridicus est, etc.

CHRISTIANUS. — Undecimo Alcorani capitulo fertur: Judæi blasphemiam Mariæ et immoderatam contumeliam inferunt; seque Christum, Mariæ filium, Dei nuntium, peremisse perhibent. Sed nequaquam eum, sed sui similem suspendentes interfecerunt; Deus vero eum ad se transmigrare fecit. Alio quoque affirmatur capitulo,

quod Judæi Christianos dire irrident putantes Christum ab illis occisum. In his verbis Mahon asserit Christum non esse a Judæis occisum, nec pro salute humani generis crucifixum.

SARRACENUS. — Fateor ita esse: nec enim decuit innocentissimum atque sanctissimum Dei Prophetam impiis tradi ad occidendum.

CHRISTIANUS. — Et quis fuit ille similis Christo, quem loco et vice Christi interemerunt? Etenim quidam ex nostris inter vos diu conversati, retulerunt nobis, quod affirmetis Jesum Christum hora qua Judæi eum capere nitebantur ac existimabant, posuisse figuram et similitudinem sui in Judam proditorem, sicque Judæos cepisse et crucifixisse Judam illum, Jesum vero ascendisse in cælum. Cui recitationi videtur alludere quod in Alcorano narratur: Judæi Jesu illudere æstimantes, ab ipso potius sunt illusi.

SARRACENUS. — Nonne melius sonat ut dicamus proditorem illum ab impiis crucifixum, quam Prophetam sanctissimum?

CHRISTIANUS. — Melius hoc sonaret veriusque posset videri, si diceremus Christum pro sua culpa esse occisum, aut si Deus non permitteret justos et innocentes in sæculo isto ab impiis infestari ac trucidari. Sed quum juxta Prophetarum oracula Apostolorumque dogmata occisus sit Christus pro totius mundi salute, Deus quoque in vita hac permittat electos suos ac Sanctos ab iniquis multipliciter tribulari, graviter opprimi, ac variis pœnis occidi; assertio illa, quod Christus a Judæis occisus non sit, sed Judas iniquus, prorsus stultissima est et mendosa, atque scripturis novi ac veteris Testamenti, quas et Mahon tuus fatetur divinitus revelatas, evidenter intolerabiliterque contraria.

SARRACENUS. — Multa hic dicis quæ nondum probasti, et restat ut eadem probes.

CHRISTIANUS. — Nonne Mahon tuus frequenter et in pluribus locis fatetur, docet et asserit, quod Deus sublimis et benedictus misit Moysi Testamentum, id est scriptu-

ram veteris Testamenti ac legis Mosaicæ, Davidi autem Psalterium, Jesu vero Mariæ filio Evangelium, sibi autem (utpote Mahometo) Alcoranum? Quemadmodum ergo fateris in Alcorano falsi nil contineri, sic cogeris protestari in scripturis veteris Testamenti et in Psalterio ac Evangelio nil falsitatis esse admixtum. Quum ergo quatuor sancti Evangelistæ in Evangelio passionem Christi diffuse concorditerque conscribant, qua fronte, quo colore, qua amentia, Christum esse passum Mahomet tuus, totius falsitatis magister, negare præsumpsit, præsertim quum et Christi passionem copiose prædixerint veteris Testamenti Prophetæ, potissime David, quos Mahon divinitus fuisse inspiratos in Alcorano alibique fatetur? Nempe et quinquagesimo Alcorani capitulo loquitur: Hic liber (videlicet Alcoran) nec mendacium aliquod nec aliquid prophetis præteritis contrarium nuntiat.

SARRACENUS. — Evangelium prout ex ore Christi manavit, atque ab ejus Apostolis ac Evangelistis descriptum est, absque falsitatis commixtione verum esse fatemur; sed a posteris eorumdem infectum est, et falsificatum est in multis.

CHRISTIANUS. — Hoc et sceleratissimus hæresiarcha Manichæus diu ante Mahometum ausus est fingere. Et quia per istam exquisite confictam et falsam responsionem nitimini multa argumenta evadere, falsitatem hujus responsi diligenter jam demonstrabo.

ARTICULUS III.

Reprobatio Sarracenorum et aliorum quorundam hæreticorum, dicentium scripturam Evangelii novique Testamenti esse corruptam, infectam et falsificatam per quosdam posteros Christianos.

CHRISTIANUS. — Ex hoc demonstramus scripturam legis tuæ sibi ipsi sæpissime esse contrariam, quia in Alcorano Evangelium Christi frequenter et excellenter tan-

quam nil falsi includens laudatur, et tamen A
 eidem Evangelio in Alcorano pene in sin-
 gulis capitulis contradicitur. Duodecimo
 quippe Alcorani capitulo introducit Deus
 omnipotens et æternus loqui ad Mahon :
 Christo, Mariæ filio, Evangelium commi-
 simus, quod est lumen et confirmatio Te-
 stamenti et castigamen ac recta via ti-
 mentibus Deum ; itemque primo ejusdem
 libri capitulo : Christo, Mariæ filio, divinus
 spiritus auxilium et testimonium fuit. Sed
 et quinto Alcorani capitulo recitatur :
 Angeli Mariam alloquentes, dixerunt : O B
 Maria, omnibus viris ac mulieribus splen-
 didior, mundior atque jucundior, tibi ab
 universitatis Creatore mittitur summi nun-
 tii gaudium cum verbo Dei, cujus nomen
 est Jesus Christus, qui est facies omnium
 gentium in hoc futuroque sæculo, sapiens,
 vir optimus. Ipse Deus filium tuum cum
 divina virtute venientem edocebit librum
 legiferum, omnisque magisterii peritiam,
 et Testamentum ac Evangelium. Multa his
 consimilia testimonia exhibentur Christo
 ac fidei christianæ in Alcorano : in quo C
 nihilo minus quasi innumerabilia contra-
 riantia Evangelio asseruntur.

SARRACENUS. — Non est in his contra-
 dictio aliqua, si bene intelligis. Nempe
 Evangelium prout a Christo profluxit ac
 traditum est immediate suis Apostolis, ve-
 rum est pure ; sicque a Mahometo lau-
 datur, et in nullo contradicit ei. Sed quan-
 tum ad ea quæ a posteris ac perfidis
 Christianis adjecta sunt Evangelio et in-
 art. præced. sarta ac mixta, per quæ (ut tetigi) infectum
 est, reprobatur a nostro legifero, et illis D
 contradicit erroribus.

CHRISTIANUS. — Nonne fateris Evange-
 listas evangelicam historiam ac doctri-
 nam, hoc est documenta gestaue Christi,
 veraciter descripsisse ?

SARRACENUS. — Utique, quum in Alco-
 rano dicatur : Viri vestibus albis induti
 dixerunt ad Christum : Nos in Dei nomine
 te sequentes, in Deum credimus, te teste.
 Dixeruntque : O Creator, nos huic libro
 (videlicet Evangelio) fidem adhibentes, le-

gatumque tuum (utpote Christum) imitan-
 tes, adscribe fidelibus.

CHRISTIANUS. — Post Christi recessum
 de terra, Apostoli per totum mundum pro-
 fecti sunt et dispersi ad prædicandum
 ubique Evangelium Christi per principalia
 regna mundi ; et per se ac suos discipulos
 converterunt in orbe terrarum multos gen-
 tiles idololatrias, multaque millia Judæo-
 rum, idololatriam undique destruentes,
 atque ad unius veri Dei cultum ac Christi
 fidem convertentes ipsos gentiles : quod
 totum sine violentia armorum, sine sub-
 tilitate verborum, sine magicis artibus eos
 fecisse concedis. Ideo certum est eos id
 nequaquam agere potuisse sine speciali et
 supernaturali adjutorio Dei gloriosi ac
 adorandi, quum homines a lege sua ac
 patrum suorum diu inolita difficillime
 avertantur ad recipiendam legem recen-
 tem : quod per experientiam constat, quum
 quælibet natio legem suam usque ad san-
 guinem tueatur, suæque legis impugna-
 tores et adversarios igne et gladio pro
 viribus persequatur. Hinc per signa et
 prodigia atque miracula divina virtute per-
 acta asserimus sanctos Christi Apostolos
 atque discipulos convertisse gentiles, et
 pro magna parte Judæos.

SARRACENUS. — In Alcorano docemur,
 Judæos a Deo pro maxima parte abjectos
 ac derelictos, quoniam Jesum Christum
 eis in lege promissum, pro Messia recipere
 renuerunt ; sicque viros albis indutos, id
 est Apostolos, ad gentes convertendas mi-
 grasse, et eas veraciter instruxisse, ido-
 lolatriam quoque destruxisse in pluribus
 locis : quod absque speciali et superna-
 turali auxilio Dei factum non esse non
 nego, nisi forsitan cum Avicenna quis dicat
 miracula naturali virtute fieri posse.

CHRISTIANUS. — In hoc puncto a theo-
 logis atque philosophis præcipuis contra-
 dicitur Avicennæ ; et inde pro nunc suf-
 ficit mihi, ut fatearis Apostolos Christi
 talia peregrisse qualia Christus in Alcorano
 fecisse describitur, et juxta illud quinti
 capituli Alcorani : Ille (utpote Christus)

cæcos et mutos curavit, morpheaticos ac leprosos mundavit, mortuos, Creatore cooperante, vivificavit. Porro, quod ista dicantur vere miracula, constat ex eo quod subditur ibi : Quæ cuncta a credentibus in Deum censentur miracula.

SARRACENUS. — Transeat Apostolos talia pro conversione Judæorum ac gentium perpetrasse. Nec enim Apostoli natione Hebræi potuissent cunctis gentibus prædicasse, nisi notitiam linguarum gentium desuper accepissent. Verumtamen opinari quis posset ac dicere, quod Apostoli converterent Judæos per allegationes scripturarum veteris Testamenti, gentiles vero per argumenta sapientiæ naturalis, quibus convincitur idololatriam esse vitandam et unum solum Deum verum esse colendum ac adorandum : sicque videntur non indignisse miraculis pro convertendis hominibus.

CHRISTIANUS. — Ad convertendum Judæos, Apostoli etiam usi sunt allegationibus scripturarum legis ac Prophetarum. Sed per hujuscemodi allegationes absque miraculorum exhibitione pauci aut nulli fuissent ex Judaismo conversi : præsertim quia Judæi erant assueti inhærere sensui litterali, hoc est sensui quem superficies litteræ prima facie videtur prætere; Apostoli vero docuerunt litteram sic intellectam occidere, et spiritualiter esse intelligendam, observationem quoque legis Moysis Evangelio Christi divulgato debere cessare, atque mortiferam seu damnabilem esse, promissaque legis spiritualiter oportere intelligi. Insuper prædicaverunt nova sacramenta a Christo instituta, multaque alia quæ ex lege et Prophetis non queunt tam evidentem probari, ut sola illarum allegatio scripturarum potuerit pro Judæorum conversione sufficere : imo plurima allegabant quæ juxta superficiem litteræ videbantur, imo adhuc videntur, contraria Christi et Apostolorum doctrinæ. Hinc ad dirimendam hujusmodi litem miracula soli omnipotenti Deo possibile valde necessaria erant, ad cognoscendum

A quorum assertioni verus Deus attestaretur. Denique ipsemet Christus multo sapientior et eloquentior suis Apostolis, pro Judæorum conversione multa ac præclarissima fecit miracula : tamen nec sic conversi fuerunt ad eum nisi per pauci. Consimiliter Apostoli, qui in nomine et virtute Dei innumerabilia fecerunt coram Judæis miracula, ut fatemur et scimus, nec sic potuerunt illos ex toto convertere, sed pro majori parte in sua manserunt infidelitate. Quomodo ergo sola allegatione Scripturæ multos convertissent illorum ?

SARRACENUS. — Etiam ex Alcorano probatur quam difficulter a sua lege possent converti ad aliam.

CHRISTIANUS. — Semper pro maxima parte duri, protervi, pertinaces inconvertibilesque fuerunt, sicut adhuc sunt. Nam quamvis per tot centenaria annorum fuerint derelicti, omnique patrum suorum gratia, gloria et honore, sacerdotio, templo, habitatione, miraculo, sceptro privati, adhuc tamen in sua manent perfidia, nec ex scripturis suis possunt induci ut credant Jesum esse Christum in lege ac Prophetis promissum : quanquam successive multi ex ipsis ad evangelicam legem conversi sint atque quotidie convertantur, multoque plures converterentur, si prælati, doctores ac prædicatores Christianorum coruscarent signis, prodigiis, miraculis ac variis Spiritus Sancti distributionibus sanctitateque vitæ tam copiose ut olim prædecessores eorum.

SARRACENUS. — Mahomet quoque in lege sua plurimum eos redarguit, quia ad suam converti legem pertinaciter renuerunt.

CHRISTIANUS. — Quod ad legem Mahometi converti renuerint et renuant, non est mirandum. Non enim Mahon, sed Christus, fuit eis in lege Moysis ac Prophetis promissus ; nec lex Mahomet fuit prænuntiata in lege et Prophetis, tanquam divinitus danda ac salutaris, sed lex Christi.

SARRACENUS. — Mahomet, legifer noster, in Alcorano suo testatur, quod mentio fiat

de eo et prænuntiatio in lege Moysis et A

www.Evangelio1.com.cn

CHRISTIANUS. — Fateor quod hoc dicat ;
Ps. xxvi, 12 sed mentita est iniquitas sibi, et decepit
 vos impius ille. Nulla quippe de eo fit
 mentio in divinis Scripturis, nisi quod
Math. xxiv, 11. Christus in Evangelio ait in generali, multos
 pseudoprophetas post ipsum venturos
 seducturosque multos : quorum pseudo
 præcipuus exstitit Mahometus.

SARRACENUS. — Hoc Christus de legisla-
 tore nostro non intellexit.

CHRISTIANUS. — Nemo hominum tot sedu-
 xit ut legifer vester. Sed quia a proposito
 hinc inde distrahimur, restat ceptam dis-
 putationem jam proseguere : ex qua patebit
 clarissime, hoc ipsum de Mahometo ma-
 xime esse intelligendum.

SARRACENUS. — Superest itaque ut de-
 monstres, quod ad conversionem genti-
 lium non suffecerint argumenta sapientiæ
 naturalis.

CHRISTIANUS. — Quamvis idololatria et
 cultus deorum sint contra rationem et
 sapientiam naturalem, multi tamen magni
 et acuti philosophi putaverunt, scripserunt
 et defenderunt oppositum : sicut ex libris
 patet Porphyrii, Apuleii et Varronis, ac
 aliorum. Ad quæ omnia confutanda et
 revincenda non suffecit Apostolis sapien-
 tia naturalis, nec sola Scripturarum per-
 itia : præsertim quoniam et Apostoli sim-
 plices erant pro maxima parte, et idiotæ,
 nec in philosophiæ argumentis et subtili-
 tatibus eruditi. Insuper, non solum contra
 idololatriam prædicaverunt, sed et multa
 docuerunt quæ naturalem rationem om-
 nino transcendunt. Et quamvis tu neges
 eos docuisse quod Christus sit verus Deus
 et Unigenitus Dei Patris, atque quod Deus
 sit tam vere trinus in personis quam vere
 in essentia unus, negare tamen non vales
 quin docuerint generalem mortuorum re-
 surrectionem esse futuram, universale
 quoque iudicium Dei de meritis universorum,
 ac præmia sempiterna, sive in gloria,
 sive in pœnis atque gehenna, veraque esse
 omnia quæ in lege et Prophetis habentur.

SARRACENUS. — Fateor quod ista prædi-
 caverunt, nec naturali ratione persuadere
 hæc poterant, ideoque eos per miracula
 potissime prævaluisse suaque documenta
 probasse.

CHRISTIANUS. — Hoc demum agnosce,
 quod sicut Moysi restiterunt fortiter magi
 atque malefici Pharaonis, quibus non aliter
 quam per præclara miracula poterat
 Moyses prævalere ; sic electis et sanctis
 Apostolis callidissimi magi, arioli, malefici,
 superstitiosi, acerrime restiterunt, qui-
 bus Apostoli resistere nullatenus nisi per
 miracula et supernaturalia Deitatis auxilia
 potuissent.

SARRACENUS. — Quid ex his intendis
 concludere ?

CHRISTIANUS. — Quod unaquæque gens
 ab Apostolo suo conversa, ab eodem re-
 cepit Evangelium Christi, sive in scriptis,
 sive in tabulis sui cordis, et paulo post
 procuravit sibi descripta evangelia qua-
 tuor Evangelistarum aliasque scripturas
 novi Testamenti canonicas, confirmata ac
 roborata per divina miracula. Si ergo in
 illis scripturis prout primo verissimæ erant
 data, creditæ et receptæ, nil continebatur
 de Christi passione, resurrectione ac dei-
 tate, ac de superbeatissima Trinitate, ne-
 que de veritate corporis et sanguinis Chri-
 sti in Sacramento : quis de omnibus regnis
 ad Christum ex toto vel partim conversis,
 collegit universos libros evangeliorum et
 aliarum legis evangelicæ scripturarum, et
 eos ad suum libitum immutavit, corrupit,
 infecit, cunctaque illa inseruit et adject
 quæ tu asseris esse adjecta, quæ sunt pe-
 nitus ad credendum difficillima, utpote,
 supergloriosissima trinitas personarum in
 simplicissimo Deo, deitas Christi et vera
 ejus in Sacramento præsentia, ejusque pas-
 sio, resurrectio atque ascensio ; ac demum
 evangelia et scripturas sic immutata, in-
 fecta et incomprehensibilibus documentis
 recenter repleta, dare ac persuadere cun-
 ctis gentibus ad credendum, ita quod
 pristinam suam fidem dereliquerunt, nova
 que et inaudita ac incomprehensibilissima

susceperunt credenda, etiam absque divi-
norum attestatiōe miraculorum, quoniam
talibus (ut tu dicis) falsitatibus Deus verus
per sua miracula nequaquam est atte-
status?

SARRACENUS. — Dicit potest, quosdam
callidos Christianos volentes suum legisla-
torem immoderate extollere, convenisse et
præfatam corruptionem scripturarum suæ
legis fecisse, atque scripturam sic infe-
ctam, recenter promulgasse, ac persuasisse
eam hominibus per colorata et astuta men-
dacia, ac artis magicæ opera et signa
mere fallacia: sicut et Antichristum affir-
matis facturum, et Simon magus in lege
vestra legitur suis magicis artibus plu-
rimis dementasse.

CHRISTIANUS. — Hæc verba tua sibi invi-
cem contradicunt et implicant. Si enim
posterius quidam Christiani voluerunt Chri-
stum immoderate extollere, in tantum ut
eum assererent verum Deum, nullatenus
confinxissent eum tam ignominiose ac
turpiter crucifixum ut in Evangelio re-
citur: quia hoc potissime auget diffi-
cultatem credendi quod ipse sit verus
Deus, et indecens esse videtur unigenito
Dei Filio ita trucidari. Imo, dato quod vere
fuerit crucifixus, potius confinxissent, sic-
ut vos fingitis, quod non ipse, sed similis
ejus talia esset passus.

Præterea, ab exordio evangelicæ legis
plebs christiana habuit suos doctores ubi-
que terrarum præter Apostolos. Quorum
doctorum scripta usque in præsens habentur,
præsertim volumina divini et magni
Dionysii: qui ab apostolo Paulo conversus,
ante suam conversionem fuit sublimis
profundissimusque philosophus; conversus
autem ad Christum, edidit libros multos,
imo specialem de summa Trinitate; et in
omnibus libris suis, de Christi deitate et
passione adorandaque Trinitate fideliter
ac catholice scribit, atque per Apostolo-
rum verba ac documenta, sua probat ac
roborat scripta. — Amplius, omnes hi-
storici et chronicæ ac legendæ Christiano-
rum concorditer protestantur, quod a

A tempore Apostolorum omnes Christifideles
protestati sunt Deum esse trinum in per-
sonis, et Christum consistere verum Deum.
Pro qua etiam fide multa millia Christi-
anorum martyrium sunt perpessa, atque
in suis martyriis tot et tantis corusca-
verunt miraculis, quod innumerabiles in-
fideles, visis tot signis et tantis prodigiis,
convertebantur ad Christum: sicque re-
ligio christiana inter persequentium ma-
nus magis prævaluit. — Denique doctores
Christianorum succedentes choro Apostolo-
rum, corruptoribus et infectoribus scriptu-
rarum evangelicæ legis ac promulgationi
scripturarum sic corruptarum fortissime
restitissent usque ad sanguinem, quemad-
modum et pro fide Christi plures eorum
crudelissimas passi sunt mortes; nec de
tali corruptione ac infecti Evangelii pro-
mulgatione recenti in suis scriptis sub-
ticiissent, quemadmodum nec de ceteris
erroribus atque hæresibus contra verum
Evangelium in suis codicibus conticue-
runt, imo talia omnia diligentissime de-
scripserunt. Quum ergo nullus doctorum
fidelium inde conscripserit, nec in aliqua
Christianorum historia inde legatur, cer-
tum est quod talis assertio non sit nisi
rude sacrilegumque mendacium, et exco-
gitatum figmentum hæreticorum et Sarraceno-
rum. — Amplius, quum omnia infe-
riora, præsertim gesta hominum, divinæ
providentiæ sint subjecta, Deus omnipo-
tens et excelsus, qui non frustra homi-
nibus præstitit leges, legem a se datam
populo cuicumque tuetur et manifestat,
atque in sua puritate illibatam conservat:
alias frustra lex donaretur ab eo, nec suf-
ficienter provideret saluti humanæ. Non
ergo permisit evangelicam Christi legem
toti mundo prædicatam sic corrumpi et
falsificari, sicut nec legem Mosaicam.

Præterea, a tempore Apostolorum usque
ad tempora Constantini imperatoris poten-
tissimi, ad Christum multum miraculose
conversi, plebs christiana assiduis perse-
cutionibus laboravit, et innumerabiles fu-
erunt hæretici, quorum multi beatissimæ

Trinitatis mysterium Christique deitatem A negaverunt. Quidam quoque illorum, sub nomine suo aut sub nominibus Apostolorum, evangelium juxta suas conscripserunt perfidias, utpote Marcion, Basilides et Apelles : quorum scripta mendosa perierunt. Temporibus vero Constantini præfati surrexit Arius hæresiarcha, qui superbe-
atissimæ Trinitatis unitatem et veram Christi deitatem præ suis prædecessoribus acriter impugnavit, et sibi procuravit consentientes. Porro Constantinus, prudentis-
simus imperator, considerans inter Christianos talem dissensionem, impetravit a sancto Papa Silvestro celebrationem generalis concilii, in quo diligentissime inquireretur ac definiretur quid secundum sacras Scripturas et antiquorum Patrum fidem ac documenta, de Trinitate et Christi divinitate esset tenendum. Sicque in generali concilio illo reprobatus est Arius cum suis assensoribus erroribus pravitatibusque hæreticis, et declaratum atque probatum est per Scripturas, per miracula, per catholicorum virorum testimonia quæ a tempore Apostolorum fuerunt scripta, quod Deus altissimus sit vere trinus in personis, et item quod Christus sit Unigenitus Dei Patris, verusque Deus.

SARRACENUS. — Multipliciter persuadere conaris scripturas evangelicæ legis non esse infectas seu falsis permixtas ; sed si in concilio illo, tempore Constantini, determinatum est publice divulgatumque undique, trinitatem personarum esse in Deo et deitatem veram in Christo : quomodo diu postea innumerabiles qui se Christianos nominaverunt, tenuerunt oppositum ?

CHRISTIANUS. — Quemadmodum (Aristotele teste) eadem opiniones infinities iterantur, ita eadem pravitates hæreticæ per temporum intervalla et in locis diversis renovatæ sunt sæpe. Etenim mortuo Constantino præfato, filii ejus Constans et Constantius imperatores, a quodam Ariano presbytero fuerunt decepti Arianaque hæresi depravati : qui et manu violenta persequebantur veros Christianos ; tuncque

hæresis illa aucta est maxime, et diu duravit sub imperatoribus Arianis quampluribus, qui vehementissime oppres-
erunt Ecclesiam, in tantum quod hæresis illius extinctio fuit pene ita mirabilis ut prima divulgatio fidei christianæ per mundum : non enim extincta fuit hæresis illa nisi per præclara et copiosa prorsus miracula. Nihilominus diu postea Nestorius inimicus Dei, patriarcha Constantinopolitanus, Dioscorus quoque patriarcha Alexandrinus, renovaverunt hæresim illam de Christo, dicentes quod fuerit purus homo, non Deus : quod et Photinus multique alii hæretici diu ante dixerunt. Imo viventibus adhuc Apostolis, quidam hæretici hoc ausi sunt affirmare : contra quorum insaniam præsertim evangelium suum conscripsit sanctus evangelista Joannes, qui in evangelii sui exordio a Christi deitate et æternitate incepit, dicendo : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Quod contra hæreticos temporis sui Cerinthum et Ebionem ac Marcionem asseruit. Idecirco, quod vos Sarraceni affirmatis ipsos benedictos Dei Apostolos non docuisse quod Christus sit Deus, et quod Deus sit trinus, est prorsus falsissimum.

SARRACENUS. — Multa asseris quæ non probas, nec opus est nudis recitationibus tuis fidem præbere : imo dicere possumus, quod illi quos vocas hæreticos, fuerint vere christiani, nec contra illos, sed pro illis scripserint Apostoli, ea vero quæ contra hoc allegas, ab aliis sint addita et admixta.

CHRISTIANUS. — Nonne jam satis reprobata est ista responsio ? Denique nullus hæreticorum, hoc est nullus eorum qui Christi deitatem personarumque trinitatem in Deo negaverunt, fecit miracula ; sed eadem miracula quæ operatus est Christus, operati sunt innumerabiles sancti Christiani a tempore Apostolorum usque ad præsens, qui omnes trinitatem in Deo deitatemque Christi firmiter crediderunt : qui mortuos suscitaverunt, surdos, cæcos,

mutos, claudos a nativitate mirabiliter curaverunt, et mundaverunt leprosos, ac multa similia perpetraverunt miracula; imo et quidam eorum solis stationem in cælo impetraverunt orando. In quibus impletum est quod Christus prædixit: Qui credit in me, opera quæ ego facio et ipse faciet, et majora horum faciet, quoniam ego ad Patrem vado. Itaque, qua ratione credendum est Christo et sanctis Apostolis propter eorum miracula sola divina virtute fieri possibile, credendum est istis illorum posteris eadem miracula operatis: ut fuerunt beatissimi viri Martinus, Nicolaus, Samson episcopus, gloriosus Servatius, admirabilis vir Germanus, Bernardus, Franciscus; sed et martyres utriusque sexus dignissimi et innumerabiles victoriosi, qui post pretiosissimam suam mortem etiam usque in præsens innumerabilia peregerunt miracula. Nec his diebus nostris desunt præclara prodigia, quæ omnia fiunt in fide et invocatione superdignissimæ Trinitatis deitatisque Christi a Christianis perfectis: quos certissime scimus ab omni magica arte et callida fraude fallacique practica immunissimos esse, atque in omni humilitate, patientia, devotione, fervore, munditia Altissimo deservire.

SARRACENUS. — Tam evidenter ac multipliciter jam probasti propositum, utpote Evangelium Christi non esse infectum, neque scripturas novi Testamenti esse corruptas, ut in promptu non habeam quod opponam.

CHRISTIANUS. — Gratias Deo. Sed a te duo interrogo: primum, an scripturas veteris Testamenti dicas infectas; secundum, an scripturam Alcorani corruptam et infectam fateamini.

ARTICULUS IV.

Responsio Sarraceni ad hæc quæsitæ.

SARRACENUS. — Non est parvum legem mutare, neque debet quis de facili a lege

patrum suorum recedere. Ideo, quamvis pro nunc non videam quin satis probaveris scripturas evangelicæ legis non esse corruptas neque infectas, non tamen absolute concedo eas sic esse intelligendas sicut vos Christiani, qui vultis Catholici appellari, intelligitis eas. Nam Nestoriani et Ariani concesserunt eas non esse corruptas: non tamen admiserunt deitatem veram esse in Christo, nec trinitatem personarum in Deo; sed Scripturas ipsas prout verius æstimabant exposuerunt.

CHRISTIANUS. — Quod asseris nullum de facili debere a lege sua ac patrum suorum recedere, fateor verum, præsertim si de justa et divinitus data intelligatur, quia et Salomon ait: Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo. Si autem intelligatur de lege erronea, adhuc potest hoc aliquo modo verificari: non quod bonum sit legi erroneæ adhærere, sed ne quis occasione dimittendi pristinam legem, quamvis non bonam, inducatur ad dimittendum faciliter etiam legem salubrem.

Denique, quamvis præfati hæretici multique alii exposuerunt scripturas evangelicæ legis salvis suis erroribus, tamen expositiones eorum sunt evidenter extortæ, et reprobantur facillime: imo Deitas adoranda eas destruxit ac reprobavit, mirificando et sublimando expositores catholicos Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, Bedam ac alios, per multa præclara miracula; similiter sectatores eorum: per quæ attestatus est Deus doctrinis expositionibusque ipsorum. Taliter autem nunquam mirificavit quemquam hæreticorum, nec per miracula approbavit doctrinam ipsorum: imo potius quosdam eorum plagavit horrende, quemadmodum Arium cum suis fautoribus pergentem ad Alexandrinæ urbis ecclesiam, ut inde ejiceret sanctum episcopum atque in episcopatus culmen intruderet semetipsum: cui supervenit repente dirus internorum viscerum dolor; et secedens ad

requisita naturæ, una cum suis stercoribus effudit propria intestina, sicque infelicissime exspiravit.

SARRACENUS. — Tale quid a casu accidere potuit.

CHRISTIANUS. — Si circumstantiæ facti considerentur, ultro apparebit fuisse divinæ justitiæ. Sed dico insuper : quamvis scripturæ evangelicæ legis a præactis hæreticis aliquo modo poterant exponi salvis eorum erroribus, hoc tamen non juvante : quia si fateris scripturam legis evangelicæ non esse corruptam, apertissime cogeris confiteri quod Christus sit passus, et item quod sit unigenitus Filius Dei, quodque non liceat circumcidi, atque oporteat baptizari in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ex quibus clarissime sequitur falsitas Alcorani, in quo passio Christi negatur, et affirmatur quod Christus non sit Filius Dei.

SARRACENUS. — Ne hæc confiteri compellar, præmisi quod non sit de facili a lege propria ac patrum priorum recedendum. Quamvis etenim nunc non occurrat mihi responsio ad argumenta quibus probasti scripturam evangelicæ legis non esse corruptam, postea tamen forsitan occurret, aut aliquis sapientium legis nostræ poterit respondere. — Præterea, quamvis in hac parte qua competenter persuasum est a te, scripturam legis tuæ non esse corruptam, aliquo modo ad Christianismum incliner ; aliunde tamen tanta motiva me retrahunt, quod nisi ad ea satisfeceris mihi, non acquiescam.

CHRISTIANUS. — Quæ sint illa motiva, satis conjicio. Sunt enim (ni fallor) argumenta quæ habes contra fidem superexcellentiſsimæ Trinitatis deitatisque Christi ac Sacramenti altaris : quæ argumenta velut insolubilia reputas, propter quæ etiam Judæi non modice retrahuntur a susceptione fidei christianæ.

SARRACENUS. — Ita ut loqueris res se habet.

CHRISTIANUS. — Ut ergo ad dissolvenda hujusmodi argumenta celerius veniamus,

A ad duo interrogata responde : et primo, an et scripturas legis Mosaicæ putas infectas?

SARRACENUS. — Legem et scripturam Moysis librosque Prophetarum dicimus a falsitate esse immunes, secundum quod primo desuper revelati sunt ac dati ; sed quoniam in scripturis illis plurima continentur evidenter contraria Alcorano, fate-mur et eas esse infectas.

CHRISTIANUS. — Eisdem rationibus quibus jam declaravi scripturas evangelicæ legis non esse falsificatas aut infectas, B valeo demonstrare nec illas scripturas esse corruptas, saltem eo modo quo tu dicere habes.

SARRACENUS. — Satis perpendo eisdem rationibus id posse probari.

CHRISTIANUS. — Non solum eisdem, sed et aliis plurimis argumentis.

SARRACENUS. — Audire hæc cupio.

CHRISTIANUS. — A tempore quo Apostoli prædicare cœperunt Evangelium Christi, fuit inter Christianos atque Judæos grandis dissensio, et honori ac gloriæ Christi ac C Christianorum et evangelicæ legis maxime inviderunt Judæi increduli, et omni modo eis possibili restiterunt Christo ac fidei christianæ. Christus autem et Apostoli scripturas veteris Testamenti frequenter allegaverunt ; nec tamen ob falsificationem talium allegationum præsumperunt Judæi scripturas suas corrumpere aut mutare, saltem eo modo ut tu dicere habes, utpote multa addendo aut subtrahendo, quamvis interdum in aliqua dictione aut syllaba mutasse aliquid convincantur. Constat ergo, quod nec alia occasione talem fecerunt suæ corruptionem scripturæ, præsertim quum et in Deuteronomio hoc prohibuerit eis Moyses, dicens : Non adjicietis ad verbum quod ego præcipio vobis, nec auferetis ex eo. Sic et Joannes apostolus ac evangelista in fine suæ ait Apocalypsis : Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super eum plagas scriptas in libro isto, et auferet partem ejus de libro vitæ. Hinc scias certissime assertionem illam de corruptione Scripturarum esse falsissimam.

Deut. xv. 2.

Apo. xiii. 18, 19.

Et si quis scripturam veteris Testamenti sic corrupisset, nequaquam Christiani et Judæi tam discordes ab invicem, in scriptura illa sic concordarent. Et si corruptio illa facta fuisset ante adventum Christi et prædicationem ipsius atque Apostolorum, hoc Christum et ejus Apostolos minime latuisset; nec ipsi hoc abscondissent, sed manifestassent credentibus. Porro, si postea facta fuisset illa corruptio, Christus et Apostoli ac Evangelistæ non allegassent scripturam illam tam consonanter ad textum scripturæ illius qui nunc usque habetur. Et breviter, hæc tua assertio universis Christianis et Judæis, imo Christo et ejus Apostolis ac Evangelistis contrariatur, nec aliquid apparentiæ habet. Insuper, libri veteris Testamenti diversis temporibus a diversis hominibus sunt translati, et omnes illæ translationes concordant ad invicem in his in quibus scriptum Alcorani discordat a scripturis illis veteris Testamenti.

SARRACENUS. — Satis probabiliter persuades propositum.

CHRISTIANUS. — Certissimum nobis est, quod Mahomet in Alcorano scripturas novi ac veteris Testamenti per vanas, fabulosas, fatuas et mendosas narrationes corrumpit, contaminat et depravat. Ideo conscius sibi suæ malitiæ infinitæ, confinxit Judæos quosdam ac aliquos Christianos ita fecisse, utpote Scripturas corrupisse, quemadmodum fecit ipse. Ideo nunc responde quid de scripto sentias Alcorani, an et ipsum putes infectum. Non enim potes negare quin multa absurda, ridiculosa et stulta contineantur ibidem.

SARRACENUS. — Sapientes aliqui legis nostræ dixerunt talia ab adversariis veritatis Alcorano esse inserta et addita.

CHRISTIANUS. — Est apud nos libellus disputationis cujusdam habitæ inter quemdam Christianum clarissimum et quemdam Sarracenum, qui ambo non diu post Mahometum fuisse videntur : in quo libello de frequenti mutatione, corruptione et laceratione Alcorani multa dicuntur. Quum

ergo scriptura legis tuæ toties sit corrupta, ut fertur, nequaquam credendum est quod Deus legem illam pro hominum salute donaverit. Si enim eam dedisset, conservasset utique eam a tali corruptione immunem, quatenus per eam homines salvarentur : alioqui inaniter eam dedisset, prout hoc præcedenti articulo plenius est probatum.

SARRACENUS. — Per omnia in duobus istis articulis introducta, competenter probasti assertionem nostram de infectione scripturarum evangelicæ legis ac veteris Testamenti apparentiam parvam aut nullam habere : tamen (si placet) tange aliqua in Alcorano contenta, quæ tibi ridiculosa, absurda et stulta videntur.

ARTICULUS V.

De quibusdam ridiculosis, absurdis, fatuis et mendosis narrationibus in Alcorano contentis.

CHRISTIANUS. — Capitulo Alcorani tricesimo sexto refertur : Salomon cum suis exercitibus tum dæmonum, tum hominum, tum avium ipsum glorificantium, ad locum formicarum pervenit. Quarum una persuadente ceteris ingressum, ne a Salomone ac suis conculcarentur, Salomon subrisit, dicens : Tu, Deus, da mihi ut de beneficiis tuis digne tibi gratias agam. Deinde avium exercitu adspecto, upupa, quam non reperit, ubi lateret quæsivit : Ei (inquiens) malum mortemve inferam, nisi aliquos mihi rumores retulerit. Itaque upupa paulisper immorata, veniens ait : Ego de Saba veniens, rumorem tibi veracem apporto. Est namque ibi mulier omnibus imperans et abundans, solem cum sua gente adorans. Respondit Salomon : Ad dicti tui probationem, hanc meam chartam fer illis, et redi, ut quid acturi sint, nobis innotescat. Deinde fabulam istam capitulum istud prolixè prosequitur ; et omnino reor indignum eam plenius tractare. Hoc tamen adjicio, quod

additur ibi : Regina illa (videlicet Saba) **A** carnali delectatione concepit, sic absque dolore, verecundia et mœrore, imo cum dulcissimo gaudio spirituali, peperit eum. **wjussa** egredi. **pavimentum** domus Salqmonis, putans hoc aquam esse, vestes suas levavit et crura detexit ut transvadaret. Falsum est quoque quod Mahon ait, Virginem gloriosam cum puero concepto in locum aufugisse remotum : imo, sciens se salvo virginitatis signaculo Dei Filium supernaturaliter concepisse, securissima fuit. Mendosum est item quod peperit juxta palmam, sed (ut sanctus recitat Lucas evangelista) in diversorio peperit Christum in medio noctis, existens in contem-

Alibi dicit, quod Moyse ascendente monte Sinai, mons ipse in pulverem comminutus est, et quod Moyses cecidit quasi mortuus, et curatus clamavit : O Deus, ego sum primus credentium in te.

Insuper, in capitulis in quibus aliqua vera ex scripturis novi ac veteris recitat **B** platione altissima. Rursus falsissimum est quod sordidissimus Mahon affirmat, virgineum illum partum præcessisse menstrui stillationem : imo, sicut ex purissimis Virginis sanctæ sanguinibus formatum est corpus Christi, sic et cetera in ejus partu fuerunt mundissima, atque omnipotenti Dei virtute in instanti natus est Christus de inviolata, integerrima Virgine : quæ pariendo non fuit debilitata nec contristata, idcirco nec refecta fructu palmæ pro sua confortatione, nec consolata a filio suo pro suæ tristitiæ expulsionem. Nec verum est quod Mariam cum puero venientem aliqui tanquam peccatricem seu fornicatricem aut adulteram reprehendebant, quum scirent eam virum habere, de quo eam concepisse putabant. Aliæ etiam falsitates in præactis Mahon verbis contentæ sunt : ut quod Maria innuebat quærentibus se, quatenus puerum interrogarent, et quod puer illis respondit.

Insuper, Mahon recitans Christum mortuos suscitasse, ac alia superius tacta **D** cisse miracula, mox adjungit mendacium, dicens eum ex luto formasse similitudines avium, illisque insufflasse, ita quod animatæ mox avolaverunt.

SARRACENUS. — Ultimum istud de avium productione, non videtur Christi potentiæ derogasse.

CHRISTIANUS. — Sapientiæ Christi derogasset talia curiosa, inutilia aut superflua facere.

SARRACENUS. — Recitatio illa de formicis et upupa, potuit ab æmulis veritatis

inseriri Alcorano. Porro quæ de generatione Christi asseruisti, satis concordare videntur evangelicæ narrationi, qua Virgo dicitur Christum divinitus sine carnali libidine concepisse.

CHRISTIANUS. — Jam tibi monstrabo qualiter Mahon etiam scripturas veteris Testamenti per fabulosas narrationes corruptat, et non minus contradicat scripturis veteris Testamenti quam evangelicæ legis: imo, quod in uno Alcorani capitulo ponat et asserat plus quam viginti quatuor mendacia scripturis veteris Testamenti contraria.

ARTICULUS VI.

Quam mendose Mahon referat historiam de Joseph et patre ac fratribus ejus.

CHRISTIANUS. — Vicesimo primo Alcorani capitulo legitur: Quando Joseph retulit patri suo vidisse se undecim stellas et solem et lunam se illi humiliantes, dixit pater ipsius: O filii, somnium hoc fratribus tuis non reveles, ne tibi per invidiam mali aliquid machinentur. Istud est primum præacti capituli mendacium. Genesis namque tricesimo septimo scriptum est, quod Joseph somnium istud narravit fratribus suis. Si autem primo recitasset patri suo, et ille ei prohibuisset ne illud suis fratribus enarraret, obedisset in hoc patri suo, quia exstitit virtuosus.

Sequitur in Alcorano: Fratres Joseph patrem suum sic affati sunt: Quare nobiscum non mittis Joseph, quum eum summe diligamus? In crastinum mittatur nobiscum pastum pecora et spatiatum. In

Ibid. 13.

Tertio falsum est quod in Alcorano subjungitur, quod Jacob percipit ipsum Joseph in cisterna positum esse. De hoc

A. etenim nihil scivit, et si scivisset, improperasset hoc filiis suis, nec putasset ipsum Joseph a fera esse comestum.

Subditur in Alcorano: Ipse (videlicet Jacob) tum negligens ipsius, tum inscius, remansit. Hoc est quartum mendacium. Quum enim Jacob tam specialissime dilexerit ipsum Joseph, tamque sollicitus pro illo exstiterit, si percepisset eum esse in cisterna depositum atque in periculo constitutum, nequaquam circa hoc fuisset tunc negligens, imo potius personaliter properasset ad eum.

Sequitur in Alcorano: Fratres crepusculo lacrimando redeuntes, dixerunt: O pater, Joseph nostræ fidei traditum, cum pecore nostro relictum, lupus voravit. Hoc est quintum mendacium, quia in Genesi fertur, quod fratres Joseph miserunt tunicam ejus sanguine intinctam patri suo, ei annuntiantes: Hanc invenimus; vide an tunica filii tui sit. Non ergo venerunt ad patrem suum, dicentes: Lupus devoravit Joseph.

Gen. xxxvii, 31, 32.

Falsum est quoque quod in Alcorano additur: Attulerunt vestem Joseph falso cruentatam, dicentes: Ecce, pater, argumentum cædis verax. Quia (ut patet ex verbis Genesis jam allegatis) loquebantur patri suo per nuntium, quasi ambigui an tunica illa esset ipsius Joseph.

Sequitur: Respondit pater: Vos hoc factum in corde vestro voluistis (id est, de vestra voluntate aut consensu devoratus est Joseph). Hoc est mendacium septimum. Jacob namque putavit ipsum Joseph comestum a bestia, fratribus ejus penitus ignorantibus.

Octavum mendacium est quod in Alcorano sequitur: Viatoribus venientibus, et suum clientem ad hauriendam aquam mittentibus, ille bonum nuntium retulit eis, dicens: Ecce puer hic captivus est. In Genesi namque narratur, quod viatoribus Madianitis a longe venientibus, Judas dixit fratribus suis: Ecce Ismaelitæ trans-eunt, venite, venundetur. Et antequam Ismaelitæ venerunt ad eos, extraxerunt

Ibid. 25-28.

ipsum Joseph de cisterna, et adduxerunt A ad illos ac vendiderunt.

Gen. xxxix, 11, 12. Sequitur in Alforcan : Mulier illa (utputa uxor viri Ægyptii qui emerat ipsum Joseph) inventum Joseph in thalamo suo, ostia claudens, precata est ut secum concumberet. Hoc est nonum mendacium, quia in Genesi fertur, quod ipso Joseph domum ingrediente ut operis quidpiam faceret, mulier apprehendit laciniam vestimenti ejus, dicens : Dormi mecum : Quod intelligo de attractione illa ad coeundum,

Ibid. 10. de qua ad propositum : siquidem sæpe et in diversis locis impudica illa invitaverat ipsum Joseph ad stuprum.

Ibid. 8. Sequitur in Alcorano : Fere utriusque consensus fuit. Hoc est mendacium decimum, quia in Genesi legitur quod Joseph nequaquam acquievit operi nefario.

Ibid. 12. Undecimum mendacium est quod in Alcorano subjungitur : Ipsum Joseph fugientem mulier insecuta, rupit camisiam ejus retro. Legitur namque in Genesi, quod apprehendit laciniam vestimenti ipsius, et pallium ejus in sua retinuit manu : quo constat quod Joseph erat plene vestitus.

Ibid. 12-18. Sequitur in Alforcan : Domino suo (videlicet marito mulieris) ad ostium obviaverunt. Hoc est duodecimum mendacium, quia in Genesi recitatur, quod ipso Joseph domum egresso, mulier videns se contemptam, convocavit suos domesticos, accusans ipsum Joseph, deinde viro suo domum reverso, accusavit ipsum Joseph ut prius.

Ibid. 19, 20. Subditur in Alcoran : Advocati mulieris judices, conjiciebant verum esse quod mulier dixit, si anterior pars camisiæ esset rupta ; si vero posterior pars, judicabant verum quod dixit Joseph. Hoc est tertiumdecimum mendacium, quia in Genesi scriptum est, quod maritus nimis credulus suæ uxori, misit ipsum Joseph in carcerem. Sicque ad discutiendam hanc causam non sunt judices convocati, prout in Alcoran recitatur.

Sequitur in Alcorano : Hinc inter mulieres civitatis crebra confabulatio orta

est, dicentes : Ecce uxor illius sublimis viri suum servientem diligens, ejus concubitum precata est. Illa vero hujus rumoris ventilationem percipiens, doluit ; et mulieres illas adduci præcepit, et lectisternia eis ut accumberent præparavit ; et earum cuique cultro dato, ipsum Joseph coram venire fecit : quo viso, omnes menstruatæ sunt, et sibi quæque manum suam secuit. Ecce omnia ista sunt fabulosa, ficta et falsa. Ex Genesi etenim constat quod Joseph statim fuit incarceratus a domino suo, accusatione uxoris audita. Sicque mulieres putabant Joseph consistere reum.

Quintumdecimum mendacium est quod in Alcorano subjungitur : Illa (videlicet uxor præfata) respondit mulieribus : Hic est de quo me redarguitis, qui me precantem ejus concubitum non exaudivit ; et si meum mandatum complere noluerit, eum incarcerabo. Nullam enim apparentiam habet quod mulier illa in aliarum præsentia dixerit hoc ; atque, ut patuit, Joseph jam fuit incarceratus, nec coram mulieribus illis fuit ita adductus.

Sequitur in Alforcan : Re manifeste percepta, visum est eis (puta judicibus) hunc (scilicet Joseph) ad certam horam esse incarcerandum. Hoc est sextumdecimum mendacium. Non enim incarceraverunt Joseph, certi de innocentia ejus : imo dominus suus incarceravit eum, credens eum id meruisse.

Subjungitur in Alcorano : Duo juvenes in carcerem cum eo detrusi sunt (videlicet magister pistorum et princeps pincernarum). Istud est septimumdecimum mendacium. Nempe, ut fertur in Genesi, duo illi fuerunt diu post Joseph incarcerati.

Sequitur in Alcorano : Ei quem liberandum cognovit (videlicet principi pincernarum) Joseph dixit : Me domino tuo (utpote Pharaoni) notifica. Sed quoniam suggerente diabolo, hoc injungendo Deum nominare oblitus est, in carcere novem annorum spatio moratus est. Istud est octavumdecimum mendacium. Non enim

tenebatur Joseph Deum nominare aut ejus actualiter **remiscenti in precē hujusmodi**: et quamvis in hoc forsā venialiter peccasset, non tamen ob hoc tam diuturnam sustinisset incarcerationem. Et quia loquebatur idololatræ verum Deum ignorantem, non erat opportunum ut ei Deum verum in tali postulatione exprimeret.

Sequitur in Alforcan : Tunc de carcere liberatus (videlicet princeps pincernarum) dixit ad regem (id est Pharaonem, sua somnia recitantem et exponi quærentem) : Si ad Joseph me miseris, veram hinc expositionem tibi referam. Ad Joseph itaque nuntii missi, somnii expositionem requirunt. Expositione autem domino Pharaoni recitata, adduci eum præcepit. In his verbis sunt tria mendacia : quoniam in Genesi scriptum est, quod Pharaone sua somnia proponente, et pincernarum magistro narrante quemadmodum Joseph sibi exposuerit somnium suum, Pharaonem mox præcepit ipsum Joseph sibi adduci de carcere, et eum sibi repræsentari. Quo facto, Pharaonem mox personaliter retulit ei somnia sua, eorumque interpretationem didicit et audivit immediate a Joseph. Sicque eum eduxit de carcere ante somniorum suorum interpretationem.

Vicesimum secundum mendacium est quod in Alforcan subjungitur : Joseph nuntium ad dominum suum (videlicet Pharaonem) redire præcepit, ut sciscitaretur ab eo cur prædictæ mulieres manus suas ita secabant. Jam enim patuit quod Joseph fuit eductus de carcere antequam exposuit somnium regis, et quod Joseph non fuit coram mulieribus introductus, ut supra narratum est.

Sequitur in Alcorano : Tandem regis mulier (id est uxor Pharaonis) ait : Ad veritatis evidentiam, confiteor me precatam concubitum Joseph, eumque recusasse. Istud est vicesimum tertium mendacium, nullum habens colorem : quia etsi regina precatam fuisse ipsius Joseph concubitum, non tamen sic sponte prodidisset se ipsam.

A Subditur in Alcorano : Joseph affatus est regem : Pone me custodem super omnia granaria atque deposita regni tui. Istud est vicesimum quartum mendacium : quia (ut fertur in Genesi) Joseph consuluit regi ut provideret virum industrium, quem constitueret præpositum Ægypti ad colligendum et conservandum frumenta ; et tunc rex de sapientium suorum consilio præfecit ipsum Joseph terræ Ægypti. Imo speciem ambitionis et cupiditatis habuisset, si Joseph postulasset hoc primo.

B Sequitur in Alforcan : Joseph fratri suo (videlicet Benjamin) sibi præsentato, revelavit se esse fratrem suum. Hoc non concordat scripturæ Geneseos : ideo falsum censetur.

Sequitur in Alcoran : Dixit Joseph : Vas regium quisquis abstulit mihi, sarcinam cameli sui accipiam, et insuper vim faciam illi. Hic sunt duo mendacia : quia (ut Genesis refert) perscrutatio illa fratrum Joseph facta est extra urbem, Joseph absente ; fratres quoque Joseph non camelos, sed asinos secum duxisse leguntur.

C Deinde in præfacto Alcorani capitulo mendacia tot sequuntur, quod tædet hæc numerare. Nam subditur ibi : Adstantes quidam dixerunt, Non mirum si furtum fecerunt, qui prius fratrem suum subdixerunt. Hoc falsum est, quia adstantes illi adhuc nihil sciebant de hoc quod fratres illi primo subdixerant fratrem suum. — Sequitur in Alcorano : Major fratrum dixit fratribus suis : Ad patrem redite, dicentes : Pater, filius tuus furtum perpetravit.

D Falsum est istud, quia nec fratres Benjamin crediderunt eum fecisse furtum, sed scyphum credebant insidiosè impositum sacco ipsius, ut patet ex Genesi. — Rursus in Genesi apertissime scriptum est, quod in secundo ingressu fratrum Joseph in Ægyptum, ipse Joseph manifestavit se illis, antequam redierunt ad patrem suum. Unde in Actibus Apostolorum habetur, quod Joseph secundo (scilicet adventu) cognitus est ab eis. Hinc prorsus mendosum est quod in Alcorano subjungitur, quod in secundo

Gen. xli,
33-44.

Ibid. xliiv,
4.

Ibid. xlii,
26.

Ibid. xliiv,
8.

Ibid. xlii, 3.

Act. vii, 13.

reditu filiorum ipsius Jacob ad eum, ipse A
 Jacob ex jugi fletu propter Joseph amissionem, incurrit oculorum albuginem et excæcationem; et quod tunc rogavit filios suos, dicens: Obsecro vos, filii, ut rumores de Joseph fratreque ejus perscrutatum proficiscamini. Sequitur in Alcorano: Tertio itaque profectus, et ad Joseph pervenientibus, ipse respondit: An de Joseph memores facti estis? Responderunt: Tune es ille Joseph? Ait: Ego sum; sed hanc meam camisiam patri nostro ferentes, in ejus faciem, ut lumen recipiat, projicite. B
 Ecce omnia ista sunt ficta et falsa, quia et ipse Jacob sanctior filio suo Joseph, potuisset sibi meritis propriis tale beneficium impetrasse; nec verum est quod plorando fuerat excæcatus; nec fratres tertio missi fuerunt ad inquirendum de Joseph ac Benjamin. — Additur quoque in Alcorano, quod Joseph parentes suos honorifice suscepit, quum tamen ex Genesi constet, quod mater ejus jam diu ante fuit defuncta: nam ipsum Benjamin pariendo obierat.

Gen. xxxv.
18.

Ecce quot et quanta mendacia refert falsissimus Mahon in uno capitulo! et (quod sceleratissimum est) Deo ea attribuit.

SARRACENUS. — Negare non valeo quin recitatio Alcorani multum discordet in his a scripturis veteris Testamenti. In aliquibus tamen cum illis concordari posse videtur.

CHRISTIANUS. — In scripturis divinitus revelatis nec unum continetur mendacium: et cur vos, sectatores legis Mahometi, non legitis nec habetis scripturas D
 novi ac veteris Testamenti?

SARRACENUS. — Legifer noster prohibuit eas nobis tanquam corruptas et infectas.

CHRISTIANUS. — Sic suam velavit nequitiam: imo, ideo vobis eas prohibuit, ne ex earum lectione deprehenderetis errores atque mendacia Alcorani et aliorum quæ docuit.

SARRACENUS. — Putas Alcoranum in præallegato tantum capitulo contrarium scripturis legis tuæ ac Moysis?

CHRISTIANUS. — Non utique: imo pene in singulis capitulis contradicit eisdem; sed unius capituli falsitates causa exempli induxi. Leges quoque quas tradidit, injustissimæ esse probantur.

SARRACENUS. — Quæ?

ARTICULUS VII.

De injustitia et impietate quarundam legum Mahometi.

CHRISTIANUS. — Tertio Alcorani capitulo datur lex de uxorum repudio, ita ut liceat maritis suas repudiare uxores et eas rursus recipere usque ad tertiam vicem, sic ut quaternarium numerum non excedant in repudiando et recipiendo. O quam scelerata et impia est lex ista! Nec est lex, sed turpissima fæx, et innumerabilium incitamentum atque occasio vitiorum. Nempe, quum viri ac juvenes sint ad opera carnis proclives, si quis viderit puellam sibi placentem, pulchram, amabilem, finget se cum ea velle conjugium fixum contrahere et perseveraturum cum illa, quum tamen intendat eam repudiare quum fuerit satius amplexibus ejus: sicque, quum defloraverit ac aliis aspernabilem fecerit eam, abjiciet ipsam, quod est maxime injuriosum. — Insuper, juxta hanc fæcem, conjugium non erit nisi prætentatio quædam atque probatio feminarum, ipsis feminis præcipue periculosa, quum communiter viri proni fiant suas abjicere conjuges, si id possint. — Amplius, matrimonium etiam de lege naturæ ordinatur ad convenientem proli educationem ac informationem in moribus, et ad ejus provisionem et correptionem: ad quæ omnia valde necessarium est ut parentes simul permaneant, non ad libitum separentur. — Præterea, per matrimonium contrahentes sibi invicem dant sui corporis potestatem simpliciter, non ad tempus determinatum, sed usque ad terminum vitæ ipsorum. Tradere enim alteri potestatem proprii corporis ad tempus, meretricabile esse videtur. — Ta-

lis quoque libertas repudiandi uxorem, est A usuram accommodare extraneis : et tamen inimicitiae et infidelitatis) occasio. Quum nec tu ob hoc usuram commendas. enim uxor ignoret an repudiabitur, secrete providebit sibi de bonis mariti pro posse ; et quando repudiabitur, tam ipsa quam ejus propinqui indignabuntur, hostesque fient viro repudianti. — Iterum, repudiandi facultas, tam in viro quam in femina concupiscentiam nutrit et auget, ad cujus refrenationem ordinatur connubium. Etenim concupiscentia quo per plura vagatur aut vagari permittitur, eo irrefrenatior et immoderatio redditur, et B semper recentia quærit objecta.

O quam longe est hæc Mahometi traditio ab evangelica Christi doctrina, quam frequenter Mahon commendat, quamvis in isto multisque aliis contradicat eidem ! Interrogatus etenim Christus a Phariseis, an licet homini uxorem suam dimittere quacumque ex causa, respondit : Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam creavit eos, et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, C æquanimiter tolerari. Hinc de conjugatis dixit apostolus Paulus : Tribulationem carnis habebunt hujusmodi. Denique leges principaliter ac directe intendunt bonum communitatis, non personæ. Quamvis ergo inseparabilitas connubii impediatur proli- ficationem aut prolis sanitatem in aliquo casu et certis personis, expedit tamen ad bonum prolis simpliciter atque communiter.

SARRACENUS. — Cur legem hujus repudii ita condemnas, quam Deus in lege Moysis approbasse monstratur, jubens scribi libellum repudii ? Qui et per Malachiam prophetam locutus est : Quum odio habueris uxorem, dimitte eam.

CHRISTIANUS. — Ad hæc Dominus et D Salvator respondet, quod Deus per Moysen uxorum repudiationem non licentiavit, nec jussit ut licitam, sed permisit propter Judæorum duritiam, ad vitandum enormius malum : quia Judæi crudeles ac duri, proni erant uxores suas, dum oderant eas, occidere. Unde, quum per Malachiam dixisset Deus verba quæ allegasti, volens ostendere quo sensu protulerit verba illa, adjecit : Operiet autem iniquitas vestimentum ejus. Sic quoque permisit Judæis ad

SARRACENUS. — Ex inseparabilitate matrimonii multa mala et interdum proli- ficationi ac proli contraria assequuntur, ut si uxor fiat leprosa : tunc enim non pariet nisi prolem radicaliter lepra infectam ; et si sit turpis, odiosa seu leprosa, nec possit repudiari, erit adulteriorum occasio suo marito. Denique, quædam mulieres sunt steriles, ex quibus vir nunquam prolificaret : imo quædam feminæ a quibusdam viris nequeunt imprægnari, quæ tamen ab aliis viris nonnullis poterunt fecundari ; et idem tenendum est de viris, quod scilicet aliquas poterunt imprægnare, non alias. Similiter, quædam feminæ fluxum menstruorum irrestringibilem patiuntur. Ergo in casibus istis inseparabilitas matrimonii in exitum verget deteriorum.

CHRISTIANUS. — Non dubium quin matrimonio annexa sint multa mala pœnalia, quæ ob matrimonii fidem Deus jussit

SARRACENUS. — Ergo in hujusmodi saltem casibus esset dispensandum in lege communi.

CHRISTIANUS. — Origo et mater dispensationis est vera necessitas evidensque utilitas. Ex tali autem dispensatione sequerentur inconvenientia multa. Nam et mulieribus absque earum culpis possunt accidere lepra, deformitas, consimilesque defectus et incurabiles morbi : et tunc amplius indigent maritorum ope atque solatiis ; et si tunc repudiarentur, sine suis demeritis affligerentur ac punirentur.

SARRACENUS. — Gravis est inseparabilitas ista.

Matth. xix, 3-6 ; Gen. i, 27 ; II, 24.

Deut. xxiv, 1.

Malach. ii, 16.

Matth. xix, 8.

Deut. xxiii, 19, 20.

1 Cor. vii, 28.

CHRISTIANUS. — Quid mirum si tibi gra-
vis videatur, quum et Apostoli audita pri-
mum a Christo ista inseparabilitate, locuti
sint, Si ita est causa hominis cum uxore,
non expedit nubere? Verum per auxilia
gratiæ ac pietatis divinæ faciliter toleran-
tur quæ aliunde intolerabilia reputantur.

Matth.
xix, 10.

SARRACENUS. — Specialiter gravis est
inseparabilitas ista, si non licet viro ha-
bere uxorem nisi unam dumtaxat tempore
uno.

CHRISTIANUS. — In hoc quoque scelera-
tissime vos decepit vester legislator, imo
deceptor et legum destructor, quod tan-
tam uxorum pluralitatem unicuique viro
concessit, prout hoc sequenti articulo tibi
clarius probabo.

ARTICULUS VIII.

*Quam vitiosa sit uxorum pluralitas quam
Mahon concessit uni marito.*

CHRISTIANUS. — Octavo Alcorani capi-
tulo continetur: Duas, aut tres, vel qua-
tuor uxores ducite, nisi timueritis vos eas
nullatenus posse pacificare: tunc enim
tot quisque accipiat quot sua manus qui-
verit castigare. At vero tricesimo secundo
Alcorani capitulo legitur: Castitatem ser-
vate nisi cum propriis uxoribus aut sibi
subjectis et ancillis; inde enim nulla que-
rimonia fiet. Sic itaque Mahon licentia-
vit cuilibet viro habere quatuor principales
uxores et earum ancillas ac subditas; em-
pticias vero et in bello acquisitas, tot quot
quis potuerit obtinere et ferre.

Ecce quam ineffabiliter vitiosa et inju-
sta et detestabilis est fæx ista! Et quis
unquam ita exposuit genus humanum li-
bidini sicut Mahon? Et quid mirum quod
tam inæstimabilis hominum multitudo ad
carnalia prona, legem illam totius impu-
ritatis et carnalitatis amplectitur? — De-
nique, sicut præhabitu est, in matrimo-
niali contractu vir et mulier corporum
suorum potestatem transferunt in alter-
utrum, ita quod maritus corporis sui po-

art. præced.

testatem non habet quantum ad ea quæ
sunt carnalis commixtionis, sed uxor, et
econverso. Postquam ergo maritus uni
uxori sui corporis tradidit potestatem, non
potest illud obligare voluntati alterius seu
secundæ uxoris, nec tradere ei. Insuper
nec potest nec debet se ad impossibilia
obligare. Quum ergo vix valeat voluntati
unius satisfacere conjugis quantum ad de-
biti redditionem, qua ratione plures poterit
uxores accipere? — Amplius, matrimo-
nium ad refrenationem, non ad nutri-
mentum et dilatationem concupiscentiæ
ordinatur: pluralitas autem uxorum con-
cupiscentiam magis inflamat, nutrit, di-
latat. — Præterea, inter conjugatos debet
esse cohabitatio amicabile atque pacifica.
Imo, quum amicitia et concordia sint præ-
cipua vitæ præsentis bona, sunt maxime
appetenda et exquirenda: idcirco quod
eis potissime adversatur, maxime est vi-
tandum. Pluralitas autem uxorum quasi
semper est incitamentum discordiæ, fo-
mentum rixarum, invidentiæ radix: sum-
me ergo est vitanda. Rursus, pluralitas
ista uxorum est incitamentum multarum
suspicionum malarum et tristitiarum, in-
dignationum ac malevolentiarum in invi-
cem; est quoque occasio quod vir nunc
istam, nunc illam de facili aspernatur,
atque quod fragiles feminæ viros alios
concupiscunt, quum unus earum appeti-
tioni et exactioni satisfacere nequeat. —
Adhuc autem, quum mentes virorum ab
arce virtutum nil magis dejiciat, et eas
nil magis absorbeat, deprimat, inebriet
brutalesque faciat, quam feminea blandi-
menta, libido irrefrenata ac usus vene-
reorum assiduus; constat quod tam im-
moderata uxorum pluralitas maxime sit
nociva, veræ salutis ac spiritualis profe-
ctus impeditiva: est ergo prorsus vitanda.

SARRACENUS. — Quomodo sic argumen-
taris et loqueris, quasi ignores multos
Testamenti veteris sanctos viros habuisse
plures uxores et concubinas? — Nonne et
unus vir plures potest imprægnare ux-
ores? Imo, quum pauci sint menses anni in

quibus decet virum suam cognoscere conjugem (imprægnatam namque non decet eum accedere usquequo fuerit post partum purificata), nonne expediens exstat ut habeat conjuges plures?

CHRISTIANUS. — Si summum aut præcipuum hominis bonum in vita hac esset carnali propagationi vacare, bene objiceret; sed quum virtuositas salusque hominis in hoc consistant, ut in vera prudentia, salutari sapientia atque virtutibus crescat quotidie, præsertim in spirituali Dei ac proximorum amore, a quibus uxorum pluralitas maxime impedit, certum est argumentum tuum nullius esse vigoris. — Porro, quod de patribus veteris Testamenti assumis, nunc locum non habet. Nam illi ex dispensatione divina, aut inspiratione superna, et ex rationabili causa, plures duxerunt uxores: quia tunc cultus veri Dei in uno populo viguit, et per carnalem prolificationem conservabatur; fuitque paucitas hominum respectu latitudinis terræ et multitudinis gentium quæ nunc sunt. Porro concubinæ quas Sancti illi habuisse leguntur, erant eorum uxores legitimæ, sed secundariæ et minus principales: sicut in Genesi Bala et Zelpha interdum vocantur uxores, interdum concubinæ Jacob. Est enim consuetudo scripturæ veteris Testamenti, tales secundarias et minus principales uxores dicere concubinas.

SARRACENUS. — Nimis arcta et spiritualis est lex Christi, idcirco nec omnibus proportionata. Ideo pie et sapienter egit Altissimus mittendo plebi Arabum Mahometum cum lege laxa ac facili. In cujus Alcorano habetur: Deus nequaquam difficilia seu ardua requirit a nobis.

CHRISTIANUS. — Jam tibi probavi, quod lex Mahometi non sit divinitus data, sed sacrilega et mendosa; et quod post Evangelii divulgationem universi homines in hoc mundo ad legem evangelicam teneantur; quodque lex Mahometi sit omnino contraria legi Christi, qui in Evangelio protestatur: Quam arcta via et angusta porta quæ

A ducit ad vitam, et pauci inveniunt eam! Denique, sicut unus homo paulatim crescit, instruitur atque ad perfectiora perducitur; sic gloriosus et adorandus universorum Creator voluit successive genus humanum ad meliora, spiritualiora et perfectiora perducere. Hinc primo contulit legem naturalem; deinde per Moysen præstitit legem scriptam, postremo per Christum legem evangelicam, spiritualem, perfectam. Absit ergo ut post evangelicæ legis per universum orbem divulgationem credatur desuper data lex laxior, lex rudis, carnalis, remissa.

SARRACENUS. — Lex Christi tam rigorosa, non est multitudini hominum rudi apta.

CHRISTIANUS. — Deus, cujus sapientiæ non est finis, nulli impossibilia præcipit. Ipse quoque vere omnipotens, humanæ fragilitatis imbecillitatem clarissime intuens, potens est et paratus subvenire infirmis: imo per caritatis fervorem, per consolationes divinas, per gratiam et virtutes infusas, per dona et fructus Spiritus Sancti, tam copiose et gratiose succurrit hominibus benevolis ac bonis, ut inde in evangelica lege locutus sit: Jugum meum suave est, et onus meum leve.

SARRACENUS. — Miror quod legislatorem nostrum sic vilipendis, et ejus legem sic despicias.

CHRISTIANUS. — Si in scripturis veteris ac novi Testamenti, quas et legislator tuus divinitus datas fatetur, esses instructus et resolutus, nequaquam super hoc mirareris. Verum, ut communiter fertur, amor inordinatus et odium pervertunt judicium. Quum itaque tot annis fueris ad legislatorem tuum ejusque legem tanquam ad magna bona fortiter atque erronee affectatus, non miror quod de eorum extrema et vera reprobatione mireris et obstupescas. Præterea jam perpende qualis fuerit legifer tuus.

SARRACENUS. — Virtuosus et justus per omnia fuisse censetur, qui ad unius Dei veri cultum homines viribus totis adduxit.

CHRISTIANUS. — Ego tibi ostendam quod **A** puellas ac mulieres quibus donanda donaverit, Mahometo concessum?
 sceleratissimus, libidinosissimus injustissimusque extiterit.

ARTICULUS IX.

*De vitiosissima libidinositate
 et malitiositate Mahometi.*

CHRISTIANUS. — Quintodecimo Alcorani capitulo legifer tuus ait : Quis deterior quam Deo mendacium imponens, vel se missum fuisse a Deo mendaciter perhibens? Quum igitur sit probatum tot et tanta mendacia divinis Scripturis contraria in Alcoran contineri, quæ Mahon asserit sibi divinitus revelata, sicque se mendaciter dixerit esse Dei nuntium ac prophetam, atque tam innumerabilia deceperit millia hominum ; constat quod nullus sit eo deterior.

SARRACENUS. — Quamvis ad quædam eorum quæ objecisti, formaliter respondere nequivi, attamen, si recolis, dixi quosdam sapientium legis nostræ ad ea forsitan posse dare responsa, aut certe me ipsum tempore suo.

CHRISTIANUS. — Et quid dices ad id quod nunc tibi objicio? Ecce tricesimo octavo Alcorani capitulo introducit Mahon Deum altissimum sibi dicentem : O propheta, mulieres omnes quibus donanda dederis, omnes tuæ manui per emptionem subditas, et amitæ tuæ materteræque filiarumque filias, omnes item bonas mulieres tibi gratis succumbere cupientes, licitas tibi constituo; hocque tibi soli permittitur. Has **D** a te remove, illas adjuuge, pro libitu tuo ; nec pro prius abjectis, nisi dilexeris eas, molesteris : illæ namque tuo voto parere debent. Quid tibi videtur de ista concessione ?

SARRACENUS. — Deus, qui omni lege superior est, dispensare potest in legibus a se datis, et uni præ altero privilegia dare.

CHRISTIANUS. — Cur putas privilegium illud cognoscendi consanguineas et affines aliorumque conjuges, atque quascumque

puellas ac mulieres quibus donanda donaverit, Mahometo concessum ?

SARRACENUS. — Ut suscitaret et generaret ex illis viros virtutum ac Dei prophetas.

CHRISTIANUS. — Cur Abrahæ et Moysi ac sanctioribus Mahometo non est privilegium illud concessum ? Denique Scriptura apertissime docet et experientia pandit, electos et bonos generari ex malis et reprobis, et econtra, imo optimos et electissimos ex pravissimis, et vice versa : sicut **B** piissimus Ezechias ex impiissimo Achaz est genitus, virtuosissimus quoque Josias ^{IV Reg. xvi. 1. 22.} ex sceleratissimo Amon. ^{24.}

SARRACENUS. — Deus omnipotens in diversis hominibus diversimode secundum suum beneplacitum operatur, nec possumus quorumlibet operum ejus exponere rationem.

CHRISTIANUS. — Et nonne satis multæ feminæ erant in urbe et terra ac regno Mahometi, ex quibus potuit generare? Quid ergo necesse erat ut contra legem et consuetudinem, contra honestatem et exemplaritatem, propinquas et aliis maritatas accederet? Denique, quum Mahon tuus instar tauri lubricissimus fuerit, atque (ut ipsemet fassus est) tantum potuerit cum mulieribus agere ut alii viri quadraginta ad coitum fortes : unde credetur quod istud fuerit sibi revelatum a Deo, et non quod nequitiose ac libidinose confinixit istud? Nec enim per miracula hoc probavit, nec per Scripturas, neque per rationem : imo scripturis novi ac veteris Testamenti istud omnino contrariatur, et omni rationi repugnat, legique naturali, qua jubemur facere proximis prout nobis fieri cupimus ; fuit quoque speciem mali habens, scandalizativumque pusillorum, ac causa incertitudinis prolis et exheredationis. Præterea, si omnia rite pensentur, oritur violenta suspicio quod non amor virtutis, sed furor libidinis, incitaverit eum ad confingendum quod tale privilegium sibi esset collatum. Quemadmodum namque jam tactum est, ad coeundum instar

tauri fortissimus et lubricissimus fuit; ha-
 buitque quindecim uxores legitimas, duas
 etiam concubinas : et tamen his omnibus
 non contentus, dixit sibi incestus et adul-
 teria licita esse. Libido enim quo amplius
 relaxatur et per plura vagatur, eo plus
 irritatur et inflammatur, nec contentatur.
 Unde et ipsemet Mahon concupiscentiis
 se pandens subditum, ait in Alcorano :

Nocturnos coitus cum mulieribus permit-
 tit nobis Deus, sciens nobis hujus rei abs-
 tinentiam tum difficilem, tum impossibili-
 lem esse.
 Insuper, voluptatibus istis obscenis,
 porcinis, caninis, homo ille vaccinus sic
 fuit victus, inebriatus et furens, quod
 etiam beatitudinem hominum in eis con-
 stituit, prout de hoc infra plenius tangam.
 Porro ad verum Dei Prophetam, ad legisla-
 torem divinum et virum heroicum spectat
 divinorum contemplationi insistere, exer-
 citiis spiritualibus inhærere, concupiscenti-
 tiis dominari, carnalia aspernari, exem-
 plarem consistere, et propria documenta
 implere. A contemplationibus autem occu-
 pationibusque divinis et exercitiis spiritu-
 alibus, virtuosis, internis, potissime impe-
 dit tam irrefrenata commixtio mulierum
 et immoderatissimus venereorum usus.

SARRACENUS. — Multa elicis contra hanc
 generalem licentiam cognoscendi quasli-
 bet mulieres : nihilo minus dicere possu-
 mus, quod sicut aliqui Sancti veteris Te-
 stamenti multas habuerunt uxores, quibus
 tamen usi sunt moderate, ita et Mahomet
 noster.

CHRISTIANUS. — Nullus Sanctorum illo-
 rum unquam asseruit sibi licere aliorum
 uxores cognoscere, aut cognatis lege pro-
 hibitis commisceri. Dictum est quoque,
 Sanctos illos non sine dispensatione et
 inspiratione divina plures habuisse ux-
 ores, et causam ob quam pluralitas uxorum
 tunc fuit permessa, post evangelicæ legis
 promulgationem locum nequaquam habe-
 re. Postremo, quam dire castigatus fuerit
 sanctus David pro adulterio cum una mu-
 liere patrato, non latet.

A SARRACENUS. — David, ut dicis, pro
 adulterio cum una sola commisso graviter
 est percussus. Quum ergo legifer noster
 aliorum uxoris et cognatis suis frequen-
 ter commixtus, non solum non sit punitus,
 sed in omnibus prosperatus ac sublima-
 tus, evidenter apparet quod ex divina
 licentiatione id egerit.

CHRISTIANUS. — Deus suos electos casti-
 gat, arguit et expurgat in vita præsentis, ne
 æternaliter condemnentur. Reprobos vero
 frequenter permittit in suis desideriis, ad-
 B inventionibus ac vitiis impune ambulare
 ac prosperari, quoniam justo iudicio æter-
 næ eos damnationi reservat.

SARRACENUS. — Ex præactis elicio, quod
 et felicitas quam Mahomet nobis in para-
 diso promisit, tibi displiceat : idcirco de
 hoc te audire desidero.

CHRISTIANUS. — Qualis quisque consistit,
 talem sibi præstituit finem. Denique, qua-
 lis fuit legifer vester, talis et lex ejus, tale
 quoque promisit præmium legis suæ cul-
 toribus. De que quid sentiant veri theologi
 et Christiani catholici, articulo pandam
 sequenti.

ARTICULUS X.

*De rudi, mendoso detestabilique errore
 Mahometi, beatitudinem constituentis
 in carnalibus delectationibus gustus et
 tactus.*

CHRISTIANUS. — Sicut in diversis Alco-
 rani capitulis continetur, secundum pro-
 missa Mahometi homines boni ac creduli
 erunt post vitam hanc in paradiso terre-
 stri, ibique sericis vestibus induentur, tor-
 quibus aureis ornabuntur; in lectis altis et
 deauratis jacebunt, et ex eisdem ex adver-
 so ordinate dispositis viri se invicem intu-
 ebuntur, feminæ autem nusquam dirigent
 oculos suos nisi ad suos maritos. Atque (ut
 ait) fluent in paradiso illo terrestri copio-
 sissimi rivi lactis, mellis ac vini. Hinc
 primo Alcorani capitulo legitur : Deum
 prædicare bonos inducturum paradiso, ubi

ut. præced.

II Reg. xii,
 10, 11.

dulcissimas aquas, poma multimoda, va-
rios fructus, decentissimas ac mundissi-
mas mulieres omneque bonum in æternum
possidebunt. Denique nonagesimo septimo
Alcorani capitulo fertur : Timentes Deum
possidebunt in paradiso hortos palmarum,
et vinum, puellasque consocias atque con-
similes papillis brevissimis ; et hoc est
donum ac remuneratio optima Dei. Nonne
hæc est legislatoris vestri doctrina ? Et
quid tibi videtur de ea ?

SARRACENUS. — Plane doctrina ipsius
est, et valde bona censetur.

CHRISTIANUS. — Non solum veris Chri-
stianis, sed melioribus quoque subtiliori-
busque philosophis videtur vox et doctrina
ista non hominum esse, sed pecorum et
porcorum, aut hominum prorsus brutali-
um : qui optimum suum putant esse id
quod cum brutis habent commune ; atque
in his actibus ac delectationibus quæ ho-
minibus (quantum ad partem suam infe-
riorem) bestiisque communes sunt, hoc
est in actibus et voluptatibus gustus et
tactus, summum suum constituunt bonum,
puta felicitatem.

Præterea, juxta hæc quid esset hujus-
modi paradisu, nisi taberna communis,
insatiabile braxatorium, perpetuumque pro-
stibulum ? Imo, si hujuscemodi actus ex-
ercerentur indesinenter in templo aliquo,
Deo adorando in vita hac consecrato, nonne
tale templum judicaretur sacrilegum et
profanum, potiusque lupanar quam tem-
plum ? Nonne merito maledictus censetur
et lecor vilissimus, turpissimus vitiosis-
simusque ribaldus, qui talia meretricabilia
dixit remunerationem Dei optimam esse ?
Nempe concubitus in quo nil aliud quæri-
tur quam voluptas carnalis, non proles ad
Dei obsequium educanda, adulterinus et
meretricabilis recte vocatur.

Præterea, non solum Dominus Jesus
Christus, gloriosi quoque Apostoli et san-
cti Prophetæ, sed et meliores ac doctiores
philosophi longe aliter docuerunt. Hi et-
enim omnes concorditer protestantur et
probant, beatitudinem hominis et sum-

mum bonum ipsius consistere in abstra-
ctione et separatione a rebus carnalibus et
corruptibilibus ac terrenis, atque in unione
ejus ad immaterialia, spiritualia, intelle-
ctualia, divina ac perpetua bona, præsertim
in perfecta conjunctione cum summo
et incommutabili bono, in cujus contem-
platione clara et immediata, amorosa, frui-
tiva, perpetua et deliciosissima, beatitudo
consistit omnium intellectualium creatura-
rum. Sicque beatitudo est perfectissima
actio optimæ potentiæ ac virtutis dignis-

simæ. Idcirco in actione intellectus ac
sapientiæ vera consistit felicitas, sicut dis-
seruit Christus, loquens ad Patrem cœles-
tem : Hæc est vita æterna, ut cognoscant
te solum verum Deum. Aristoteles quoque :
Felicitas, inquit, est optima speculatio
optimi speculabilis. Ad quam omnium in-
feriorum virtutum operationes finaliter
ordinantur, prout docent ratio naturalis
ac divina Scriptura. Mahon autem secutus
est quosdam Epicureos rudissimosque phi-
losophos, qui felicitatem hominis in dele-
ctationibus sensualibus gustus et tactus
constituerunt : quorum stultitiam ac rudi-
tatem tam Platonicam quam Peripateticam
merito irriserunt, rationabiliter reprobave-
runt, ac multipliciter confuderunt. Absit
ut nobilissimi actus fidei, spei et caritatis,
sapientiæ ac patriæ, ad delectationes carna-
les finaliter ordinentur, et propter illas Deo
principaliter ministretur. Præterea, spiritu
gustato, desipit caro ; et quanto quis Deum
gloriosum et excelsum profundius contem-
platur, ardentius amat, dulcius gustat,
tanto plus fastidit carnalia et delectamenta
aspernatur venerea. Idcirco, si Mahon un-
quam fuisset vir spiritualis et consolatio-
nes divinas expertus, nunquam usque adeo
insipientissime esset locutus.

At vero Christus paradisu nobis pro-
misit cœlestem societatis angelicæ, frui-
tionis deificæ, visionis divinæ, et plenam ac
omnino contentativam possessionem boni
illius quod nec oculus vidit, nec auris au-
divit, nec in cor hominis viatoris ascen-
dit : non paradisu talem qualem caro et

sanguis, imo fæx carnis et sanguinis concupivit, et qualem sordidissimus atque spurcissimus Mahon sibi præparari summe optavit, quoniam delectationes incomparabiliter meliores, majores, nobiliores ac diviniores nequaquam fuit taurus ille libidinosus expertus, qui in servitio Dei suam libidinem cupidinemque constituit, non sincerissimum Dei honorem, laudem et gloriam æternalem.

SARRACENUS. — Diu te disputantem patienter audivi; et ea quæ intulisti, partim vera esse concedo. Dicunt etenim sapientes legis nostræ, et Avicenna ac Algazel eisdem rationibus quibus et tu pro parte jam usus es, probant quod utique sit quædam melior hominum beatitudo quam ea quam tetigit Mahomet: quæ in contemplatione primæ ac summæ veritatis consistit. Sed propheta ac legifer noster de ea loqui omisit, quoniam rudibus, immaterialium rerum incapacibus, loquebatur: quemadmodum Moyses sola terrena bona pro præmio divini obsequii spondisse videtur.

CHRISTIANUS. — Hæc est coloratio quædam, qua sapientes tuæ legis sui legislatoris deliramenta colorare nituntur, ne cunctis vere sapientibus fiant ridicula. Porro, si (ut asserunt) mens exstitit Mahometi ponere beatitudinem spiritualem et præfata corporali felicitate præstantiorem: cur in toto suo Alcorano aut aliis suis scripturis nullam inde facit mentionem, quemadmodum Moyses in lege sua inserit aliqua ex quibus evidenter ostenditur, quod veram hominis beatitudinem constituit in claro et facili intuitu Deitatis? Imo apparet quod non fuerit intentio Mahon promittere spiritualem felicitatem et meliorem, quum in sua dicat Doctrina: Solum paradisi aureum, smaragdis et hyacinthis crebro interpositis est distinctum, omni fructifera arbore consitum, decurrentibus per amœna fluentis, quorum alia quidem lac, alia mel album, alia vinum purissimum fundunt; dies ejus mille annorum, annus quadraginta millium annorum. Quid ergo? Numquid non ista beati-

tudini videntur sufficere? Quin imo. — Ecce quod corporalia illa affirmat sufficere ad salutem.

SARRACENUS. — Rudibus dixit hoc.

CHRISTIANUS. — Non rudibus, sed Abdiæ, callidissimo Judæo, quem et prudentissimum reputavit, dixit hoc, ut in præallegata scriptura apertissime patet. Et si spiritualem posuisset felicitatem, saltem Judæo illi hinc aliquid tetigisset.

SARRACENUS. — Vis ergo beatitudinem in solis spiritualibus ponere bonis?

CHRISTIANUS. — Essentiale præmium et summa felicitas electorum, in Deitatis clara et fruitiva visione consistit. Præmium vero accidentale et minus principale, in adpectu humanitatis Christi, in intuitione Virginis gloriosæ et omnium civium supernorum, in dotibus corporum glorificandorum consistit. Estque probabile, quod in paradiso cœlesti post diem universalis judicii erit vocalis laus Dei suavissimisque contentus. Ipsa quoque corpora gloriosa suavissime redolebunt. Sed nullus erit usus venereus, nullus concubitus, nulla comestio, nulla potatio.

SARRACENUS. — Nonne unusquisque resurget in pristino sexu?

CHRISTIANUS. — Utique.

SARRACENUS. — Et cur hoc, si non erit usus membrorum illorum?

CHRISTIANUS. — Ob speciei decorem et complementum.

SARRACENUS. — Quum delectationes gustus et tactus sint intensissimæ, si hæc deerunt in Beatis, non erit in eis delectatio plena et universalis.

CHRISTIANUS. — Omnis delectatio decens Beatos, erit in eis; et tanta erit in eis delectatio spiritualis, ut omnis delectatio mundi hujus ac sensualis, comparatione illius nullius exstet momenti. Si autem vis affirmare quod sine exceptione omnis delectatio inerit eis, sequetur quod et multæ delectationes innaturales ac vitiosæ, imo et contra naturam, in quibus nonnulli præcipue delectantur, erunt in eis. Mirum quod non erubescis de carnalitatibus et

deliramentis tui legislatoris, qui in sua **A** minis ex anima et corpore compositi, utramque delectationem, videlicet carnalem ac spiritualem, requirit.

Doctrina docutus est: Quasumque et quotcumque mulieres volunt, habent in paradiso, quibus et commiscetur qualiter, et quando, et ubi, et quantum et quoties volunt.

SARRACENUS. — Cur potius confiteris visum et auditum, aut etiam odoratum, habere post resurrectionem usum et delectationem in suis objectis, quam gustum et tactum?

CHRISTIANUS. — Actus et delectationes visus et auditus non ita disconveniunt **B** perfecto, impassibili et immortalis statui Beatorum, quemadmodum usus et delectationes tactus et gustus. Si autem corpora glorificata erunt odoris dulcissimi, ut opinor, odoratus quoque actum suum et delectationem habebit eximiam.

SARRACENUS. — Cur actus et delectationes gustus et tactus disconveniunt statui Beatorum?

CHRISTIANUS. — Quoniam actus et delectationes illæ deserviunt corruptibili vitæ. Ad hoc enim accipimus cibum, ut vitetur **C** corruptio quæ ex consumptione humidis radicalis posset accidere, vel ut ad congruam perveniatur magnitudinis quantitatem. Porro commixtio maris et feminæ ad speciei conservationem ordinatur, quatenus esse speciei, quod in individuo perpetuari non valet, in similibus specie vigeat et conservetur.

SARRACENUS. — Hoc locum habet in vita præsentis, non in futura.

CHRISTIANUS. — Ad quid ergo in Beatis erit comestio atque commixtio?

SARRACENUS. — Propter delectationem dumtaxat.

CHRISTIANUS. — Nonne vita illa erit ordinatior et honestior vita præsentis? Quomodo ergo in vita hac vitiosum sit propter solam delectationem cibus et potibus atque venereis uti, multo vitiosius esset in vita futura beata ob solam delectationem carnalem alimentis ac venereis uti.

SARRACENUS. — Dispar est ratio, sicut et status dissimilis est. Beatitudo autem ho-

minis ex anima et corpore compositi, utramque delectationem, videlicet carnalem ac spiritualem, requirit.

CHRISTIANUS. — Delectationes istæ non compatiuntur se invicem, præsertim in gradu supremo, prout eas adscribis Beatis. Spirituales namque deliciæ, si sint multum intensæ, omnino rapiunt mentem in se, et carnales delicias tanquam bestiales ac viles faciunt fastidiri ac despici. Sed et delectationes gustus et tactus, præsertim venereæ, mentem absorbent, et a spirituali **B** oblectatione avertunt. Hinc dicimus quod desideria et oblectamenta carnalia, sunt laquei irretientes et funes constringentes seu vincula captivantia mentes humanas, flammæ quoque exurentes ac tenebræ excæcantes corda humana.

SARRACENUS. — Nonne tu dicis quod in homine protoplasto, si non peccasset, fuisset generatio, comestio atque potatio sine inordinatione et culpa?

CHRISTIANUS. — Haud dubium: quoniam primus homo, etiamsi non peccasset, **C** prolificasset per usum uxoris decisionemque seminis: ideo cibo eguisset et potu; nec propter delectationem, sed propter prolem cognovisset uxorem. Imo et nunc viri virtuosos possunt sine peccato uti uxore et alimento, dum desiderio prolis ad Dei obsequium educandæ aut propter sustentationem naturæ exercent huiusmodi actus.

Præterea, experientia docet frequenter in viris heroicis nostræ legis, quod ex altissima contemplatione, suavissima degustatione ac ferventissima delectatione **D** primæ et increatæ veritatis atque incircumscripibilis bonitatis sic roborantur et absorbentur in Deo, quod corporeo alimento per multos dies non indigent, carnalia quoque alimenta cordialiter totaliterque spernunt, non solum tam diu ut actualiter durant contemplatio, degustatio atque dilectio illæ, sed et postea quoque, ex redundantia quadam actionum et delectationum earum in corpus: quanto magis in vera felicitate, quæ est incessabilis, clarissima, fructiva, deliciosissima ac pro-

sus ardentissima contemplatio Dei, erit tam copiosa ac valida redundantia in corpora Beatorum, quod nequaquam alimento indigebunt corporeo, et ipsi Beati omnem carnalem ac veneream voluptatem infinite despicient ac vehementissime detestabuntur?

SARRACENUS. — Si Omnipotente sic disponente, una voluptas non impedit aliam, augent se invicem.

CHRISTIANUS. — Non advertis quod in finali consummatione beata non stent simul, quum et in via peregrinationis præsentis mutuo sibi repugnent? At vero, ubi nec sitis, nec fames, nec inclinatio sensualis, ibi aut nulla aut minus intensa est delectatio in cibis et potibus sive venereis. In Beatis autem fames, sitis, et desideria absentium voluptatum inclinatiove sensualis locum non sortiuntur.

SARRACENUS. — Satis de isto disputavimus puncto.

CHRISTIANUS. — Hoc quoque præcipue derogat libro legis tuæ, quod toties contradicit sibimetipsi.

SARRACENUS. — Absit ut liber desuper missus sit talis.

CHRISTIANUS. — Quod talis sit, demonstrabo.

ARTICULUS XI.

Quod liber legis Mahometi sibi ipsi multoties contradicat.

CHRISTIANUS. — Scis quod in Alcorano sæpissime fiat admonitio cultoribus tuæ legis ut eant præliatum adversus incredulos, præsertim contra participatores, id est Christianos, quatenus timore et virtute gladii inducant et cogant eos ad credendum Mahometo; et usque in præsens sic facitis. Nam et ipse in virtute gladii se missum perhibuit: quod genus prodigii nec latronibus deest, neque tyrannis. Hinc decimo Alcorani capitulo scriptum est: Quid cum illis incredulis communicatis vos? Itaque neminem eorum vobis associa-

te negotiatorem aut socium vel amicum, nisi prius recta via Dei iverit vobiscum pugnatum sive prædatum; sin autem, eos ubicumque repertos, si sit possibile, capite et interficite. Hinc iterum jussit ut non credentes eum esse Dei nuntium ac prophetam, occidantur aut solvant tributum. Sed his in Alcorano sæpissime contradicitur. Scriptum est enim ibidem, quarto capitulo: Vim nequaquam propter legem inferatis, quum recta pravaque via patefactæ sint. Quinto quoque ejusdem libri capitulo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo: Tuum est mea præcepta tantummodo gentibus patefacere. Itemque nono decimo capitulo: Si Deus vellet, omnes terreni simul crederent. An tu gentes ad fidem et credulitatem cogere studes, quum nisi Deo volente nemo credere possit, qui malos atque incredulos in sua sorde dimittit? Tuum non est nisi injuncta tibi illis annuntiare. Hoc est quod vicesimo quarto Alcorani capitulo fertur: Nuntio nil attinet nisi præceptum cuique gentium applicare. Amplius, vicesimo primo capitulo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo: Nos non misimus te custodem vel coactorem digredientium a lege; tuum enim non est nisi tantum rem annuntiare. Nonne in his apertissima contradictio implicatur?

SARRACENUS. — Ignoras verba majorum diversimode posse intelligi, et ad piam intelligentiam esse trahenda? Nonne in scripturis legis Christi ac Moysis aliqua continentur quæ prima facie sibi invicem videntur esse contraria?

CHRISTIANUS. — Tam evidentem et insolubilem contradictionem nusquam in illis reperies. Nonne in præallegatis verbis Alcorani adjunctæ sunt rationes cur adversarii legis tuæ non sint ad fidem tuam cogendi, videlicet, quoniam via recta et prava via patefactæ jam sunt, et quoniam gentes credere nequeunt nisi Deo volente?

SARRACENUS. — Nonne principes christiani frequenter impugnaverunt adversarios

suæ fidei, et eos ad suam fidem inducere A
sunt conati? .com.cn

CHRISTIANUS. — Eos qui a fide christiana apostataverunt, fatemur compellendos ad fidem. Incredulos vero qui nunquam legem Christi amplexi sunt, fatemur non impugnandos, nisi ipsi impugnent aut molestent fideles, aut fidei diffusionem impediunt, aut ex alia justa causa sint impugnandi : qui si victi fuerint, non compelluntur ad fidem, sed allici possunt ad eam ; et si velint converti, mitius cum ipsis agendum est quam si in sua infidelitate permanserint.

SARRAGENUS. — Suntne et alia quæ in libro legis nostræ videntur tibi sibi invicem contraria ?

CHRISTIANUS. — Quartodecimo Alcorani capitulo quasi ex Dei persona dicitur Mahometo : Tu nequaquam ad incredulos cum manifestis Dei miraculis venies, quoniam ea velut otiosa atque contraria reputarent. Ex hoc sequi videtur, quod miracula ad incredulorum conversionem nil conferant. Unde et nonodecimo Alcorani capitulo legitur : Constat nil cælestium sive terrestrium, nec miracula seu virtutes, incredulis quidquam proficere. Sed his verbis non solum contrariantur ratio, experientia et Scriptura, imo et id quod vicesimo capitulo Alcorani narratur : Increduli dixerunt ad Hud : Nos propter verba tua nequaquam refutabimus quod adoramus, quum tu minime cum miraculis et virtutibus nos accedas. Unde concluditur quod miracula et virtutes ad infidelium conversionem præcipue prosint : quod et ratio attestatur, quoniam supernaturalis doctrina, quæ ex naturali ratione nequit probari, per signa et miracula soli omnipotenti Deo possibilis est probanda, quatenus media fini et præmissæ correspondeant conclusioni. Sicque Moyses et Prophetæ, Christus atque Apostoli suas probaverunt doctrinas. Unde et Christus disseruit : Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Quod et experientia verum esse testatur. Nil enim plus movet incredulos ad fidei susce-

Joann. iv,
48.

ptionem quam miracula : imo et ipsi fideles per miracula præcipue excitantur ad reformandum se, ad faciendum opera multa bona. Denique quintodecimo Alcorani capitulo recitatur, quod increduli a Mahometo miracula requirebant. In fine quoque quartidecimi Alcorani capituli fertur quasi ex parte Dei ad Mahon : Si tibi molestum est quod tibi non credunt, cælum, si potes, per scalas ascende, ut cum virtutibus et miraculis advenias. Tanquam dicat : Si cum miraculis atque virtutibus advenires, tibi amplius crederetur. Videsne qualiter hæc verba sibi invicem contradicant, contrariantur, repugnent ?

SARRAGENUS. — Diversa sunt genera incredulorum. Sicque per distinctionem hæc concordantur. Quidam enim obstinati nec miraculis credunt.

CHRISTIANUS. — Propter obstinatos non erant aliis incredulis et convertibilibus subtrahenda miracula. Imo et obstinatos Deus frequenter per miracula ac aliis modis ad conversionem hortatur, ut ostendat defectum conversionis illorum ex parte sui non esse, et ne illi queant se excusare. Hinc Christus et Moyses, Apostoli et Prophetæ coram incredulis obstinatis multa fecerunt miracula. Sed advertite quantæ id fuit calliditatis, quod quum Mahon sciret se non posse miracula operari (quod tamen deceret, quum se diceret Dei prophetam ac novæ legis divinæ latorem), finxit Deum sibi dixisse : Idcirco cum miraculis ad incredulos non venies, quoniam ea tanquam otiosa atque contraria reputarent. Imo quantæ impudentiæ fuit, asserere quod nec per miracula credidissent quod etiam sine miraculis crediderunt ?

Præterea, secundo Alcorani capitulo Mahon quasi judaizans : Viri (inquit) boni, a morticinis et porco ac sanguine, et ab animali quolibet perempto non in Creatoris nomine, abstinete. Sextodecimo autem capitulo quasi christianizans : In Deum (ait) credentes et ejus præceptis obediētes, licite de rebus omnibus super quas nomen Dei invocatum est comedere con-

venit, de aliis vero nequaquam, nisi necessitate cogente.

Multa his consimilia sibi invicem repugnantia in Alcorano habentur. Multa quoque præcepta et documenta in se ipsis stulta et falsa, rationi et Scripturis contraria, ibi leguntur.

SARRACENUS. — Et quæ illa?

CHRISTIANUS. — Aliqua tangam.

ARTICULUS XII.

De quibusdam præceptis ac documentis Alcorani quæ in se ipsis injusta et falsa et stulta sunt.

CHRISTIANUS. — Primo Alcorani capitulo scriptum est : Deus solos ad se benevolos, nequaquam hostes et erroneos, adduxit. Hoc falsum probatur, quum multos idololatrias ac vitiosissimos Deus converterit, quemadmodum Isaias loquitur Deo : Ecce gentem quam nesciebas, vocabis ; et gentes quæ non cognoverunt te, ad te current. Hinc Dominus loquitur per Osee prophetam : Vocavi non plebem meam, plebem meam ; et non dilectam, dilectam. Unde in Psalmo loquitur Deus : Populus quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi.

SARRACENUS. — De hostibus reprobis et præscitis id accipe.

CHRISTIANUS. — Cur ergo ait tam absolute, Nequaquam hostes, etc. ? Præterea eodem capitulo scriptum est : Deus vocabula rerum semotim Adam edocuit. Istud est pueriliter imperiteque dictum, dictis subtiliorum philosophorum atque sanctorum theologorum contrarium. Nam, ut probant philosophi, angelis seu intelligentiis Deus omnium naturalium rerum scientiam creavit. Quemadmodum etiam angelus est altioris naturæ quam homo, sic et major scientia ei a principio est collata. Unde in libro de Causis asseritur ac probatur, quod intelligentia est plena formis ; item, quod omnis intelligentia scit id quod supra se est, et quod infra se est. Hinc quoque

A testatur propheta Ezechiel, loquens angelo primo sub regis Tyri persona : Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore.

SARRACENUS. — Istud quoque dictis philosophorum nostrorum Avicennæ et Algazel satis concordat ; sed amplius credimus nostro prophetæ.

CHRISTIANUS. — Puerile quoque et stultum est quod eodem subdit capitulo : Angelis se fatentibus ignorare vocabulorum rerum peritiam, quum Deus ab illis petisset expressionem illius peritiæ, si veraces essent, etc. Ex quibus in doctissimus Mahon infert, quod Deus præcepit angelis ut se coram Adam humiliarent, et quod obedierint in hoc, præter Beelzebub, prout infra magis tangetur.

Eodem capitulo Mahon hortatur : Sit mentis vestræ constans propositum falsa veris nequaquam inserere. Hoc versutus et fallax dixit ne ipse putaretur falsa veris inseruisse, quemadmodum de superbo humilitatem fingente ne reputetur superbus, ait Scriptura : Est qui nequiter se humiliat, et interiora ejus plena sunt dolo.

Eodem ait capitulo : Sciendum generaliter quod omnis recte vivens, sive Judæus sive Christianus, seu lege sua relicta, in aliam tendens, indubitanter divinum assequetur amorem. In his verbis insinuare videtur, unumquemque in sua lege posse salvari, dummodo credat eam esse a Deo : quod multipliciter reprobatur. Imo post evangelicæ legis divulgationem omnes homines ad eam tenentur, prout ipsemet

D Christus in Evangelio protestatur : Ego sum via et veritas et vita ; nemo venit ad Patrem nisi per me. Ipse enim totius generis humani salvator est, reparator et caput. Nec potest quis recte vivere nisi in fide et lege Christi. Sed quid est quod Mahon ait, Omnis recte vivens divinum assequetur amorem, quum nullus recte vivat nisi jam habeat Dei amorem et Deo acceptus sit ?

Eodem demum capitulo loquitur : Dicunt quidam, neminem nisi Judæum aut Chri-

Ezech.
xxviii, 12.

Ecclesi. xix,
23.

Joann. xiv,
6.

Is. lv, 5.

Osee ii, 24 ;
Rom. ix, 25.

Ps. xvii, 45.

stianum ingressurum paradisi. Quod si **verum est, demonstratio** probent. Ita et nos Christiani dicimus : Si vera sunt quæ Mahon asseruit de multis rebus quæ naturalem rationem transcendunt, demonstratione hæc probet vel ipse, vel qui cultor est legis suæ. Quumque nec per rationem nec per miraculorum operationem posset ea probare, imo nec per scripturas novi ac veteris Testamenti, constat quod ei credendum non sit.

Insuper eodem capitulo legitur : Si quis nostra (videlicet Alcorani) doctrina instructus, imitator legis Christi fuerit factus, Dei dilectionem et donum amittet. Hoc jam dictis videtur contrarium. Jam quippe asseruit : Omnis recte vivens, sive Judæus sive Christianus, seu lege sua relicta, in aliam tendens, divinum assequetur amorem. Ergo si Sarracenus, lege sua relicta, tendat in legem Christi fiatque Christianus, assequetur amorem divinum. Præterea, ipsemet Mahon fatetur quod Christus fuit ipso sapientior, major et sanctior, utpote Messias in lege et Prophetis promissus. Negari quoque non potest quin lex Christi sit multo spiritualior, diviniior atque perfectior lege Mahometi : quod et Avicenna in sua Metaphysica satis insinuat, ubi affirmat Christum in suis doctrinis multo sapientiore ac moraliorem Mahometo fuisse. Ergo valde laudabile est, lege Mahometi relicta, legem assumere Christi. Porro ex dictis atque dicendis fit clarum, quod in lege Mahometi nemo possit salvari, et quod universi Sarraceni in statu æternæ damnationis existant.

Amplius, eodem habetur capitulo : Quisque legem Abrahæ neglexerit dereliqueritve, brutus erit. Hoc rursus videtur præductis contrarium : quia jam dixit, quod omnis recte vivens, sive Judæus sive Christianus, divinum assequetur amorem. Non ergo oportet assumere Abrahæ legem ; quam distinguit a lege Christi ac Moysis, quum eodem dicatur capitulo quasi ex persona Dei ad Mahon : Nunc Judæi et Christiani gentem tibi commissam abstra-

here nituntur, ut suam legem amplectantur. Eorum enim uterque suam legem tantum bonam esse affirmat. Illa vero, videlicet gens tibi commissa, se amplecti legem Abrahæ, non aliam, juste profitetur. Quæritur quæ sit illa lex Abrahæ quæ data est ei a Deo, vel quam ipse aliis dedit, et quam gens sequitur Mahometi. Legitur namque Deus legem scriptam dedisse Moysi, quam et Moyses ipse descripsit ; legemque evangelicam Christo, quam Evangelistæ scripserunt. Abrahæ vero non legitur specialem legem dedisse, nec eam legitur Abraham descripsisse, nisi forsan idcirco dicatur Deus dedisse Abrahæ legem, quoniam dedit ei circumcisionis præceptum, et alia quædam præcepta, prout in Genesi recitatur : juxta quem modum dedit Noe quædam præcepta, imo et Isaac et Jacob, Aaron, Josue, Gedeoni, David, multisque aliis ; et ita dicitur his omnibus legem dedisse. Insuper, nec Sarraceni legem seu præceptum circumcisionis observant secundum quod a Deo datum est Abrahæ : quia, ut fertur in Genesi, dixit Deus ad eum, Infans octo dierum circumcidetur ; Sarraceni autem pueros suos circumcidunt non in die octavo, sed tertio decimo anno, ut dicitur, quoniam tot annorum existit Ismael, pater eorum, quando est circumciscus. Postremo, Mahon Evangelium approbando, præfatum verbum et totum Alcoranum penitus reprobavit. Christus namque legem suam, non Abrahæ, jussit ab omnibus observari. Etenim ascendurus in cælum, præcepit Apostolis : Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ (id est cunctis hominibus) : qui crediderit (vestræ prædicationi) et baptizatus fuerit, salvus erit ; qui vero non crediderit, condemnabitur.

Abrahæ vero non legitur specialem legem dedisse, nec eam legitur Abraham descripsisse, nisi forsan idcirco dicatur Deus dedisse Abrahæ legem, quoniam dedit ei circumcisionis præceptum, et alia quædam præcepta, prout in Genesi recitatur : juxta quem modum dedit Noe quædam præcepta, imo et Isaac et Jacob, Aaron, Josue, Gedeoni, David, multisque aliis ; et ita dicitur his omnibus legem dedisse. Insuper, nec Sarraceni legem seu præceptum circumcisionis observant secundum quod a Deo datum est Abrahæ :

quia, ut fertur in Genesi, dixit Deus ad eum, Infans octo dierum circumcidetur ; Sarraceni autem pueros suos circumcidunt non in die octavo, sed tertio decimo anno, ut dicitur, quoniam tot annorum existit

Ismael, pater eorum, quando est circumciscus. Postremo, Mahon Evangelium approbando, præfatum verbum et totum Alcoranum penitus reprobavit. Christus namque legem suam, non Abrahæ, jussit ab omnibus observari. Etenim ascendurus

in cælum, præcepit Apostolis : Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ (id est cunctis hominibus) : qui crediderit (vestræ prædicationi) et baptizatus fuerit, salvus erit ; qui vero non crediderit, condemnabitur.

Præterea, secundo Alcorani capitulo continetur : Tota die jejunantes, nocte jejunium solvite, tunc comedentes et bibentes quantum libuerit, fere usque ad principium horæ quæ solis ortum anteceedit. O quale est istud præceptum quod

Gen. xvii.
9 et seq.

Gen. xxi.

Gen. xxi.

Marc. xvi.
15, 16.

ad hoc jubet diurnum ac diuturnum jejunium, ut postea avidius, gulosius atque diutius comessationi, ingurgitationi, carnalitati vacetur, et quod finalibus causis jejuniarum prorsus contrariatur! Nempe ad hoc jejunia et abstinentiæ sunt divinitus instituta, ut concupiscentiæ carnis frenentur, caro sub rationis dominatu servetur, et homo pro suis se affligat peccatis. Sed tota pene nocte ad libitum epulari et satiari, omnibus his repugnat, et a devotione, orationis puritate, contemplationis acumine maxime impedit. Imo naturalis ratio dicit, de cibo et potu non plus accipere quam expedit animæ ad bene et virtuose vivendum : a quo talis ac tanta repletio ventris impedit vehementer et gravat naturam. O quantum discordat hæc jussio Mahometi a doctrinis præceptisque Christi! Qui in Evangelio loquitur : Videte ne graventur corda vestra in crapula vel ebrietate, aut curis hujus sæculi; itemque: Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis.

Eodem capitulo jubet Mahon legis suæ cultoribus : Inferentem vobis injurias atque molestias, consimilibus pœnis afficite. O quam discors est ista doctrina Alcorani ab Evangelio Christi! Qui ait : Benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persecutoribus et calumniatoribus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum facit oriri super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. Qui rursus consuluit : Audistis quia dictum est antiquis, Oculum pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei et alteram. Et cur miserrimus Mahon Evangelium toties laudat, cui tam sæpissime contradicit? Nonne adversa sunt æquanimiter sustinenda, ut Deus omnipotens dignetur nobis remittere nostra peccata? Hinc per Moysen jussit : Non quæres ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Et sanctus David disseruit : Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Salomon quoque in Prover-

biis : Ne dicas, Reddam malum pro malo; exspecta Dominum, et liberabit te. Unde in Ecclesiastico ait vir sapiens : Qui vindicari vult, a Deo vindictam inveniet, id est, Deus vindicabit peccata illius.

Præterea, tertio Alcorani capitulo quasi ex parte Dei dicitur Mahometo : Tuam legem propter aliam mutans et in illa manens, hic et in futuro sæculo reus erit, et igne indeficiente peribit. Noli, o Sarracene, credere verbum hoc esse a Deo prolatum, quum sit certissime a diabolo inspiratum, et ab impiissimo Mahon falsissime affirmatum. Jam enim ostensum est quod Alcoranum sit totum sacrilegum et mendosum, atque divinis Scripturis, evangelicæ atque Mosaicæ legi contrarium.

ARTICULUS XIII.

Prosecutio deductionis istius, et specialiter quam irrationabiliter et injuste prohibuerit Mahon cultoribus suæ legis vini potationem.

CHRISTIANUS. — Rursus capitulo tertio quasi ex persona Dei dicitur Mahometo : Sciscitantibus de vino, scacatu *, vel aleis, et hujusmodi, dic peccatum maximum esse hujusmodi potum et ludum. Quam mendose ac impie adscribatur constitutio ista Deo, pandunt utriusque Testamenti sacra Scriptura naturalisque ratio, potissime de vini potatione, quum vir sanctus dicat in Psalmo ad Deum : Educas panem de terra, et vinum lætificet cor hominis; Salomon quoque in Proverbiis : Date siceram mœrentibus, et vinum his qui amaro sunt animo; bibant, et obliviscantur doloris sui. Hinc in Ecclesiastico scriptum est : Vinum in jucunditatem creatum est, non in ebrietatem; quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum; exsultatio animæ et corporis, vinum sobrie potatum. Sed et sancti patriarchæ Abraham, Isaac, Jacob, et alii, vinum biberunt. Siquidem in Genesi describitur qualiter Jacob a patre suo Isaac benedicendus, obtulit ei vinum, quod

Luc. xxi, 14.

ibid. vi, 25.

Matth. v, 45.

ibid. 38, 39.

ex. xix, 18.

Ps. vii, 5.

Prov. xx, 22.

Eccli. xxviii, 1.

art. ii.

* Cf. Cancellii Glossarium.

Ps. ciii, 14, 15.

Prov. xxxi, 6, 7.

Eccli. xxxi, 25, 22, 26.

Gen. xxvii, 25.

Matth.
xxvi, 27, 29

ille potavit. Insuper Christus in Cœna cum gloriosis Apostolis bibit vinum. Quod si Mahon prohibuit vinum potare, quia ex immoderata vini sumptione, multa oriuntur vitia atque incommoda, simili ratione debuit et usum carniū quorundamque fortium poculorum usum vetare : imo pari ratione debuit vini potationem moderatam admittere, quoniam vinum moderate sumptum multos præclaros et utiles parit effectus, ingenium acuens, mœrorem repellens, sanitatem efficiens.

SARRACENUS. — Disputantem te cum silentio diu sustinui, ut plenius sciam quid de nostra sentias lege. Sed cur de rigore gloriaris evangelicæ legis, et legem nostram de laxatione et carnalitate redarguis, quando potum tam delicatum nobis prohibitum accipis? Suntne pocula alia tam lauta et pretiosa ut vinum?

CHRISTIANUS. — Sed dic cur prohibuit vobis vinum.

SARRACENUS. — Sive ob causam quam tetigisti, sive ob eam quæ in libro Doctrinæ suæ exprimitur.

CHRISTIANUS. — Hanc narra.

SARRACENUS. — Refert ibi legifer noster, quod erant duo angeli Dei, Haroth et Maroth, missi olim a Deo de cœlis in terram, gubernando et instruendo generi humano tributū, interdicto eis ne occiderent, neque injuste judicarent, nec biberent vinum. Tandem venit ad eos speciosissima mulier, habens causam adversus maritum : quæ, ut causæ suæ accommodaret iudices, invitavit eos ad prandium. Quibus epulantibus ipsa epulas et vinum apponit, adstans ministrat, offert crebro, instat ut sumant. Quid plura? Vicerunt blanditiæ mulieris. Inebriati poculis, in hospitam formosam incaluerunt; victi autem, concubitus petierunt. Spondet illa conditione, dummodo alter verbum doceat per quod ascendebant in cœlum, alter verbum per quod descendebant. Placet conditio. Quum ergo didicisset, elevata est subito, et ascendit in cœlos. Quod quum vidisset Deus, explorata causa, posuit eam

A Luciferum, ita pulcherrimam inter stellas ut fuerat inter mulieres. Illis in iudicium evocatis, proposuit eis Deus ut eligerent inter pœnas sæculi hujus et alterius. Elegerunt hanc. Suspensi sunt ergo per catenas ferreas, demissis capitibus in puteo Behil*, usque in diem iudicii.

CHRISTIANUS. — Qualiter tibi ista narratio et hæc causa placet?

SARRACENUS. — Qualiter, nisi bene?

CHRISTIANUS. — Mihi apparet quod vix unquam audivi tam fatuam et irrationabilem fabulam : contra quam arguere reor omnino indignum. Et dato quod vera esset, cur ob illum angelorum excessum prohiberetur hominibus vini potus? Quum filius, secundum Scripturas et jura, non portet iniquitatem patris, quanto minus iudicis? Et si ad tempus, non tamen quoad omnes generationes. Denique, secundum hanc fabulam, fuisset potatio vini illicita atque prohibita in novo atque veteri Testamento. Cur etiam angelis illis, antequam sic peccaverunt, prohibitum fuit potare

C vinum? Si dicatur, Ne peccarent : ergo et hominibus cunctis ab exordio idem divinitus fuisset prohibitum, quum facilius inebrientur vino quam angeli, dato quod angeli possint inebriari, qui quum sint spirituales substantiæ, corporalibus passionibus nec in assumptis corporibus subjacent, nec ad venerea afficiuntur, sicut et unus eorum dixit Tobiæ : Videbar vobiscum manducare et bibere, sed ego invisibili cibo et potu utor.

SARRACENUS. — Nonne cum Abraham et Lot angeli comederunt?

CHRISTIANUS. — Angeli assumptis corporibus non uniuntur ut formæ substantiales, sed tanquam motores : idcirco ex eis et corporibus illis non fit unum simpliciter ; et quamvis per corpus assumant ac intus trajiciant cibum potumque, non tamen per vim nutritivam convertunt alimenta in corpora sic assumpta, sed occulta vi alimenta hujusmodi resolvuntur.

SARRACENUS. — Quid sentis de ludis præ-tactis?

* alias Behil

Ezech.
xviii, 29.

Tob. xii, 18.

CHRISTIANUS. — Per virtutem eutrapeliæ dicimus hominem posse uti moderate ludis honestis; taxillationes vero vituperamus.

SARRACENUS. — Disputationem tuam prosequere.

CHRISTIANUS. — Quinto Alcorani capitulo jungitur Mahometo : Si quis tecum disputare voluerit, dic te faciem tuam ad Deum ejusque sequaces convertisse : quod agendo, tam legum scientes quam illitterati bonam legem sequentur. Huic dicto videtur contrariari quod tricesimo sexto Alcorani capitulo quasi divinitus Mahometo jubetur : Omnes homines legum, præter malos, honestis verbis disputando semper alloquere. Ergo debuit cum eis disputare, nec solum dicere faciem se convertisse ad Deum : imo irrationabile esset, novam doctrinam recentemque legem ac fidem proponere, et nec velle nec posse eam persuadere, exponere, defendere ac probare. Hinc beatissimus princeps Apostolorum in prima sua epistola scribit fidelibus, Parati semper estote ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide et spe : quum tamen fides christiana sit de rebus maxime incomprehensibilibus, supernaturalibus et secretis.

Amplius, nono Alcorani capitulo legitur : Deus summe criminalia peccata, videlicet ceteris majora, nequaquam, sed minora cui vult condonat. Hoc falsum probatur, quum secundum Scripturas, nulli sit desperandum. Imo desperatio est peccatum gravissimum, et divinæ derogans pietati, quæ in infinitum major est omni perversitate et crimine creaturæ. Verumtamen quædam peccata irremissibilia asseruntur, quoniam valde difficiliter et raro dimittuntur : nulli tamen de eis vere pœniti denegatur remissio.

At vero duodecimo Alcorani capitulo scriptum est : Vos, Judæi et Christiani, si Dei filii sui que dilecti estis, prout vos dicitis, cur vobis culpas atque peccata gerentibus pœnas et malum ingerit ? Certe vos nihil aliud quam homines estis a Deo

creati. En in his insipientissimis verbis pandit se Mahon totius spiritualis sapientiæ ac divinæ Scripturæ fuisse ignarum. Hoc enim utriusque Testamenti scriptura uberrime docet : quod Deus omnipotens nullam culpam deserens impunitam, suos electos, prædestinatos, justos adoptivosque filios multipliciter punit, exercet, flagellat in vita præsentis, ne pereant in æternum, sed per adversa et pœnas purgentur a vitiis et vitiorum reatu, atque ad ampliora gratiarum charismata suscipienda reddantur idonei, a purgatorii quoque præserventur suppliciis, atque celerius ad beatitudinem perducantur æternam ; reprobos vero, injustos et hostes suos infernalibus deputandos tormentis, permittit temporaliter prosperari, impune ad tempus peccare ac persequi justos, sicut et impiissimum Mahometum. Hinc in Proverbiis Salomon exhortatur : Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias, et ne deficias quum ab eo corripis : quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. Hinc per Joannem dixit apostolum : Ego quos amo, arguo et castigo. Unde et Paulus apostolus scripsit : Quis filius quem non corripit pater ? Quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri et non filii estis. Hinc secundo Machabæorum inducitur : Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. Idcirco de reprobis ait Dominus per Psalmistam : Dimisi eos secundum desideria cordis eorum ; ibunt in adinventionibus suis. Et de electis ait idem Propheta : Multæ tribulationes justorum. De quibus et legitur in libro Sapientiæ : Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus. Non itaque inaniter gloriantur Sarraceni dum prævalent Christianis, quasi idcirco complacent Deo ; sed vereantur occulta Dei judicia : quoniam sicut tempore veteris Testamenti Deus frequenter correxit et dejecit filios Israel propter eorum peccata per infideles et reprobos, per Assyrios et Chaldæos, per

Prov. iii, 11, 12.

Apoc. iii, 19.

Hebr. xii, 7, 8.

II Mach. vi, 13.

Ps. lxxx, 13.

Ps. xxxiii, 20.

Sap. iii, 6.

I Petr. iii, 15.

C

D

Philistæos et alios; ita sub evangelica A *wlege cástigat clementer* verificari non potest, sed forsitan de quibusdam hæreticis, præsertim Nestorianis, deitatem Christi negantibus.

Præterea, quod Judæi tempore legis Mo-
saicæ et Christiani tempore legis evange-
licæ dicti sint filii Dei, scilicet adoptivi,
innumerabilia Scripturarum testimonia
pandunt. Moyses namque in Deuteronomio
scripsit : Estote filii Domini Dei vestri ; et
Deut. xiv, rursus : Numquid non ipse est pater tuus,
1. *Ibid. xxxii,* qui possedit te ? Itemque : Vidit Dominus,
6. *Ibid. 19.* et ad iracundiam concitatus est, quia pro-
vocaverunt eum filii sui et filiæ. Hinc B
Is. lxxiii, 16. Isaias loquitur Deo : Tu, Domine, pater
noster et redemptor noster. Insuper de
Christifidelibus ait Joannes evangelista :
I Joann. iiii, Videte qualem caritatem dedit nobis Deus
1. Pater, ut filii Dei nominemur et simus ; et
Joann. i, 12. rursus : Quotquot receperunt eum, dedit
eis potestatem filios Dei fieri. Hinc docuit
Matth. vi, nos sub hac forma Christus orare : Pater
9. noster qui es in cælis. Et rursus : Diligite
Ibid. v, 44, (inquit) inimicos vestros, ut sitis filii Pa-
45. tris vestri qui in cælis est. Verumtamen
confitemur quod quantum ad substantiam C
et esse specificum nil aliud sumus quam
homines. Porro unus dumtaxat est uni-
genitus et naturalis Filius Dei, ejusdem
cum Patre existens naturæ.

Eodem capitulo legitur : Moyses dixit
filiis Israel se nullius nisi animæ suæ
ac fratris sui moderatorem imperatorem-
que esse. Falsum est hoc. Fuit enim mo-
derator et imperator totius populi sui sibi
commissi ac subditi, sororis quoque et
conjugis ac sobolis suæ.

Capitulo eodem habetur : Homines pra-
vos Deus ad viam rectam minime dirigit.
O quam falsum est hoc, quum frequenter
impiissimi Deo præveniente et inspirante
convertantur ad Dominum, in tantum quod
ubi abundavit iniquitas, superabundet et
Rom. v, 20. gratia ! quod et Paulus apostolus sibi con-
Act. ix, 1- 20. tigitisse fatetur.

Tertiodecimo Alcorani capitulo recita-
tur : Sacerdotes ac præsules Christianorum
Mahometo crediderunt. Hoc de catholicis
christianis sacerdotibus atque episcopis

verificari non potest, sed forsitan de qui-
busdam hæreticis, præsertim Nestorianis,
deitatem Christi negantibus.

Quintodecimo Alcorani capitulo scri-
ptum est : Hic liber (videlicet Alcoran)
nihil prætermittit. Fateor quod nihil hæ-
reticæ pravitatis, nihil perfidiæ, nihil fal-
sitis et carnalitatibus omittit.

Insuper, septimodecimo capitulo Alcoran
quasi ex persona Dei hominibus dicitur :
Ego præcepi ut angeli patri vestro Adæ se
humiliarent; præceptoque meo omnes præ-
ter Beelzebub obedierunt. Deo autem illum
interrogante cur non obediret, respondit :
Ego factus de igne, illo de terræ limo
plasmato præstantior sum. In his mendosis
et stolidissimis verbis insinuatur, quod
causa ruinæ primi apostatæ angeli fuit
quoniam juxta Dei præceptum noluit se
primo homini humiliare nec se coram eo
prosternere. Verum divina Scriptura docet
angelum primum cum suis peccasse ante
Adæ plasmationem, et ipsum Adam ab
angelo lapso esse seductum. Falsum est
quoque angelos esse formatos de igne,
quum sint separatæ et immateriales sub-
stantiæ. Causa vero ruinæ primi apostatæ
fuit quod voluit Deo inordinate assimilari,
et juxta propriam voluntatem ac disposi-
tionem angelis inferioribus eo præesse :
cui et illorum plurimi consenserunt, cum
quibus mox pulsus est cælo ; inviditque
homini primo, quem et tentavit ac su-
peravit. Hæc est sanctorum doctrina theo-
logorum.

At vero, nonodecimo Alcorani capitu-
lo dicitur : In die resurrectionis opina-
buntur singuli se non plus quam per
unius horæ spatium jacuisse. Hoc falsum
est. Qui enim interim patiuntur inferni
purgatoriivæ tormenta, reputabunt se mul-
to diutius fuisse defunctos quam fuerunt :
imo propter suarum acerbiteriam pœna-
rum, tempus brevissimum videtur eis lon-
gissimum. Qui autem interim Deo beatifice
fruuntur, quamvis omne tempus videatur
eis brevissimum, tamen ex sapientia sua
scient quam diu in cælo fuerunt. Si autem

Mahon vult dicere, quod nec justi neque A injusti interim *mercedem* divinitus sortiantur, sed instar dormientium nullam temporis percipiant moram, quemadmodum de septem dormientibus legitur, deviare gravissime, ut ex Scripturis, et doctrinis Sanctorum, multisque visionibus, experiētiis et exemplis monstratur. Et tamen hoc forsā sensisse videtur, quum vicesimo tertio Alcorani capitulo dicat: Nemo cogitet Deum ignorare incredulorum opera, quamvis eorum judicium usque ad diem judicii differatur.

Vicesimo quarto quoque Alcorani capitulo quasi ex Dei persona dicitur: Hominem de terra et luto plasmavimus, diabolo prius ex igne pestifero creato. Quum creare sit ex nihilo producere, nonne inepte dicitur diabolus ex igne creatus? Rursus, quum omnis creatura sit bona quoad esse suæ naturæ, quomodo ignis ille nuncupatus est pestifer? Dictum est quoque, quod angeli sint incorporales simplicesque substantiæ: ideo non sunt facti ex igne.

Eodem capitulo fertur quasi ex Dei persona: Quum hominem procreassem de luto, et eidem animæ meæ portio insufflaretur, etc. Si Mahon putavit quod Deus in suæ deitatis natura habeat animam, aut quod anima hominis primi sive alterius sit de substantia Dei, erravit gravissime, quum Deus sit purus actus, simplicissimus spiritus, et esse purum, separatum, incommutabiliter in se ipso subsistens, ut theologī atque philosophi contestantur.

Consequenter capitulo vicesimo quinto asseritur: Impossibile est diabolo quidquam facere nisi incredulis. Quid est hoc? Nonne diaboli quotidie tentant fideles ac justos? Imo et Christum tentare præsumpsit, et primum hominem in paradiso decepit: imo multos viros sanctos etiam corporaliter flagellavit, quemadmodum sanctum Job et B. Antonium. Hinc Christus dixit beatissimo archiapostolo Petro: Simon, ecce Satan expetivit vos ut cribraret sicut triticum. Imo et Mahon in Alcorano fatetur, quod unicuique adstant

angeli duo, unus bonus ad succurrendum, alter malus ad seducendum.

Deinde vicesimo sexto Alcorani capitulo scriptum est: In die generalis judicii dabitur unicuique liber apertus, in quo omnia opera sua leget. Hoc Mahon de materiali libro intellexisse videtur, ita quod tunc unusquisque ex libro porrigendo lecturus sit propria opera sigillatim. Quo concesso, judicium illud diutissime erit durans: quod et Mahon concessit, affirmans quod per quinquaginta millia annorum durabit. Sed falsa sunt omnia ista.

Quod etenim in Scripturis inducitur de libris tunc aperiendis, de libris conscientiarum spiritualiter sumitur. Divina quoque omnipotenti virtute judicium illud celerrime prorsus complebitur, ita quod unicuique sua et aliorum peccata in momento patebunt. Multum autem derogaret divinæ pietati atque justitiæ quod justī per tot millia annorum a suo præmio differrentur. Infinitæ vero potentiæ Dei congruit causas judicandorum celerrime expedire.

Eodem capitulo continetur: Infidelium non nisi lapsum ac præcipitium diligit Deus. Hujus oppositum Dominus Deus per Ezechielem prophetam testatur: Nolo (inquiens) mortem impii, sed ut convertatur et vivat; itemque: Numquid voluntatis meæ est mors impii, et non magis ut convertatur? Alioqui cur misisset Apostolos ad prædicandum et convertendum incredulos? Deus enim, quantum in se est, vult universos salvari, ac variis modis instigat infideles ad meliora.

Capitulo vicesimo octavo inducitur Deus loquens ad Zachariam patrem S. Joannis Baptistæ: Habebis filium nomine nunquam antea alicui imposito, videlicet Joannem vocandum. Hoc falsum est: quia hoc nomen diu antea fuit apud Hebræos consuetum. Unde in Jeremia sæpe fit mentio de Johanan, Caree filio.

Eodem capitulo legitur: Sciendum neminem esse qui non ad ignem proficiatur, quia hoc Deus mandavit. Istud est

Ezech.
xxxiii, 11.

Ibid. xviii,
23.

1 Tim. ii, 4.

Jer. xl-
xliii.

Math. iv,
3 et seq.
Gen. iii,
1 et seq.

Job i, ii.

Luc. xxi,
31.

prorsus mendosum, quum innumerabiles A viri perfecti. Sancti heroici et martyres gloriosi in evangelica lege sine intermedia poena intraverint regnum cœlorum, imo et infantuli baptizati ante usum rationis defuncti; adulti autem qui pro omnibus culpis suis in vita hac satisfaciunt plene, mox evolant quando decedunt: et hoc Deus per copiosa miracula et visiones certissimas visibiliter demonstravit frequenter.

Capitulo tricesimo septimo quasi ex persona Dei dicitur Mahometo: Moderni dicunt te magum esse. Quibus tu dicas: B Librum isto meliorem afferte, et benevole eum sequar. Ecce quam impudens et ridiculosum mendacium! quasi in toto canone sacræ Scripturæ non sit liber elegantior Alcorano, quod (juxta præhabita) cunctis hæreticis pravitatibus vitiosissimisque mendaciis est repletum, nec inter Scripturas reputari condignum. Denique, de excellentia Alcorani Mahon sæpe se jactat. Nam et primo Alcorani capitulo loquitur: Hunc librum veracem esse penitus credite; consimilem, omnes manum simul conferentes, C ac etiam declarasse quod scripturæ evangelicæ legis ac veteris Testamenti non sint infectæ neque corruptæ, prout vobis imputare solemus. Ideo ex introductis fateor me ad evangelicæ legis amplexum competenter inclinari et affici, nisi aliunde retraheretur.

CHRISTIANUS. — Quid retrahit te?

SARRACENUS. — Fortissima atque (ut nobis videtur) insolubilia argumenta quæ contra fidem tuam habemus, præsertim contra fidem trinitatis personarum in Deo, et deitatis in Christo, ac realis præsentia corporis et sanguinis Christi in Sacramento.

CHRISTIANUS. — Quidquid te movet, ordinate proponere; auxilianteque Domino respondebo.

ARTICULUS XIV.

Disputatio Sarraceni contra fidem trinitatis personarum in simplici Deo.

SARRACENUS. — (1) Quidquid convenit Deo et quidquid est in eo, est utique per-

Hæc pauca de multis pravissimis Alcorani erroribus tetigisse sufficiat. Sunt autem aliæ plurimæ valde falsitates in Alcorano, scripturis novi ac veteris Testamenti apertissime inexcusabiliterque contrariæ: quia in multis capitulis recitat varias sacræ Scripturæ historias, quibus pene semper fabulosas falsitates permiscet, atque in multis sæpissime a veritatibus divinæ recedit historiæ: quod omni in Scripturis exercitato Alcoranum legenti, certissime innotescit, prout hæc omnia in speciali probavi ac declaravi tractatu contra Mahometi perfidiam compilato.

SARRACENUS. — Non sine diligentia grandi te hucusque adverti; estque probabile librum legis nostræ a pravis hominibus esse corruptum.

CHRISTIANUS. — Ex hoc ipso supra probavi quod non sit datus a Deo, qui leges a se datas ad hominum salutem necessarias, facit puras et integras devenire ad eos quibus donantur: alioqui frustra darentur.

SARRACENUS. — Fateor te istud probasse, C ac etiam declarasse quod scripturæ evangelicæ legis ac veteris Testamenti non sint infectæ neque corruptæ, prout vobis imputare solemus. Ideo ex introductis fateor me ad evangelicæ legis amplexum competenter inclinari et affici, nisi aliunde retraheretur.

CHRISTIANUS. — Quid retrahit te?

SARRACENUS. — Fortissima atque (ut nobis videtur) insolubilia argumenta quæ contra fidem tuam habemus, præsertim contra fidem trinitatis personarum in Deo, et deitatis in Christo, ac realis præsentia corporis et sanguinis Christi in Sacramento.

CHRISTIANUS. — Quidquid te movet, ordinate proponere; auxilianteque Domino respondebo.

ARTICULUS XIV.

Disputatio Sarraceni contra fidem trinitatis personarum in simplici Deo.

SARRACENUS. — (1) Quidquid convenit Deo et quidquid est in eo, est utique per-

fectio, imo perfectio infinita. Si ergo in A Deo est trinitas personarum, aut personæ illæ in cunctis conveniunt, et ita non erunt distinctæ ab invicem; aut in aliquo distinguuntur ac differunt, et sic perfectio unius deerit alteri, nec ulla earum erit absolute simpliciterque perfecta, imo unicuique deerit infinita perfectio. Ex isto probaverunt philosophi, quod impossibile sit esse plura absolute perfecta, pluresve veros Deos. Ex eodem motivo possem plura argumenta formare. Nam paterna fecunditas et habere Filium verum Deum, B aut est perfectio, aut non: si non est perfectio, non convenit Deo, cui nihil convenit nisi infinita perfectio. Si est perfectio, aut convenit Filio atque Spiritui Sancto, aut non: si convenit eis, ergo tam Filius quam Spiritus Sanctus habent Filium verum Deum; si non convenit eis, ergo nulli eorum convenit omnis perfectio, sicque neuter ipsorum est verus Deus. Præterea, esse naturalem et unigenitum Filium Dei, aut est perfectio, aut non: si sic, ergo Pater non est verus Deus, cui non convenit esse unigenitum ac naturalem Filium Dei; si non, ergo non convenit alicui divinæ personæ quod sit verus Deus.

(2) Insuper, si Pater et Filius et Spiritus Sanctus sunt unus Deus, aut sunt unus Deus genere, aut specie, aut numero: si genere aut specie, ergo sunt tres Dii, sicut tria supposita speciei humanæ sunt tres homines; si unus Deus numero, ergo sunt una persona: nam unus seu unum numero, in intellectuali natura vocatur persona.

(3) Amplius, divina essentia est actus purus, et esse separatum, simplicissimum, in se ipso subsistens, idcirco ex se et per se maxime individuum: ergo est persona, quum persona sit rationalis seu intellectualis naturæ individua subsistentia. Si ergo quælibet divina persona est divina essentia, quælibet earum est una eademque persona, et omnes tres sunt una persona.

(4) At vero, omne ens est substantia vel accidens. Tres ergo personæ vel distin-

guuntur personaliter per aliquid existens de genere substantiæ, et ita erunt tres Dii; vel per aliquid de genere accidentis: quod non convenit Deo.

(5) Adhuc autem, ea quæ sunt eadem uni tertio singulari, sunt eadem inter se: alioqui unum et idem esset plura. Si ergo tres personæ sunt una essentia singularis, non distinguuntur ab invicem personaliter.

(6) Iterum, nullum subsistens et singulare seu persona, potest pluribus communicari personis: ergo divina essentia per se subsistens, communicari non potest Filio atque Spiritui Sancto.

(7) Præterea, quidquid habet esse suum ab alio, si sibi ipsi relinquatur, est nihil et deficit, estque dependens et indigens. Si ergo Filius generatur a Patre, et Spiritus Sanctus profluit ab utroque, tam Filius quam Spiritus Sanctus sunt indigentes ex se ac dependentes a Patre, et si sibi ipsi relinquerentur, esse desinerent. Hæc autem Deo vero non congruunt.

C (8) Adhuc autem, quod esse sortitur ab alio, de se nihil est, et in eo non esse præcedit esse secundum ordinem originis: et quod tale est, non potest verus Deus censi, sed creatura.

(9) Amplius, nobilius et perfectius est habere et esse aliquid a se ipso quam ab alio. Si ergo esse divinum aut deitas convenit Patri a se ipso, id est non ab alio, Filio autem a Patre, et Spiritui Sancto ab utroque, erit Pater perfectior Filio et Spiritui Sancto: ergo nec Filius, nec Spiritus D Sanctus est absolute et summe perfectus. Neuter ergo eorum est verus Deus.

(10) Insuper, Filius est res genita et producta; divina autem essentia non est genita neque producta: non sunt ergo idem.

(11) Præterea, in omni productione et generatione, natura producentis, quæ est principium operationis, ad minus secundum prioritatem originis prior est re producta aut genita. Sicque in generatione divina, ipsa divina essentia prior est Filio, imo et generatione, estque ingenta et non

producta : non ergo potest idem esse cum A
 persona producta, genita seu spirata.

(12) Postremo, quum tres personæ dicantur in essentia penitus convenire, si in aliquo distinguuntur, hoc oportebit additum esse essentiæ et aliud esse ab ea.

ARTICULUS XV.

Solutio instantiarum istarum.

CHRISTIANUS. — Noveris, Sarracene, quod christiani theologi universas tuas objectiones nunc tactas, et alias multas non minus fortes, in suis libris inducunt, ventilant et dissolvunt. Id itaque tibi in primis respondeo, quod sicut Deus est penitus incomprehensibilis, ita et actio ejus, seu productio illa ad intra, videlicet æterna generatio atque spiratio immanens, a nullo potest intellectu creato plenarie comprehendi : imo in infinitum distat intellectus creatus a comprehensione illius. Nec in creaturis invenitur productio aliqua per omnia similis emanationi illi divinæ ad intra : imo, quemadmodum universitas creaturarum distat, occumbit ac deficit infinite ab increata perfectione Creatoris æterni ; sic omnis emanatio et productio in creaturis existens, deficit infinite a plena repræsentatione atque perfecta conformitate emanationis divinæ ad intra. Et hoc reprobus hæreticus fuit potissima deviandi a recta fide occasio, quod ex generationibus et productionibus quæ in creaturis consistunt, voluerunt immoderate procedere, argumentari ac judicare de emanatione divina ad intra, hoc est de æterna Filii generatione ac Sancti Spiritus processione.

(1) His præmissis, ad primam tuam dico objectionem, quod quælibet divina, æterna, increata, sancta et adoranda persona, est absolute, simpliciter et infinite perfecta, nec ulla perfectio deest earum alicui : quoniam deitatis plenitudo seu deitas vera in unaquaque earum consistens, omnem imperfectionem prorsus excludit. Et quam-

vis proprietates seu perfectiones ac nobilitates quas tetigisti, sint quibusdam divinis personis propriæ secundum quod tales, tamen quantum ad id quod substantialiter sunt, in qualibet divina persona existunt : substantialiter namque sunt ipsa divina essentia, quæ in qualibet est persona. Et per hoc sequentes tuæ instantiæ pro magna sunt parte solutæ.

(2) Ad aliam dico, quod tres personæ sunt numero unus Deus, una natura, una essentia, una voluntas, unus intellectus, una res summa, secundum quod Deus dicitur ac sumitur absolute : nihilo minus sunt tres personæ, secundum quod personæ in divinis dicuntur relative. Quumque instas, Ergo sunt una persona ; dico quod verum sit, secundum quod puri philosophi et Judæi ac Sarraceni loquuntur de ratione personæ in Deo, videlicet prout dicit quid absolutum, seu rem intellectualis naturæ per se subsistentem. Theologi vero aliter loquuntur de ratione personæ in divinis, utpote prout dicit rem intellectualis naturæ relativa proprietate distinctam, completam, atque ab aliis differentem ; nec sic una persona est alia, nec plures sunt una persona. — (3) Et per hoc sequens quoque tua objectio solvitur, qua arguis quod divina essentia sit persona.

(4) Ad aliam dico, quod quamvis superessentialis Deus sit super omne prædicamentum, tamen eo modo quo prædicamenta ei queunt competere, conveniunt ei substantia atque relatio : nec tamen relatio in Deo est accidens, sed quasi constitutiva personæ proprietas. Sicque personæ in essentia communicant atque conveniunt, et per relationes distinctæ sunt.

(5) Ad aliam respondetur, quod ea quæ sunt convertibiliter eadem uni tertio singulari, sunt eadem inter se. Divina autem essentia non est convertibiliter idem cum aliqua divina persona.

(6) Ad aliam respondendum, quod divina essentia nequaquam communicatur aliquibus substantialiter diversis, nec multiplicatur neque dividitur in his quibus

communicatur, imo et in tribus personis A
permanet una; et quamvis divina essentia
ut subsistens diceretur incommunicabilis,
tamen in quantum natura et forma posset
communicabilis dici: comprehendit quippe
in se omnem perfectionem, tam personæ
quam naturæ, tam singularis quam
universalis.

(7) Ad aliam dico, quod ab emanatione
divina ad intra excludendum est quidquid
imperfectiois est in emanatione creatura-
rum a Deo, sive unius ab alia: ideo gene-
ratio Filii a Patre, et processio Spiritus B
Sancti ab utroque, non est nisi perfectis-
sima, actualissima ac simplicissima pro-
fluxio, diffusio seu emanatio actus ab actu,
lucis a luce, perfecti a perfecto, omni
indigentia, independentia, impotentialitate
et imperfectioe prorsus exclusa. Idcirco
non est verum quod Filius aut Spiritus
Sanctus sibi ipsi relictis, nihil essent aut
deficerent: habet enim uterque a Patre
eamdem essentiam idemque esse quam et
quod habet Pater. — Et per hoc sequentes
objectiones solvuntur. (8) Etenim in tali C
emanatione, non esse nequaquam præce-
dit esse. (9) Hoc etiam modo habere a Deo
Patre deitatem et esse divinum, non est
minoris perfectionis aut nobilitatis quam
eam habere a se; atque, ut dictum est,
quamvis aliqua proprietas aut perfectio
secundum quemdam modum sit propria
uni personæ, tamen quantum ad id quod
substantialiter est, convenit aliis.

(10) Ad aliam respondetur, quod res
generans et res genita non sunt una per-
sona, nec una prædicatur de alia: nihilo D
minus res genita potest in se habere et
continere et per generationem accipere
essentiam seu naturam generantis, cui se-
cundum se non competit esse genitam aut
productam, atque ob suam simplicitatem
est res illa quæ est genita aut producta.

(11) Quumque objicitur, quod divina es-
sentia secundum prioritatem originis præ-
existit personæ productæ, ergo non est
idem cum illa; dicendum, quod per ge-
nerationem aut emanationem ad intra

communicatur personæ productæ: et ita,
quamvis secundum quod est in Patre, ali-
quo modo præintelligatur, tamen ut est in
Filio, cum ipso idem asseritur.

(12) Ad ultimum respondetur, quod di-
vinæ personæ in essentia idem sunt, sed
relationibus distinguuntur; nec illæ rela-
tiones aliquid reale superaddunt essentiæ:
imo fundantur in ea sicut relativum in
absoluto, et sunt idem cum ea. Essentia
namque divina in se ipsa infinite univer-
saliterque perfecta, omnium in se rerum,
omnium generum ac specierum perfecti-
ones cum immensa opulentia et incom-
prehensibili simplicitate complectitur; et
quod in rebus creatis fit per plura, in Deo
per unum simplicissimum constat. Sicque
in divina essentia continetur tam id quod
est ratio distinctionis, quam id quod com-
munionis et convenientiæ atque identita-
tis est ratio: sicut et alia conveniunt Deo
ratione justitiæ, alia ratione misericordiæ,
alia ratione sapientiæ, alia ratione intel-
lectus, alia ratione voluntatis; et tamen
omnia ista in Deo sunt unum et idem re-
aliter, et sola ratione distincta: quæ ratio
fundamentum habet in re, quoniam esse
divinum ex sua superinfinita plenitudine,
opulentia et omnifaria perfectione, veris-
sime satisfacit universis talibus veris con-
siderationibus atque conceptibus nostris
de ipso.

Hæc sunt quæ objectionibus tuis respon-
denda occurrunt.

SARRACENUS. — Stupor in his me non
mediocriter apprehendit; nec capere queo
qualiter una simplex essentia Patris sit
vere in Filio et Spiritu Sancto, ac qualiter
in invariabili Deo sit ad intra processio,
aut quomodo tres personæ sint unum sub-
sistens.

CHRISTIANUS. — Nec ego hæc compre-
hendere valeo; sed quæ intelligere nequeo,
credo. Et tamen aliquater capio ista; sed
mens tua contrariis horum doctrinis assu-
eta difficulter potest ad ista assurgere.
Nonne quarumdam creaturarum essentia
est una genere, quarumdam una specie?

Quid ergo impossibile tibi videtur, si divinarum increatarumque personarum essentia una sit numero? Neque enim universitas creaturæ perfectionem, proprietatem, excellentiam, simplicitatem identitatemque Creatoris plene repræsentare, imitari participareve potest. Insuper dixi tibi, quod tres personæ per comparisonem ad relationes distinctæ sunt, sed quoad esse absolutum ac substantiale, et quantum ad subsistentem essentiam seu naturam, sunt unum. Porro, quod admiraris qualiter essentia Patris possit esse in Filio, sic declaratur: Filius Dei est Patris imago naturalis, plena atque omnino perfecta, et Verbum ejus æternum, ac sapientiæ Patris immanens et completa expressio. In quo Filio, quidquid Patris est plene resplendet, et tota Patris perfectio repræsentatur ac lucet: nam et in creaturis essentia rei intellectæ, in verbo mentali aliquo modo relucet et continetur; res quoque in naturali sua resplendet imagine. Sicque essentia Patris vere substantialiter habetur in Filio, nec multiplicatur neque dividitur in personis.

SARRACENUS. — Qualis est emanatio divina ad intra, generatio illa æterna?

CHRISTIANUS. — Plane non carnalis, materialis aut corporalis, neque ex commixtione cum femina, sicut rudissimus et imperitissimus Mahon imaginatur, sed intellectualis, simplicissima et superpurissima: quoniam Deus fecunditatis et communicabilitatis immensæ, se ipsum æternaliter, invariabiliter, plenissime atque clarissime intuendo ac intelligendo, sui ipsius conceptum ac verbum intra se profert et gignit, quod est naturalis imago sui, splendor gloriæ, candor lucis æternæ, character paternæ substantiæ. Verbum quippe est emanatio intellectus. Pater vero et Verbum se invicem diligendo, intra se spirant amorem immensum, æternum, plenissimum, qui Spiritus Sanctus vocatur. Amor namque est emanatio voluntatis.

SARRACENUS. — Satis subtilis et profun-

da est ista doctrina, sed incomprehensibilis valde.

CHRISTIANUS. — Non recolis qualiter Avicenna, legis tuæ philosophus, ait primam intelligentiam producere secundam intelligentiam, et primam animam nobilem, primum quoque mobile? Cujus tamen positio non est vera.

SARRACENUS. — Adverto quo tendis.

CHRISTIANUS. — Hanc fidei nostræ sapientiam humana subtilitas non invenit, nec ratio reperit naturalis, nec fluxit sapientia ista de terra; sed cœlitus est infusa, divinitus revelata, desuper per signa et prodigia atque miracula innumerabilia soli omnipotenti Deo possible, copiosissime ac certissime confirmata.

SARRACENUS. — Longe distat et vehementer discordat ab his Alcorani nostri doctrina.

CHRISTIANUS. — Id quod superexcellens Deo gloriosissimum, decentissimum convenientissimumque consistit, videlicet consubstantialem, cœqualem et cœternum sibi Filium genuisse, sceleratissimus atque turpissimus Mahon ore sacrilego et blasphemus præsumpsit asserere turpe et inconveniens Deo esse. Nempe duodecimo Alcorani capitulo dixit: Omnes dicentes Christum, Mariæ filium, Deum esse, mendaces et increduli sunt reperti, quum Christus ipse dixerit: Filii Israel, in Deum meum et vestrum credite. Circa quod dico, quod Christus in unitate personæ Deus et homo existens, Deum universorum vocavit Deum suum, secundum quod ipse est homo. Eodem capitulo loquitur: Quisquis Deo socium aut participem posuerit, ignem intrabit perpetuum. Ad quod dico, quod Filius Dei non est proprie particeps Patris, quia non accipit partem aut incompletam participationem deitatis, sed omnem plenitudinem ejus, similiter Spiritus Sanctus. Nec tamen in tanta solitudine ponimus Deum, ut superdulcissimo consortio careat Filii sui supercarissimi ac condilectissimi Spiritus Sancti. Tertio decimo quoque Alcorani af-

firmat capitulo : Deo dicente ad Jesum, O Jesu, Mariæ fili, persuade hominibus ne Dei loco te et matrem tuam tanquam duos Deos habeant ac venerentur ; respondit Jesus : Nolit Deus ut ego quid præter verum dicam. Ista sunt conficta atque falsissima verba, recitatione indigna ; et planum quod Christus non docuit suam dignissimam Matrem esse Deum aut Deam, tanquam cultu latriæ adorandam. Postremo, vicesimo octavo Alcorani capitulo mentiens ait : Dicentes Deum sumpsisse filium, turpe verbum se protulisse cognoscent (videlicet in die judicii) ; ob hoc quippe dictum fere cœlum se confundit, et tellus aufugit, omnisque mons cadit : hoc enim importunum et inhonestum est Deo. Ecce quam vitiosissimum et infidelissimum verbum ! Verumtamen non dicimus Deum sumpsisse, id est de novo aut ex uxore generasse, filium, prout sordidissimus Mahon imaginatur.

SARRACENUS. — Si, ut tetigisti, gloriosissimum, decentissimum et convenientissimum Deo est, Filium consubstantialium coæqualemque genuisse, ergo id potest probari.

CHRISTIANUS. — Quod hoc sit convenientissimum, decentissimum et gloriosissimum Deo, primo ex fide et revelatione innotuit ; deinde multa rationabilia ad id argumenta introducuntur, quæ etsi hoc non demonstrent, probabiliter tamen persuadent, et sicut fidei veritas ratione demonstrari non potest, ita nec reprobari.

SARRACENUS. — Argumenta illa audire desidero.

ARTICULUS XVI.

Introductio probabilium rationum quod in Deo sit trinitas personarum.

CHRISTIANUS. — Quidquid perfectionis in creaturis consistit, certum est in Creatore eminentissime contineri. Quum ergo virtus causalis seu fecunda proprietas ac generativa potestas sint præcipuæ creaturarum perfectiones, in tantum ut unum-

quodque dicatur perfectum quum poterit sibi simile generare, causa quoque suo effectu dicatur præstantior ; constat quod ista excellentissime sint in Deo, sicut et sapientia, sanctitas, potentia, justitia, pietas sublimius competunt Creatori quam creaturis. Generare ergo cum incomparabili excellentia et sine omni mutabilitate competit Deo. Quod et ipse in Isaiâ propheta innuit, loquens : Numquid ego qui alios pareo facio, ipse non pariam ? Si ego qui ceteris generationem tribuo, sterilis remanebo ? Unde et Apostolus dixit : Pater Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur.

SARRACENUS. — Nonne satis grandis fecunditas Dei est quod mundum hunc condidit ?

CHRISTIANUS. — Quæ comparatio finiti ad infinitum ? Nonne Deus incircumscripibilis et immensus plus excedit totum mundum majestate, perfectione et gloria, quam totus mundus vilissimam minimamque arenam ? Productio ergo et moles mundi, punctalis est atque punctum respectu infinitæ excellentiæ, causalitatis, fecunditatis communicabilitatisque Dei.

SARRACENUS. — Disputationem tuam prosequere.

CHRISTIANUS. — Videsne qualiter in creaturis unumquodque sit tanto plus communicativum diffusivumque sui, quanto major est bonitas ejus, quo in caritate fluentius exstat, quanto plenius, opulentius splendidiusque exstiterit, nisi forsitan aliunde sit impedimentum ex tenacitate, invidiâ incapacitateve rerum ? Quemadmodum ergo Deus excelsus et gloriosus est incomparabiliter et incircumscripibiliter bonus, amarus, opulentissimus et superluminosus, sic competit ei diffusivitas seu communicabilitas penitus infinita : cui nullum germen finitum potest correspondere, quum sit infinite inferius minusque illa. Nec dici potest quod infinita communicabilitas non possit in actum ac germen sibi proportionatum, correspondens ac infinitum procedere, quum unicuique sit

naturale, conveniens, jucundum, producere actum et germen ad quod naturalem aptitudinem, potentiam, inclinationem et ordinem habet : alias aptitudo, communicabilitas seu potentia illa videntur inanis, frustra et impotens. Denique, quum Deus sit summe et infinite perfectus, felix et invariabilis, certum est quod æternaliter in optima sui dispositione consistat : idcirco diffusio talis, tam naturalis, jucunda, liberalissima atque plenissima, æternaliter actualiter est in ipso. Bonum namque tam superoptimum, tam superliberalissimum, et in caritate tam superæstantissimum, nil proprium sibi reservat, imo se totum supereffluentissime sine fine communicat.

Præterea, quum primum et summum bonum sit naturaliter sui diffusivum et communicativum communicatione perfecta et communicabilitate immensa, ad beatitudinem et perfectionem ipsius est pertinens ut se indesinenter ita communicet. Nulla namque intellectualis substantia beata est aut perfecta vel in optima sui dispositione consistens, absque actione ei connaturali et convenientissima.

Insuper, deliciis sincerissimæ caritatis nil exstat suavius, nil jucundius. Caritas autem proprie tendit in alium, et magis sentitur circa illum, quum sit vis unitiva, nexus et unio amantis atque amati. Perfectissima quoque dilectio condilectum requirit, qui sit velut vinculum et connexus amoris amborum. Ad plenitudinem ergo deliciarum beatitudinis Dei spectat ut Deus Pater habeat Filium infinite amabilem, et sibi tam carum ut diligat eum tantum sicut se ipsum, Pater item et Filius habeant condilectum ab utroque procedentem et utriusque supercarissimum, quem non minus diligant quam se ipsos. Quid gloriosius istis deliciis superbeatissimæ Trinitatis, in qua nulla potest esse dissensio, nulla discordia, quum in tribus supersanctis personis sit una voluntas? In qua Trinitate una persona manat ab alia, et tertia ab utraque; in qua est omnis ratio puræ et sanctæ dilectionis, videlicet mu-

A tua cognitio superclarissima, summa conformitas, propinquitas maxima, identitas in natura, bonitas infinita, pulchritudo, dulcedo, perfectio illimitata; in qua quælibet persona adoranda se ipsam et alias ambas clarissime ac jucundissime æternaliter intuetur, ac cum dilectione intensive immensa diligit atque amplectitur: sicque personæ illæ superdignissimæ se invicem suavissime perfruuntur, cum sancta et incommutabili complacentia prorsus immensa.

B Postremo, ut communiter dicitur, nullius boni possessio plene jucunda est absque consortio: quod non solum verificatur de his quorum operatio imperfecta est in se ipsis, et quæ ad aliud ordinantur, sed et potissime de his quæ in se ipsis bonitate, caritate, perfectione, opulentia et felicitate abundant. Talia enim (ut dictum est) ex se ipsis, hoc est ex propria bonitate, caritate, liberalitate, perfectione et opulentia, moventur ad diffundendum communicandumque aliis divitias bonitatis, perfectionis ac gloriæ suæ; nec aliquid sibi reservant incommunicatum, non plane ob suam indigentiam, sed ex liberalissima, amorosissima et optima exuberantia bonitatis, gloriæ et opulentia suæ.

SARRACENUS. — Quoniam juxta protestationem tuam præactam, rationes istas non tanquam demonstrativas sed ut probabiles introducis, non eis objicio nec resisto: imo fidem ornare et persuadere videntur. Idcirco ad perscrutandum an Christus sit verus Deus, si placet, convertamur.

D CHRISTIANUS. — Hoc jam patet ex dictis.

SARRACENUS. — Nondum patet quod in unitate personæ Christus sit Deus et homo.

CHRISTIANUS. — Quid de hoc catholica teneat fides jam declarabo.

ARTICULUS XVII.

Quod Christus una persona existens, sit verus Deus et verus homo.

CHRISTIANUS. — Ea quæ fidei sunt, rationem transcendunt, nec naturali ratione

queunt demonstrative probari; sed per A supernaturalia argumenta, præsertim per divina et soli Deo possible probantur miracula, et ex revelatione superna innotuerunt. Quod autem Christus sit Deus et homo, prædixerunt Prophetæ et prædicaverunt Apostoli, et ipse Christus proprio ore testatus est.

SARRACENUS. — Si ergo Christus est homo, ergo habet esse creatum: imo si est particularis singularisque homo seu individuum speciei humanæ, ergo habet esse creatum suppositale seu personale, B quum esse sit suppositorum. Si quoque est Deus, habet esse personale increatum. Ergo in eo sunt duo hypostatica seu personalia esse: ergo non est quid unum simpliciter, nec una persona, sed duæ.

CHRISTIANUS. — In Christo natura humana assumpta est ad esse hypostaticum increatum Verbi æterni seu unigeniti Filii Dei: idcirco non est in eo nisi unum esse personale et una persona.

SARRACENUS. — Ex immediata conjunctione animæ rationalis et corporis constituitur mox persona humana. Si ergo in Christo conjuncta sunt sibi invicem immediate atque formaliter corpus et anima, sequitur quod sit persona humana in esse suppositali humano et creato subsistens.

CHRISTIANUS. — Verum est quod ex conjunctione immediata intrinseca animæ et corporis resultat persona, dum corpus et anima sibi ipsis seu suæ naturæ et ordini relinquuntur, atque quod suum est agere permittuntur, nec mox ad aliquid altius assumuntur. Porro in Christo, eodem momento quo anima ejus fuit creata suoque corpori copulata, utrumque simul assumptum fuit a Verbo æterno et suppositatum in esse Verbi hypostatico increato, nec unquam habuit propriæ speciei personalitatem.

SARRACENUS. — Quid ergo constitutum est ex conjunctione animæ et corporis Christi?

CHRISTIANUS. — Vera et perfecta humanitas seu natura humana. Magisque pro-

prie dicitur Deus assumpsisse naturam humanam seu humanitatem quam hominem: quoniam homo dicitur res habens humanitatem; Deus autem non assumpsit rem aut personam habentem humanitatem, sed ipsam humanitatem.

SARRACENUS. — Unde ergo Christus vocatur homo? Apparet namque quod diceretur Deus et humanitas, non Deus et homo.

CHRISTIANUS. — Dicitur homo ab humanitate assumpta ad esse personale Verbi æterni, sicut et tu diceris homo a tua humanitate in proprio et creato esse personali suppositata.

SARRACENUS. — Agere præsupponit esse. Si ergo Christus habet actiones naturales humanas naturæ humanæ, oportet quod habeat esse actualis existentia humanæ naturæ. Tale autem esse, est esse personale humanum creatum: ergo habet hujusmodi esse.

CHRISTIANUS. — Verum est quod agere præsupponit esse actuale, quia et agere et C pati proprie est suppositorum; naturaliter quoque ita in omnibus est, quod agere præsupponit in agendo actuale esse propriæ speciei ac ordinis sui. Nihilominus supernaturaliter per omnipotentiam Dei fieri potest, atque in Christo est factum, quod operari non prærequirit esse personale ordinis ac generis sui, sed sufficit esse altioris naturæ et subsistentia increata.

SARRACENUS. — Mira sunt ista et difficilia ad credendum, imo incomprehensibilia intellectu. Et nonne Christus vere natus est ex femina matre?

CHRISTIANUS. — Imo plane ex Maria, mundissima ac sanctissima virgine, sicut in Alcorano quoque legisti.

SARRACENUS. — Genitum a generante suscipit esse substantiale. Generatio enim est productio rei in esse substantiali et existentia actuali, quemadmodum alteratio est acquisitio alicujus esse accidentalis. Christus ergo ex matre habet esse personale humanum.

CHRISTIANUS. — Nosti quod pater seu mater dicatur, qui aut quæ de sua substantia producit simile sibi in specie. Ad rationem ergo generationis filiationisque sufficit quod genitum a generante naturam accipiat generantis. Sicque Christus est homo ex substantia matris temporaliter natus et humanam carnem sortitus.

SARRACENUS. — Si Christus verus Deus est, et ex virgine natus, ergo Deus ex virgine esse sumpsit et esse incepit, atque mutationem incurrit.

CHRISTIANUS. — Jam dixi, quod ad rationem generationis sufficiat naturam ex generante accipere. Quum itaque Verbum æternum ex Virgine benedicta humanam carnem assumpserit, vere ex ea genitum perhibetur. Nec tamen mutatum est, quoniam sicut ab æterno decrevit, in tempore humanam naturam assumpsit et suo personali esse increato univit, nulla mutatione facta in deitate, sed in assumpta humanitate. Non enim Verbum æternum unitum est humanitati ut pars aut quid commixtum, inclusum aut circumscriptum in ea; sed assumpsit illam ad se, et suum esse hypostaticum incommutabile permanens communicavit eidem, suppositando ipsam in illo.

SARRACENUS. — Ex duobus entibus in actu non fit simpliciter unum.

CHRISTIANUS. — Ex duobus existentibus in actu personalis actualisque existentia, non fit per generationem una persona: humanitas autem Christi nunquam fuit existens in esse propriae personalitatis.

SARRACENUS. — Assertio ista enormiter derogat excellentia veri Dei, videlicet quod ipse sit natus ex muliere, et infans effectus, passus ac mortuus.

CHRISTIANUS. — Assertio fidei hujus maxime congruit infinita bonitati, pietati liberalitatisque Dei, imo et ardentissimo ejus amori ad genus humanum: quia, ut patuit, bonum communicivum est sui. Idcirco in hoc potissime commendatur et declaratur infinita bonitas Verbi æterni, quod suum esse hypostaticum ac divinum

art. præced.

A tam plene et immediate communicavit naturæ humanæ. In hoc quoque præclarissime innotescit infinita pietas Dei, quod perditio generi humano tam gratiosissime dignatus est subvenire, et ipsum personaliter visitare, ejusque infirmitates et indetrahibiles defectus subire, assumere et tolerare pro curatione et salvatione illius. Denique, quum caritas sit vis unitiva, nonne in hoc evidentissime declaratur ineffabilis caritas Dei ad genus humanum, quod humanam naturam suæ deitati hypostatica unione, qua major ac vicinior esse nequivit, conjunxit? Verum, si diceremus passionem, mutationem, mortem et infirmitates humanas cecidisse in ipsam deitatem, recte assereres nos divinæ majestatis derogare honori. Sed quum fateamur in Christo sic sibi invicem esse unitas deitatem et humanitatem, ut fiat in Christo communicatio idiomatum, id est, quod divina adscribuntur homini humanaque Deo, utraque natura in sua puritate et integritate ac proprietate inconfusa inviolataque permanente, nullatenus divinæ excellentiæ derogamus.

SARRACENUS. — Non decuit majestatem veri Dei taliter copulari fragili humanitati, tamque extreme et infinite distantia in unam convenire naturam.

CHRISTIANUS. — O si scires atque perpenderes qualis fuit humanitas quam assumpsit Unigenitus Dei, dum eam assumpsit!

SARRACENUS. — Nonne similis nostræ humanitati in specie specialissima?

CHRISTIANUS. — Similem utique in essentialibus, in accidentalibus vero ineffabiliter pulchriorem assumpsit ac digniorem, utpote omni plenitudine gratiæ ac virtutum ornatam, omni sapientia, scientia atque prudentia decoratam, cunctis beatitudinibus, donis et fructibus adimpletam, imo et beatifica Deitatis visione ac fruitione præclarissime sublimatam. Eodem quippe momento quo creata est anima Christi suoque corpori infusa ac juncta, repleta est tota capacitas ejus gra-

tia gratum faciente et donis gratiæ gratis datæ, omni virtute infusa perfectioni animæ ejus non derogante, omni sapientia atque scientia, omni dono Spiritus Sancti et fructibus spiritus ac beatitudinibus: imo et tam clare ac profundissime cœpit Deitatem per speciem contemplari ut nunc contemplatur eandem, cum tanta jucunditate et eminentia sicut a mente creata conspici potest. Sicque humanitas illa fuit inæstimabiliter pulchrior, dignior atque divinior omni angelico spiritu, omni Cherubim et Seraphim.

SARRACENUS. — Nimis vehementer extollis Christum.

CHRISTIANUS. — Non plus quam sacra docet Scriptura, et innumerabilia protestantur miracula, ac revelatum est desuper.

SARRACENUS. — Quid necesse fuit Deum sic hominem fieri?

CHRISTIANUS. — Nulla necessitas ad hoc compulit Deum; nec fuit necessarium necessitate absoluta, sed conditionata, et congruentissimum fuit sic fieri pro generis redemptione humani.

SARRACENUS. — Unde et cur et quomodo salvatum est genus humanum per Christum?

Gen. iii. CHRISTIANUS. — Docet nos sacra Scriptura, quod et partim in Alcorano legisti, quemadmodum primi nostri parentes in paradiso transgressi sunt Dei præceptum, atque ob hoc inde ejecti, cum omni posteritate privati gratia, felicitate et gloria ad quas conditi erant.

SARRACENUS. — Quibus?

CHRISTIANUS. — Conditi erant in originali justitia ad obtinendum felicitatem æternam cum angelis sanctis in cœlis, id est claram et immediatam ac fruitivam visionem divinæ essentiæ in se ipsa per speciem.

SARRACENUS. — Dato quod sic esset, quomodo propter transgressionem primorum parentum tota eorum posteritas privata est tanto bono? Numquid transgressio illorum juste imputatur his qui tunc non erant, nec eam poterant devitare? Aut

A qua Dei æquitate poena infligitur eis qui illi transgressionem nunquam consenserunt occasionemve præbuerunt? Nonne peccatum in tantum est voluntarium, quod peccatum non esset nisi voluntarium esset?

CHRISTIANUS. — Si rex aut princeps terrenus conferret militi suo bonum feudale aut castrum, hoc pacto quod si miles ille domino suo permaneret fidelis, gratus atque obediens, bonum illud maneret tam ei quam posteris ejus, si vero inobediens fieret et hostibus domini sui consentiens, B privaretur hoc dono sibi gratis collato, tam ipse quam ejus posteritas: si itaque miles ille fieret suo domino infidelis, rebellis, ingratus, nonne tam ipse quam sua posteritas juste privaretur hujusmodi bono?

SARRACENUS. — Utique: præsertim quia hoc bonum fuit ei gratis exhibitum, nec aliunde ex debito justitiæ debebatur posteris ejus.

CHRISTIANUS. — Sic dico et ego, quod originalis justitia, gratia gratificans et beatitudo æterna, erant et sunt supernaturalia dona primis parentibus gratis data aut promissa, nec aliunde debebantur ex debito justitiæ ipsis aut posteritati ipsorum: idcirco propter primorum transgressionem parentum, justo Dei judicio privati erant cum sobole sua donis præ-tactis, atque damnationi, id est carentiæ beatificæ visionis, addicti aut juste addicendi, nisi pietas subvenisset divina. Sed quæro, anne putes filios juste posse privari etiam hereditariis bonis quæ ipsis D jure debentur, pro suorum excessu parentum?

SARRACENUS. — Apud diversos diversa sunt jura positiva, et pro crimine læsæ majestatis tale quid agitur juste apud quamplures. Præterea, dato quod transgressio illa originalis sic imputetur et puniatur in posteris, cur ob hoc oportuit Deum incarnari, ut tangere incepisti?

CHRISTIANUS. — Quemadmodum propter primi parentis transgressionem damnatus fuit ille cum posteris suis modo jam tacto,

sic totum genus humanum indiguit salvatore, **www.khby.com** ~~cujus~~ **virtute** ac meritis ad pristinam sui Creatoris gratiam reduceretur et ad originalis justitiæ conformitatem, amissam quoque recuperaret felicitatem.

SARRACENUS. — Non potuerunt primi parentes se ipsos ac posteros suos Deo reconciliare pœnitendo, sicut se et suos perdiderant transgrediendo?

CHRISTIANUS. — Nequaquam. Etenim ante eorum transgressionem, fuit in eis originalis justitia non solum ut in determinatis personis, sed etiam ut in primis principiis totius humanæ propaginis; et fuit in eis naturæ integritas, erant quoque Creatori suo multum accepti: sicque habere valebant actionem transeuntem in omnem eorum posteritatem. Privati vero excellentiis tantis, et corrupti ac Deo abominabiles facti, nequibant sibi ac suæ posteritati recuperare quod perdiderunt: imo hoc fuit ineffabilis misericordia Creatoris, quod eos non condemnavit totaliter, nec occidit mox ut transgressi fuerunt. Necessarius ergo fuit humano generi communis salvator, ad totius naturæ reparationem idoneus, cujus actio, virtus et meritum transirent ac diffunderentur in totum genus humanum.

SARRACENUS. — Hoc concessio, cur oportuit ut Deus existeret? Nonne homo aliquis sanctus et innocens, aut angelus gloriosus, ad hæc exstitit dignus et aptus?

CHRISTIANUS. — Si ad carneam illam felicitatem quæ in Alcorano promittitur, creatum esset genus humanum, potuisset forsitan per aliquam puram creaturam redimi et salvari; sed quia ad supernaturalem beatitudinem conditum fuit, quæ beatitudo est bonum quodammodo infinitum, in quantum est immediata et clara infiniti boni fruitio, non erat pura creatura idonea tantam felicitatem promereri ac recuperare toti generi humano. Denique natura (ut nosti) in infinitum quodammodo communicabilis exstat: ideo ipsam naturam humanam et omnem sobolem personamque ejus Creatori reconciliari, excessit

A puræ creaturæ facultatem, virtutem et gradum. Peccatum quoque, quum sit offensio Dei majestatis totius immensæ, est enormitatis quodammodo infinitæ: idcirco totius humani generis crimina tollere, puræ non congruit naturæ. Itaque ob has et alias varias rationes Deus factus est homo, Dei et hominum mediator: qui secundum quod homo, potuit satisfacere ac mereri, atque ex unita deitate habuit dignitatem et efficaciam promerendi ac satisfaciendi immensam.

B SARRACENUS. — Si Christus totum humanum genus redemit, cur non omnes salvantur?

CHRISTIANUS. — Meritum Christi est generalis medicina curativa et salvativa generis humani; talem vero medicinam necesse est applicari his qui curari et salvari debent per eam.

SARRACENUS. — Qualiter et per quæ fit applicatio illa?

CHRISTIANUS. — Per fidem catholicam et sacramenta Ecclesiæ, præsertim per caritatem, per quam homines Christo proprie incorporantur, et tanquam membra suo capiti salubriter connectuntur.

SARRACENUS. — Secundum hæc nemo posset salvari nisi per evangelicam legem christianamque fidem.

CHRISTIANUS. — Verissime conclusisti, præsertim pro tempore Evangelii divulgati: imo ab exordio mundi nemo potuit obtinere salutem, nisi per fidem Christi explicitam aut saltem implicitam.

SARRACENUS. — Nimis arctas viam salutis, nimis quoque legem tuam extollis.

CHRISTIANUS. — Non plus quam utriusque Testamenti docent scripturæ.

SARRACENUS. — Quo merito Christi et qualiter merito illo redemptum est genus humanum?

CHRISTIANUS. — Tota conversatio Christi in sæculo isto, fuit meritoria nobis: potissime tamen merito suæ passionis et mortis quam pro nobis sustinuit, nos redemit.

SARRACENUS. — Occisio Christi potius

fuisset offensiva Omnipotentis quam placativa ipsius : velut si quis interficiat filium regis, rex gravius quam ante erit indignans.

CHRISTIANUS. — Occisio Christi ex parte occidentium fuit gravissimum scelus, pro quo infelices Judæi usque in præsens pro maxima parte sunt derelicti. Verum ex parte patientis, in quantum videlicet Christus, Dei Unigenitus, ex ardentissima caritate, summa obedientia, incomparabili patientia et perfectissimo zelo justitiæ, amarissimam et ignominiosissimam crucis mortem pro nostra salute sustinuit, et eam ad nostram reconciliationem, satisfactionem et beatitudinem ordinavit, sic passio, mors et occisio Christi passiva, fuit et est humani generis redemptio, salus et vita.

SARRACENUS. — Unde seu a qua re redemit Christus genus humanum ?

CHRISTIANUS. — A jugo et potestate diaboli, a reatu originalis peccati, a damnatione inferni, a servitute iniquitatis et corruptionis.

SARRACENUS. — Non mirum si fatigeris in respondendo, quum et ego jam fatigatus sim in quærendo. Idcirco, si placet, paululum respiremus, quatenus interim confortatus, conferam tecum de sacrificio evangelicæ legis, hoc est de Sacramento altaris, quod adoratis : in qua re totus pene mundus Christianos deridet et maxime delirare existimat, utpote universi Sarraceni, Judæi, Tartari, et aliarum sectarum cultores qui ritum norunt sacramenti et sacrificii hujus.

CHRISTIANUS. — Fiat ut concepisti.

ARTICULUS XVIII.

Inquisitio et responsio de sacrificio atque præcipuo evangelicæ legis sacramento.

SARRACENUS. — Nonne asseris, in sacramento illo quod assidue in ecclesiis a

A Christianis celebratur, offertur, et (si dicere audeo) manducatur, corpus Christi Domini vestri realiter contineri ?

CHRISTIANUS. — Non solum corpus ejus, sed et sanguis ac anima, totusque Christus, verus Deus et homo, continetur in Sacramento. Etenim ex vi conversionis substantiæ panis in veram Christi carnem, continetur ibi caro Christi, atque ex naturali concomitantia sunt ibidem sanguis, anima et Verbi æterni persona : non enim hæc ab invicem realiter separantur.

SARRACENUS. — Totus ergo Christus est in hostia quam offertis ; sed quantitas corporis Christi non est separata ab eo : ergo est ibi cum tota sua quantitate, imo et ceteris accidentibus suis realiter et formaliter inhærentibus ei.

CHRISTIANUS. — Vere sic est, sic credimus, confitemur et prædicamus ; et tibi jam plane protestor, quod tantus, tam gloriosus et splendidus est in hostia consecrata, quantus et quam gloriosus ac splendidus in cœlesti residet patria.

SARRACENUS. — Nunc dedisti mihi ensem in manu ad confodiendum et destruendum quæ credis. Occurrunt etenim mihi copiosa ac fortissima argumenta hanc assertionem prorsus demolientia.

CHRISTIANUS. — Non me terret exultatio ista Goliæ. Nec enim fortiora poteris argumenta producere, nec Averroes, Avicenna, Porphyrius ceterique philosophi insolubilius contra fidem hanc arguerunt, quam christiani doctores gratia exercitandi sibi invicem argumentati noscuntur.

Nunc igitur produc arma tua.

SARRACENUS. — Corpus tam magnum in loco tam parvo contineri non valet. Nec unum et idem corpus potest simul in diversis locis consistere. Rursus, idem corpus non potest simul quiescere et moveri. Nec potest aliquid converti in rem præexistentem, quum id in quod aliquid convertitur, per conversionem acquirat et incipiat esse. Idem quoque non potest a se ipso distare ; nec possibilis est pe-

netratio dimensionum. Et tamen omnia **A** in aliud præexistens, sine intermedio motu, mutatione et alteratione, utpote in instanti. **B** — Itaque dico, quod corpus Christi ratione propriæ quantitatis determinatur et est in loco uno, et commensurationem habet ad proprium locum. Porro ratione et vi conversionis aliarum rerum (videlicet panum) in ipsum, est in pluribus locis; et propria quantitas corporis sui est concomitanter in illis, ut dixi, quia substantiam corporis sui concomitatur. — Hinc corpus Christi in Sacramento, consistit in modico loco: quia per propriam dimensionem non comparatur ad locum illum, sed ex **C** conversione substantiæ panis in ipsum; et quia substantia panis in qualibet parte suæ erat dimensionis, fatemur corpus Christi totumque Christum in qualibet parte hostiæ consecratæ verissime contineri. — Ex his colligere potes, quod a se ipso distare, et simul quiescere ac moveri, non competunt Christo aut corpori ejus in Sacramento nisi per accidens: sicut existens in navi quæ agitata simul ascendit et descendit, movetur atque quiescit.

CHRISTIANUS. — Hæc omnia et aliqua his difficiliora, christiani doctores moverunt **art. xv.** et dissolverunt. Itaque, sicut superius circa solutionem instantiarum tuarum, quas contra superbeatissimæ Trinitatis fidem induxisti, testatus sum, ita nunc dico id infidelibus philosophis et hæreticis potissime fuisse occasionem errandi circa fidem catholicam, quod ex consideratione eorum quæ fiunt in rerum natura, cursu ac ordine, voluerunt de his quæ christianæ sunt fidei judicare, omnipotentisque Creatoris potentiam ex naturali rerum ordine, cursu ac lege metiri ac limitare: per quod infinitæ potestati incircumscribibilis Dei enormiter derogaverunt. Nempe incomprehensibilis Deus, qui omnem rerum naturam, proprietatem, motum, cursum, actionem, potestatem, cohabitudoinem ordinemque instituit, multo aliter multoque excellentius, secretius et incomprehensibilius agere potest in rebus, quam naturaliter fit aut fieri potest.

Itaque dico, quod omnis natura et creata **D** essentia supergloriosissimo Creatori obedit ad nutum, et ipse solo imperio immutat naturas; attingit quoque sua virtute causali naturam non solum ut quantam aut qualem, sed item quoad ejus essentiam. Ideo, sicut per omnipotentiam et infinitam suam potestatem producit res ipsas et earum naturas ex nihilo, et unam transmutat in aliam per generationem et corruptionem; sic per transsubstantiationem potest convertere et convertit unum

Postremo, quemadmodum corpus Christi est in Sacramento non per propriam quantitatem, sic nec ordinem partium certumve situm habet per comparisonem ad locum illum, sed per respectum partium ad se invicem et ad corpus.

SARRACENUS. — Ex istis elicio, quod

etiam accidentia dicis esse in Sacramento absque subjecto: quod impossibile reor, quum accidentium esse, sit inesse. — Rursus, si Christus est in qualibet hostiæ parte, quum continuum sit in infinita divisibile, erit in infinitis partibus hostiæ. — Præterea, sicut Averroes arguit, si penetratio dimensionum exstat possibilis, non solum duo aut plura, sed etiam innumerabilia corpora esse valebunt in uno loco.

CHRISTIANUS. — Esse accidentis dicitur inesse, ratione naturalis tendentiæ ac innitentiæ ad inhærendum subjecto. Verumtamen accidens habet esse proprii generis et essentiam sui prædicamenti. Fulcimentum autem et sustentationem quæ naturaliter habet a suo subjecto, omnipotentia Dei potest ei supernaturaliter conferre absque subjecto. Rationabiliter tamen tenetur, quod in Sacramento sola quantitas absque subjecto consistat, atque in ea accidentiâ cetera fulciantur, fundentur ac subjectentur. — Quod autem objicis de infinitate partium hostiæ, solvitur: quoniam continuum divisibile est in infinitas partes secundum materiam, non autem in infinitas secundum speciem, quum sit dare partes tam parvas, quod in minoribus non conservaretur eadem species. Omnium quippe natura constantium, certa est ratio et mensura magnitudinis, ut dixit Philosophus. — Ad id quoque quod tertio tetigisti, respondeo quod sicut omnipotentia, imo infinita potentia Dei in infinitum transcendit ac superat omnem capacitatem mentis creatæ, tam angelicæ quam humanæ, sic Deus altissimus operari potest in creaturis incomparabiliter altius, secretius ac mirabilius, quam aliquis creatus possit capere intellectus. Et breviter, omne quod contradictionem non implicat, et id cui ratio entis non repugnat, super-sublimis et superbeatissimus Deus facere potest.

SARRACENUS. — Valde mira et incomprehensibilia sunt prædicta.

CHRISTIANUS. — Quid mirum si Deus

A mirabilis, in humanitate mirabiliter incomprehensibiliterque assumpta, mirabiliter et incomprehensibiliter operetur? Denique, si perpendas ex quanta caritate et pietate nostram naturam assumpserit, et pro nobis eam obtulerit Deo Patri in cruce, atque quam superpiissime ad suæ deitatis claram, immediatam, facialem et fruitivam visionem beatificam nos creaverit; cessabis sic admirari quod in Sacramento nobiscum sic esse, nosque reficere, adjuvare, purgare et Patri reconciliare dignatur, et item pro nobis quotidie sic immolari instituit.

SARRACENUS. — Sicut motus majores excludunt minores, sic admiratio rerum mirabiliorum tollit aut minuit admirationem rerum minus mirabilium.

CHRISTIANUS. — Sic est: et tamen si ea quæ naturalia sunt et naturaliter fiunt, profunde perpendas, puto quod ea quæ credimus, minus miraberis atque facilius credes. Nonne naturalis ratio dictat omnia esse producta et multa creata a prima causa, et intellectivas animas quotidie creari et infundi a Deo, ipsamque animam in se nullam extensionem quantitativam habentem, immaterialem ac simplicem, corpori immediate uniri, et esse in corpore toto ac qualibet ejus parte? Et tamen qualiter ista sint, capere non valemus. Intuere habitudinem potentiarum et objectorum et immutationem eorum ab invicem: qualiter similitudines specierum sensibilium ab objectis sensibilibus diffunduntur et a sensibus recipiuntur; qualiter modica pupilla subito in se suscipit totius hemisphærii speciem et figuram, diversorumque, imo et innumerabilium entium similitudines, et colores colorumve intentiones sive imagines tenues. Si videres unum hominem mortuum suscitari, plurimum mirareris; sed multos quotidie nasci non admiraris: quum tamen in suscitatione defuncti ea quæ ab invicem fuerant separata et realiter existentia, reuniantur; in generatione vero fiat alicujus de novo productio, animæ rationalis creatio, quæ mi-

rabiliior et incomprehensibilior est quam A
separatorum reunio.

SARRACENUS. — Quantum fieri potest, fidem sacramenti hujus defendis, persuades, declaras. Sed breviter dic cur Christus tam mirabile sacramentum sacrificiumque instituit.

CHRISTIANUS. — Ob suæ salutiferæ passionis memoriam jugiter frequentandam; ad sui eximii amoris ad nos declarationem; ad nostrorum cordium in divino amore accensionem; ad impetrandum nobis a Deo Patre vitiorum nostrorum remissionem; ad obtinendum charismata gratiarum in præsentem et beatitudinem in futuro; ad placandum et honorandum Deum Patrem cœlestem per Unigeniti sui quotidianam oblationem, atque per commemorationem beneficiorum ipsius, et per laudationem, adorationem, glorificationem et cultum infinitæ excellentiæ, bonitatis, misericordiæ ac munificentæ ejus mysteriorumque Christi.

SARRACENUS. — Quamvis ineffabilia et incomprehensibilia sunt quæ doces esse art. III, IV. argumenta quibus jam supra monstrasti scripturas novi ac veteris Testamenti non esse corruptas neque infectas, ut dicimus, art. V et VI. et quod scriptura Alcorani apertissime, sæpissime et copiosissime a præfatis sacris Scripturis discordet, quod etiam Deus altissimus usque in præsens testimonium perhibeat fidei christianæ per diversa et magna miracula: hinc fateor me non minime inclinari ad suscipiendum Evangelium Christi, imo utriusque Testamenti scripturas, et fidem quam appellas catholicam. Sed ut in fide confirmet et plenius instruar, precor ut diffusius mihi edisseras et exponas fundamenta, argumenta ac stabilitiones fidei christianæ.

CHRISTIANUS. — Grates Deo quod ad istud devenimus et tantum profecimus. Et nunc quo tuam conversionem atque æternam salutem cordialius opto, eo quod postulas libentius jucundiusque (Deo auxiliante) implebo.

ARTICULUS XIX.

De argumentis, fundamentis, rationibus et stabilitionibus fidei christianæ.

CHRISTIANUS. — Docet nos divina Scriptura, et consonat naturalis ratio ac moralis doctrina, quod non sit credendum omni spiritui; et item, quod qui cito credit, levis sit corde. Facilitas namque credendi parit multa magnaque mala. Ideo docet Scriptura ut probemus spiritus an ex Deo sint. Et plane, quo incomprehensibiliora, supernaturaliora et secretiora sunt quæ proponuntur credenda, eo efficaciora debent esse argumenta per quæ et propter quæ illis adhibenda est fides. Hinc Christus docens et asserens se esse Filium Dei et Christum in lege Moysis ac Prophetis promissum, non exegit a nobis ut solis ac nudis verbis ipsius crederemus, sed variis modis probavit se vera docere: primo, per opera miraculosa quæ egit. De quibus dixit: Opera quæ dedit mihi Pater, ipsa testimonium perhibent de me; et rursus: Si mihi (inquit) non creditis, operibus credite; itemque: Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. De quibus denuo est testatus: Si opera non fecissem in illis (id est inter Judæos) quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Unde et ipsi adversarii Christi, infideles Judæi, stimulante invidia, loquebantur: Quid facimus, quia hic homo signa multa facit?

Id ergo in primis te scire oportet, quod sicut homines universi ubius sunt speciei, ita ad eandem beatitudinem seu ad eundem ultimum finem ordinati sunt et creati. Hæc autem beatitudo et omnium salus, non est fœda, immunda et brutalis voluptas quam in Alcorano Mahon turpissimus repromisit in paradiso terrestri habendam; sed est clara et immediata visio Deitatis fructiva, ineffabiliter deliciosa atque plenarie contentativa et quietativa desiderii omnis mentis creatæ, in paradiso cœlesti æternaliter possidenda: quam in

Evangelio Christus docuit et spondit, et ejus Evangelistæ atque Apostoli prædicaverunt. Quemadmodum autem totum genus humanum ad hanc beatitudinem et ad eundem finem ultimum salvificum est creatum, sic omnium fidelium electorum opus est esse eandem fidem, qua credant Deum esse omnium creatorem, judicem ac remuneratorem. Et fuit hæc fides ab exordio mundi in cunctis electis : quæ tamen per temporum processus et successiones crevit, et paulatim magis explicita fuit : imo a mundi principio in majoribus, sapientioribus seu illuminatioribus et sanctioribus fuit magis explicita, illustrata et plena.

Insuper, quia beatitudine tanta privatum fuit genus humanum propter primorum transgressionem parentum, ut dictum est, atque per Christum ad eandem beatitudinem fuerat reparandum ac reducendum ; ideo a mundi principio necessarium fuit habere fidem Christi futuri, explicite aut saltem implicite. Et quia hæc fides est de invisibilibus, supernaturalibus et incomprehensibilibus rebus, per naturales non potuit rationes probari ; sed primo manifestata est hominibus per revelationes divinas, per angelicas allocutiones, per apparitiones supernas : in primis quidem sanctis Patriarchis atque Prophetis qui fuerunt a sæculo et a mundi principio usque ad Moysen ; deinde plenius revelata est Moysi ac Prophetis veteris Testamenti, et per Patriarchas ac Prophetas manifestata est fidelibus ceteris. Præterea, ut sciremus talia divinitus esse revelata viris præcipuis, attestatus est Deus omnipotens verbis, doctrinis, vaticiniis et prædicationibus eorundem per diversa, copiosa et præclara miracula, tanquam per supernaturalia testimonia et argumenta divina, quæ sunt tanquam sigilla Dei scripturis et verbis Sanctorum appensa, per quæ Deus approbavit et confirmavit scripta et verba sanctorum suorum, qui a sæculo fuerunt, Patriarcharum ac Prophetarum.

Itaque fides ista vocatur catholica et communis, quia generaliter convenit et inhæsit cunctis electis a principio orbis, et tempore evangelicæ legis fuit per totum mundum prædicata, diffusa, recepta. Habuit quoque a principio mundi pro sua confirmatione miracula.

Nempe in Abel justo sacrificante Deo apparuit signum, quoniam venit ignis desursum, sacrificia ejus consumens. Nam ubi translatio nostra habet, Respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus, alia habet translatio : Inflammavit Dominus super Abel et munera ejus. Deinde, quum impius Cain occidisset innocentem Abel, apparuit Deus Cain, increpavitque eum, et posuit signum in eo. Postea transtulit sanctum Enoch in paradysum terrestrem, quatenus circa finem mundi inde egrediens, Antichristo resistat. Quumque temporibus Noe recessissent communiter homines ab hac fide ut formata et a conversatione fidei, corruentes usque in turpissima atque gravissima scelera, induxit justus metuendusque Deus toti mundo generale diluvium, perpaucis in arca servatis.

Porro post diluvium, sanctis patribus, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Jacob, et aliis multis frequenter et gratiose apparuit Deus, ac mirabilia fecit. Tandem per Moysen in Ægypto multa et magna fecit prodigia, per quæ plebem suam Israeliticam de Ægyptiorum servitute durissima liberavit, Ægyptios devastavit, et deos eorum impotentes ac vanos ostendit. Consequenter per Moysen legem contulit filiis Israel in monte Sinai, non sine multis et magnis signis, prodigiis atque miraculis. Et quamvis miracula facta per Moysen satis ostenderunt legem Mosaicam esse divinitus datam, nihilo minus postea per Josue aliosque judices, Prophetas et Patriarchas, durante lege Moysis, quamplurima fecit gloriosa miracula, etiam majora quam per Moysen erant facta. Orante enim et quasi jubente Josue sancto, sol et luna steterunt in medio cæli immobiles spatio diei unius. Similiter Isaia Dominum invocante, sol

Gen. iv. 4.

Ibid. 8-15.

*Ibid. v. 24;
Eccli. xlv. 16.*

Gen. vi. vii.

*Ibid. viii,
15 et seq.*

*Exod. vii
et seq.*

*Ibid. xix
et seq.*

*Josue x. 12,
13.*

*IV Reg. xx,
11.*

retrocessit spatio decem horarum, et prolongata fuit dies illa per horas viginti, ut communior expositio tenet. Denique, quam potentes et gloriosi fuerint in miraculis Elias et Eliseus, liber Regum describit.

III Reg.
XVII et seq.

Et breviter, usque ad Christi adventum habuit populus Judæorum, sub lege Moisaica tunc currente, certis temporibus sanctos Prophetas ac Dei amicos, et signa atque miracula. Unde gloriantes cantabant : Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres nostri annuntiaverunt nobis. Et fuit populus ille multis donis ac privilegiis divinitus adornatus, et præ cunctis hominibus multipliciter sublimatus. Porro à tempore illo quo Christus crevit et illi populo prædicavit, nullum habuerunt de plebe sua facientem miracula, nisi ipsummet Dominum Jesum Christum et ejus discipulos. Quem quum crucifixissent, et ejus Apostolos atque discipulos ceteros abjecissent, ablata sunt eis universa supernaturalia beneficia Dei et privilegia consueta, gratia prophetiæ, efficacia miraculorum : imo et tunc privati sunt templo et urbe cultus divini, et usque in hodiernum diem per mundum dispersi sunt, capti, oppressi, et cunctis hominibus miserabiliores effecti. Omnis quoque excellentia illa vaticiniorum, miraculorum, privilegiorum et divinorum charismatum, discipulis Christi copiosissime est collata, et per ipsos ad populum in Christum credentem translata.

Ps. LXXVII.
2.

Istud ergo, loquendo in genere, est primum argumentum fidei christianæ, secundum quod est attestatio miraculorum etiam soli Deo possibilem. Nam et Christo in cruce pendente, facta est miraculosissima supernaturalissimaque eclipsis tempore oppositionis, luna tunc plena : quæ supra naturam varians suum cursum, venit ab oriente, et se soli opposuit, eodemque die de vespere rursus ex opposito stetit solis in oriente.

SARRACENUS. — Ista pro maxima parte mihi etiam ex Alcorano patescunt, utpote,

A quod Deus olim locutus est sanctis Prophetis et Patriarchis, et per eos, præsertim per Moysen, multa fecit miracula ; quod item Christus et ejus Apostoli miracula peregerunt, et quod Judæi abjecti sunt, quoniam Christum renuerunt suscipere. Sed putasne aliarum quoque legum, sectarum et religionum cultores fecisse miracula ?

CHRISTIANUS. — Non, loquendo præsertim de veris et soli Deo possibilem miraculis : quamvis aliqui Sarraceni fabulentur lunam a Mahon fuisse divisam, et denuo integratam, quod stultum est credere. Nec dicere potes legis tuæ cultores egisse proprie dicta miracula. Antichristus quoque in veritate non faciet miracula proprie sumpta, videlicet totam naturæ creatæ transcendentia facultatem.

SARRACENUS. — Disputationem tuam prosequere.

CHRISTIANUS. — Quamvis ea quæ per se ipsum operatus est Christus, vere sufficiant ad evangelicæ legis ac fidei sanctæ probationem, tamen ex ejus miraculis et doctrinis pauci Judæorum fuerunt conversi ; et qui ex illis erant conversi, paulo post Christo capto et crucifixo, ita fuerunt turbati, territi et dejecti, quod a sua fide pariter corruerunt, nec Christum confiteri, nec coram Judæis apparere audebant, quousque Christus post suam resurrectionem ipsis frequenter et evidenter apparuit, atque in eorum præsentia conscendit in cælum, sanctique angeli eis visibiliter apparebant ac loquebantur. Sicque quinquagesimo die post suam resurrectionem Christus in signo visibili misit et infudit gloriosis Apostolis, aliisque quibusdam qui erant cum eis, Spiritum Sanctum : qui repente corda ipsorum divini amoris ardore vehementissime inflammavit omniique virtute implevit, totius quoque sacræ Scripturæ notitiam abundantissimam inspiravit eisdem, et omnium linguarum scientiam contulit eis, gratiam etiam prophetiæ efficaciamque signorum : ita quod beatissimi illi Apostoli desuper confirmati, un-

Act. I. 34

cti, succensi, subito pariter eruperunt de suo conclavi, et absque omni formidine prædicaverunt Judæis ferventissime atque firmissime Jesum esse regem Messiam in lege promissum; sicque omnium gentium linguis loquendo atque miraculis coruscando, converterunt multa millia Judæorum. Istud posset dici secundum christianæ fidei argumentum: quod tamen sub prædicto primo continetur. Et quamvis in veteri lege multi Sancti egerunt miracula, tamen in evangelica lege innumerabiliter plures multo plura et majora miracula, signa, prodigia perpetrarunt, prout sacræ atque authenticæ contestantur historiae.

Secundum christianæ fidei argumentum magnum et evidens, est quod ea quæ in evangelica credimus lege, scimus a sanctis Prophetis ac Patriarchis in lege naturæ, et maxime in lege Mosaica, ante tot tempora esse prænuntiata, descripta et præsignata. Nempe de Christi adventu, incarnatione et nativitate ex Virgine gloriosa, Moyses, David in Psalmis, Salomon in Canticis, Isaias in multis capitulis, Jeremias, Zacharias, Aggæus, copiose et clare prophetaverunt. De loco quoque nativitatis Christi prænuntiavit Michæas. De certo autem tempore sui adventus vaticinatus est Daniel. De ejus passione Isaias, David, Jeremias, Osee et alii sunt locuti. Sed et de vera deitate Christi præfati Prophetæ clarissime conscripserunt. Quæ omnia eruditus in lege et Prophetis certissime constant, atque in aliis tractatibus sunt probata.

Tertium fidei argumentum, est ista tam diuturna et finalis derelictio Judæorum: qui olim erant peculiaris et carissimus populus Dei; et quando per idololatriam ac aliis modis tempore veteris Testamenti graviter peccaverunt, consueverunt castigari a Deo per gentes idololatrias, quarum potestati tradebantur interdum per octo annos, interdum sex annis, quandoque per annos decem et octo aut viginti, tandem per annos quadraginta. Quumque peccassent gravissime, tempore Jeremiæ proph-

tæ et ante, per idolorum culturam, per Prophetarum et justorum persecutionem atque occisionem, per adulteria transgressionemque legis in multis, in auguriis, sortilegiis, divinationibus et magicis artibus, traditi sunt hostibus suis, translati et capti per annos septuaginta: inter quos tamen missi sunt eis multi sancti Prophetæ ad consolandum instruendumque eos, qui et liberationem eorum futuram determinate prænuntiaverunt. Sed postquam Christus ab eis occisus est, et ejus discipuli ab ipsis oppressi et pulsi sunt, nec penitere aut credere voluerunt, traditi sunt manibus Romanorum, et crudelissime devastati, occisi, venundati, capti, et per mundum dispersi usque in præsens plus quam per annos mille trecentos; nec interim habuerunt Prophetas, neque miracula, nec templum, nec regem, nec sacerdotium, nec propriam terram. Et omnia hæc de eorum infidelitate, derelictione, desolatione, captivitate, obstinatione, miseriis, a Prophetis scimus esse prædicta. Omnia quoque derelictionis et acceptationis Dei circa homines signa, cuncta dona, privilegia, charismata, miracula eis olim concessa, ad populum christianum copiosissime sunt translata.

SARRACENUS. — Grande et evidens est istud argumentum, et consonum Alcorano, in quo duobus in capitulis fertur Judæos a Deo relictos, quoniam Jesum, Mariæ filium, pro Christo recipere renuerunt.

CHRISTIANUS. — Ex hujus quoque intuitu argumenti conversi sunt sæpe plurimi Judæorum, et quidam eorum quotidie convertuntur. Nisi enim jam multo enormioribus essent involuti sceleribus quam antea unquam, non tam diu ac maxime essent relictos, præsertim quum nec interim colerint idola, et die ac nocte clament ad Deum pro consolatione.

SARRACENUS. — Quæ restant prosequere.

CHRISTIANUS. — Omni miraculo per Christum et ejus discipulos facto, majus miraculum exstat totius mundi conversio ad tam arduissimam evangelicam legem et

Vich. v. 2.

Den. ix. 24.
7.

f. p. 252 C'
a. 311 C'
a. 410 C et
l. XVIII.
471 A et
XXXIII.
401 C et a.

incomprehensibilem fidem, sine violentia et præliis, sine eloquentia calliditatibusque humanis ac magicis artibus, per prædicationes et signa paucorum Christi discipulorum. Quamvis enim jam plurima et maxima regna a fide Christi corruerunt, præsertim per violentiam Sarracenorum, ut Asia, Africa, Ægyptus, terra promissionis, Chaldæa et regna Persarum atque Judæorum, Palæstina, Syria, multaque alia; tamen hæc regna multis annis fuerunt christianæ religionis cultu ornata.

Iterum aliud christianæ fidei argumentum, est quod ab exordio prædicationis evangelicæ legis plebs christiana habuit persecutiones et impugnationes acerrimas valdeque multas, ab imperatoribus, regibus et tyrannis, ab hæreticis, a philosophis et Judæis; et tamen inter hæc omnia christiana religio magis excrevit atque prævaluit, non nisi virtute divina et per præclara miracula. Sæpissime namque in unius martyris occisione tot et tanta fiebant prodigia, quod viginti, triginta aut quadraginta millia incredulorum convertebantur. Postea vero, propter assidua atque enormia Christianorum peccata, permitti sunt Sarraceni et alii fidelibus prævalere.

Insuper aliud sanctæ fidei argumentum, est perfectio evangelicæ legis, et sanctitas vitæ quam Christus in Evangelio docuit. Perfectionem namque et sanctitatem constituit in ferventi, pura et plena Deitatis dilectione. Dedit quoque consilia aptissima perveniendi ad talem Dei dilectionem, docendo ut omnia illa vitentur ac deserantur quæ impeditiva sunt spiritualis profectus et incrementi divini amoris, videlicet, temporales divitiæ, carnales deliciae, mundani honores, propriæ voluntatis libertas, impatientia, ira, rancor, invidia, torpor, otium, negligentia, gula. Et breviter, exemplo et verbis edocuit proprium et privatum amorem extinguere, Deumque toto diligere corde et se ipsum pure in Deo: ita ut illa omnia amplectamur et acceptemus quæ nobis accommodata sunt ad placendum Al-

tissimo, ad proficiendum in caritate et gratia ejus omnique virtute, ad delendum nostra peccata et ad satisfaciendum pro eis, atque ad conformandum nos pro posse suæ sanctissimæ passioni: sicque in omni adversitate, tribulatione, injuria, paupertate castigationeque corporis gloriemur; in omni correptione, correctione, aspersione, derisione, velut in omnibus divitiis gratulemur et Omnipotenti regratiemur; odientes nos diligamus; persequentibus beneficiamus, nec malum reddamus pro malo, sed potius in bono mala vincamus; nostra bonitate, caritate, pietate, humilitate, patientia, mansuetudine, beneficentia, aliorum malitiam, invidiam, crudelitatem, superbiam, impatientiam, iracundiam, injuriam, superemus et exstirpare conemur.

Et ecce qui ista perfecte egerunt, fulgent miraculis et exaudiuntur copiose a Deo, atque charismatibus Spiritus Sancti replentur. Et quanto præacta excellentius impleverunt, tanto præclariora fecerunt prodigia, non solum in vita sua et morte, sed etiam post mortem; et qui eorum imploraverunt suffragia, cœlitus exaudiebantur. Tales ostendit Deus esse suos amicos carissimos, ad ipsorum postulationes faciens prodigia, signa et magna nimis innumerabilia miracula. Ipsis rogantibus, immutavit motum cœlestium corporum, mortuos suscitavit quamplurimos, et a nativitate cæcos, claudos, surdos, mutos, fecit videntes, ambulantes, audientes, loquentes; leprosos quoque et aliis incurabilibus ægritudinibus laborantes curavit.

Non docuit Christus, ut Mahon in Alcorano, ut fideles reddant malum pro malo, et easdem injurias, molestias, læsiones inferant aliis, quas patiuntur ab illis. Nec eos qui ita se ulciscuntur, mirificat Deus per divina miracula, sicut nec in lege Mahon tales unquam miracula patravissent.

Postremo, etsi ea quæ credimus, seorsum accepta, valde sint incomprehensibilia et miranda, imo interdum irrationabilia videantur; tamen quum omnia comportantur ac invicem comparantur, atque cum

suis argumentis et rationibus assumuntur, A evangelicæ ac Mosaicæ legis penitus dis-
tunc plane inveniuntur pulcherrimam ha-
bere connexionem, et rationabilissima esse
ac mutuo sapientissime consonare.

SARRACENUS. — Laboriosæ tuæ disputa-
tioni, amorosæ informationi ac seriosissi-
mæ diligentiae præcordiales gratias ago, o
Christiane, quoniam ad complectendum
evangelicam legem christianamque fidem
per omnia præinducta me promptum feci-
sti. Video equidem Alcoranum a scripturis

CHRISTIANUS. — Nunc ergo, o Sarracene,
imo potius Christiane, nunc pariter gratias
referamus Omnipotenti, qui de tenebris te
vocavit in admirabile lumen suum. Qui de
lumine fidei ad lucem beatificæ visionis
nos simul dignetur perducere, ad lau-
dem et gloriam nominis sui, qui est su-
per omnia Deus sublimis et benedictus.
Amen.

¹Petr.ii.

FINIS DIALOGI DISPUTATIONIS INTER CHRISTIANUM ET SARRACENUM.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

**EPISTOLA
AD PRINCIPES CATHOLICOS**

www.libtool.com.cn

PROŒMIUM

UNIVERSIS Principibus christianis, serenissimo Romanorum Imperatori, ac ceteris illustrissimis Regibus, Ducibus, Comitibus atque Magnatibus, et eorundem ministris, quidam Religiosus : gloriosam directionem Spiritus Sancti in consulendo, efficacem processum in exsequendo, victoriamque de hostibus concupitam.

Excellentissimi Principes ac viri catholici, si utriusque Testamenti considerentur scripturæ, et sanctorum Patrum inspiciantur doctrinæ, dubitari non potest quin tanta Christianorum oppressio a perfidissimis Teucris et Sarracenis propter Christianorum peccata contigerit. Consulentibus igitur qualiter infidelibus illis sit resistendum, hoc primo et maxime est necesse, ut de generali et condigna christiani populi emendatione provideant. Nam, ut communiter fertur, durante et stante causa, stabit et durabit effectus. Si ergo vos ipsi infidelium illorum rabiem tyrannidemque evadere, imo et vincere peroptatis, hoc primo consulite, ut quidquid offensivum est Domini Dei vestri, et quidquid iram ejus contra vos concitat, veraciter emendetis, tam in vobismetipsis quam in subditis vestris, eis potissime qui vobiscum sunt pugnaturi. Placato enim Domino Deo vestro, et eo vobis reconciliato atque favente, poteritis hostibus ejus ac vestris prospere prævalere. Eo autem vobis (quod absit) irascente et indignante propter vestra ac subditorum vestrorum facinora, qualiter triumphare valebitis? Dominus et Salvator noster, Unigenitus Patris æterni, sacratissimam fidem et immaculatissimam evangelicam legem, quas primo proprio ore, deinde per sanctos Apostolos in hoc mundo edocuit, per vitiosos et impios Christianos, nomine Christianitatis indignos, christianæque fidei inimicos et evangelicæ legi rebelles, defendere, exaltare, diffundere non dignatur. Imo propter tales Ecclesiam justo permittit judicio opprimi et vastari : quemadmodum heu, heu, heu ! experientia modo pandit.

Itaque, quoniam de his quæ statum, causam et eventum Ecclesiæ Dei concernunt, aliqua mihi, quamvis prorsus indigno, per revelationem supermisericordissimi Spiritus Sancti ostensa sunt, prout infra tangetur ; hæc ipsa vestris Dominationibus præinclytis motus sum scribere. Quæ si dignanter acceperitis et juxta ea feceritis, Dominus erit vobiscum ; si quo minus, Dominus non pugnabit pro vobis.

www.libtool.com.cn

EPISTOLA AD PRINCIPES CATHOLICOS¹

ARTICULUS PRIMUS.

Quod propter peccata hominum sunt permutationes regnorum, ita quod omnium justissimus judeæ Deus punit peccata unius regni per aliud.

DEUS gloriosus et adorandus, universitatis creator, mundum quem condidit, regit, et genus disponit humanum, quem admodum Job tricesimo quarto ait Scriptura : Absit a Deo impietas, et ab Omnipotente iniquitas ; opus enim hominis reddet ei, et juxta vias singulorum restituet eis : quem enim constituit alium super terram ? aut quem posuit super orbem quem fabricatus est ? Hinc in Ecclesiastico scriptum est : Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias et injurias et contumelias et diversos dolos. Rursus quoque ait Scriptura : Balteum regum dissolvit Deus, et præcingit fune renes eorum. Hoc siquidem efficit Deus, quando reges ac principes propter eorum peccata superari et irreverenter tractari permittit. Hinc est illud Danielis prophetæ dictum : Sit nomen Domini benedictum, quoniam ipse mutat tempora et ætates, transfert regna atque constituit. De hac re in eodem Daniele, Zacharia, Ezechiele, Jeremia ceterisque Prophetis multa leguntur. Nabuchodonosor quoque rex potentissimus, virgam Dei in se ipso expertus, confessus est : Juxta vo-

luntatem suam facit Altissimus, tam in virtutibus cœli quam in habitatoribus terræ. Et iterum : Videbam (inquit) in visione, et ecce vigil et sanctus de cœlo descendit, clamavitque fortiter : In sententia vigillum decretum est, et sermo sanctorum est et petitio, donec cognoscant viventes quoniam dominatur Excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit dabit illud, et humillimum hominem constituet super eum. Itaque unus princeps cum populo suo frequenter est flagellum et baculus Dei ad puniendum peccata alterius principis subditorumque ejus, prout Isaiæ decimo Dominus de rege Assyriorum testatur : Virga furoris mei et baculus ipse est. Propterea in libro Proverbiorum Salomon loquitur : Justitia elevat gentem, miseros facit populos peccatum. Ad stabilem vero subsistentiam principatum et regnorum præcipue confert justitia regum et principum, ut Salomon rursus fatetur : Aufer impietatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus.

Constat ergo peccata Christianorum per infideles puniri : sicut in veteri Testamento excessus Israeliticæ plebis per Chaldaeos, Assyrios, Philistæos, Madianitas, Ammonitas et Chanaanæos secundum divinam censuram justitiæ puniebantur, quemadmodum ex libro Judicum librisque Regum ac Paralipomenon comprobatur.

De hoc in libro de Civitate Dei diffuse

¹ Ex editionibus Colonisæ, Petri Quentel, 1533, et Joannis Birkmanni Junioris, 1559.

loquitur Augustinus ; Gregorius quoque in **Moralibus super Job**. Unde et Maximus ait episcopus in sermone : Vitiosi mores et vita hujusmodi *, ampla itinera barbaris nationibus in exitium communis salutis aperiunt. Hi mores plebem Dei inimicis gentibus miseræ servitutis jugo addicunt. Hi mores armatos dissipant populos, et munitas diruunt civitates. Et quid plura ? Quidquid potentiæ, quidquid virium videmus in hostibus, corruptione vitæ nostræ ac nostra pravitate nutritur. Et inde est quod nihil fusa ad Deum supplicatione proficimus, quoniam incessabiliter impiis pravisque desideriis inhæremus, nec corda nostra integre atque fideliter Domino præparamus.

ARTICULUS II.

Quod in bellis victoria sit a Deo speranda et postulanda.

CHRIStUS in Evangelio apertissime docet providentiam Patris cœlestis usque ad minima quæque pertingere, in tantum ut dicat Matthæi decimo : Nonne duo passeret assere veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro ? Quæ sententia Lucæ duodecimo ita exprimitur : Nonne quinque passeret veneunt dipendio, et unus ex illis non est in oblivione coram Deo ? Si igitur unus passer non cadit super terram, id est, venditus non occiditur, absque dispositione providentiæ Dei Patris : quanto magis credi oportet in bello non cadere hominem quemquam sine providentia Creatoris ? Et istud in tantum est verum, ut hi quoque qui improvise atque fortuitu occiduntur, a Deo in manus occidentium tradi in Scripturis dicantur. Scriptum est namque Exodi vicesimo primo : Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur ; qui autem non est ei insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus, constituam tibi locum in quo * fugere debeat. Triumphus ergo in prælio conferatur a Deo secundum moderamen et ordi-

* alias per-versa

Matth. x, 29.

Luc. xii, 6.

Exod. xxi, 12, 13.

* quem

nem providentiæ ejus, non sine justa ac rationabili causa, quamvis illa frequenter hominibus sit ignota. Hinc Salomon dixit : Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuet. Secundo quoque Paralipomenon, unus Prophetarum ait ad regem Juda : Si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Dominus ab hostibus tuis ; Dei quippe superare et adjuvare est, et in fugam convertere. Idcirco primo Regum nobilis ille Jonathas fassus est : Non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis. Denique Asa rex, cujus cor perfectum fuit cum Deo suo, pugnaturus contra Æthiopes, dixit : Domine, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxiliieris an in pluribus. Verumtamen hæc et consimilia non sunt ita intelligenda quasi præliaturi non debeant facere quod in ipsis est, id est quidquid possunt modo humano : imo cum omni diligentia atque industria eis possibili præparare se debent, ne sint quasi homines Deum tentantes.

CItaque patet quam graviter peccent qui præliaturi, totam spem ponunt in multitudine armatorum, atque in propria potestate et arte, adjutoriis industriisque humanis, quasi Rex mundi omnipotens non dispenset ac moderetur exitus præliorum. Sic itaque, o inclyti Principes ac viri fideles, sic (inquam) consulite de modo resistendi ac præliandi adversus perfidos et iniquos, ut tota spes vestra cum omni humilitate et magnanimitate firmissime stabilietur in Deo, omni præsumptione exclusa. Incomprehensibilis etenim Deus, qui solus ad libitum suum instantaneæ immutat, confortat, debilitat, obstupescit corda humana, et quocumque voluerit vertit ea, in ipso congressu variis modis afficit et immutat pugnantium corda, juxta eorum merita vel demerita, evidentiâ vel occulta. Quod nisi sic esset, incredibiles essent historiæ præliorum multorum quæ in sacris recitantur Scripturis. Ut ergo, o Principes gloriosi, mereamini in præliis contra adversarios fidei feliciter triumphare, in

Proo. xi, 21.

II Par. xv, 8.

I Reg. xv, 5.

III Reg. xv, 14.

II Par. xii, 11.

Ecclesi. x, 22.

Proo. xv, 1.

primis satagite pacem habere cum Deo, A implendo quidquid ipse a vobis requirit, et quidquid perperam actum est, idonee emendando.

ARTICULUS III.

Quod necesse sit, eo potissimum tempore, cum omni diligentia et conatu, absque dilatione, communi emendationi ac reformationi insistere ac studere.

NON jam probare, sed deplorare oportet, quod tam summe necessarium nunc sit ut universus populus christianus a summo usque ad infimum, cum omni annisu, fervore ac vigilantia se emendet, eo quod Ecclesia non solum ab invisibilibus hostibus, sed a perfidissimi quoque Mahometi cultoribus, tam miserabiliter sit calcata; et (quod sanguineis deflendum est lacrimis) nunc quatuor patriarchales Ecclesiae ab illis vastatae sunt: qui et praesumunt se Romanam quoque Ecclesiam ac Romanum imperium suae ditioni subjecturos. Et certe tanta est modo occidentalis hujus Ecclesiae deformatio ac ruina, tanta christiani populi hujus vitiositas atque corruptio, ut de grandi periculo, strage ingenti dejectioneque maxima non mediocriter sit verendum, nisi Ecclesia ea vehementer se corrigat, christianusque populus, potissime praelati cum clero, ac principes et officii eorum, se in omnibus digne reformat.

Denique, tempore Magni Caroli regis, videlicet ante sexcentos annos aut circiter, D Sarraceni Hispaniam, Franciam atque Germaniam impleverunt. Et quamvis ipse rex Carolus fuerit sanctus vir, ac fortissimos (imo leonibus fortiores et aquilis velociores) palatinos, barones, milites ac pugnatore habuerit, copiosissimos quoque exercitus bellatorum; attamen satis sudare coactus est, et non nisi laboriosissime, per diversa bella eaque acerrima, potuit expugnare ac pellere perfidos illos: imo, nisi Deus supernaturaliter illi adfuisset, aut

vix aut non potuisset hoc ipsum. Tandem vero, Deo auxiliante, triumphis nobilibus ipsos oppressit: sicut non solum fertur in Speculo historiali, sed et doctor ille praecipuus, Guillelmus Parisiensis, refert in libro de Fide et legibus. Haec tango, non ut Christianos perterream, verum ut aversentur et difficultatem perpendant negotii, sicque efficacius se emendent, et gratiosissimum Christi auxilium instantius obtinere conentur.

Præterea, sanctus testatur Hieronymus, B quod Romanis adhuc idololatriis Deus monarchiam concessit propter eorum virtutes. Quod si quaeratur qualiter idololatriis illis poterant inesse virtutes, dicendum quod virtutes naturales et acquisitas habebant. Si ergo virtutes hujusmodi inerant illis idololatriis, multo plus possunt Sarracenis tanquam unius Dei cultoribus qualibuscumque inesse. Quas eorum virtutes Deus in praesenti dumtaxat remunerat, quum non sint virtutes meritoriae et infusae. Sicque propter eas concedit eis justissimus omnium Judex quasdam interdum temporales victorias, etiam contra fideles. Idcirco ad expugnandum Sarracenos, specialiter necessarius est Christianis favor et adsistentia Dei. Quos qualiter obtinebunt, nisi juxta evangelicae legis tenorem Omnipotenti vere obediant?

ARTICULUS IV.

Qualiter procedendum sit modo ad praetactam emendationem condignam, reformationemque generalem totius Ecclesiae seu populi christiani.

LEGITUR quarto Regum, quemadmodum optimus rex Josias scidit praedolore vestimenta sua, quum ex auditione lectionis libri legis Mosaicae considerasset quam graviter patres sui ac populus regni sui Deum offenderant, et metuens iram Dei, misit superiores sui palatii ad Holdam prophetissam, ad consulendum per eam Dominum de futuris eventibus. Quumque ex responsione sanctae feminae audisset

IV Reg. xxii, 11-20.

IV Reg.
xxiii, 1-35.

quanta adversa imminerent regno suo, non desperavit de venia, sed confestim misit et vocavit ad se universos senes Juda atque Jerusalem, ascenditque cum eis et cum omnibus viris Juda, cum sacerdotibus et Prophetis, in templum Dei, stetitque rex supra gradum, et fœdus percussit coram Domino, ut ambularent tam ipse quam universus populus ejus post Dominum, ut custodirent præcepta ejus et testimonia in omni corde et in tota anima sua. Deinde sanctus rex ille, omni dilatione postposita, cum ingenti fervore emundavit totum regnum ac populum suum a sordibus et peccatis patrum suorum, et generalem reformationem fecit in omnibus.

Juxta hunc modum esset nunc procedendum. Quoniam itaque tam vastitatem Ecclesiæ jam illatam quam imminentem, Deus per diversos viros virtutum, imo et per feminas sanctas, jamdudum evidenter multifarieque prædixit, et nunc usque imminetia minatur adversa : quid restat, quid vobis, o inclyti Principes ac viri catholici, restat et incumbit agendum, nisi ut omnes pariter intretis ecclesiam, et misericordiam Creatoris devotissime invoceatis, deinde omni mora abjecta, procuretis generalem fieri synodum, et universale celebrari concilium, in quo de emendatione idonea, de reformatione condigna in omni gradu, statu et ordine ecclesiastico sapientissime pertractetur, diligentissime provideatur, et efficacissime ordinetur qualiter omnia executioni mandentur? Nolite, o Principes gloriosi, propter rem parvam, hoc est propter discordantiam circa locum, celebrationem generalis concilii omittere, ampliusve differre tam magnum, tam saluberrimum, tam necessarium bonum. Si generale concilium in Lugduno convenienter celebrari non valet, placet Deo, placeat item Dominationibus vestris concorditer, ut in Norimberga aut in loco consimili celebretur hac vice, et postea opportuno tempore in Lugduno. Nec illustrissimus Rex Franciæ ferat hoc ægre : imo propter necessitatem commu-

nem et utilitatem Ecclesiæ, patientiam amplectatur. Necesse est, et plusquam necesse est, his diebus omnem animositatem discordiamque abjicere, et commune bonum Ecclesiæ commodis propriis ac privatis præferre.

Postremo, quamvis a diversis diversimode assignentur partes prudentiæ, illa tamen assignatio Tullii secundo Rhetoricæ facilior et huic proposito aptior reputatur, qua ponit tres esse prudentiæ partes, videlicet, memoriam præteritorum, intelligentiam præsentium, et providentiam futurorum. Quumque consiliari sit actus prudentiæ, hoc ad generalis forum concilii potissime pertineret, ex memoriis præteritorum, ex consideratione rerum præsentium, et item ex providentia eorum quæ possunt accidere, utpote ex lectionibus historialium speculorum et chronicarum, imo et sacræ Scripturæ, vivacissime intueri, ponderare ac definire qualiter contra perfidos sit pugnandum, qualiter insidiarum pericula sint vitanda, quomodo pugnantibus contra infideles esset quotidie succurrendum, quomodo etiam pro eisdem et pro communi reformatione populi christiani, ubique, in omni regno, provincia, urbe ac pago et particulari Ecclesia faciendæ essent ab omni plebe christifideli processiones, orationes, abstinentiæ, vigiliæ, disciplinæ et celebrationes præliantibus contra incredulos, et pro omni reformatione Ecclesiæ. Sicque celebratio synodi generalis necessaria ac utilissima esset, tam pro reformatione ipsa totius Ecclesiæ, quam pro prospero christianorum principum contra infideles triumpho.

ARTICULUS V.

Quam multa et gravia mala orta jam sint et quotidie in Ecclesia oriantur, ex negligentia et dilatione celebrandi concilia generalia.

QUAM salubris et fructuosa est frequens atque legitima generalium celebratio conciliorum, tam nociva et damnosa est

omissio eorumdem. Et hoc experientia docet quotidie. Hinc reverendus pater et doctor præcipuus, dominus Petrus de Alliaco, ait in libro suo de Reformatione Ecclesiæ : In Toletano concilio legitur : Nihil pene mores disciplinæ ab Ecclesia Christi magis expellit quam negligentia præsulum et sacerdotum, qui contemptis canonibus, ad corrigendos mores ecclesiasticos synodos facere negligunt. Item scribit ibidem : Experientia docet, quod propter defectum conciliorum, maxime generalium, quæ sola audacter et intrepide possunt omnes corrigere, mala quæ universalem tangunt et concernunt Ecclesiam, diu manserunt incorrecta et impunita, adeoque creverunt et inveterata sunt, quod tandem multa injusta sub prætextu factæ et corruptæ consuetudinis licita reputantur, ita quod multi suspicantur quod hæc tam diu dissimulaverit Romana Ecclesia et super his facere neglexerit concilia, ut possit ad suæ libitum voluntatis plenius dominari, aliarumque Ecclesiarum jura liberius usurpare : ob cujus diffamiæ expurgationem tenetur super congregatione conciliorum generalium et provincialium providere, præsertim quum sanctissima illa Petri et aliorum Apostolorum curia legatur in Actibus Apostolorum quatuor concilia celebrasse. Insuper ait hic doctor, qui fuit in his valde expertus, utpote curiæ Romanæ cardinalis : Sunt aliqui casus ardui in Ecclesia necessario reformandi, in quibus non potest commodius quam per generale concilium provideri, videlicet : primo reformatio Romanæ Ecclesiæ, quæ necessaria est, nec aptius quam per generale concilium fieri potest, idcirco non debet respuere ab illo concilio reformari ; deinde reformatio totius corporis Ecclesiæ. Et specialiter providendum esset contra Sarracenos et alios infideles Christianitatem acriter impugnantes. Insuper doctor iste testatur, quod duæ sunt causæ speciales propter quas properandum est ad celebrandum generale concilium. Una, ut in generali provideatur con-

concilio de aptiori modo subveniendi Græcis contra Sarracenos, ne Græcorum imperium a Sarracenis jam pene destructum, omnino ab eis destruat, et ne Sarraceni, destructo regno Græcorum, invadant Romanum imperium et regnum Italiæ. Alia causa est, ut in concilio generali provideatur de modo recuperandi sanctum Sepulcrum, atque ut subveniatur fidelibus qui inter Sarracenos et prope eos morantur atque ab eis inhumaniter opprimuntur.

Præterea advertendum, quod doctor iste hæc scripsit in Constantiensi concilio ; et quod vere et sapienter hæc scripserit, jam, proh dolor ! experientia pandit. Nunc enim metropolis illa Græcorum, urbs Constantinopolis, cum diversis urbibus suis a perfidis ac impiis illis vastata est. Quod si juxta decreta Constantiensis et Basileensis conciliorum fuissent interim celebrata concilia sancta, provisum fuisset in eis de Græcorum subsidio, nec regnum eorum esset sic dissipatum, nec patriarchalis civitas illa sic esset perdita. Hinc vehementer timendum est illis ex quorum culpa contigit interim omissio celebrationis conciliorum sacrorum, ne et tanta mala illa præfata imputentur eis a Deo, imo omnium omissio bonorum quæ orta et consecuta fuissent ex sacrorum celebrationibus conciliorum. Nam et Constantiensis concilii decretum fatetur : Frequens generalium conciliorum celebratio, agri domini est cultura, quæ vepres et spinas et tribulos hæresum, schismatum et errorum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, et vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis perducit ; illorum vero neglectio præmissa mala disseminat atque fovet.

Hæc, o gloriosi ac inclyti Principes et viri catholici, scribo, quatenus a Domino nostro sanctissimo, Domino apostolico, concorditer ac celeriter obtineatis convocationem ac celebrationem generalis concilii, per quod divinam propitiationem ac clementissimam opem contra adversarios Dei mereamini obtinere.

ARTICULUS VI.

www.libtool.com.cn

Quam vehementer reformatio ecclesiastici status seu cleri prodesset bono regimini ac saluti sæcularium principum, et eorum qui eis sunt subjecti.

DUPLICI jure ac gladio Ecclesia gubernatur, utpote civili ac spirituali. Porro proximus finis juris civilis ac sæcularis regiminis, est conversatio sæcularium hominum atque concivium pacifica inter se et etiam ad extraneos, ac civiliter justa. Sed quoniam non solum principes christiani, sed etiam universi Christifideles actus suos ex spirituali dilectione Dei debent principiari, et ad Dei gloriam et honorem, imo ad æternam beatitudinem, cuncta quæ agunt finaliter ordinare; ideo finis ultimatus ac principalis juris civilis ac sæcularis regiminis ad principes pertinentis, est honorificentia Dei, et vera atque æterna felicitas tam ipsorum principum quam subditorum suorum, quemadmodum de hac materia plenius scribunt Hugo de S. Victore in libro de Sacramentis, et Alexander de Hales super tertium Sententiarum, sed et S. Thomas in tractatu suo de Regimine regum, ac etiam Ægidius in libro suo de Regimine principum. Principes igitur sæculares ad hunc duplicem finem ordinare tenentur et merito debent totam suam præsentiam, potestatem, conversationem et occupationem, et summe studiosi atque solliciti esse ut hoc modo impleant debitum sui officii: quia et ipsi ministri sunt, quemadmodum et spirituales prælati, subditorum suorum, et pro ipsis coram Deo reddituri sunt rationem quantum ad ea quæ ad eorum spectant officia.

At vero, ad hoc quod principes inducere queant subditos suos ad finem præfatum, hoc est ad conversationem civiliter justam itemque pacificam, maxime prodest quod ipsi vulgares ac sæculares verbo et opere instruantur ac ædificentur a spiritualibus suis prælatis, et a prædicatoribus ac religiosiis et clericis: imo ex tali sæcularium

A informatione et ædificatione a clero, ipsi sæculares inducuntur ad bonos mores, ad obediendum quoque humiliter suis principibus et eorum officiatis civilibusque rectoribus. Hinc principes sæculares debent esse solliciti de reformatione ecclesiastici status, et virtuosa ac exemplari conversatione eorum qui spiritualiter præsumt ac prædicant: non quod principes sæculares debeant attendere ad hoc per modum coactionis, aut per inflictionem pœnarum, quoniam auctoritatem et jurisdictionem non habent super ecclesiasticum statum seu clerum, sed econverso; sed ad hoc tendere debent quantum ad eorum pertinet statum, instando et procurando ut hi quibus ex officio incumbit facere et conservare reformationem præactam virtuosamque conversationem in clero et ecclesiastico statu, id faciant, et præsertim instando et procurando ut generalia concilia tempore opportuno, sicut institutum est, celebrentur.

Denique propter alias multas rationabiles, saluberrimas ac piissimas causas hoc facere debent, utpote: quatenus coram Deo fiant participes universorum bonorum quæ ex legitimis conciliorum celebrationibus evenirent, et ut respublica magis prosperetur et crescat; ut item religiosi et sacerdotes ac clerici reformati efficacius orent pro ipsis ac politiis ipsorum; et quoniam tanto plus decet ipsos sic laborare pro communi et debita Dei honoratione, ac subditorum suorum, imo et omnium reformatione, quanto plus obligantur Deum ac subditos suos diligere, et quo plura atque majora a Deo beneficia sunt sortiti; ut etiam per hoc abundantior a Deo opem, gratiam ac triumphum adipiscantur.

Itaque ex his saluberrimis et tam necessariis causis modo indilate, o Principes, satagite ut generale concilium legitime celebretur: quatenus Deus reconcilietur populo christiano, cui vehementer iratus est, et salubre vobis impendat auxilium contra christianæ religionis impugnatores.

ARTICULUS VII.

Quam virtuosus et justus esse debeant principes christiani.

QUEMADMODUM in ecclesiastico statu unusquisque prælatus debet esse tanto in omni virtute perfectior, quanto in dignitate prælatica exstat sublimior; ita in statu civili unusquisque princeps tanto debet prudentia atque virtutibus præfulgere, quanto se conspicit pluribus præsidere et excellentioris dignitatis existere. Alioqui qualiter erit idoneus alios efficaciter gubernare, ad justam atque pacificam conversationem inducere, et justa proferre judicia etiam in intricatis et arduis causis? Denique, quemadmodum sancti patres Ambrosius Basiliusque fatentur, qui in eisdem aut majoribus sunt peccatis, indigni sunt alios reos dijudicare. Princeps ergo quo plures judicare habuerit, eo a vitiis purior erit: imo omnium subditorum vitiis oportet eum carere, qui de omnibus eorum excessibus habet decernere. Insuper, subditi ad principis sui iudicium tanquam ad quamdam indeviabilem confugiunt regulam: ideo principem oportet esse justissimum immobiliterque constantem in omni æquitate ac veritate. Propter quod etiam Aristoteles dixit, quod princeps et iudex debent esse quasi viva lex ac animata justitia.

Hinc sapientes dixerunt, quod princeps est evidens Dei imago in terra, et ita se habere debet in regni gubernatione seu territorii sui, sicut se habet Deus omnipotens in regimine universorum. Ob hoc quoque ait Ægidius: Quanto quis altior est princeps, tanto alios excellere debet in dignitate conversationis et magnitudine bonitatis. Et denuo: Principis (inquit) status requirit ut sit conformior Deo per sapientiam et virtutes, quam subditi ejus. Nam virtutes habere debet secundum perfectum gradum virtutum, utpote virtutes heroicæ. Ex quibus concludit, quod princeps debeat esse supra hominem, et omnino divinus, imo et semideus: quatenus

A quantumcumque subditi ejus a via virtutum recesserint, ipse jugiter in recto rationis iudicio, in observatione justitiæ, in vera prudentia stabiliter perseveret. Absit ergo a principe christiano omnis incontinentia, omnis intemperantia, avaritia, torpor, elatio.

Hæc, o Principes gloriosi, tanguntur, ut unusquisque vestrum conscientiam suam plene discutiat, sicque animam suam armet, vestiat ac perornet virtutibus contra invisibiles hostes, sicut corpus suum munit armis contra hostes visibiles. Periculosum est principi ad bellum procedere quamdiu obnoxius est alicui evidenti latente crimini. Verumtamen multæ abusiones, vanitates, crudelitates, carnalitates, negligentia, cupiditates, injustitiæ, pompositates nunc, proh dolor! regnant in quibusdam principibus eorumque officiat: a quibus omnibus nisi se ipsos et suos officiatos purgare et emendare studuerint, adjutorio Dei erunt indigni; nec erit expediens justis principibus, tales injustos secum habere. Necessaria ergo et saluberrima esset nunc celebratio generalis concilii, in quo de omnium horum emendatione ac reformatione communi, diligentissime tractaretur ac provideretur.

ARTICULUS VIII.

Quam periculosum sit homines sceleratos habere in exercitu.

LEGITUR Josue septimo, qualiter filii Israel missi a Josue ad demoliendum urbem Hai, in fugam conversi sint, et triginta sex ex eis corruerint: et hoc, propter transgressionem unius eorum, videlicet propter excessum Achan, qui contra Dei præceptum aliquid ex divitiis Jericho fuit furatus. Quumque sanctus vir Josue, princeps Israeliticæ plebis, visa suorum fuga ac strage, cecidisset pronus in terram, invocans Dominum, Dominus dixit ad eum: Non poterit Israel stare ante hostes suos, nec ero ultra vobiscum, donec conteratis eum qui hujus sceleris reus est.

Josue vii, 1-12.

specialiter pertinent. Quarum una est iustitia, vel (ut asserit Augustinus) amor boni communis, ita ut bonum commune, defensionem reipublicæ, et præsertim tuitionem fidei christianæ atque Ecclesiæ, concordi affectu præferant propriis commodis, imo et propriæ vitæ, sicque paratissimi sint ad pugnandum et laborandum, imo et ad moriendum pro causa ista, atque cum fortissimo Juda Machabæo cohortantes se, dicant : Accingimini, et estote filii potentes, quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostræ et sanctorum ; sicut fuerit voluntas in cælo, sic fiat. Secunda virtutum illarum est fortitudo prout est virtus cardinalis, per quam timor circa pericula mortis refrenatur, et imperterrito animo ad præliandum proceditur, viriliterque pugnatur. Quum ergo nulla sit dignior atque salubrior pugnandi causa quam defensio fidei christianæ infidelibusque resistere, elucescit quod principes et populi christiani debeant securo ac fortissimo animo contra perfidos congregari. Tertia illarum virtutum est liberalitas : quoniam in hujusmodi causis nequaquam divitiarum expansio est vitanda. Quarta est magnanimitas. Principis namque potissime est animum habere paratum ad arduos actus, præcipue commendabiles et magnis honoribus dignos : quales sunt, pro bono communi, pro fidei promotione, pro defensione Ecclesiæ præliari ac laborare. Quinta est prudentia : quæ et in bellicis rebus summe necessaria est, ut ordinate omnia disponantur. Imo prudentia est virtus nobilior quam fortitudo, et (ut ait Scriptura) melior est vir prudens quam fortis.

I Mach.
iii, 58-60.

Sap. vi, 1.

Quum igitur, juxta prædicta, debeant principes præactas habere virtutes secundum gradum supremum, constat quod cum omni promptitudine, fortitudine, magnanimitate, prudentia et jucunditate debeant inire certamina contra fidei inimicos. Imo ad hoc eos potissime debet accendere amor Christi, qui pro eis sanguinem fudit. Pro quo si millies sanguinem funderent, nihil

condignum ei rependerent, quoniam aliud est sanguis Dei, aliud sanguis hominum : aliud dico, non secundum speciem, sed secundum dignitatem. Nec dignus est Christianus vocari, qui non paratus est pro Christo mori. Præterea ad idem debet eos movere magnitudo præmii hujus belli, et certitudo salutis morientium in eodem : quoniam talis congressus martyrio æquipollet, et morientes in eo, sunt martyres Christi. Ex quibus perpenditur quam reprehensibiles atque damnabiles sunt principes christiani qui ad repugnandum infidelibus sunt formidolosi, tardi, parci ac pusillanimes. Tales quippe non dolent vicem Domini sui, qui ad ulciscendas ejus injurias ac blasphemias inveniuntur tam imparati.

ARTICULUS XI.

*Querimonia Christi contra prælatos
et principes christianos.*

DOMINUS noster Jesus Christus conqueritur contra vos, o Prælati et Principes christiani, et ait : Ego Unigenitus Patris tempore divinitus præordinato de corde Patris veni in uterum Virginis, majestatem meam exinanivi, humanam naturam assumpsi, homo factus inter homines ambulavi, in locis ab æterno præelectis humanæ redemptionis mysteria consummavi, viam salutis faciendo et docendo monstravi hominibus ; et quum essem omnium Deus et infinitis divitiis plenus, in maxima paupertate et humilitate, in summa continentia et plenissima obedientia, in laboribus atque doloribus in medio hominum conversatus sum, tandem acerbissimam et ignominiosissimam mortem pro hominibus pertuli. Sicque merito meæ passionis et pretio sanguinis mei fundavi et ædificavi Ecclesiam meam : quam prælatis et principibus tanquam vicariis meis commisi ac dimisi regendam, ut eam foverent, defenderent, exaltarent, et numero auferent ac merito. Quod et quidam præ-

lati ac principes, præsertim in primitiva Ecclesia diuque postea, diligenter ac fideliter impleverunt.

Nunc vero pene omnia sunt subversa. Pastores in lupos sunt versi, prælati facti sunt elati, principes præcipitatores, imperator violator, reges exleges, domini facti sunt tyranni. Et qui majores sunt auctoritate, magis abundant omni iniquitate; qui Ecclesiam copiosius et magis ædificare tenentur, eam detestabilius scandalizant et fœdant; qui eam ab invisibilibus ac visibilibus hostibus tuerentur, invisibilibus hostibus eam polluendam ac devorandam prosternunt, nec a visibilibus perfidis hostibus eam tuentur: imo, quod magis deplorandum est, ipsimet visibiles hostes Ecclesiæ sunt effecti, eamque in locis quampluribus demoliuntur, christianum sanguinem fundunt, oves Christi dilaniant, urbes, pagos, fortalitia Christianorum dejiciunt, et contra me conjurasse videntur. Ecce quomodo ad perdendas animas cooperatores dæmonum, adjuutores incredulorum et amici inimicorum meorum effecti sunt. Quidquid docui, spernunt; quidquid præcepi, transgrediuntur; quidquid feci, hujus contrarium operantur; atque cum sceleratissimis induratissimisque Judæis opere dicunt: Verbum quod locutus est ad nos Dominus Deus noster non audiemus, sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro. Voluptatibus carnis resolvuntur, rebus terrenis insatiabiliter inhiant, ambitione instar fornacis succensi sunt, superbiam cornibus eriguntur, obedientiam jugum abjiciunt; tanquam onagri in deserto ventum attrahunt vanitatis; sæviunt ut leones, rapiunt ut falcones, opprimunt subditos velut ursi. Pro causa levissima, pro hereditate parvissima, pro injuria propria, quamvis permotiva, contra se invicem inflammantur, et concitant pugnas acerrimas, multaque milia subditorum corporali ac spirituali morti exponunt. Porro pro recuperanda hereditate mea atque Ecclesiæ, præcipue pro sancta Terra reobtinenda, pro sacratissi-

mis locis in quibus sum incarnatus, natus, conversatus, locutus, passus, sepultus, nulla aut modica eis est cura. Et nunc meas injurias, Ecclesiæ meæ ruinas, exterminia, oppressiones dissimulant, aut non satis attendunt, nec satis celeriter et constanter succurrunt. Verumtamen non de universis prælatis atque principibus ista dico. Sunt quippe nonnulli qui super his contristantur, qui pro meo zelantur honore, et quod in ipsis est facere sunt parati. Verum hi adeo pauci sunt, ut aliorum B comparatione quasi nulli appareant.

Quid ergo facturus sum illis qui a nomine meo Christiani vocantur, et mihi tam graviter adversantur? Numquid merentur ut me auxiliante de adversariis suis triumphent? Numquid ero cum eis, nisi poeniteant, nisi se corrigant, nisi mihi subdantur? Hoc igitur eis denuntio, hoc protestor, quoniam nisi sic egerint, durissimum in eis exercebo judicium, cito et horrende eis apparebo, et morte pessima interibunt; occurram eis ut ursa, diripiam interiora eorum, et consumam eos ut leo. Ecce complosi manus meas super pravitates eorum. Ecce juravi in sancto meo, quoniam dies venient super eos, et levabuntur in contis, comprimentur in ollis ferventibus, demergentur in infernalibus puteis igne sulfureque ardentibus. Nunc igitur ingruentibus calamitatibus tantis, ex corde poeniteant, et totis viribus convertantur, ut in præsentis meo fulciantur auxilio, et paulo post coronentur in cœlo.

ARTICULUS XII.

*Querela Ecclesiæ de filiis suis
et planctus ipsius.*

EGO mater pulchræ dilectionis, ego caritatis visceribus effluens, universos filios meos sincerissima affectione complector. Sed, heu! filii mei mihi ingrati sunt, mihi rebelles facti sunt, meque contempta, contra se invicem altercantur. Læsiones meas, vulnera, damna et extermini-

nia mea non deflent. Et quasi non sufficiat A
 eis quod ab incredulis sum tam lamentabi-
 liter demembrata, angustata et minorata,
 ipsi me impugnant, lædunt, præscindunt.
 Ego sponsa Dei, mater fidelium, olim toto
 orbe terrarum diffusa, patriarchalibus se-
 dibus decorata, Asiam, Africam, Terram-
 que sanctam, Ægyptum, et alia regna
 multa et magna habui mihi subjecta :
 quibus omnibus nunc miserabilissime sum
 privata. Ego olim omni charismate Spiritus
 Sancti ornata ac splendida, infideles
 quotidie per diversa miracula copiose ad
 fidem et evangelicam legem converti ;
 nunc vero ab infidelibus quotidie vastor.
 Ego olim regulari religiosorum observantia
 gloriabar ; reclusionem devotissimarum
 monialium resplendebam ; exemplari con-
 versatione, efficacissima prædicatione qua-
 tuor Ordinum ædificabar ; virtuosa et casta
 vita in sacris ordinibus constitutorum ful-
 gebam ; insuper et optima gubernatione
 præsulum proficiebam et ædificabar ex
 clero. Nunc autem hæc omnia pro maxima
 parte et quasi totaliter sunt eversa ; et qui
 Deum pro populo efficacius orarent, Deum
 inhonorant enormius. In monasteriis vo-
 ta solennia assidue ac sceleratissime vi-
 olantur ; claustra monialium scortis pa-
 tent. In collegiis observantia pene nulla
 videtur. In sacris constituti ordinibus et
 plebani sine refrenatione publicis inconti-
 nentiis polluantur, ex quibus plebs simplex
 ineffabiliter scandalizatur. Præsules sæcu-
 laribus principibus sæculariores et carna-
 liores sunt facti. In Urbe, ubi totius san-
 ctimonie plenitudo vigeret, major quam
 D alibi vitiositas regnat.

Quid ergo, o filii, quid restat et immi-
 net, nisi major et gravior persecutio et
 conculcatio mei, imo et vestri? vestri,
 inquam, propter hæc tot et tanta scelera
 vestra : nisi nunc meis acquiescatis con-
 siliis, obtemperetis doctrinis, obediatis
 præceptis. Audite nunc igitur fidelissimam
 et affectuosissimam matrem vestram, quæ
 familiari et infallibili directione Spiritus
 Sancti regitur, movetur, et loquitur vobis.

A En proferam vobis spiritum meum. Con-
 venite, o filii, in unum locum ; inite con-
 silium, celebrate synodum sanctam ac
 generalem, et de communi ac plena emen-
 datione in omni statu, gradu et ordine
 providete. Convertat se unusquisque ab
 omni malitia, nequitia et immunditia sua.
 Nolite differre, nolite dissimulare : quia
 periculum majus quam creditis in foribus
 est. Perfidi illi mille dolos contra vos co-
 gitant, et vestrum machinantur interitum.
 Pensate qualiter fratres vestri in regno
 B Græcorum sint conculcati, et cavete ne
 similia aut pejora vobis contingant. Op-
 pressis fidelibus subvenite. O quantus do-
 lor me penetrat, dum filios meos cerno
 ab atrocissimis Teucris et Sarracenis sæ-
 vissime opprimi, quotidie devorari, in ca-
 ptivitatem redigi, et eorum infantulos ad
 infidelium terras transmitti, ut jam de ce-
 tero non sacratissimam atque mundissi-
 mam Christi legem, sed sacrilegam, men-
 dosissimam ac spurcissimam illius porcini
 ac sordidissimi Mahometi legem addiscant
 C et assequantur! Ecce jam ad angulum
 istum occidentis me redegerunt, et in eo
 quoque me delere præsumunt. Idcirco si-
 ne omni mora reconciliate vobis Dominum
 Deum vestrum per condignam in omnibus
 emendationem. Sicque adepto Dei favore
 et impetrato ejus auxilio, cum omni fi-
 ducia, magnanimitate, caritate, fortitudine
 atque prudentia contra fidei inimicos præ-
 cedite et pugnate, et Sponsus Ecclesie,
 Dominus et salvator Christus, Unigenitus
 Patris, erit vobiscum.

ARTICULUS XIII.

*Confirmatio prædictorum ex verbis et
 revelationibus Sanctorum et Catholi-
 corum.*

SUPER Cantica ait electus Dei Bernar-
 dus : Serpit hodie putredo et tabes
 per omne corpus Ecclesie, et quo latius,
 eo desperatius, eoque periculosius quo
 interius. Si namque insurgeret apertus hæ-

reticus, mitteretur foras, atque aresceret; si violentus inimicus, absconderet forsitan Ecclesia se ab eo. Nunc vero quem eiciet, aut a quo se abscondet? Omnes amici, et omnes inimici; omnes necessarii, et omnes adversarii; omnes domestici, et nulli pacifici. Omnes quæ sua sunt quæ-
Philipp. n. 11.
Is. xxxviii. 7.
Ps. xxxix.
Is. 1. 2.
 Filios enutrivit et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Spreverunt et maculaverunt me a turpi vita, a turpi quæstu, a turpi commercio. Hinc, ut alibi scribit Bernardus, ipsa Ecclesia spiritualiter pauper et inops ac nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida, exanguis. Et non est tempore isto sponsam, id est Ecclesiam, ornare, sed spoliare; non custodire, sed perdere; non instruere, sed prostituere. Non est pascere gregem, sed mactare et devorare.

De ista materia in Revelationibus S. Briggittæ multa leguntur, qualiter scilicet Dominus Jesus Christus in præsentia Dei Patris, circumstante exercitu angelorum, coram Patre conquestus sit sæpe de vitiosa et scandalosa conversatione tam prælatorum quam principum et ministrantium eis, et qualiter Christus maledixerit eis, ac variis modis districte juraverit vindicturum se terribiliter de eisdem.

Ad idem multa possem inducere ex dictis Guillelmi Parisiensis in suo Sacramentali, ex diversis quoque tractatibus domini Petri de Alliaco cardinalis, et Joannis de Gerson, cancellarii Parisiensis, aliisque diversis Sanctorum ac devotorum opusculis. Sed quid necesse est multipli-

ci-ter ea probare quæ patent ad oculum? Jam enim ad tam extremam et lamentabilissimam deformationem, ruinam, excæcationem et corruptionis consuetudines devenit Ecclesia, quod fornicationes, adulteria, sacrilegia, stupra, et consimilia crimina eorum qui ceteris spiritualiores et perfectiores esse tenentur, vix attenduntur. De excommunicationibus et præceptis summi Pontificis parum aut nihil a multis curatur, et obedientia quasi totaliter perit in Ecclesia Dei. Quorum omnium præcipua causa est, quod concilia generalia non celebrantur legitime tempore suo, sicut ab ipsis conciliariis est sancitum. Certumque est, quod quanto nunc plura atque majora mala ac pericula in Ecclesia universali versantur, tanto major est causa, imo necessitas, celebrandi sine dilatione synodum generalem: per quam tot et tanta fierent bona, quod Dominus Deus noster reconciliaretur, misereretur et succurreret nobis, saltem in multis, et multo utique magis quam alias.

ARTICULUS ULTIMUS.

Sequuntur tres revelationes ei qui hæc scribit divinitus factæ, per quas omnia supra dicta etiamnum plenius comprobantur.

REVELATIO PRIMA.

QUIDAM religiosus, in solennitate Purificationis beatissimæ Virginis, in summa Missa, toto conventu præsentem et inspicientem, ab exterioribus sensibus alienatus atque in spiritu factus et mente ad Dominum raptus, post aliquantulam increatæ lucis ac superbeatissimæ Trinitatis contemplationem, more sibi solito cœpit mox totis præcordiis divinam exorare clementiam pro tota militanti Ecclesia, et ejus reformatione in omnibus. Cui Dominus majestatis in visione intellectuali et anagogica statim respondit: « Quid vis? et quid oras pro Ecclesia »? Et ille: « O benignissime Deus, ut digneris

nia mea non deflent. Et quasi non sufficiat A
eis quod ab incredulis sum tam lamentabili-
liter demembrata, angustata et minorata,
ipsi me impugnant, lædunt, præscindunt.
Ego sponsa Dei, mater fidelium, olim toto
orbe terrarum diffusa, patriarchalibus se-
dibus decorata, Asiam, Africam, Terram-
que sanctam, Ægyptum, et alia regna
multa et magna habui mihi subjecta :
quibus omnibus nunc miserabilissime sum
privata. Ego olim omni charismate Spiritus
Sancti ornata ac splendida, infideles
quotidie per diversa miracula copiose ad
fidem et evangelicam legem converti ;
nunc vero ab infidelibus quotidie vastor.
Ego olim regulari religiosorum observantia
gloriabar ; reclusionem devotissimarum
monialium resplendebam ; exemplari con-
versatione, efficacissima prædicatione qua-
tuor Ordinum ædificabar ; virtuosa et casta
vita in sacris ordinibus constitutorum ful-
gebam ; insuper et optima gubernatione
præsulum proficebam et ædificabar ex
clero. Nunc autem hæc omnia pro maxima
parte et quasi totaliter sunt eversa ; et qui
Deum pro populo efficacius orarent, Deum
inhonorant enormius. In monasteriis vo-
ta solennia assidue ac sceleratissime vi-
olantur ; claustra monialium scortis pa-
tent. In collegiis observantia pene nulla
videtur. In sacris constituti ordinibus et
plebani sine refrenatione publicis inconti-
nentiis polluantur, ex quibus plebs simplex
ineffabiliter scandalizatur. Præsules sæcu-
laribus principibus sæculariores et carna-
liores sunt facti. In Urbe, ubi totius san-
ctimonie plenitudo vigeret, major quam D
alibi vitiositas regnat.

Quid ergo, o filii, quid restat et immi-
net, nisi major et gravior persecutio et
conculcatio mei, imo et vestri? vestri,
inquam, propter hæc tot et tanta scelera
vestra : nisi nunc meis acquiescatis con-
siliis, obtemperetis doctrinis, obediatis
præceptis. Audite nunc igitur fidelissimam
et affectuosissimam matrem vestram, quæ
familiari et infallibili directione Spiritus
Sancti regitur, movetur, et loquitur vobis.

En proferam vobis spiritum meum. Con-
venite, o filii, in unum locum ; inite con-
siliium, celebrate synodum sanctam ac
generalem, et de communi ac plena emen-
datione in omni statu, gradu et ordine
providete. Convertat se unusquisque ab
omni malitia, nequitia et immunditia sua.
Nolite differre, nolite dissimulare : quia
periculum majus quam creditis in foribus
est. Perfidi illi mille dolos contra vos co-
gitant, et vestrum machinantur interitum.
Pensate qualiter fratres vestri in regno
Græcorum sint conculcati, et cavete ne
similia aut pejora vobis contingant. Op-
pressis fidelibus subvenite. O quantus do-
lor me penetrat, dum filios meos cerno
ab atrocissimis Teucris et Sarracenis sæ-
vissime opprimi, quotidie devorari, in ca-
ptivitatem redigi, et eorum infantulos ad
infidelium terras transmitti, ut jam de ce-
tero non sacratissimam atque mundissi-
mam Christi legem, sed sacrilegam, men-
dosissimam ac spurcissimam illius porcini
ac sordidissimi Mahometi legem addiscant
et assequantur! Ecce jam ad angulum
istum occidentis me redegerunt, et in eo
quoque me delere præsumunt. Idcirco si-
ne omni mora reconciliate vobis Dominum
Deum vestrum per condignam in omnibus
emendationem. Sicque adepto Dei favore
et impetrato ejus auxilio, cum omni fi-
ducia, magnanimitate, caritate, fortitudine
atque prudentia contra fidei inimicos pro-
cedite et pugnate, et Sponsus Ecclesie,
Dominus et salvator Christus, Unigenitus
Patris, erit vobiscum.

ARTICULUS XIII.

*Confirmatio prædictorum ex verbis et
revelationibus Sanctorum et Catholi-
corum.*

SUPER Cantica ait electus Dei Bernar-
dus : Serpit hodie putredo et tabes
per omne corpus Ecclesie, et quo latius,
eo desperatius, eoque periculosius quo
interius. Si namque insurgeret apertus hæ-

reticus, mitteretur foras, atque aresceret; A si violentus inimicus, absconderet. forsitan Ecclesia se ab eo. Nunc vero quem eji- ciet, aut a quo se abscondet? Omnes ami- ci, et omnes inimici; omnes necessarii, et omnes adversarii; omnes domestici, et nulli pacifici. Omnes quæ sua sunt quæ- runt. Ministri Christi vocantur, serviunt que Antichristo. Honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Olim prædictum est, et nunc B tempus impletionis advenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara in mor- tibus martyrum, amarior in conflictu hæ- reticorum; nunc amarissima in moribus domesticorum, id est in abusionibus et vitiis impiorum Christianorum: invalue- runt et multiplicati sunt super numerum. C Vox plangentis Ecclesiæ tempore isto: Filios enutrivit et exaltavit, ipsi autem spre- verunt me. Spreverunt et maculaverunt me a turpi vita, a turpi quæstu, a turpi commercio. Hinc, ut alibi scribit Bernar- dus, ipsa Ecclesia spiritualiter pauper et inops ac nuda relinquitur, facie miseran- da, inculta, hispida, exsanguis. Et non est tempore isto sponsam, id est Ecclesiam, ornare, sed spoliare; non custodire, sed perdere; non instruere, sed prostituere. Non est pascere gregem, sed mactare et devorare.

De ista materia in Revelationibus S. Bri- gittæ multa leguntur, qualiter scilicet Do- minus Jesus Christus in præsentia Dei Patris, circumstante exercitu angelorum, coram Patre conquestus sit sæpe de vitio- sa et scandalosa conversatione tam præ- D latorum quam principum et ministrantium eis, et qualiter Christus maledixerit eis, ac variis modis districtè juraverit vindi- caturum se terribiliter de eisdem.

Ad idem multa possem inducere ex dic- tis Guillelmi Parisiensis in suo Sacra- mentali, ex diversis quoque tractatibus domini Petri de Alliaco cardinalis, et Jo- annis de Gerson, cancellarii Parisiensis, aliisque diversis Sanctorum ac devotorum opusculis. Sed quid necesse est multipli-

ciat ea probare quæ patent ad oculum? Jam enim ad tam extremam et lamenta- bilissimam deformationem, ruinam, ex- cæcationem et corruptionis consuetudines devenit Ecclesia, quod fornicationes, adul- teria, sacrilegia, stupra, et consimilia cri- mina eorum qui ceteris spiritualiores et perfectiores esse tenentur, vix attendun- tur. De excommunicationibus et præceptis summi Pontificis parum aut nihil a multis curatur, et obedientia quasi totaliter perit in Ecclesia Dei. Quorum omnium præci- pua causa est, quod concilia generalia non celebrantur legitime tempore suo, sicut ab ipsis conciliariis est sancitum. Certum- que est, quod quanto nunc plura atque majora mala ac pericula in Ecclesia uni- versali versantur, tanto major est causa, imo necessitas, celebrandi sine dilatione synodum generalem: per quam tot et tan- ta fierent bona, quod Dominus Deus noster reconciliaretur, misereretur et succurre- ret nobis, saltem in multis, et multo uti- que magis quam alias.

ARTICULUS ULTIMUS.

Sequuntur tres revelationes ei qui hæc scribit divinitus factæ, per quas omnia supra dicta etiamnum plenius compro- bantur.

REVELATIO PRIMA.

QUIDAM religiosus, in solennitate Pu- rificationis beatissimæ Virginis, in summa Missa, toto conventu præsentem et inspicientem, ab exterioribus sensibus alie- natus atque in spiritu factus et mente ad Dominum raptus, post aliquantulam increatæ lucis ac superbeatissimæ Trini- tatis contemplationem, more sibi solito cœpit mox totis præcordiis divinam ex- orare elementiam pro tota militanti Ec- clesia, et ejus reformatione in omnibus. Cui Dominus majestatis in visione intel- lectuali et anagogica statim respondit: « Quid vis? et quid oras pro Ecclesia »? Et ille: « O benignissime Deus, ut digneris

eam piissime intueri ac reformare, atque de manibus perfidorum a quibus nunc crudelissime devastatur, eruere, ad pristinum quoque gratiæ decus reducere ». Ad hæc Dominus universitatis protinus dixit: « Ecclesia quasi tota aversa est a me et deformata; et a summo usque ad infimum, a vertice usque ad calcaneum non invenitur in ea integritas ulla, pro maxima parte. Attamen multi boni, imo sancti aliqui sunt in ea ».

Ad quod Frater respondit: « Misericordissime Deus, petimus misericordiam. Duplex est via veniendi ad te: via misericordiæ, et via justitiæ. Petimus ut supermisericordissime agas nobiscum ». Cui Dominus ait: « Et vis ut tot et tanta scelera Ecclesiæ dimittam prorsus inulta? vis ut non agam juxta tenorem sapientiæ meæ? » Ad quod Frater: « O clementissime Domine Deus, rogamus ut superpiissime prævenias nos, et corda nostra compungas, emollias, et convertas ad te. Major est in infinitum bonitas tua quam pravitas nostra. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Non secundum peccata nostra facias nobis ». Ad quod Dominus: « Quamvis ego omnia possim, tamen juxta censuram sapientiæ meæ omnia ago, et in operibus meis misericordiam justitiamque contempero. Hoc ipsum quoque protestatus sum, maximam esse misericordiam, quod per flagella et aspera visito in præsentem, sicque hominum corda admoneo et converto. Indurata sunt corda vestra, nec per sola pietatis beneficia vultis converti ad me. Diu sustinui, frequenter admonui, et imminet hæc adversa prænuntiavi; et quia non sequitur emendatio, necesse est ut visitem per adversa, quatenus vexatio tandem det intellectum auditui ».

*Ps. cxliii, 1,
sec. Hebr.
Ps. cii, 10.*

*Is. xxviii,
19.*

Ad hæc Frater respondit in spiritu: « O superdulcissime Deus, etsi nos omni miseratione tua sumus indigni, tamen parce nomini tuo magno, parce locis sacratis. Ecce jam multæ ecclesiæ miserabiliter sunt destructæ, loca sanctissima profanata, vasa

A sacra et Christi sacramenta impiissime conculcata, et christiana religio blasphematur ». Ad quod Deus: « Tu miraris et defles, quod materialia templa, et vasa sacra, et sacramenta conculcari et profanari permitto: et non potius, quod immaterialia templa, videlicet ecclesiasticæ personæ seu animæ mihi in Baptismate consecratæ, in quibus per fidem et veram gratiam habitavi, ab invisibilibus hostibus taliter conculcanti et violantur? Nonne hoc est mihi maxime injuriosum? Imo, quid mirum si illud juste permitto, quando vos ipsi sponte sic subditis vos spiritualiter constuprandos ac violandos adversariis mei honoris ac vestræ salutis? » Ad quod Frater: « O benignissime Deus, in his persecutionibus perfidorum, multi simplices et quodammodo innocentes lamentabiliter opprimuntur et trucidantur; sed et cultus tuus minuitur, et ubi paulo ante christiana religio viguit, et Christi celebrabantur mysteria, jam sacrilega Mahometi figmenta coluntur, et bestia illa spurcissima contra Agnum mundissimum videtur quodammodo prævalere ». Ad hæc Dominus dixit: « Oppressionem illam simplicium ego bene scio eis ordinare in melius, et per temporalia hæc adversa eos in perpetuum salvo. Ego demum tam bonus et sapiens sum, quod pessima mala quæ tangis a perfidis fieri, nequaquam permitterem, nisi decrevissem maxima bona ex eis elicere. Et quo majora sunt hæc adversa, quo obscuriora sunt tempora ista, eo prosperiora sequentur, et aurea post hæc tempora erunt. Non ita permitterem Ecclesiam deprimi, nisi hæc occasione vellem eam erigere. Ecclesia ad extremam quamdam deformationem, ruinam, perversitatem ingratitude nemque pervenit, nec facili disciplina potest purgari. Qui optimi essent in ea, pravissimi facti sunt, et sine rubore prævaricantur. Sed et nomen meum intolerabiliter inhonoratur ab his qui fideles se nominant, quam ab his qui eos impugnant ».

Ad hæc locutus est Frater: « O Deus

Job ix, pas-
sim.

altissime, non est qui sapientiæ tuæ valeat respondere. Attamen **liscirel. desidero**, an perfidi isti sanctam civitatem Romanam obtinebunt, an principes etiam christiani contra eos præliaturi succumbent in præliis ». Ad quod Dominus : « Hoc tibi dici vel aliis prænuntiari non expedit. Sed et si succubuerint in præliis, melius vincent quam si corporaliter prævalerent ».

Ex hac responsione Frater aliquid intellexit, quod non putavit huic schedulæ inserendum. Propter quod ardentissima affectione conversus ad Dominum, rursus cœpit pro communi bono Ecclesiæ exorare. Et ecce vidit in spiritu totam triumphantem Ecclesiam divinæ majestati humillime inclinatam, et pro tota militanti Ecclesia devotissime deprecantem, et quasi conantem tenere manum Omnipotentis extentam ad percutiendum Ecclesiam in exsilio isto degentem ; nec aliud potuit obtinere Ecclesia triumphans responsum a Domino nisi hoc : « Juxta mensuram emendationis Ecclesiæ erit mensura temperationis imminentium persecutionum ». Ex hac responsione Frater aliquantulum consolatus et confortatus, clamavit in spiritu : « O benignissime Deus, omnes emendabimus nos. Summus Pontifex, curia ejus, ceteri tam superiores quam inferiores se emendabunt ». Ad quod Dominus : « Etiam si juraverint in nomine meo, Vivit Dominus, hoc ipsum falso jurabunt ». Qua responsione diffusius intellecta quam in schedula hac tangetur, Frater non mediocriter animo consternatus, sensit quod cœpit sibi ipsi dimitti, atque eodem momento clamavit repente ad Dominum : « In quo igitur, o Deus benignissime, in quo stat finalis conclusio »? Et responsum est ei a Domino : « Juxta mensuram emendationis vestræ, erit mensura temperationis castigationis meæ ». Quo audito, finita est visio ista, qua Deus dignationis immensæ cum homuncione pauperulo, cum fragili ac luteo vasculo, dignatus est ex sua pietate immensa, taliter se habere et sic loqui.

Jer. v, 2.

A Conclusio. — Cœpitque Frater ad se ipsum reverti ac sibi restitui, viresque corporis paulatim resumere ac sensibus reddi, non sine gravi fragilis carnis afflictione. Deinde post hoc etiam in aliorum præsentia a lacrimis se continere non valens, sic mansit ex præscripta visione compunctus et debilitatus, quod in prandio manducare nequivit, sed distulit refectio-
B nem in cœnam. Duravit autem hæc visio per totum fere tempus Missæ conventualis hoc anno. Præterea in tota hac visione Deus habuit se per modum regis ac judicis indignantis, irati et amaricati propter nimia peccata Ecclesiæ : ita quod videbatur non posse flecti a rigore suæ justitiæ, nisi per emendationem condignam populi christiani. Itaque religiosus cui ostensa sunt ista, quantum ad suam pertinet parvitatem, totis præcordiis universos et singulos exhortatur, et affectuosissime rogat, ut unusquisque juxta suæ exigentiam vocationis efficaciter se emendet : quia revera valde ac summe necessarium est
C ut non solum temporalia hæc adversa, sed et æterna tormenta evadere mereamur, atque perpetuam beatitudinem obtinere.

Nec quisquam miretur, quod Frater hanc visionem personaliter publicavit, quoniam dona gratiæ gratis datæ ad communem dantur utilitatem : idcirco sunt publicanda prout causa requirit et expedit. Hinc enim sancti Prophetæ, quamvis humillimi, tamen visiones suas diligentissime descripserunt, totique mundo insinuaverunt : sicut et Vas electionis, beatissimus Paulus apostolus, raptum suum usque ad tertium cœlum et revelationem arcanam toti significavit Ecclesiæ.

I Cor. xii, 7.

II Cor. xii,
1-4.

REVELATIO SECUNDA.

Præfatio. — Religiosus quidam ante aliquot annos exhortatoriam scripsit epistolam ad principes christianos, hortando eosdem ad succurrendum sanctæ matri Ecclesiæ adversus perfidissimos Turcas ac Sarracenos ; atque in fine illius epistolæ

subjunxit ac scripsit revelationem quamdam illi desuper factam, statum totius Ecclesiae concernentem. Verum ex publicatione illarum modicus fructus videtur secutus. Interim quoque increduli illi grandem fecerunt stragem in populo christiano, et depopulati sunt regna provinciasque fidelium plurimas, item ecclesias demoliti. Attamen perpauci sunt qui sincere doleant vicem Christi : et de hoc in præacta epistola querulose tractatum est ac flebiliter dictum. Præterea, post præactæ revelationis ostensionem, descriptionem ac publicationem, eidem religioso adhuc quædam revelationes sunt factæ hoc anno, videlicet millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, ex rationabilibus causis nunc describendæ.

Præterea, ut plane loquar, ecce paratissimus est Dominus et Salvator suæ subvenire Ecclesiae, et ora reprimere blasphemorum, sceleratissimi Mahometi mendosa figmenta retundere, si et in quantum ipsa Ecclesia reformetur. Ineffabiliter multæ et magnæ sunt transgressiones, abusiones, perversitates ac vanitates, quibus populus christianus Deum incessabiliter inhonorat, etiam gravius quam præfati increduli. Et, ^{1. Esdr. ix.} ^{2.} proh dolor! manus præsentium et superiorum nostrorum in transgressionibus istis est prima.

Dominus apostolicus, Pontifex summus, hortatus est principes auxiliari Ecclesiae, infidelibus reluctari. Cui principes poterunt respondere : Parati sumus, o Pater sanctissime, tuis obtemperare monitis et mandatis, dummodo tu facias quod tuum (utpote summi Pontificis) requirit officium. Ecce tu inter Deum nostrum et nos constitutus es medius ; tu supra homines es, et infra Deum ; totius populi christiani pastor es ac prælatus, iudex spiritualisque medicus. Tui ergo officii est nos omnes Deo nostro reconciliare, Ecclesiam reformare, quidquid in Ecclesia, in cœnobiis, collegiis, omnique statu, gradu ac ordine reformandum est, diligentissime perscrutari, cuncta quoque ordinate aggredi, pro-

A sequi et implere : ita ut, juxta quod caritas exigit, a te ipso in primis, si opus est, et a collateralibus tibi Romano sacro dominorum cardinalium collegio ceterisque domesticis tuis incipias ; deinde ab aliis, tanto immediatius ac dignitate, officio, prælatura tibi ac cardinalibus tuis exstant propinquiores. Nec arbitramur tuam Sanctitatem hæc compendiosius et efficacius posse efficere et complere, quam generalem synodum convocando ac celebrando. Denique vehementer miramur cur B Sanctitas tua et quidam prædecessores tui qui post Basileense fuerunt concilium, tot annis distulisti celebrare generale concilium, præsertim quum de eorum celebratione a sacris generalibus synodis edita fuerint quædam decreta. Hortatur nos Beatitude tua, ut laboriosum assumamus contra infideles conflictum, iter prolixum, periculosos congressus, non propriæ vitæ, non subditis, non rebus, non possessioni suæ* parcentes. Fatemur justissimum esse, ^{al. ad pr.} ^{præ} pro fidei defensione, pro Ecclesiae tuitione, pro Dei amore nos omnia ista implere. C Tuæ etiam Sanctitati obedire justum agnoscimus. Verumtamen Turcas et Sarracenos expugnare nos posse sine speciali adstantia Dei et gratioso ejus auxilio, nequaquam præsumimus. Idcirco quamdiu videmus tot deformationes, ruinas, abusiones, transgressiones in ipsa Ecclesia, potissime in ecclesiastico statu et clero, veremur Deum nobis offensum et indignantem, nec gratiose auxiliaturum contra perfidos illos. Idcirco, beatissime Pater, precamur ut indilate concilium celebretur, in quo de omnibus reformandis et cunctis agendis atque expedientibus vigilantissime pertractetur. Quo facto, Deo reconciliati et gratiam ejus adepti, contra incredulos hilariter ac magnanimiter, in Domino confidentes, progrediemur. Enimvero, etsi regulariter ad summum spectet Pontificem, generale convocare ac celebrare concilium, non tamen putamus Ecclesiam a Domino Jesu Christo sic esse relictam, ut se ipsam congregare non

posset, si Pontifex summus id agere non acquieverit aut nimis distulerit, præsertim in causis ita urgentibus, prægnantibus, arduis ac necessariis, sicut jam diu fuerunt et nunc sunt. Agat ergo et impleat Sanctitas tua quod sui est officii, nosque ædificet in hoc ipso, et nos obedienter quod nostrum est implebimus.

Revelatio. — Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, dominica in Passione, in ipso Missæ officio, religiosus præfatus, adstante et conspiciente conventu, ab exterioribus sensibus alienatus, pro communi bono Ecclesiæ Dominum exoravit in spiritu, dicens : « Usquequo, o supermisericordissime et superdignissime Deus, non est invenire diu desideratam ac frequenter postulatam misericordiam coram te? Quamdiu claudis oculos benignitatis tuæ immensæ a calamitatibus, oppressionibus ac ruinis tuæ Ecclesiæ, nec preces pauperum servulorum tuorum exaudis? Ecce adversa pessima mala excrescunt, augentur et invalescunt quotidie. Ordo juris subvertitur, et dies imminere videntur de quibus diu insonuit rumor ». Ad hæc verba mentalia mox divinum responsum factum est Fratri in spiritu, dicens : « Quidquid de hac re audisti et cogitasti, ita in veritate habet ». Audierat autem Frater iste paulo ante tristes rumores de quibusdam tribulationibus magnis, in aliquibus terris paulatim nascentibus; cœpitque cogitare hæc esse præambula tribulationum majorum in Ecclesia paulo post futurarum, de quibus D quidam diu prædixisse leguntur.

Itaque responso illo audito, locutus est Frater : « Confido, o Domine, quod prænuntiatio illa de imminentibus illis malis ad comminationis pertineat prophetiam, quæ non semper impletur ». Respondit Dominus : « Viam misericordiæ pœnitentibus non præcludo; atque, ut ante aliquot annos contestatus sum tibi in simili visione, secundum mensuram vestræ emendationis erit mensura mitigationis meæ

A castigationis seu futuræ afflictionis. Revelationem tunc tibi factam undique propagasti, et usque ad Romam insinuasti : et quæ interim emendatio est secuta? Nonne tu ipse sentis ac dicere soles, quod incomparabiliter magis expediat genti peccatrici ac deformatissimæ plebi Ecclesiæ temporaliter castigari, suppeditari, depauperari, quam in hac pessima vita, quæ non est vita, sed mors, sæculariter prosperari, ac damnabilissime perdurare atque impune peccare »? Ad hoc Frater prædictus respondit : « Nil verius dici potest. Sed utinam reformatio ecclesiastici status fieret ordinate, et absque tua offensa »! Ad quod responsum est Fratri : « Etsi hi ad quos ex jure et officio spectat, Ecclesiæ diligentiam debitam non impendant pro reformatione eadem, et in primis pro emendatione propria et condigna, nonne justo id putas permitti judicio ejus qui universa moderatur ac temperat, ut dispositive fiat per eos qui ad hoc auctoritatem non sortiuntur »? Respondit Frater : « Etiam, C Domine Deus omnipotens, in cujus dispositione et gubernatione cuncta sunt posita. ^{Esther xiii, 9.} Hoc certissime constat, quod summa, perfectissima et supergloriosissima providentia tua, sine justa et rationabili causa nil mali sinat fieri : imo interdum gravissima et generalia fieri mala permittis, quatenus ex eisdem præclarissima atque communia bona elicias. Verum, o gratiosissime Deus, de hoc nunc cupio plenius edoceri, quid tot tantisque malis imminentibus restet populo christiano, potissime clero, agendum ». Respondit Dominus universitatis : « Quid quæris quod ex Scripturis agnoscis? Nonne scis scriptum, Semel loquitur Deus, et secundo id ipsum non repetit »? ^{Job xxxiii, 14.}

Hac responsione suscepta, Frater conversus introrsum, et quasi in regione lucis immensæ se positum cernens, suavissime cum ingenti tranquillitate clamavit secreto, non perstrepenste aut foris sonante clamore, ad secretissimum et vere absconditum incomprehensibilem Deum : « O superamabilissime Deus, tu ipse lux es

et regio lucis, in te ipso lux es, regio **A** lientque Deo : ne tantis ac talibus plagis, quoque lucis, in qua tui electi dulciter flagellis ac cladibus visitentur, quod ab conquiescunt, repasant, soporantur, ob exordio Ecclesiæ usque in præsens nun- dormiunt. Tu velut supervastissima, pla- quam hujuscemodi contigerunt; imo potis- nissima ac impermeabilis eremus, in qua sime, ne æternaliter condemnentur. Brevis namque est vita præsens, et arcta omnino *Math. vi.* via salutis. Denique modo verissime di- *14.* citur illud Psalmistæ : Nisi conversi fu- *Ps. vii. 13.* eritis, gladium suum (summus Judex) vi- *14.* brabit; arcum suum tetendit et paravit illum, et in eo paravit vasa mortis, sa- gittas suas ardentibus effecit. Et quod **B** ait in Evangelio Salvator : Nisi pœniten- *Luc. xiii. 3.* tiam egeritis, omnes simul peribitis. Et *5.* denuo quod sanctificatus in utero Jere- *Jer. xix.* mias prædixit : Ecce turbo dominicæ in- *19. 20.* dignationis egredietur, et tempestas erum- pens super caput impiorum veniet; non revertetur furor Domini usque dum faciat et impleat cogitationes cordis sui. Dabit- *Job. xiii.* que impios in vexationem et maledictio- *18. 19.* nem, et in stuporem ac sibilum et opprobrium sempiternum, eo quod non audierunt verba ejus, nec præcepta ejus impleverunt.

C Conclusio. — In his et consimilibus collocutionibus mentalibus ac internis fuit Frater prænominatus in prætracta abstractione, et mansit sic Frater ille per totum fere officium Missæ : in qua multa audivit et vidit quæ nec audet nec expedit in ista conscribere schedula. Et certe nec ista sine grandi tangit rubore. Nec enim hujusmodi mentis secretum esset pandendum, nisi magnitudo exigeret causæ, et bonum efflagitaret commune. Hinc nemo hæc legens seu audiens interpretetur sinistre. Siquidem et Frater iste propriæ sibi conscius defectuositatis, occultum quoque Dei expavescens iudicium, mallet **D** formidolose perissemus, ac de proximo imminere sciamus, nisi emendatio jam præscripta interveniat : Ecce ego cogito ma- *14.* lum super familiam istam, dicit Dominus, de quo non auferetis colla vestra ; et non ambulabitis superbi, eo quod tempus pessimum sit.

Eather
xiii, 9.

Nunc igitur Frater iste universos ac singulos hortatur et deprecatur fideles, potissime clerum et præidentes ac prælatos, ut se protinus cum omni diligentia et conatu emendent et reforment reconci-

REVELATIO TERTIA.

Præfatio revelationis hujus eidem Fratri paulo post factæ. — Quamvis secreta divina soleant frequentius servis Dei reve-

lari non in medio hominum, aut in præsencia plurimorum, sed in solitudine aut seorsum (propter quod ad Ezechielem prophetam Dominus dixit : Egredere in campum, et ibi loquar tecum); interdum tamen in præsencia aliorum manifestat Altissimus incerta et occulta sapientiæ suæ ac futurorum, quatenus servis Dei quibus talia ostenduntur, celerius certiusque credatur, atque hi quos revelata concernunt, formidolosius audiant ea, et se diligentius emendare conentur. Porro revelatio talium ad dona pertinet gratiæ gratis datæ : ideo ordinantur ad utilitatem communem, ut supra dictum est ; et si occultentur, vergit in detrimentum boni communis. Hinc manifestatio horum non vanitati, sed virtuti est adscribenda. Sic ergo accipiantur nunc hic recitanda.

Ezech.
ii, 22.

Ps. l., 8.

Revelatio. — In dominica tertia post octavas Paschæ, in prima celebratione cuiusdam devotissimi Fratris, Frater præfatus ab exterioribus sensibus alienatus, et factus in spiritu solito sibi more, tanto affectuosius cœpit mentaliter deprecari fontem pietatis immensæ, Deum excelsum, pro pacificatione atque concordia principum christianorum, quanto tunc tristiores audivit rumores de imminente gravi conflictu præcipuorum totius christianæ religionis magnatum, regum ac ducum. Sicque Frater iste in precibus suis affatus est Dominum : « O misericordissime Deus, usquequo non succurris Ecclesiæ tuæ ? quamdiu permittes eam sic conculcari ? Ecce principes isti magni, qui modo essent primi in defensione fidei et expugnatione adversariorum Ecclesiæ tuæ, in dilatatione fidelium et cultus tui divini, in confortatione populi christiani, nunc (ut fertur) disponunt se ad impugnandum se invicem. Heu ! quanta strages inde consequeretur ! Nonne totus populus christianus esset unus exercitus ad dimicandum concorditer contra christianæ religionis ac fidei inimicos ? Et quid tam pravum, tam periculosum in ipso exercitu, sicut divisio,

A discordia et impugnatio mutua ? O quantum gaudent perfidi Turcæ, increduli Sarraceni, omnesque hostes evangelicæ legis, quum tale ac tantum esse malum audiunt in populo christiano ! Nonne in sua roborantur malitia ? Celeriter quoque ac feliciter prævalituros se jactant, insipientiamque derident Christianorum ».

Ad hæc et multa consimilia querulosa et deprecatoria verba interna, responsum est desuper Fratri quasi ex ore Christi, deinde ex persona universalis Ecclesiæ. Dixit quippe Salvator : « Videsne ingratitude populi christiani et principum horum ? Pro modica hereditate terrena exacuunt corda et arma, quum tamen aliter ac melius ad justam suæ dissensionis concordiam possent pertingere. Porro pro recuperanda hereditate mea electa et sancta Terra, in qua redemptionis humanæ complevi mysteria, nullo aut modico fervent zelo. Interim in suis lasciviunt stratis, et longos capiunt somnos, quasi pacata jam sint omnia ; nec fratrum suorum, ab infidelibus crudelissime oppressorum, calamitatibus condolent aut succurrunt. Numquid per tales expugnabo incredulos, qui ipsis incredulis sunt peiores ? Indecentissime quoque sunt vestiti. Ideo nisi jam respiscant, arguam eos in furore et rigore justitiæ ; et quibus plura donavi et majora commisi officia, acerbiora infligam supplicia ». Ad hæc et plura hujuscemodi Frater respondit : « O clementissime Christe, Verbum æternum propter nos incarnatum et crucifixum, parce, quæso, ignosce et subveni plebi tuæ ; præveni, tange, converte corda nostra quamvis excæcata et indurata, ut quæramus et sapiamus quæ tua sunt, sicque unanimiter resistamus hostibus tui honoris, nostræque fidei ac salutis ». Ad hæc Judex respondit supernus : « Scriptum nosti, Semel loquitur Deus : quoniam in Scripturis suam aperit voluntatem. Quid tibi amplius habeo respondere ? quid restat consulere ? Adverte Scripturam, audi matrem tuam, sponsam meam, sanctam Ec-

Job xxxiii,
14.

clesiam, quæ inhabitantem se habet Spiritum meum, Spiritum Sanctum, qui omnem docet et suggerit veritatem.

Joann. xiv, 26; xvi, 13.

Conclusio. — Tunc repente quasi ex persona Ecclesiæ insonuit vox interioribus auribus Fratris : « Audi, fili mi, voces et gemitus matris tuæ, perpende singultus et lamentationes dolorosissimæ, fidelissimæ et affectuosissimæ matris. Pungunt et penetrant me intolerabiles amarissimique dolores, ipsis quoque inferni doloribus quodammodo graviores. Nonne dolor compassionis frequenter excedit dolorem passionis, quemadmodum et in Sponso ac Domino meo propter me et vos cruci affixo? Qualiter putas me excruciaci, affligi, imo doloribus absorberi, dum recolo qualis fuerim olim, quam gloriosa, potens et inclyta, omnibus divinorum charismatum affluentis decorata, toto orbe terrarum longe ac late diffusa, sanctis prælatis undique fulgens, strenuissimis ac virtuosis principibus gaudens, et per eos de adversariis meis præclare triumphans, innumerabilibus turmis devotissimorum religiosorum utriusque sexus coruscans, collegiis quoque innumeris et personis constitutis in sacris Ordinibus, in timore Dei et observantia regulari conversantibus, perornata? Ex quibus omnibus plebs communis mirabiliter ac salubriter ædificabatur, et numero ac merito crevit, in tantum quod et infideles passim et undique convertebantur ad Christum, et mihi incorporabantur. Insuper in quatuor Mendicantium ordinibus gloriabar, in quibus abundavi personis litteratis ac fervidis, regulariter exemplariterque viventibus, per quas saluberrime fructificavi ad conversionem, profectum ac beatitudinem plurimorum. Sed, heu, heu, heu! jam omnia sunt eversa, deformata et lapsa. Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Et ego ipsa olim tam gratiosa et pulchra, tam potens ac splendida, deformis effecta sum, exsanguis et hispida,

Thren. iv, 1.

A egena, infirma et conculcata, atque ad hunc angulum occidentis redacta et coarctata. Nec tanta mea calamitas, angustiatio et pressura sufficit hostibus meis: quin imo in hoc etiam angulo me conantur opprimere et delere. Jam quatuor patriarchales amisi Ecclesias, et perfidi illi Romanæ quoque Sedis locum et urbem præsumunt adipisci ac demoliri.

« Præterea hoc nunc super omnia me contristat, et viscera caritatis ac pietatis meæ transfodit, dilacerat et extorquet, quod non obstantibus tot ac tantis adversitatibus, cladibus et dimembrationibus mei, video filios meos contra se invicem inflammari, dissidere, confligere, sicque hostium suorum manus juvare, ac illis cooperari in diminutione conculcationeque mei, imo in dilaniando et persequendo me matrem suam mœstissimam. Nunc ergo, o filii, redite ad cor, audite me et acquiescite mihi. Ignoscite mutuo, et causas vestras secundum tenorem justitiæ prosequamini caritative, confugiendo ad superioris vestri iudicium, id est Romani Pontificis, aut synodi generalis, quæ certe a Spiritu Sancto dirigitur. Nolite me matrem vestram in filiis meis, proximis vestris, igne et gladio devastare, egenos opprimere ac invicem trucidare. Imo potius per veram contritionem reconciliamini Deo, et condolete proximis et confidelibus vestris, qui ab infidelibus et tyrannis sævissimis quotidie devorantur, gladio, fame, captivitate, tributo vastantur. Quorum filii et filiæ adhuc infantes ad infidelium terras mittuntur, quatenus a sanctissima atque mundissima Christi lege abstracti, imbuantur lege, imo turpissima fæce, superstitionis figmentis, falsissimisque doctrinis spurcissimi ac immundissimi Mahometi. Hanc fidelissimæ ac desolatissimæ matris vestræ benignæ admonitionem granter obedienterque suscipite et implete ». Ad laudem et gloriam Omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

FINIS.

www.libtool.com.cn

**DE AUCTORITATE
SUMMI PONTIFICIS ET GENERALIS CONCILII
LIBRI TRES**

www.libtool.com.cn

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO D. THEODORICO HEZIO, THEOLOGO, ETC.,
CATHEDRALIS ECCLESIAE S. LAMBERTI LEODIENSIS CANONICO, ETC., LONGE DI-
GNISSIMO, F. THEODORICUS LOER A STRATIS, ORDINIS ET DOMUS CARTUSIENSIS
IN COLONIA HUMILIS MONACHUS ET VICARIUS, S. P. D.

PONTIFICIS maximi, Romani (inquam) Præsulis, super universalem Eccle-
siam unica summaque potestas, mi Hezi, cognate conjunctissime, tot tan-
tisque utriusque Testamenti exemplis, auctoritatibus et rationibus firmata
et comprobata est, priscorumque Patrum eruditissimorum juxta et sanctissimorum
sententiis asserta, argumentis efficacissimis defensa, ut communis omnium vere
orthodoxorum consensus subrepserit, et hactenus universi populi christiani con-
suetudo habeat, credat et observet, ipsum summum Ecclesiae Antistitem, Petri
successorem, Christi in terris vicarium a Deo ipso institutum, plenam in omnes
gentes et nationes ac super universum clerum et populum gerere potestatem : adeo
ut nemo sanæ mentis et compos rationis infitiri queat, ipsum unicum esse prin-
cipem qui cuncta moderetur, ad quem inferiores episcopi recurrant, cujus au-
ctoritate concilia (si quæ fieri debeant legitima) convocentur, et quæ ad bonum
reipublicæ, christianæ fidei et Ecclesiae defensionem morumque correctionem spe-
cent, salubriter statuuntur. Quæ omnia etsi ex sacris Litteris prodita sint, plu-
rimi tamen hujus nostri sæculi pene ferrei perfricta fronte nihil reformidant
omnibus viribus ad hoc eniti, ut hanc pontificiam majestatem labefactent et pe-
nitent evertant. Ad quod errores, non modo Græcorum, sed et Latinorum, nempe
Hussitarum et Wicleffistarum, atque id genus plurium hæreticorum olim publice
cum suis auctoribus damnatos, excitare satagunt. Porro nunc omnes episcopos et
sacerdotes pares inter se esse facultate contendunt ; nunc vero, veluti sui ipsius
et assertorum obliti, continuo eos omni auctoritate privant, laicos eisdem non in-
feriores esse asserentes, quos et generatim omnes hoc honore dignantur ; rursus
summum sacerdotium nihil nisi meram tyrannidem blasphemantes, multis calum-
niis et injuriis afficiunt. Hi tamen nullam assertorum rationem qua fulciantur,
afferre queunt, nullumve ex sacris Litteris locum cui nitantur, indicant ; sed sua
temeritate impudenter asserunt quæ nunquam probare poterunt. Quin potius con-
tra, rationi consentaneum est ut sit unus aliquis monarcha unumve aliquod caput
primarium in populo christiano, ad quod causæ magis ambiguæ et difficiliore
referantur : quemadmodum olim Judæis constitutum erat, ut veteris legis historia
recenset, arduiora ad summum sacerdotem referre, cujus judicio et decreto stan-
dum erat. Christus proinde, viventis Dei Filius, legifer noster et summus secun-
dum ordinem Melchisedech sacerdos, ubi corporalem præsentiam suam mundo
subtrahere statuisset, noluit tamen [eum] sine capite vicario relinquere, ut nobiscum
maneret ejus auctoritas cunctis diebus usque ad consummationem sæculi. Hinc
jure optimo et benigna sua providentia actum est, ut nobis de opportuno provide-
ret vicario : quem Petrum constituit, eidem claves regni cœlorum promittens ob

Deut. xvii,
8-11.

Matth. xvi,
18, 19.

Joann. fidei confessionem, ac tandem post multiplicis caritatis protestationem tribuens, ad
xvi, 15-17. **Ecclesiæ utilitatem et necessitatem.**

Matth. Quamvis itaque de Petri ejusque successorum potestate plenissima illi a Chri-
xvi, 18. sto collata apertissimæ sint Scripturarum auctoritates non paucæ, quibus identidem
flendum præfiguraretur, promitteretur, et jam factum testaretur; varie tamen de
hac pro ingeniorum varietate disceptatum est. At quoties hæc quæstio in dubium
et controversiam revocata fuit, toties, imo semper determinatum est pro sancta
Sede apostolica et ejus auctoritate: adversariorum assertis reprobatis et prorsus
rejectis; machinis, arietibus et tormentis quibus hanc Sedem impetere et subruere
statuebant, divulsis et amotis, ut perpetuo inconcussa permaneat, nempe contra
quam nec potestates aeris in cœlestibus nec portæ inferi prævalebunt. Et ne propu-
gnatorum hujus sanctæ Sedis omnium omnia vetustissima in medium afferam mo-
numenta, instituti mei est, mi cognatè, tibi non modo nostri Dionysii a Rickel libros
de Vita et regimine præsulum et Officio archidiaconorum, de Vita canonicorum et
curatorum cum reliquis omnibus subsequentibus in hoc primo tomo nuncupatim
dedicare; sed (quod præcipuum est) quam maxime doctissimos tres libros de Sum-
mi Pontificis et conciliorum generalium jurisdictione et auctoritate: quos hocce
tempore tuo nomini consecratos, evulgandos opportune censuimus commendare,
nihil subdubitans eos tum liberiores fore a Theoninis dentibus, si tam rabidi canes
tui patrocini virga arceantur. Neque erit admodum grave tibi consummato theologo
et jurium perito, protonotario et scriptori apostolico, sanctissimi domini nostri
Papæ acolytho in Romana curia diu versato, ejus doctrinam tueri, quæ nihil
habet quod non ex sacris Litteris aut priscorum Patrum decretis et doctorum
scriptis profectum sit. Cujus rei mecum testes sunt tres eruditissimi in theologia
et juribus summi, quorum examini, ne quid temere agerem, commissa est. Et
argumentum quod tractat, a Neotericis haud est neglectum. Ubi equidem libros
hos Dionysii nostri, ut multos alios pertranseam, cum reverendissimi patris et
domini D. Thomæ Cajetani cardinalis S. Sixti, ex Ordine Prædicatorum, libro
de Comparatione auctoritatis Papæ et concilii seu Ecclesiæ universalis contuleris,
absque negotio intelliges hunc ab illius sententia non abesse: nisi quod quisque
suo tempore, stilo, phrasi, modo et ratione tractandi, inservierit. Veluti etiam
causa et occasio alia et alia fuit, licet eadem utrique intentio, nempe defensandi
veram, unicam summamque Romani Pontificis super universalem Ecclesiam ma-
jestatem, dignitatem et potestatem. In quo si tum ille errasse diceretur, hic jam
acerrimus defensor, utriusque communem sententiam tutabitur. Promptiorem vero
animum defensandi Dionysium in te non desidero, quam hactenus in me et
totum Ordinem nostrum multiplici benevolentia et largissimis declarasti bene-
ficiis, quibus nos totos tibi devinxisti. Possem hic quoque non paucas assignare
rationes cur hic honor quam maxime tibi a me deferri debuerit, ut inter plurimos
nobilitate, dignitate, animæ et corporis dotibus præclarissimos viros Dionysio
faventes, te impræsentiarum delegerim Mæcenatem et horum præfatorum libro-
rum patronum, nisi vererer rursus abs te inculpari ac [si] plus satis te commendasse
velim, qui mavis reipsa omnibus honoribus dignus esse, quam verbis ampullosis
præconizari et extolli. Cur alioqui subticere tuum amicum sincerumque in me

animum et pium affectum, quem multiplicibus beneficiis dulcissimisque ad me epistolis sæpe declarasti, multoque tuo consilio, quo ut non rarerent ita quoque prudenter mihi meisque profuisti? Ne interim, quod semper pro tua humilitate vitas, nimius sim mortalium laudator, hoc unico omnia involvam verbulo, te tanti abs me aestimari tantumque amari, ut reer nunquam satis te commendari posse : siquidem per publicam famam non ignoremus te sic laude dignis præcellere, ut facile sis extra laudis aleam collocandus : in quo sic ex æquo virtus cum scientia pugnet, ut in re neutra parem habere videaris. Atque hinc est quod te docti et indocti, nobiles et ignobiles, sæculares et spirituales, non modo infimi et medii, verum etiam summates et principes, non secus atque unum ex paucissimis colant, ament et observent ; imo quem perinde habent de quo vere dici queat, σοφός : qui sic prudentiæ eruditionem et miræ vitæ candorem, divino munere (cui omnia accepta referre debes) undecumque copulasti, ut sis in quem solum, in solatium multorum, longa desideretur vita. Vale, felix mi omnium amantissime cognate, et perge promovere Dionysium, tuumque amare pauperem cognatum, ut hactenus solitus es. Ex Agrippinensi nostra Cartusia, ipsis S. Barbaræ, nostræ Domus singularis patronæ, feriis, anno MDXXXI.

www.libtool.com.cn

DE AUCTORITATE

SUMMI PONTIFICIS ET GENERALIS CONCILII

LIBER PRIMUS¹

PROCEMIUM.

CONFITEOR tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Etiam, Pater, quia sic placuit ante te. Luc. x, 21.

Hæc sunt verba unigeniti Filii Dei ad Patrem æternum scripta, in quibus Christus secundum naturam assumptam gratias agit Patri æterno, eo quod sua supernaturalia documenta, utputa fidei christianæ mysteria legisque evangelicæ sacramenta, humilibus revelavit, quæ « sapientibus » atque « prudentibus », id est superbis, qui in oculis propriis magni et docti sunt, occultavit. Quemadmodum enim humilitas efficit mentem divinæ illustrationis capacem, quia substernit et subjicit eam Deo altissimo ; ita superbia facit eam ad suscipienda gratiarum charismata prorsus indignam, eo quod reddat eam Creatori suo inobedientem atque rebellem. Hinc scriptum est : Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam, quoniam ab humilibus honoratur. In eodem quoque libro habetur : Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quod verbum tanti est ponderis, ut sacratissimi apostoli Petrus et Jacobus illud allegent in scriptis suis canonicis. Itaque

A qui sapientiæ dono perfundi, qui desuper illustrari ac edoceri, qui incerta et occulta sapientiæ Dei sibi manifestari desiderat, humilitate se vestiat, imò in omnibus profundissime se ipsum humiliet. Ps. l, 8.

Denique, sicut in exordio primitivæ Ecclesiæ Deus omnipotens per humillimos Christi discipulos, sanctos Apostolos, fidem ac legem evangelicam in toto orbe disseminavit, plantavit, firmavit ; sic usque in præsens per tales hanc ipsam fidem ac legem sanctissimam in suo conservavit vigore, ita ut nec a tyrannis, neque ab hæreticis, neque a falsis fratribus potuerit hæc fides et lex extirpari. Unde sperandum est quod nunc quoque similiter suæ succurret Ecclesiæ, ecclesiasticam unitatem reformando in ea.

ARTICULUS PRIMUS.

De motivo editionis hujus tractatus.

QUARTO capitulo de Divinis nominibus magnus ille theologus S. Dionysius protestatur : Bonitas divina dicitur lumen, ex propria plenitudine omnem mentem illuminans, et intellectualia ac rationalia, scilicet angelos et homines, in superfuso radio congregans et concordans. Quemadmodum enim ignorantia (seu ratio huma-

¹ Ex editione Coloniensi Joannis Soteris, 1532.

Eccli. iii, 21.

roc. iii, 34; t. XIII, 594 A.

Jacob. iv, 1 Petr. 5.

na in quantum est defectiva) est divisiva ab invicem eorum qui ducti sunt in errores multiplices, ut in hæreticorum et schismaticorum multitudine constat; ita præsentia sive infusio lucis divinæ, est coadunativa eorum qui illustrantur, et conversiva seu reductiva eorum a multis opinionibus ad unam, veram, consistentem, divinam et inviolabilem veritatem.

Itaque causa tam variarum tamque discordantium opinionum in his quæ statum Ecclesiæ et animarum concernunt salutem, est carentia illustrationis supernæ: B quam Deus sublimis et benedictus jam justo iudicio subtrahit multis, quia indigni sunt ea. Hinc contra se mutuo altercantur, unusque alterum damnat, hæreticum atque schismaticum nominat. Hinc fidelibus, ne in huiusmodi schisma labantur, maxime necessaria est illuminatio instructioque divina, ut naturale lumen rationis per lumen gratiæ confortetur, atque directione Sancti Spiritus in omnibus concordent. Quod universis Christifidelibus summe necessarium esse cognoscens Apostolus, ait et orat: Deus patientiæ et solatii det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi. Et iterum Philippenses affectuosissime exhortatur: Si qua consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera misericordiæ, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, unanimes, id ipsum sentientes, nihil agentes per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum.

Præterea, quia nunc, proh dolor! in Ecclesia Dei periculosissimum schisma emersit, in quo opiniones multifarie dissentientes nascuntur, quibusdam quasi pro Papa loquentibus atque scribentibus, aliis vero quasi pro concilio verbo et scripto agentibus, quorum tamen diversificatio in hoc præsertim consistit, quod una pars

A dicit Papam esse supra concilium, alia autem affirmat quod concilium sit supra Papam; idcirco de hac re quod Spiritus Sanctus, Spiritus utique veritatis et pietatis, dignatus est aut dare dignabitur, scribere cogitavi, tanto humiliter hoc ipsum exordiens, tantoque minus de viribus meis præsumens, quanto minorem me esse cognosco et impotentior ad ista, quanto etiam difficilior præsens exstat materia: nempe altissimum et vere arduissimum est istud negotium, nec sine specialissima ope ac gratia Spiritus Sancti poterit expediri. Ejus ergo illuminationem, directionem et confortationem in cunctis cordialissime invoco, qui naturaliter bonus est, infiniteque pius, dulcis et liberalis.

ARTICULUS II.

De universali auctoritate ac præsentia Papæ super totam Ecclesiam, seu universos fideles simul acceptos, secundum sanctos catholicosque Doctores, tam Græcos quam Latinos.

C **E**ORUM qui nunc pro Basileensi seu etiam pro quocumque generali concilio loquuntur et scribunt, aliqui dicunt, quod Papa pro tanto summus Pontifex appellatur, et plenitudinem potestatis habere asseritur, quia quamcumque particularem Ecclesiam habet purgare, illuminare atque perficere, et super quamlibet ecclesiasticam personam potestatem plenam sortitur: quasi non et totam Ecclesiam simul sumptam habeat tanquam verus pastor ipsius purgare, illuminare, perficere, et quasi non omnibus simul acceptis fidelibus præsit, nec super omnes pariter potestatem jurisdictionemque habeat. Videntur autem hi valde extremi in causa hac, atque potestati papali ac dignitati in aliquo derogare, sive quodammodo contraire: sicut et quidam illorum qui quasi pro Papa loquuntur et scribunt, videntur nimis multum attribuere Papæ, dicentes quod a nullo in terra, neque a generali concilio legitime congregato, queat judi-

Rom. xv,
5, 6.

Philipp.
ii, 1-4.

cari, reprobari, absolvi, quoniam potestatem in terra super his non habet majorem.

Unde inter hos ita extremos, videtur media via procedendum: sicque extollenda est summi Pontificis dignitas ac potestas, ut generalium conciliorum auctoritati nullatenus derogetur; et insuper sic præconizanda et magnificanda est generalium conciliorum auctoritas, ut potestati et excellentiæ Papæ nil detrahatur. Et quis ad hæc tam idoneus, nisi quem superclementissimus ille paracletus Spiritus Sanctus, **B** cuius inspiratio dat intelligentiam, gratiose ac vehementer adjuverit, qui ab exordio infirma, abjecta et stulta mundi elegit, ut (juxta Apostolum) sapientes et fortes confundat? In cujus pietate atque subsidio tota mea fiducia est. Unde nec præsumptionis me arbitror arguendum, quod scribere ista tentaverim, præsertim quum in defensione veritatis fidei et eorum quæ fidem concernunt, omnes simus æquales, ut asserit Augustinus et Thomas allegat.

Nunc ergo, juxta tenorem articuli hujus, **C** probandum per testes idoneos sanctosque Doctores ac Patres, quod Papa toti et universali Ecclesiæ præsit, sitque pastor, princeps, caput et dux super eam, summi pontificii sui potestatem, et jurisdictionem ordinatam ordinate possidens super ipsam: ita quod ratione commissi sibi a Christo officii habet totam Ecclesiam purgare, illuminare, perficere, seu verbo et opere pascere, quantum ipsi possibile fuerit; et quod per se nequit implere, aliis de se committere, mediate vel immediate: **D** qui idcirco in partem sollicitudinis vocari dicuntur.

Ait quippe Chrysostomus super illud, Sequere me: Si dixerit aliquis, Qualiter ergo Jacobus thronum assumpsit Jerosolymorum? illud utique dicam, quoniam Christus Petrum orbis terrarum inthronizavit magistrum. Et iterum ait ibidem Chrysostomus: Magna Christus Petro prædixit, et orbem terrarum ei commisit. Theophilus quoque circa eundem locum testatur: In

hoc quod Dominus dicit Petro, Sequere me, cunctorum fidelium ei prælaturam instituit. Et denuo in persona Christi ait ad Petrum: Te nunc dirigo ad orbis pontificatum. Præterea, super illud, Dicit Simoni Petro Jesus, scribit Theophilus: Commissionem ovium mundi commendat Petro, et non alii. Ubi et Chrysostomus ait: Præteriens Dominus alios, Petro de talibus loquitur, puta de suis ovibus pascendis: eximius enim Apostolorum erat Petrus, et os discipulorum, et vertex collegii. Augustinus etiam dicit ibidem: Confidenti Petro amorem suum commendat Christus oves suas, dicens, Pasce agnos meos: tanquam non esset ubi ostenderet Petrus amorem suum ad Christum, nisi esset pastor fidelis sub principe pastorum.

Denique, super illud, Sedens Jesus docebat de navicula turbas, tangit Ambrosius, quod tota Ecclesia navis est Petri, et quod non turbatur illa quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet. Amplius, super illud, Assumpsit Jesus Petrum et **C** Jacobum et Joannem, asserit Damascenus: Petrum assumpsit, quasi præsidem futurum totius Ecclesiæ; sed Jacobum assumpsit, tanquam moriturum pro Christo ante alios Apostolos; Joannem vero, tanquam theologiæ purissimum organum. Similiter super illud, Faciamus hic tria tabernacula, **D** Damascenus disseruit: Non te, o Petre, Dominus tabernaculorum sed universalis Ecclesiæ constructorem constituit.

Adhuc autem, super illud, Intuitus eum (scilicet Petrum) Jesus dixit, scribit Beda: Intuitus est eum non exterioribus oculis solum, sed et æterno divinitatis intuitu vidit cordis ejus simplicitatem et animi sublimitatem, cujus merito toti præferendus esset Ecclesiæ. Præterea, super illud, Ait autem ei (scilicet Christo) Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? ait Theophilus: Petrus, cui jam commissa Ecclesia fuerat, quasi omnium curam gerens, inquit. At vero super illud, Dicit Petro ancilla ostiaria, scribit Chrysostomus: Petrus orbis terrarum doctor

Joann. xxi,
15-17.

Luc. v, 3.

Ibid. ix, 28.

Ibid. 22.

Joann. 4,
42.

Luc. xii, 41.

Joann.
xviii, 17.

Job xxxii, 8.

1 Cor. i, 27.

Joann. xxi,
19.

et magister peccavit ; homo passibilis su-
per omnes homines ordinatur, ut dum ipse
in aliis suas recolit passiones, mitem eis
se præbeat et benignum. Insuper, super
illud, Ascendit Simon Petrus, et traxit re-
te, etc., ait Gregorius : Petro sancta Eccle-
sia est commissa ; ipsi specialiter dicitur :

Joann.
xxi, 11.

Ibid. 17. Pasce oves meas.

Luc. xxii, 32. Porro, super illud, Ego pro te rogavi ut non deficiat fides tua, Theophilus in perso-

Ibidem.

na Christi loquitur Petro : Tu aliquando conversus confirma fratres tuos ; quasi dicat : Postquam me negato ploraveris ac pœnitueris, corrobora ceteros ; hoc enim te decet, qui meum robur es ac petra Ecclesiae. Hoc autem, ait Theophilus, intelligendum est non solum de Apostolis qui tunc erant, ut roborarentur a Petro, sed et de omnibus qui usque in finem mundi futuri sunt fidelibus.

Joann. xxi, 17.

Postremo, quidam devotus Ordinis nostri, tertio volumine Vitæ Jesu Christi conscripsit : Pastorem omnium fidelium, Apostolorumque principem, ac summum vicarium in tota Ecclesia Christus Petrum C præfecit, quum ei dixit : Pasce oves meas.

Ex quibus omnibus auctoritatibus præinductis sapienter pensatis, clarissime atque certissime patet, quod Papa toti Ecclesiae præsidet, seu cunctis fidelibus simul sumptis, summam, plenam ac pontificalem auctoritatem ac præsentiam, potestatem et prælationem habens divinitus super eam in terris, tamen sub Christo, et secundum mensuram ac legem sibi a Christo præfixam, videlicet in his quæ ad pontificii sui officium seu magisterium pertinent : ita quod in talibus Papa est inter Christum cælo præsentem et totam Ecclesiam in terris peregrinantem, medius et sequester, tanquam immediatus et proprius Christi vicarius, ac totius Ecclesiae universalis pastor ac pontifex, princeps, iudex et præses. Quemadmodum enim quicumque episcopus Papæ subjectus, ad suam particularem Ecclesiam, quam totam juxta officii sui exigentiam habet purgare, illuminare, perficere, gubernare et judi-

care, ita dominus Papa ad totam comparatur Ecclesiam. Partes autem non constituunt totum nisi simul sumptæ, quum dicat Boetius : In entibus aggregatis unio est forma. Sed et facile est probare, quod si Papa omnem seu quamcumque particularem Ecclesiam habet purgare, illuminare, perficere, etiam universalem et totam Ecclesiam habet purgare, illuminare, perficere. Unde eo ipso quo Papa est summus communisque pastor et pontifex totius Ecclesiae, habet totam Ecclesiam, quantum ipsi possibile est, verbo et doctrina modisque aliis pascere, purgare, illuminare, perficere.

Convocatio quoque seu consistentia generalis concilii non derogat potestati papali, nec sedente generali concilio Papa desinit esse Papa ratione residentiae concilii. Unde nec desinit esse summus prælatus, pastor et caput Ecclesiae in hoc mundo : quamvis pro tunc quantum ad aliqua aliter habere se debet quam temporibus aliis. Sed hoc nunc tetigisse sufficiat, quoniam id (Spiritu Sancto præstante) clarius est pandendum. Ceterum palam est, ea quæ de Petri auctoritate et præsentia dicta sunt, de successoribus quoque ipsius debere intelligi.

ARTICULUS III.

De mirabili excellentia et plenitudine potestatis domini Papæ, ex verbis S. Bernardi ad Eugenium Papam, ex quibus præhabita confirmantur.

SECUNDO libro de Consideratione devotissimus ille Bernardus ad Eugenium Papam loquitur : Parem super terram non habes. Si ergo Papa super terram parem non habet, quem habet majorem ? Sed hoc infra magis tractandum est.

Insuper scribit Bernardus Eugenio Papæ : Indagemus diligentius quis sis, quam geras pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es ? Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps episcoporum, tu heres Apostolorum ; tu primatu es Abel,

gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves traditæ, cui oves creditæ sunt. Sunt quidem et alii cœli janitores et gregum pastores; sed tu tanto gloriosius quanto et differentius utrumque præ ceteris nomen hereditasti. Habent illi assignatos sibi greges, singuli singulos; tibi universi sunt crediti. Nec modo ovium, sed et pastorum tu unus omnium es pastor. Unde id problem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolute et indiscrete totæ commissæ sunt oves? Si amas me, Petre, pasce oves meas. Quas? Illius vel illius populos civitatis aut regionis, aut certe regni? Oves meas, inquit. Cui non planum non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur ubi distinguitur nihil. Et forte præsentis condiscipuli ceteri erant, quum committens uni, unitatem omnibus commendaret et in uno grege et uno pastore, secundum illud: Una est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Ubi unitas, ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, sed divisionem, recedentes ab unitate. Inde est quod alii singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentum. Denique Jacobus, qui videbatur columna Ecclesiæ, una contentus est Jerosolyma, Petro universitatem cedens: quo cedente, quis alter ingerat se Petri prærogativæ? Ergo, juxta canones tuos, alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis limitibus coarctatur; tua extenditur in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nonne, si causa existiterit, tu episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere et etiam Satanæ tradere potes? Stat ergo inconcussum privilegium tuum tibi, tam in datis clavibus quam in ovibus commendatis.

Accipe aliud quod nihilo minus prærogativam confirmat. Discipuli navigabant, et Dominus apparebat in littore. Sciens

Petrus quia Dominus est, in mare se misit, et sic venit ad ipsum, aliis navigio pervenientibus. Quid istud? Nempe signum est singularis pontificii Petri, per quod non navem unam, ut ceteri quique suam, sed sæculum ipsum susceperit gubernandum: mare enim sæculum est; naves, Ecclesiæ. Inde est quod altera vice instar Domini gradiens super aquas, unicum se Christi vicarium designavit, qui non uni populo, sed cunctis præesse deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Ita, quum quisque ceterorum habeat suam, tibi una commissæ est grandissima navis facta ex omnibus, ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa; tibi mundus est creditus, et omnium Ecclesiarum sollicitudo relicta est tibi.

Nonne ex his beatissimi illuminatissimi-que Bernardi eloquiis luce clarius constat, quod totius Ecclesiæ pariter sumptæ Papa sit pastor, prælatus et pontifex, habens eam dirigere, gubernare, illuminare, perficere, atque eidem pro viribus per se et coadjutores suos sollicite providere?

Elucescit demum ex dictis, quod universæ principales dignitates ac potestates ecclesiasticæ, utputa primatus, patriarchatus, episcopatus, ordo, auctoritas judiciaria et papatus, in summo Pontifice continentur. Sed de hoc infra clarius est tractandum.

ARTICULUS IV.

De potestate, dignitate ac præsidentia Papæ, secundum Thomam in Summa contra gentiles et super secundum Sententiarum.

SANCTUS Thomas quarto libro Summæ suæ contra gentiles, de ista materia inter cetera scribit: Manifestum est quod quamvis populi fideles distinguantur per diversas dioceses et civitates, tamen sicut una est Ecclesia, ita oportet esse unum populum christianum. Sicut ergo in uno speciali populo unius particularis Ecclesiæ requiritur unus episcopus qui sit totius illius populi caput, ita in toto populo

Matth. xiv,
23 et seq.

Apoc. xvii,
1, 15.

Joann. xxi,
17.

Cant. vi. 8.

Galat. ii. 9.

Decret. p.
1, caus. 3,
1, 6, c. 8.

Joann. xxi,
1 et seq.

christiano requiritur quod sit unus, totius A
Ecclesiae caput, scilicet Papa. Præterea, ad
unitatem Ecclesiae requiritur quod omnes
fideles in fide conveniant. Circa vero ea
quæ fidei sunt, contingit quæstiones mo-
veri; per diversitatem autem sententia-
rum divideretur Ecclesia, nisi in unitate
per unius sententiam conservaretur: oportet
ergo quod sit unus qui toti Ecclesiae
præsit. Manifestum est autem quod Christi-
tus Ecclesiae in necessariis non defuit,
quam dilexit, et pro ea sanguinem suum
fudit, quum et de Synagoga dicatur per
Ia. v. 4. Dominum: Quid ultra debui facere vineæ
meæ, et non feci? Non est ergo dubitan-
dum quin ex ordinatione Christi unus
toti Ecclesiae præsit. Præterea, nulli du-
bium esse debet quin Ecclesiae regnum sit
optime ordinatum, utpote per eum dispo-
situm per quem reges regnant et legum
conditores recta decernunt. Optimum autem
regnum multitudinis est ut regatur
per unum: quod patet ex fine regentis.
Pax enim et unitas subditorum est finis
regentis. Unitatis autem congruentior cau-
sa est unus quam multi. Manifestum est
ergo regnum Ecclesiae sic esse dispositum,
ut unus toti Ecclesiae præsit seu universis
præsideat.

Si autem quis dicat, quod unum caput
et unus pastor est Christus, qui est unus
unius Ecclesiae sponsus, non sufficienter
respondet. Manifestum est enim quod om-
nia ecclesiastica sacramenta ipse Christus
perficit: ipse est enim qui baptizat, ipse
qui peccata remittit, ipse est verus sacer-
dos, qui se obtulit in ara crucis, et cujus
virtute corpus ejus in altari quotidie con-
secratur; et tamen, quoniam corporaliter
non erat cum omnibus fidelibus perman-
surus præsentialiter, elegit ministros, per
quos prædicta sacramenta fidelibus dis-
pensaret. Eadem ergo ratione, quia præ-
sentiam corporalem erat Ecclesiae subtra-
cturus, oportuit ut alicui committeret qui
loco sui, universalis Ecclesiae gereret cu-
ram. Hinc est quod Petro dixit ante ascen-
sionem, Pasce oves meas; et ante passi-

Joann. xxi,
17.

onem, Tu aliquando conversus confirma
fratres tuos; et ei soli promisit, Tibi dabo
claves regni cælorum, ut ostenderetur po-
testas clavium per eum ad alios derivanda,
ad conservandum Ecclesiae unitatem. —
Non autem dici potest, quod etsi Petro
dignitatem hanc dederit, non tamen ad
alios per eum derivatur. Manifestum est
enim quod Christus Ecclesiam sic insti-
tuit, ut esset usque ad finem sæculi dura-
tura, secundum illud: Super solium David
et super regnum ejus sedebit, ut confirmet
illud et corroboret in iudicio et iustitia,
amodo et usque in sempiternum. Mani-
festum est ergo quod ita illos qui tunc
erant in ministerio constituit, ut eorum
potestas derivaretur ad posteros pro utili-
tate Ecclesiae usque ad sæculi finem, præ-
sertim quum ipse dicat: Ecce ego vo-
biscum sum omnibus diebus usque ad
consummationem sæculi. Per hoc autem
excluditur præsumptuosus error quorum-
dam, qui se subducere nituntur ab obe-
dientia et correctione Petri, successorem
ejus, Romanum Pontificem, universalis Ec-
clesiae pastorem esse non recognoscentes.

Hæc omnia sunt verba Thomæ loco præ-
allegato: in quibus clarissime asseritur et
probatur, quod Papa universæ præsit Ec-
clesiæ, et toti multitudini Christianorum
præsideat. Quo patet, quod non solum
quæcumque particularem Ecclesiam ha-
beat purgare, illuminare, perficere, gu-
bernare et iudicare, sed etiam universalem
ac totam, ex omnibus resultantem seu
adunatam. Verumtamen in his verbis Tho-
mæ præhabitis aliqua continentur quæ
sanum requirunt intellectum, ut quod ait
Christum soli Petro promisisse, Tibi dabo
claves regni cælorum; et quod potestas
clavium per eum ad alios derivata sit.
Hoc quippe quidam sic accipi volunt, quod
et ceteri quoque Apostoli a Petro et per
Petrum, et non immediate a Christo, po-
testatem clavium sint sortiti. Idcirco de
hoc infra plenius loqui oportet.

Amplius, super secundum Sententiarum,
distinctione ultima, asserit Thomas, quod

Ephes. v,
25.

Prov. viii,
15.

Luc. xii,
32.
Math.
xvii, 19.

Ia. ii, 7.

Math.
xxviii, 20.

Ibid
xvii, 19

potestas superior atque inferior dupliciter se habent ad invicem. Aut ita, quod potestas inferior ex toto oriatur a potestate superiori : et tunc tota virtus inferioris fundatur super virtutem superioris. Et ita se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam ; sic etiam se habet potestas Imperatoris ad potestatem proconsulis, itemque potestas Papæ ad omnem spirituales potestatem in Ecclesia, quia ab ipso Papa gradus dignitatum diversi in Ecclesia et disponuntur et ordinantur : unde ejus potestas est quoddam Ecclesiæ fundamentum. Secundo, potestas superior et inferior ita se habent, quod ambæ oriuntur ex una quadam summa potestate, quæ unam alteri subdit secundum quod vult : et tunc una non est superior alia nisi in quibus una supponitur alteri a suprema potestate. Sicque se habent potestates archiepiscopi atque episcopi, descendentes a Papæ potestate. — Hæc eadem Durandus de S. Portiano scribit super secundum Sententiarum.

Insuper asserit Thomas, quod spirituali potestati sæcularis potestas in Papa conjungitur, qui utriusque potestatis (videlicet spiritualis et sæcularis) plenitudinem tenet et apicem. Unde, si rationabile esse perspexerit, regem ignavum poterit regno privare, et digniori illud præstare, sicut constat aliquoties peractum, prout infra clarius deducetur. — Postremo et hoc plenius infra scrutandum ac discutiendum est, quod Thomas affirmat omnem spiritualem Ecclesiæ potestatem ex toto a Papa oriri.

ARTICULUS V.

De dispositione ecclesiasticæ hierarchiæ instar hierarchiæ angelicæ, secundum divum Dionysium, S. Bernardum, B. Thomam et Hugonem de S. Victore : ex quibus probatur, quod in tota Ecclesia unus summus præsideat Pontifex.

PRIMO capitulo Angelicæ hierarchiæ magnus Dionysius ait : Sancta ordinatio Dei dignata est facere nostram sanctis-

simam hierarchiam imitatricem angelicæ hierarchiæ. Et denuo : Ordinationes, inquit, congregationum sensibilibus ordinate dispositarum, imagines sunt ordinationum quæ sunt in cœlestibus ordinibus ad Dei imitationem ordinatis. — Itaque, sicut in tota triumphanti Ecclesia atque in tota angelica hierarchia est unus summus omnibus præsidens, scilicet Deus ; ita in militanti Ecclesia seu ecclesiastica hierarchia est unus summus Christi et Dei vicarius, universis et singulis fidelibus, utputa toti et universali Ecclesiæ, præsidens, scilicet Papa.

Porro, ut tertio capitulo Angelicæ hierarchiæ Dionysius docet, hierarchia est sancta rationalium personarum congregatio, per gradus atque officia ordinate distincta, cum scientia et operatione sibi competentibus, ad Dei conformitatem prout ipsi possibile est assimilata, atque per illuminationes sibi divinitus infusas, juxta uniuscujusque capacitatem ad Dei imitationem sursumacta. Eodem autem capitulo testatur : Ordo hierarchiæ est, alios purgare, alios purgari ; alios illuminare, alios illuminari ; alios perficere, alios perfici. Quorum vero sit purgare, illuminare, perficere, quorum item purgari, illuminari, perfici, ibidem docet : Ordo (inquiens) hierarchiæ est, ut inferiores purgentur, illuminentur et perficiantur ; superiores vero purgent, illuminent atque perficiant inferiores suos. Unde et octavo Angelicæ hierarchiæ capitulo ait : Generaliter a Deo ordinatum est ut inferiores per superiores participent illuminationibus divinis. —

Itaque ex his certissime innotescit, quod eo ipso quo Papa toti præest Ecclesiæ simul acceptæ, quemadmodum Deus toti cœlesti præsidet curiæ simul sumptæ, competit Papæ ratione sui officii totam Ecclesiam purgare, illuminare, perficere, gubernare et judicare, plenam habenti potestatem et jurisdictionem super eam ; tamen secundum mensuram et legem sibi divinitus præstitutam, cui subjici debet : a qua si recedat, obediendum est Deo magis quam ipsi.

Cf. t. XV.
p. 60 D.

Præterea his concordat quod tertio libro **A** vis multa pulchra de hac ipsa conscribit materia : quæ brevitati studens omitto, præsertim quum ad demonstrandum propositum ista sufficere et supersufficere videantur. Quibus tamen id adjicio, quod sexto Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo Dionysius loquitur : Nostra hierarchia per ordines divinitus disposita, angelicæ hierarchiæ conformatur, et ad Dei imitationem et deiformes angelicæ hierarchiæ distinctiones, ut mortalibus congruit, continet.

de **Consideratione** S. Bernardus ait : Non vilem reputes hanc formam (scilicet ecclesiasticam ordinationem) quia in terris est : exemplar habet e cælo. Neque enim Filius potest facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem, præsertim quum ei sub Moysis nomine dictum sit : Vide omnia facias secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Videbat hoc qui dicebat (scilicet Joannes in Apocalypsi) : Vidi civitatem sanctam, Jerusalem novam, descendantem de cælo, a **B** Deo paratam. Ego enim propter similitudinem dictum reor, quod sicut illic Seraphim et Cherubim, et ceteri qui usque ad Archangelos et Angelos ordinantur, sub uno sunt capite Deo, ita hic quoque sub uno summo Pontifice primates vel patriarchæ, archiepiscopi, episcopi et reliqui sunt in hunc modum. Non est parvi pendendum quod et Deum habet auctorem et de cælo ducit originem.

Insuper, S. Thomas quarto libro Summæ **C** et aliquos superaddit. Porro in Summa confessorum adhuc quædam adduntur : idcirco ex ea magis hæc sumpsi. Allegationes vero quas ex jure copiose allegant, ad vitandam prolixitatem omitto, potissime quia præfati libri ubique habentur, et in eis has invenire in promptu est.

cap. 76. contra gentiles sic arguit : Ecclesia militans ab Ecclesia triumphanti per similitudinem derivatur (ad quod allegat auctoritates jam in verbis B. Bernardi præhabitas) ; sed in Ecclesia triumphanti præsidet unus, qui etiam præsidet in toto universo, scilicet Deus : ergo et in Ecclesia militanti unus est qui præsidet universis, utputa

Osee 1, 11. Papa. Hinc Osee primo dicitur : Congregabuntur filii Juda et filii Israel pariter, et ponent sibi caput unum.

Denique, super Angelicam hierarchiam multa de hac re scribit Hugo de S. Victore, inter cetera dicens : Quia per visibilia convenienter invisibilia demonstrantur, idcirco divina sapientia, quæ omnia disposuit, ad similitudinem angelicæ hierarchiæ, quæ invisibiliter ordinata erat in cælis, humanam hierarchiam visibiliter formavit in terris, ut essent in hominibus quoque sicut in angelis potestates et principatus sacri, videlicet convenientissime coordinati sub uno.

Albertus quoque in libro de IV Coæquæ

ARTICULUS VI.

De potestate et excellentia Papæ, atque de casibus ad ipsum specialiter pertinentibus, ex Raimundo, et ex Summa Pisana, item ex Summa confessorum.

UT vitetur prolixitas, quæ in tribus prædictis habentur auctoribus uno decrevi articulo recitare, præsertim quia pro maxima parte coincidunt. Sed et Summa Pisana casus a Raimundo positos allegat, et aliquos superaddit. Porro in Summa confessorum adhuc quædam adduntur : idcirco ex ea magis hæc sumpsi. Allegationes vero quas ex jure copiose allegant, ad vitandam prolixitatem omitto, potissime quia præfati libri ubique habentur, et in eis has invenire in promptu est.

Itaque dicunt, quod Papa est summus inter omnes. Ipse enim plenitudinem habet potestatis, alii partem sollicitudinis. Item, licet aliis Apostolis dixerit Dominus ut laxarent retia, soli tamen Petro dixit, **D** Duc in altum, et ei soli præcepit ut piscaretur hamo : per quod ejus præeminens potestas ac jurisdictio designatur.

Item, quoniam ipse specialiter est vicarius Jesu Christi, et quodammodo major homine, minor Deo ; ideo advertendum, quod quædam adeo adhærent Papæ et Sedi apostolicæ, quod non possunt per alios expediri, nec transeunt etiam cum generali mandato, nisi specialiter demandentur. Sunt autem hæc :

Quæstio fidei, translatio episcopi vel

Deed. p. 11, c. 1. q. 1. c. 1.

Lac. v. 1.

Idem.

Matt. xvii. 2.

Deed.

p. 11, c. 1. q. 1. c. 1.

24 q. 1. c. 1.

electi confirmatio, depositio episcopi, acceptatio, renuntiatio episcopi electi vel confirmati; exemptio episcoporum, restitutio depositorum ab ordine; judicialis definitio vel interpretatio suorum privilegiorum; et item, secundum Ostiensem, si dubitetur de rescripto apostolico, scilicet contentioso, ita quod ab alio per viam rationis solvi non possit; item, secundum Ostiensem, de interpretatione statuti facti per legatum cujus jurisdictio finita est, nec aliquis ei successit; mutatio sedis episcopalis, construere de novo sedem episcopalem, subjicere unum episcopatum alteri, dividere unum episcopatum in duos, unire duos episcopatus in unum; commutatio voti Jerosolymitani.

Solus Papa potest concedere ut quis veniat contra votum vel juramentum licitum, vel de quo dubitatur an sit licitum vel illicitum: quod intelligitur, secundum Guillelmum, solum in arduis. Solus potest dispensare regulariter in criminibus. Solus potest consuetudinem Ecclesiæ circa religionem amovere, ut de carnibus non comedendis, et hujusmodi. Solus potest generale concilium celebrare. Solus potest condere legem seu canonem generalem. Solus potest personam ecclesiasticam suo jure privare. Solus potest concedere præbendam et Ecclesiam non vacantem. Et licet hoc legatus a latere missus non possit, potest tamen sibi retinere primo vacantem Ecclesiam, secundum Ostiensem: et hoc, si Ecclesia illa habeat patronum ecclesiasticum; secus si sæcularis esset. Solus potest excommunicatum a se, absolvere. Solus potest excommunicatum a suo legato, qui nolebat obedire definitivæ sententiæ, absolvere, si steterit in excommunicatione per annum. Idem est de excommunicato a legato vel delegato cujus jurisdictio exspiravit, et cui nullus successit. Solus cognoscit simpliciter, appellatione remota: quia, ut dicit Ostiensis, ab ipso appellari non potest, et ipse solus sic causas committit appellatione remota.

A Solus cognoscit de causis ad eum delatis per appellationem vel relationem.

Solus ordinat diaconum quem ipsemet ordinavit subdiaconum. Solus concedit pallium; vel, secundum Guillelmum et Glossam, etiam illi qui concedendi habent privilegium, ut patriarchæ. Solus dispensat cum bigamo. Solus dispensat cum illegitime nato, vel defectum ætatis habente ut promoveatur ad dignitatem ecclesiasticam, personatum vel curam animarum; similiter cum illo qui non est in sacris, vel alias de jure indignus ut in episcopum promoveatur. Idem potest etiam dici de omnibus defectibus quantum ad promovendos in episcopos: nam sacrilegii instar est, dubitare utrum dignus sit quem princeps elegerit. Solus dispensat ut aliquis habeat plura beneficia curam animarum habentia, vel plures dignitates vel personatus in eadem Ecclesia, licet curam non habeat animarum. Solus utitur pallio semper et ubique. Solus potest conferre ordinem subdiaconalem die dominico et aliis præcipuis festis.

C Solum ad eum appellatur omissis aliis iudicibus intermediis. Additque Ostiensis, quod legatus idem videtur habere privilegium (quod obtinet tantum de consuetudine), similiter patriarcha. Solus absolvit excommunicatum, scienter communicando cum illo, si per hoc intendit eum absolvere. Dicitur tamen, quod si Papa salutatur in litteris aliquem excommunicatum, non propterea habendus est pro absoluto: quia hujusmodi litteræ impetrantur aliquando per subreptionem.

D Item majora negotia ad eum sunt referenda. Et iste casus plures sub se continet, scilicet dispensationem in simonia et homicidio voluntario, et cum illo qui in excommunicatione celebravit vel recepit ordines. Addit etiam Ostiensis alios casus, ut quod complet defectum regis, regno vacante; item Imperatoris, vacante imperio. Secundum Ostiensem quoque, non judicatur Papa de aliquo, nisi de hæresi: et hoc verum dicitur, nisi se

submittat jurisdictioni alterius. Item ipse met se ipsum deponit. Prohibet etiam fieri professionem in religione infra octavumdecimum annum : quod tamen ibi speciale est, propter loci asperitatem ; sed secus est alibi, ut dicunt Innocentius et Bernardus ibi in Glossa, quia profiteri possunt post annos pubertatis tam masculi quam feminæ. Item ad solum Papam pertinet dispensatio cum irregularibus.

Item electum in Imperatorem confirmat, consecrat, aut cassat, vel etiam Imperatorem deponit. Et quandocumque princeps sæcularis, si fuerit negligens et inutilis circa regnum et justitiam, vel circa hæresum extirpationem, potest per Papam deponi. Unde Zacharias Papa deposuit Ludovicum regem Francorum, et Innocentius III Othonem imperatorem, et Innocentius IV Fredericum imperatorem. Item pronuntiat, electionem quæ nondum facta est, si fiat, irritam fieri et inanem.

Solus habet canonizare Sanctos. Item quod valet, facit non valere, et contra. Item nulli legi subjacet : decet tamen eum jura servare. Sententia etiam ejus jus facit. Potest monachum contra voluntatem tam suam quam abbatis de claustro extrahere, et alicui episcopo vel principi in socium assignare, vel secum tenere. Item in matrimonio in multis casibus ipse solus dispensare potest, ut in gradibus prohibitis ; potest quoque laxare et arctare matrimonii impedimenta. Item ordinatur eodem die quo consecratur. Insignia episcopalia concedere potest abbatibus. Item laico concedere potest spiritualia : sicut jus eligendi. Concedit, secundum quosdam, presbyteris, ut chrismare possint infantes in fronte. Summum in Ecclesia tenet locum, estque plenus vicarius Christi.

Plures etiam casus includuntur in supra dictis. Notandum quoque, quod licet Hugo notavit quod Papa potest concedere simplici sacerdoti quod confirmet, et quod chrisma conficiat, et omnes ordines conferat præter episcopalem, quem non habet, et quod virgines consecret ; et quod

A etiam concedere possit diacono conferre diaconatum ordinesque minores ; et cui libet habenti ordinem, possit concedere quod conferat illum ordinem ; posset etiam (ut dicit) concedere diacono vel inferiori clerico et laico, quod consecret virgines, si tamen talis consecratio posset fieri absque Missa, alias non (et eandem opinionem etiam Raimundus ponit) : verumtamen, secundum quosdam, tutius est dicere, quod ea quæ sunt ordinis, non potest aliis demandare qui non habent ordinem qui exigitur ad exsequendum id quod demandatur ; sed ea quæ sunt jurisdictionis, potest. Thomas super quartum Sententiarum, distinctione septima, dicit quod probabilius dicitur, quod Papa potest committere sacerdoti quod confirmet, sed non alteri : quia hoc pertinet ad perfectionem corporis mystici, super quod Papa habet plenitudinem potestatis. Sed non posset simplici sacerdoti committere quod ordinaret aliquem in sacerdotem. Posset autem committere simplici sacerdoti conferre ordines minores.

Postremo, in his multa jam dicta sunt quæ intelligentiam sanam requirunt : ut quod Papa nulli subjacet legi, et quædam similia, de quibus clarius erit loquendum.

ARTICULUS VII.

De excellentia, potestate ac præsidentia Papæ, secundum Bonaventuram et Durandum de S. Portiano, itemque secundum Durandum qui fuit Ordinis S. Francisci.

DOCTOR devotus, dominus Bonaventura, in Breviloquio suo, sexta parte, duodecimo capitulo, ait : Excellentia quanto magis descendit, tanto plus dilatatur ; et quanto magis ascendit, tanto magis unitur. Hinc est quod plures sunt episcopi, pauciores archiepiscopi, paucissimi patriarchæ, et unus Pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanquam unus, primus et summus pater spiritualis omnium pa-

trum, imo omnium fidelium, et hierarcha A præcipuus, sponsus unicus, caput indivi-
sum, pontifex summus, Christi vicarius, fons, origo et regula cunctorum p̄ncipatuum ecclesiasticorum, a quo tanquam a summo derivatur ordinata potestas usque ad infima Ecclesiæ membra, secundum quod exigit præcellens dignitas in ecclesiastica hierarchia.

Denique, Durandus de S. Portiano, doctor et frater Ordinis Prædicatorum, super dist. XLIV. secundum Sententiarum inter cetera scribit : Omnis potestas jurisdictionis ecclesiasticæ derivatur a Papa, præsertim quantum ad illa ad quæ Christiani tenentur etiam si propria sponte non obligarent se ad ea. Iterum ait : A potestate Papæ dependet omnis potestas ecclesiastica, sicut a potestate Imperatoris in imperio dependet omnis potestas sæcularis. Itemque : Philosophus primo Politicorum dicit, quod in omni pluralitate ordinata naturale est atque expediens quod unus omnibus principetur et ceteri sint subjecti ; in hoc autem consistit ordo et ratio prælationis : ergo prælatio est in hominibus secundum debitum rationis ac divinæ ordinationis.

His verbis Durandi concordant quæ alter Durandus asserit in sua Summa, distinctione prima circa principium, dicendo : Christus singulariter dixit Petro, Tibi dabo claves regni cœlorum, ad denotandum Ecclesiæ unitatem, et ut omnes a Petro et a quolibet ejus successore acciperent suæ potestatis originem, eique in omnibus tanquam membra capiti obedirent. Et hoc patet causa 24, quæstione 1, capitulo *Quicumque*, et in capitulo *Loquitur*. Rursus testatur prima distinctione : Solus Papa habet plenitudinem potestatis plene liberam, quantum ad omnes homines qui sunt vel esse possunt, et quantum ad omnia peccata quæ possunt ab homine perpetrari ; prælati vero inferiores habent potestatem liberam, sed aliquantulum limitatam, tam quantum ad personas quam quoad peccata. Insuper dicit : Thesaurum Ecclesiæ, de quo dantur indulgentiæ, nul-

lus dispensare potest nisi illi qui vice Christi spirituale matrimonium contrahunt cum Ecclesia : ut Papa, qui est sponsus universalis totius Ecclesiæ, et fratres sui episcopi, qui contrahunt spirituale matrimonium cum aliqua particulari Ecclesia. Papa quoque potest ubique indulgentiam dare : quoniam habet potestatem plenariam super thesaurum Ecclesiæ, et ad ipsum pertinet totius universalis Ecclesiæ cura.

Præterea, ex doctoribus istis possem utique multo plura hanc materiam concernentia allegare, sed brevitati studendum est. Unde ex omnibus jam inductis certissime innotescit, quod dominus Papa habet totam militantem Ecclesiam pariter sumptam gubernare ac judicare, purgare, illuminare, perficere, atque eidem præcipere legemque condere, tanquam summus pastor, pater et pontifex, præses et iudex ipsius in terra, plenam habens super ipsam auctoritatem, potestatem et jurisdictionem in his in quibus Petro succedit, et in quibus Christus suas ei vices commisit, hoc est secundum mensuram et exigentiam sui officii, seu in his quæ magistrarium suum concernunt ; et istud asserere, in nullo, prout infra Deo præstante ostendam, derogat aut obviat auctoritati generalium conciliorum.

Hinc nempe Alanus ad Clementem Papam scribit quod habet totum mundum illuminare. Et Nicolaus de Lyra super illud, Sequere me, asserit : Committitur Petro super Ecclesiam universale regiminis officium. Et denuo super illud, Sic eum volo manere, loquitur exponendo : Non volo eum, puta Joannem, sequi me quantum ad prælationis officium in regimine universalis Ecclesiæ tecum. Plura demum similia super Evangelistas scribit Nicolaus de Gorra. Quid autem est universalis Ecclesia, nisi tota et una communis Ecclesia ex omnibus particularibus Ecclesiis constans, resultans seu congregata ? Non ergo dumtaxat quamcumque particularem Ecclesiam habet Papa purgare,

Joann.
XXI, 19.

Ibid. 22.

Decret. p.
II, caus. 24,
q. 1, c. 27,
18.

illuminare, perficere : quod hucusque **A** ab observatione legis naturæ, naturalis **w**specialiter voluit demonstrare. Et qui aliter dicunt, dispositionem et ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ juxta divini Dionysii documenta, non satis subtiliter considerasse censentur.

ARTICULUS VIII.

De subordinatione, limitatione et subjectione potestatis seu auctoritatis papalis sub voluntate, lege atque imperio Christi.

MULTA jam dicta sunt de eminentia, potestate et præsentia summi Pontificis. Quæ nisi sapienter intelligantur, occasionem ministrabunt erroris, sicut et jam quibusdam deviationis ac delirationis fomitem occasionaliter ministraverunt : quoniam inordinata affectio rationi unita, facit eam sub communi veritatis dicto male subsumere, quia rationem primo intus in se ipsa deordinat, trahit, excæcat. Itaque magna quæ de potestate Papæ inducta sunt, ita sumenda non sunt quasi Papa nulli subiaceat legi, nulli præcepto, nulli superiori, nullique regulæ : si enim sic esset, nunquam peccaret, nec posset peccare, quum (juxta Ambrosium) peccatum sit legis divinæ transgressio.

Matth.
VII, 12.
Tob. iv, 16.

Itaque Papa in primis subjicitur legi naturæ, ut faciat alteri quod sibi rationabiliter vult fieri, aut in casu fieri vellet ; nec faciat alteri quod sibi rationabiliter non vult nolleve fieri, quum Christus in Evangelio dicat : Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, hæc et vos facite illis. Et scriptum est : Quod ab alio tibi non vis fieri, vide ne alteri facias. Gratia namque naturam non tollit, sed perficit : quemadmodum nec peccatum destruit, sed inficit eam, prout quarto capitulo de Divinis nominibus beatissimus Dionysius inclyte ratiocinatur, docet et asserit. Augustinus quoque, Thomas et ceteri eum concorditer sequuntur. Itaque dona gratiæ et evangelica lex non excipiunt hominem

scilicet rationis.

Rursus, Papa subjicitur legi divinæ et evangeliæ legis præceptis, non solum ut ea ab aliis jubeat faciatque impleri, sed etiam ut eadem impleat ipse, adstrictus generali illi Christi mandato : Si vis ad vitam ingredi, conserva mandata. Imo non verbo tantum, sed et fama laudabili, virtuosa exemplarique vita pascere debet gregem seu oves Christi : propter quod, secundum Gregorium et alios Sanctos,

Matth.
XXIII, 17.

B Christus ter jussit Petro pascere gregem suum. Insuper, non excipitur Papa a communi illo verbo Sanctorum : Quo gradus est altior, eo ruina est major. Imo, quo pluribus est prælatus, eo sollicitior ac virtuosior esse debet exemplariorque in cunctis.

Joann.
XXI, 15-17.

Insuper, Papa non ita est judex aut dominus, pastor et legifer, quin superiorem habeat dominum et judicem, pastorem et legislatorem, cujus ipse est servus et subditus, ovis et obedientiaris. Quum ergo sit Christi vicarius ac minister, secundum Christi legem, testimonia et præcepta in cunctis se regere ac procedere debet, ut sit tanto timorator quanto est major : aliter nec a peccato excusaretur, nec ei obtemperandum consisteret in his quæ legi et fidei Christi directe contrariantur.

Porro, quod hæc ita se habeant, per doctores ac testes comprobabo idoneos. Ait enim divinus Dionysius tertio Angelicæ hierarchiæ capitulo : Illicitum est tam superioribus qui perficiunt in omni hierarchia angelica, tam inferioribus qui perficiuntur ab illis, aliquid operari præterquam singulis ordinatum est a Deo principe perfectionis. Necessaria enim eis est divinæ ordinationis observantia, ut in suæ felicitatis statu persistent, et Deo proportionaliter conformentur. Insuper, primo capitulo Ecclesiasticæ hierarchiæ testatur : Hierarcha designat virum divinum in Deo manentem, qui est peritus omnis sanctæ cognitionis, in quo omnis doctrina

ad propriam pertinens hierarchiam mun- A de perficitur. Quum ergo Papa sit summus hierarcha in militanti Ecclesia, maxime spectat ad eum ut divinitus reguletur, et Deo per obedientiam conformetur, atque quæ docet, efficaciter operetur. Hinc tertio Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo B. Dionysius fortissime tractat ut alios instruere non præsumat qui quod docet non fecerit, et quod docens ac præsidens tantæ debet perfectionis consistere, ut de sua plenitudine aliis possit communicare. Hinc Papæ copiosissima illuminatio pernecessaria est: B quam ut sortiatur, purgari præcipue indiget et Deo in omnibus subdi. Præterea, quarto Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo dicit: Nostra hierarchia expellit a se inordinationem et confusionem, atque in suis ordinibus conservat bene ornatam ac stabilem ordinationem juxta singulorum ordinum congruentiam. Postremo, primo de Divinis nominibus ait capitulo: Nos sequentes leges hierarchicas, ut scilicet quilibet inter proprios se exercent terminos ad divina, quibus legibus gubernantur C ordines omnes angelici, etc. — Itaque, si in triumphanti Ecclesia nullus Beatorum tantæ est excellentiæ qui divinitus sibi præstitutam audeat transgredi legem, quomodo in militanti Ecclesia alicui hoc licebit, præsertim homini mortali ac fragili?

Hinc quoque S. Bernardus libro de Consideratione ad Eugenium multipliciter exhortatus est eum, ut quanto altioris est gradus ac potestatis, tanto majoris studeat esse perfectionis, et quod legibus Christi maxime obedire tenetur. Reprehendit quoque eundem, quod militantem non rexit Ecclesiam secundum imitationem triumphantis Ecclesiæ, eo quod aliquos inferiores subtraxit ab obedientia superiorum suorum, videlicet abbates quosdam ab obedientia episcoporum, atque episcopos quosdam ab obedientia archiepiscoporum, archiepiscopos quoque ab obedientia patriarcharum sive primatum, quum tamen in choris angelicis semper ordo inferior superiori ordini subjectus permaneat.

Amplius, de hac re S. Thomas subtiliter tractat in Summa contra gentiles, libro tertio, capitulo centesimo nono, ubi ostendit quomodo in angelis potuit esse peccatum: inter cetera sententialiter dicens duo. Primum est, quod quia angelus non fuit sibi ipsi finis, sed ad alium ac altiorum finem ordinabatur, potuit ab illo deficere et peccare, non ordinando proprium bonum et suam perfectionem in ultimum debitum supremumque finem, sed proprio bono inhærendo ut fini. Secundum est, quod dum aliquis pluribus superioribus subest quorum unus tenetur alteri esse subjectus, potest recedere ab uno superiorum illorum, non recedendo ab alio: quemadmodum miles, qui subest regi et duci militiæ. Si ergo unus superiorum recedat a lege et ordine superioris cui subdi tenetur, ille qui ambobus fuit subjectus, licite, imo et virtuose, potest se avertere a superiore illo qui suo superiori non manet obediens et subjectus, et convertere se ad supremum superiorem: nam et vitiosum esset aliter se habere; ordo equidem inferioris principii dependet ab ordine superioris.

Itaque, hæc ad propositum applicando, quum finis Papæ sit Deus et ejus adhæsiō sive fruitio, si se ad Deum et ejus honorificentiam non ordinaverit, culpæ obnoxius erit, proprium bonum seu commodum aut honorem intendendo sive quærendo. Rursus, quum Christiani tam Papæ quam Christo, cujus vicem gerit Papa, teneantur esse subjecti, si Papa Christo non maneat subjectus, Christiani ei obedire non debent in his in quibus contra legem atque doctrinam sibi a Christo præfixam procedit ac agit vel jubet: in talibus quippe potestate sua abutitur; et resistendum est sibi ordinate, quemadmodum Paulus in faciem Galat. ii, restitit Petro, utique non pro mortali sed 11. veniali peccato. Nec hoc est repugnare aut superiori inobedire proprie loquendo, sed ejus abusui non parere, et Deo sancto et infallibili magis quam homini aperte et inexcusabiliter devianti obedire ac ad-

hærere : quod in Actibus Petrus apostolus **Act. v. 29.** docet esse agendum, atque in veteri Testamento sancti Prophetæ leguntur egisse, reges et sacerdotes sacrilegos constantissime arguendo, sicut in libris Regum ac Paralipomenon, et item in Jeremia et Amos clarissime legitur. Verumtamen, juxta apostolica documenta, prælatis principibusque injustis parendum est, dummodo contra Deum et æquitatem nil jubeant. **I Petr. u. 18.**

Postremo, de hac subjectione qua omnis creata mens legi divinæ debet esse subjecta, Hugo et Albertus super verba B. Dionysii præinducta pulchre loquuntur; sed quia hæc plana sunt, ad difficillora est properandum.

ARTICULUS IX.

Qualiter liceat summo Pontifici dispensare.

DE plenitudine potestatis Papæ jam dicta sunt plurima : verumtamen, quod coram Deo non liceat ei ea uti ad libitum suum, sed solum debeat ea uti sapienter, pie ac juste, jam clarius est pandendum.

Porro, quum Christus fateatur, Sicut **Joann. xiv. 31.** mandatum dedit mihi Pater, sic facio; et **Ibid. vi. 38.** alibi, Non veni ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me : quanto magis Papa Deo in omnibus obedire ac subjici debet, et instar Dei potestate sibi concessa uti tantummodo ordinate, sapientia seu discretionem ipsum in omnibus dirigente, caritate movente, pietate, justitia ceterisque virtutibus ipsum ad rite agendum perficientibus atque trahentibus, ut sic agat sicut approbat Deus? Dispensandi namque potestas in summo consistit Pontifice ceterisque prælatis, non sicut in dominio aut principali principio, sed tanquam in ministris et instrumentalibus causis atque vicariis, præcepto et dominio superioris (imo summi Dei) subjectis, qui **II Cor. x. 8.** eis potestatem largitus est in ædificationem, id est ad hoc ut ea rationabiliter ad subjectorum salutem utantur, non in de-

structionem, id est non ut ea abutantur ad animarum perditionem : imo hoc divinitus eis prohibitum est ab illo cui omne injustum inordinatumque displicet, quum essentialiter sanctus et sapiens sit. Minister namque et instrumentalis causa, moveri et agere debent secundum directionem et voluntatem dominatoris ac principalis artificis. Unde, ut dispensatio valeat atque a culpa coram Deo excuset, necesse est ut secundum summi legislatoris omnipotentisque Dei voluntatem exhibeatur, puta ex rationabili causa, absque juris injuria, prout S. Thomas in secunda secundæ, questione octogesima octava, aliique doctores concorditer scribunt. **art. 12. d. 2m.**

Hinc Guillelmus Parisiensis disseruit : A multis prudentibus dicitur, quod dispensatio est jus, et non juris diminutio aut derogatio seu ejus in aliquo læsio. Causa siquidem propter quam dispensatio fit, facit procul dubio ut justum sit quod indulgetur : alioqui non dispensatio, sed juris dissipatio esset. Hinc alii dicunt, quod dispensatio aliud non est quam latentis et virtualis intentionis ipsius legislatoris expressio, ita quod si ille adesset, ipse stante tali rationabili causa dispensandi, sic judicaret agendum ac dispensandum, imo sic ageret. Idcirco, secundum hæc, per dispensationem mutatur materiale legis, non ejus formale : nempe formale legis est intentio legislatoris, quæ est principale principaliusque pensanda in lege.

Porro, secundum Ostiensem, dispensatio est misericors relaxatio rigoris juris in casu, per eum ad quem pertinet canonice facta. Et sicut ait Durandus super Sententias, dispensatio designat amotionem obligationis præcepti in casu quantum ad aliquem vel aliquos : quod absque rationabili causa fieri non licere, omnibus constat. Talis vero rationabilis causa dispensandi a doctoribus ponitur duplex, videlicet, urgens necessitas, et vera ac manifesta utilitas : quarum si neutra adfuerit, non dispensatio sed dissipatio juris erit, et nec dispensator nec dispensatio-

nem suscipiens erit a culpa immunis. Hinc S. Bernardus scribit Roberto, monacho suo atque cognato, qui de licentia Papæ relicto pristino Ordine Cisterciensium rigorosiori, Ordinem Cluniacensium introiit leniorem: Non tibi frustra quis blandiatur de dispensatione apostolica, cujus conscientiam tenet ligatam divina sententia.

Denique idem Bernardus pro quadam culpa Eugenium Papam tertio libro de Consideratione fiducialiter increpans, inter cetera ait: Sic agendo probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiæ forte non ita; facitis hoc quia potestis; sed utrum et debeatis, quæstio est. Honorum et dignitatum gradus et ordines quibusque suos servare positi estis, non invidere aut tollere. Quomodo non indecens tibi, o beatissime Papa, voluntate pro lege uti, et quia non est ad quem appelleris, potestatem exercere, negligere rationem? Tune major Domino tuo, qui ait, Non veni facere voluntatem meam? Quamquam non minus dejecti quam elati animi est, veluti rationis expertem, non pro ratione, sed pro libitu agere, nec iudicio agi, sed appetitu. Quid tam bestiale? Et si indignum cuique utenti ratione vivere ut pecus, quis in te omnium rectore tantam naturæ contumeliam, tantam honoris injuriam ferat? Sed dicis mihi: Quid? inquis, prohibes dispensare? Non, sed prohibeo dissipare. Non sum tam rudis, ut ignorem positos vos dispensatores, sed in ædificationem, non in destructionem. Denique, ut ait Apostolus, quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est; ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est: utilitas, dico, communis, non propria. Nam quum nihil horum est, non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.

His autem concordant summorum verba Pontificum. Ait quippe Gelasius Papa: Ubi necessitas non est, inconvertibilia manent sanctorum Patrum decreta. Et Leo Papa: Ubi, inquit, necessitas non est,

A nullo modo violentur sanctorum Patrum instituta. Ex quibus omnibus elucescit, quando et qualiter dispensatio a culpa excuset, quam rationabiliter sit petenda, quam prudentialiter exhibenda. Per quid etenim status Ecclesiæ eatenus lapsus est ac defecit, sicut per consuetudinariam, incircumspectam levemque dispensationem? Ideirco prælatus, quantum congrue fieri valet, iusti verique tenax sit.

Sed his objici potest in primis quod superius ex Summa confessorum et ex art. vi. Summa Pisana allegatum est, quod Papa nulli subiaceat. Sed hoc nec de lege æterna neque de lege divina nec de naturali sumendum est lege, sed de positivis legibus a prædecessoribus Papæ institutis, quæ sub ejus cadunt dispensatione: quia, ut dicunt juristæ, par in parem potestatem non habet. — Secundo objici potest, quod secundum præinducta verba Durandi, Papa art. vii. potestatem plenam habet et liberam. Sed hoc ita intelligendum non est quasi pro beneplacito suo potestate queat concessa inculpabiliter uti. Ideirco potestas Papæ libera dicitur respective, non absolute, quum legibus Christi sit subdita. Vel dicitur libera, quasi non impedita, et quoniam caritative ac libere ea utendum est.

ARTICULUS X.

De præcipua difficultate in negotio Ecclesiæ jam versante, videlicet an Papa sit super generale concilium, vel contra, hoc est, an major sit potestas concilii quam Papæ, an vice versa.

QUUM juxta omnia præinducta Papa sit universalis seu totius militantis Ecclesiæ conjunctim acceptæ (quantum ad eos qui suo sunt tempore) pastor, princeps et pontifex, gubernator et iudex, caput, sponsus et pater, purgator, illuminator atque perfectior; videtur quod absolute loquendo, ipse sit super generale concilium habeatque majorem potestatem quam illud, possit quoque illud judicare, nec

habeat judicari ab illo : quo concesso, multa videntur inconvenientia sequi. Porro, quod generale concilium sit super Papam, et amplioris potestatis seu auctoritatis quam ille, ac iudex ipsius, hinc apparet necessario concedendum, quoniam in generali concilio Constantiensi hoc apertissime determinatum est. Sed et Universitates seu studia quaedam privilegiata, in scriptis suis hoc videntur concorditer affirmare : quibus contradicere videtur penitus insecurem, praesertim quum juxta illud veri proverbii, unicuique in sua arte experto et trito credendum sit. Unde venerandi sacrae theologiae professores in difficultatibus Scripturarum et quaestionibus statum Ecclesiae atque salutem concernentibus animarum exercitati fundamentaliterque edocti, videntur de hac materia certius judicare. Sunt autem et aliae et variae controversiae ac difficultates, in quibus contra se invicem scribunt faventes concilio et stantes cum domino Eugenio : quae infra tangendae sunt.

ARTICULUS XI.

Probatio per Scripturam canonicam, qua aliqui probant quod concilium generale sit supra Papam.

DICENTES concilium esse super Papam, asserunt concilium immediate habere potestatem et auctoritatem a Christo, ipsum quoque concilium immediate atque infallibiliter dirigi a Spiritu Sancto in his quae sunt de integritate fidei et necessitate salutis. Quod probant ex eo quod ait Salvator : *Si duo ex vobis consenserint de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo ; ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quod Coelestinus Papa ad synodum Ephesinam de celebratione generalium conciliorum exponit, ut Isidorus in libro de Conciliis recitat. Isidorus quoque affirmat sic exponendum. Sed et Thomas circa verba illa evangelica prote-

Math.
xviii, 19, 20.

A statur, indubitanter esse credendum generalia concilia infallibiliter regi a Spiritu Sancto, ex illa Christi promissione certissima. Christus vero in medio suorum fidelium non est absque auctoritate et potestate, quum sine eo nulla creatura aliquid posse dicatur.

Joan. xi.
5.

Præterea, Christus promisit Ecclesiae assistentiam indesinentem seu gratiosam praesentiam usque ad finem saeculi duraturam, dicens Apostolis : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* Quae promissio non solum Apostolis, sed toti Ecclesiae facta est, ut Augustinus et Beda ceterique expositores testantur. Nec enim Apostoli fuerunt usque ad consummationem saeculi in hoc mundo victuri. Simili modo repro-

Math.
xxviii, 20.

Joan.
xiv, 16.

Matth.
xiii, 12.

C ad salutem, utputa fidei bonorumque morum, Ecclesia infallibiliter dirigatur a Spiritu Sancto. Quum ergo generale concilium in Spiritu Sancto legitime congregatum, repraesentet universalem Ecclesiam, secundum doctores concorditer ; sequitur quod infallibiliter dirigatur a Spiritu Sancto, nec possit errare. Quo dato, patet quod Papam posset judicare atque deponere, si rationabile ac iustum hoc viderit : imo, quia hoc fecit et fieri posse dictavit, apparet quod bene et juste.

D Insuper, Christus praecipuum fraternae correptionis tradens, generaliter est locutus : *Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum : si te audierit, lucratus es fratrem tuum ; si autem te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum : quod si non audierit, dic Ecclesiae ; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Itaque ab hoc praecipuo et a lege hac non excipitur Papa :

Math.
xviii, 15, 17.

imo, secundum doctores, huic correptioni fraternæ omnis Christianus subdi tenetur. Si ergo Papa Ecclesiam seu generale concilium audire noluerit, videtur tanquam infidelis reprobandus ac didudicandus ab eo. Ad idem allegatur quod præallegato capitulo loquitur Christus : *Si manus tua vel pes tuus seu oculus scandalizat te, erue et projice abs te.* Unde, quum Papa dicatur membrum Ecclesiæ, si publice et intolerabiliter scandalizaverit eam, videtur ab ea per depositionem abjiciendus.

Postremo, Christus promisit Ecclesiæ : *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Ut autem sanctus ait Hieronymus, per portas inferi intelliguntur errores, scilicet hæreses et schismata, atque peccata per quæ itur atque introitur ad inferos. Ex quo trahitur, quod Ecclesia ipsa sit confirmata in gratia, neque in peccata ruere possit mortalia. Propter quod de ipsa dicit Apostolus : *Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, et exhiberet sibi gloriosum Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam.* Tales autem promissiones non sunt summo Pontifici factæ, nec ei ista conveniunt : propter quod magis standum videtur iudicio Ecclesiæ, et quod illa sit dignior atque potentior, itemque quod ipsa immediate a Christo judicariam potestatem sortita sit, seu claves regni cælorum. Sed de hoc necesse est infra inquisitionem facere plenior.

ARTICULUS XII.

Quid objici possit contra prædicta in articulo proximo.

QUAMVIS, sicut ex processu patebit, intentionis meæ nequaquam sit conciliorum auctoritati generalium in aliquo derogare ; tamen, ut veritas clarius innotescat, quid præinductis objici queat, compendiose perstringam.

Nempe, quod auctoritas evangelica primo adducta pro concilio non concludat,

A hinc argui potest : Generale namque concilium integrari potest ex personis gratia gratum faciente et caritate carentibus, quemadmodum et jam fatentur pro Basileensi congregatione scribentes. Ergo auctoritas illa, « Ubi sunt duo vel tres », etc., ad taliter congregatos et concilians non pertinet. Illa enim auctoritas a sanctis Doctoribus atque catholicis expositoribus ita exponitur : « Ubi duo vel tres », nec dubium quin multo plus ubi quamplures, « sunt congregati », id est per fidem et caritatem uniti, non per dissensionem discordiamque divisi, neque per passionum immoderantiam mente dispersi, « in nomine meo », id est ad honorem et gloriam nominis mei, quærentes suam aut aliorum salutem, « ibi sum in medio eorum », acquiescens piæ voluntati precibusque ipsorum. Unde Origenes circa hæc verba loquitur : Ista est causa propter quam non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram, nec conversatione, nec doctrina : sicut enim in musicis, nisi fuerit consonantia vocum, non delectat audientem ; sic in Ecclesia, nisi consensum habuerit, non delectatur Deus in ea. Hieronymus quoque testatur : Nisi spiritus et anima corpusque consenserint, nec intra se bellum diversarum habuerint affectionum, exaudiuntur orantes. Hinc scribit Chrysostomus : Non dicit Christus simpliciter, « Ubi congregati sunt » ; sed addit, « in nomine meo » : quasi dicat, Si quis me principalem habuerit causam amicitiae ad proximum, cum eo D ero. Postremo, Rabanus clarius loquens : In nomine (inquit) Domini congregati sunt, qui ipsius gloriam æmulantur, ipsius spiritu fervent, ipsum in omnibus et per omnia fidei oculis et mundo corde non desinunt intueri. Præterea, in concilio generali negotium dicitur secundum pluralitatem vocum procedere ; sed frequenter contingere potest ut major pars personarum illic vocem habentium in caritate et gratia non exsistat : ergo incertum erit an sint in Christi nomine congregati, et

Matth. xviii. 8. 9.

Ibid. xvi. 18.

Ephes. v. 15-17.

an in medio illorum sit ipse. Sic quoque auctoritas illa, « Ego vobiscum sum omnibus diebus », etc., per gratiosam inhabitationem, non pertinebit ad eos.

Præterea, quoniam ad probandum quod Papa possit instar aliorum corripri, accusari, puniri, deponi, præcipue innituntur quidam auctoritati qua dicitur, « Si peccaverit in te frater tuus », etc., contra hoc argumentum quis potest objicere, quod licet hoc præceptum regulariter loquendo, sit omnium in omnes, nihilo minus quandoque casus ponuntur in quibus ab hoc præcepto absolvitur homo. Primus, dum non est spes de emendatione peccantis. Propter quod ait Hieronymus : Frustraniti, et nihil aliud quam odium quærere, extremæ dementiæ est. Secundus est casus, dum timetur defectus probationis, et criminaliter agitur, ubi videlicet actor ad talionem, si in probatione defecerit, obligatur. Tertius, dum prælato ut judici nota est culpa, quoniam reus notorius est vel convictus. Quartus, dum meliori operi vel saltem æque bono quis vacat, sicut monachi facere debent. Quintus casus est, dum multitudo vel potestas est in culpa, ubi correptio plus noceret Ecclesiæ quam prodesset. Hos casus in tertio volumine de Vita Jesu Christi scribit quidam devotus Ordinis nostri, quos ex catholicorum collegit scripturis doctorum. Quum ergo in Papa plenitudo sit potestatis, videtur a communi hac lege correctionis fraternæ exceptus. Denique, Ostiensis manifeste hoc asserit, quod scilicet contra Papam non sit procedendum juxta modum correptionis fraternæ a Christo in Evangelio generaliter traditum.

Rursus, in verbo quo ait Salvator, « Dic Ecclesiæ », per Ecclesiam non videtur intelligendum generale concilium aut universalis Ecclesia, sed publica persona, utputa ecclesiasticus judex sive prælatus. Et hoc, scilicet quod per Ecclesiam possit intelligi ecclesiasticus judex, asserit Durandus in Summa sua, distinctione undecima, allegans Chrysostomum exponendo

A dicentem : « Dic Ecclesiæ », id est his qui præsumunt Ecclesiæ, scilicet prælato ut judici. Sic quoque exponunt Gorra et Lyra, alique communiter interpretantur. Non ergo ex his verbis probatur Papa a generali concilio judicandus : imo, quum judicem in terra superiorem non habeat particularem personam, videtur a nemine judicari debere, sed a Christo dumtaxat. Insuper, Thomas in secunda secundæ frequenter sumit Ecclesiam pro ecclesiastico giudice, præsertim pro summo Pontifice.

B Hæc breviter tango, non quasi probare intendens præinductas auctoritates pro concilio generali non militare, sed ut veritas diligentius inquiratur. Potest quippe forsitan quis dicere, quod generale concilium in quantum est exemplar et signum repræsentans universalem Ecclesiam, Christi sponsam electam, sit congregatum in nomine Christi, et dirigatur a Spiritu Sancto, quamvis supposita illa per se seorsum accepta, sint vitiosa. Rursus, quum ait Salvator, « Dic Ecclesiæ », Ecclesiæ nomine non solum prælatus seu judex determinatus, sed et tota Ecclesia seu generale concilium locum judicis supplens ejusque personam et vicem gerens, potest intelligi.

ARTICULUS XIII.

Probatio qua aliqui probant concilium esse super Papam; ex verbis sanctorum Patrum atque doctorum.

D QUANTA sit universalis Ecclesiæ seu generalis concilii ipsam repræsentantis auctoritas et potestas, probatur ex eo quod in libro contra Faustum Manichæum loquitur Augustinus : Ego Evangelio non crederem, nisi me auctoritas Ecclesiæ commoveret. Unde tanta est auctoritas Ecclesiæ, ut illa dumtaxat scriptura sacra habenda sit quam ipsa sacram esse declaravit. Hinc omnes doctores catholici scripta sua determinationi, declarationi et correctioni Ecclesiæ merito subjiciunt et

committunt. Itaque in omni materia fidei et in ecclesiasticis cunctis negotiis, ad auctoritatem Ecclesiae quasi ad canonem divinitus inspiratum cum omni est reverentia recurrendum.

Porro his consonat quod super tertium Sententiarum ait Durandus de S. Portiano, quæstione qua quærit an Deus sit objectum fidei, dicens : Quia complexa quæ creduntur, sunt plura, inter ea est aliquid primo creditum, quod est ratio credendi alia, et ad quod fit ultima resolutio credibilium. Hoc autem est credere Ecclesiam regi a Spiritu Sancto. Credimus namque Deum esse unum ac trinum, Filium Dei esse incarnatum et passum, etc., quia Scriptura hoc dicit, quam credimus divinitus inspiratam et revelatam : ergo credere Scripturam divinitus inspiratam esse a Deo, est ratio credendi ea quæ in Scriptura traduntur. Rursus credimus Scripturam divinitus inspiratam, quia Ecclesia, quæ regitur a Spiritu Sancto, hoc approbat. Quum enim multi scripserint gesta Salvatoris, ut Nicodemus et Nazaræi, illa sola evangelica scriptura recipitur tanquam authentica atque canonica, eique solum fides adhibetur, quam approbat Ecclesia. Hinc contra Manichæos asserit Augustinus : Evangelium Nazaræorum non admitto, quoniam Ecclesia non admittit. Ergo credere quod Ecclesia non erret, tanquam a Spiritu Sancto directa, est ratio mediumque credendi scripturam quam approbat esse divinitus inspiratam ; et iterum, hoc credere, est ratio credendi ea quæ in sacra Scriptura traduntur. Ergo a primo ad ultimum, primum inter credibilia, quod est ratio credendi alia, et ad quod fit ultima resolutio credibilium, est credere Ecclesiam regi a Spiritu Sancto. Hæc Durandus. — Ex his quidam concludunt, quod major sit auctoritas Ecclesiae quam Scripturæ, magisque recurrendum sit ad auctoritatem Ecclesiae quam ad Scripturam divinam : quod intelligi potest quantum ad manifestationem, ut Scriptura dicatur ab Ecclesia auctoritatem habere,

A in quantum Ecclesia manifestat atque determinat Scripturam esse a Deo : alioqui sacra Scriptura realiter non ab hominibus, sed a Spiritu Sancto auctoritatem sortitur.

Insuper Thomas in secunda secundæ, quæstione quinta, disserit : Objectum formale fidei est veritas prima secundum quod manifestatur in Scripturis et in doctrina Ecclesiae ; et quicumque non inhæret Ecclesiae sicut divinæ et infallibili regulæ, talis non habet fidem de articulis fidei, sed opinionem secundum propriam voluntatem. Rursusque ait : Omnibus articulis fidei adhæret fides propter unicum medium, scilicet propter veritatem primam propositam in Scripturis secundum doctrinam Ecclesiae intellectis. — Ex quibus concluditur, Ecclesiam non posse errare in his quæ sunt fidei ac salutis. Unde major videtur ejus auctoritas quam Papæ, qui in fide ac moribus potest errare atque erronee judicare.

At vero S. Ambrosius in epistola vicissima prima testatur : Quum aliquid per synodum fuerit definitum, standum est super illo cuique, etiam si angelus de cælo esset. Rursus, circa illud Actuum quarto, Congregati erant Apostoli in nomine Jesu, fatetur : Ab hac gloriosa congregatione dependent catervata concilia, in quibus Deus Pater est Ecclesiae tutor, Filius est ut sponsus, Spiritus Sanctus ut rector. Nec credendum est quod ibi, id est in concilio generali, sit dependens aut mendicata auctoritas, ubi divina præsidet majestas. — Ex quibus verbis ostenditur, generale concilium desuper infallibiliter dirigi, nec simpliciter dependere neque principaliter auctoritatem a Papa habere. Hinc Augustinus in epistola ad Januarium scribit : Conciliorum in Ecclesia Dei saluberrima exstat auctoritas, quibus omnia Ecclesiae terminantur negotia.

Adhuc, B. Hieronymus ait : Omnibus consideratis, puto me non temere dicere alios ita esse in domo Dei, ut ipsi etiam

dist. xxiv.

art. 3.

ibid. ad 2^m.

Act. iv, 31.

Decret.
p. 11, cano.
24, q. 1, c. 30.

Matth. sint eadem domus quæ ædificari dicitur **A** *xvi. 18.*
Cant. vi. 8. **supra petram; quæ unica columba appel-**
Ibid. iv. 7. **latur, quæ est sponsa pulchra, sine macula**
Ephes. v. 27. **et ruga, et hortus conclusus fonsque si-**
Cant. iv. 12. **gnatus : quæ domus etiam claves accepit**
Matth. **et potestatem solvendi atque ligandi. Hanc**
xvi. 19. **domum si quis corripientem corrigentem-**
que contempserit, sit tibi tanquam ethnicus
et publicanus. — In quibus verbis
Hieronymus attribuit Ecclesiæ judicariam
potestatem, a qua neminem dicit exem-
ptum. Unde et illud probatur, quod quum
Ibid. xviii. 17. **ait Salvator, Dic Ecclesiæ, nomine Eccle-**
sia non solum ecclesiasticus iudex, sed
et tota Ecclesia seu generale concilium
illam repræsentans, intelligatur.

art. 12. Insuper, Thomas in secunda secundæ,
 quæstione decima, loquitur : Maximam au-
 ctoritatem habet consuetudo Ecclesiæ, quæ
 semper in omnibus est æmulanda, quia
 ipsa doctrina catholicorum doctorum ab
 Ecclesia habet auctoritatem : propter quod
 magis standum est auctoritati Ecclesiæ
 quam Hieronymi, aut Augustini, aut cu-
 juscumque doctoris.

Præterea, Petrus de Alliaco quondam
 cardinalis, doctor eximius, edidit librum
 contra eos qui asserunt Papam non esse
 subjectum generali concilio, nec judicari
 posse ab eo, et quod concilium totum
 suum robur habet a Papa.

Postremo, Gerson cancellarius Parisien-
 sis, qui concilio Constantiensi interfuit,
 multa de hac scribit materia, inter cetera
 dicens : Generale concilium sic est super
 omnes leges positivas a summis Ponti-
 ficibus editas, quod possit eas mutare,
 interpretari seu tollere, si viderentur im-
 pedimento aut scandalo esse ad iter eccle-
 siasticæ unionis ; decreta quoque summo-
 rum Pontificum potest interpretari, tollere
 seu mutare. Papa vero in decreta conci-
 liorum ita non potest, potissime quando
 hoc sibi a concilio prohibetur. Iterum di-
 cit : Concilium generale bullas et proces-
 sus, ordinationes sive statuta Papæ potest
 irritare vel annullare, ut determinatum
 est in publica sessione et multipliciter

A practicum. Porro concilium generale,
 quamvis non possit nec debeat papalis
 potestatis plenitudinem Petro et ejus suc-
 cessoribus a Christo concessam tollere aut
 mutare, sed de ea Deo gratias agere ; nihilo
 minus usum potestatis potest certis sta-
 tutis ac legibus limitare in ædificationem
 Ecclesiæ. Hæc Cancellarius.

ARTICULUS XIV.

*De auctoritate generalium conciliorum,
 ex dictis summorum Pontificum.*

QUONIAM generalium auctoritas con-
 ciliorum libertati Papæ videtur quo-
 dammodo obviare, ipsum summum Pon-
 tificem legibus limitando illumque sibi
 subdendo, parvi pendendum non est, si
 ipsi summi Pontifices inveniantur pro au-
 ctoritate conciliorum generalium quid lo-
 cuti. Porro, in his quæ allegabo, loca
 allegationum omitto, quum certum sit ea
 in Decretis contineri ; et roborare allega-
 tiones, his qui in jure triti non sunt,
 obscuritatem in legendo magis quam de-
 clarationem in intelligendo adducit.

Itaque in primis occurrit quod ait Ge-
 lasius Papa : Confidimus quod nullus jam
 veraciter christianus ignoret, uniuscujus-
 que synodi constitutum quod universaliter
 Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis
 exsequi sedem præ ceteris oportere quam
 primam, puta Romanam, id est summum
 Pontificem, qui ceteris debet esse totius
 æquitatis exemplar. Quo verbo ostenditur
D Papam debere generali obedire concilio,
 ceterisque in hoc præbere exemplum. De-
 nique Zozimus Papa testatur : Contra sta-
 tuta Patrum condere aliquid vel mutare,
 nec hujus quidem (id est Romanæ) Sedis
 potest auctoritas. Patrum autem statuta
 appellat generalium conciliorum decreta.

Insuper Damasus Papa ad Aurelium ar-
 chiefiscopum, sicut in libro Conciliorum
 refert Isidorus, ait : Blasphemare Spiri-
 tum Sanctum non incongrue videntur, qui
 contra sanctos canones, non necessitate

Decret. p.
 II. can. 25.
 q. 1. c. 1

Ibid. c. 7.

Ibid. c. 3.

compulsi, sed libenter, ut præfixum est, aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Rursusque asserit : Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt Spiritu Dei et totius mundi reverentia consecrati, fideliter est a nobis scienda et diligenter pertractanda, ne quo modo Sanctorum statuta absque inevitabili necessitate (quod absit) transgrediamur.

Præterea Leo Papa ad Anatolium Constantinopolitanum testatus est : Illa Nicænorum canonum ordinata conditio, nulla est usquam ex parte solubilis. Cœlestinus quoque Papa ad Ephesinam synodum scribit : Spiritus Sancti præsentiam indicat congregatio sacerdotum ; nec ibi putanda est Trinitatis divinitas dæsse, quæ sanctificat concilium. Item Isidorus in libro Conciliorum verba Cœlestini sic recitat : Valde necessarium esse perspexi vestram in unum convenisse multitudinem, habens sententiæ divinæ fidem, quæ dicit : Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, etc. Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sacro interesse concilio, et ideo ante conspectum Dei in medio vestrum meam pertuli fidem.

Amplius, sanctus et magnus ille Gregorius Papa in Regesto testatus est : Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor ; hæc tota devotione complector atque integerrima fide custodio. Cunctas vero quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo ; quas venerantur, amplector : quia dum universali sunt consensu instituta, se ipsum et non illa destruit, quisquis præsumit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt. Et certum videtur, quod omnium generalium conciliorum rite celebratorum una sit ratio. Rursus B. Gregorius, quum Constantinopolitanum episcopum sæpe admonisset ne se universalem diceret nec præficeret, sic in Regesto est locutus : Si in mea correptione despicio, restat ut Ecclesiam debeam adhibere. Sic itaque pluris fatetur auctori-

tem Ecclesiæ quam suam. Similiter Nicolaus Papa Lotharium regem increpans : Si id (inquit) non egeris, præcave ne hoc Ecclesiæ sanctæ dicamus. In quorum Pontificum verbis per Ecclesiam nil aptius quam generale concilium videtur signari.

Denique his addi possunt plurima argumenta in textibus et glossis contenta et ex dictis sanctorum Patrum accepta : sicut est illud ex verbis Hieronymi sumptum, Major est auctoritas orbis quam Urbis ; et quod iterum dicitur, Majoris auctoritatis est constitutio concilii quam Papæ. Raimundus quoque, Ostiensis, et ceteri pene omnes concorditer dicunt, quod Papa propter hæresim sit a concilio deponendus. Martinus demum in Chronicis describit quemadmodum Marcellinus Papa in idolatriam lapsus, ad pœnitentiam reductus obtulit se synodo corripiendum, judicandum, ac puniendum seu deponendum. Quæ omnia stare non possent, si concilium supra Papam potestatem et jurisdictionem non haberet.

Decret. p.
ii, caus. 11,
q. 3, c. 3.

ibid. p. 1,
dist. 93, c.
24.

ARTICULUS XV.

De auctoritate conciliorum generalium, ex his quæ in gestis conciliorum leguntur.

LEGITUR in gestis magni illius Nicæni concilii contra Arii blasphemias celebrati : Hæc est fides quam exposuerunt Patres primo adversus Arium blasphemantem, et contra omnem hæresim extollentem, et contra catholicam Ecclesiam. Quam cum auctoribus suis damnant apud Nicænam civitatem trecenti decem et octo in unum congregati episcopi. Quod concilium quum quosdam excommunicasset : Hos, inquit, anathematizat sancta, catholica et apostolica Ecclesia. In eodem quoque concilio fuit sancitum, quos synodus illa excommunicaret, ne Romanus Pontifex ad se venientes reciperet. Ex quibus verbis diligenter pensatis tria patescunt : primo, quod ad generalem synodum pertinent

Matth.
viii, 20.

Decret. p.
dist. 15,
c. 2.

judiciaria potestas atque definitiva sententia; **secundo, quod** generale concilium universalem Ecclesiam repræsentat; tertio, quod Papæ legem præfigere potest. Et idem scripsit Africanum concilium ad Cælestinum Papam.

Denique in gestis Chalcedonensis concilii scribitur: Non licet illum qui damnatus est ab omni synodo episcopum nominare; definitio omnibus placet; hæc est fides Patrum; qui præter eam sapit, hæreticus est. Et rursus: Ab electa synodo non licet appellare; hæc est fides Patrum; qui præter eam sapit, hæreticus est. Ex quo infertur, quod in generali concilio est summa sedes iudicii.

Insuper in verbis Constantinopolitani concilii continetur: Si synodus universalis fuerit congregata, et facta fuerit de sancta Romanorum Ecclesia quævis ambiguitas et controversia, oportet venerabiliter et cum convenienti reverentia de proposita quæstione sciscitari, et solutionem accipere, non autem audacter sententiam contra senioris Romæ summos Pontifices ferre. Quibus verbis innuitur, quod Papa a generali concilio iudicatur, non solum de hæresi, sed et de quavis ambiguitate et controversia: quamvis reverenter hoc fieri debeat. Hinc litteræ Martini Papæ interrogari jubent suspectos de hæresi, an credant quodlibet generale concilium repræsentare universalem Ecclesiam; et nisi hoc credant, hæretici iudicentur.

At vero in Africano concilio legitur, quod dum eidem concilio legati Papæ ostendissent litteras ejus dicentes competere Papæ cognoscere de appellationibus episcoporum juxta deliberata in primo Nicæno concilio, respondit Africanum concilium, inquirendum esse an ista in Nicæno concilio continerentur. Sicque ad Græciam missum est pro veris exemplaribus Nicæni concilii; et quoniam ibi repertum non est quod Papa asseruit in litteris suis, responsum fuit, standum non esse in eo quod petebatur litteris Papæ. Unde elicitur, quod si Papa volebat disponere sive asserere

contra canones generalium conciliorum, non præbebatur ei assensus. Adhuc, lex Marciani imperatoris per canones confirmata, affirmat: Injuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita revolvere et publice disputare contendit. Constantinus etiam imperator, ut in Nicæno fertur concilio, fassus est se concilii illius venerari sententias quasi cœlitus latæ fuissent.

Postremo, de hac re in gestis Constantiensis concilii plura clarissime determinata et scripta habentur, ut est illud: Generale concilium potestatem immediate habet a Christo, cui concilio quilibet, cujuscumque status, conditionis dignitatis fuerit, etiam si papalis sit dignitatis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem et schismatis extirpationem, ac generalem Ecclesiæ reformationem in capite et in membris; itemque illud: Quicumque, cujuscumque gradus, status aut dignitatis fuerit, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis hujus sanctæ synodi et cujuscumque alterius concilii legitime congregati, super præmissis aut ad alia pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subiciatur et debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Idem quoque concilium deposuit Joannem Papam ob scelera de quibus fuit delatus concilio; fecitque decretum de perpetua generalium conciliorum celebratione in posterum de decennio in decennium, atque ut Papa juret se servare fidem juxta decreta generalium conciliorum.

ARTICULUS XVI.

Introductio objectionum contra prædicta, ex quibus apparet quod Papa a concilio non possit iudicari neque deponi.

SUPRA, articulo sexto, ex Raimundo atque ex Summa confessorum et Summa Pisana præhabitu est, quod solus

Papa convocat aut celebrat generale concilium : potest ergo illud dissolvere, nec compelli aut invitus judicari potest ab illo. Hinc Anacletus Papa testatur : Electionem summorum Pontificum sibi Dominus reservavit. Et Bonifacius Papa ac martyr : Si Papa suæ ac fraternæ salutis oblitus, innumerabiles populos secum cætervatim ducat ad gehennam cum ipso plagis multis æternaliter vapulatuos, hujus culpas istic redarguere nullus præsumat * mortalium : quoniam cunctos ipse judicaturus, a nemine est judicandus.

Præterea, concilia generalia publica exordium habuisse scribuntur temporibus S. Silvestri et Constantini Magni. Sed non instituebantur nisi jubente Romano Pontifice, quoniam ipsorum conciliorum caput est ipse Pontifex et Petri successor, ut habetur in capitulo *Firmiter*, et causa 7, quæstione 1, capitulo *Novatianus*. Nec aliter concilium congregari potest nisi per sententiam Romani Pontificis, causa 3, quæstione 6, capitulo *Dudum*. Hinc dicitur in capitulo *Significasti*, de Electione, quod concilia non possunt præfigere legem Romanæ Ecclesiæ, quum omnia concilia ejus auctoritate sint celebrata, et inde robur sumpserint, atque in eorum statutis Romana patenter excipiatur auctoritas.

Ideo contra regentem superbire non debent subjecti, transumptive, distinctione 21, capitulo *Inferior*. Et subditur eadem distinctione, capitulo *Nolite*, quod filii erga spiritualem patrem ita devoti ac sobrii esse debent, ut nulla penitus temeritate ad ejus vitam nedum judicandam, sed nec reprehendendam prosiliant. Denique, de hoc videtur expressus textus ejusdem distinctionis, capitulo *Nunc autem divina* : ubi habetur quod quum Marcellinus Papa tempore Diocletiani compulsus idolis thurificasset, convenerunt Patres de concilio : quibus sciscitantibus an verum esset, confessus est cum lacrimis, asserens se paratum obedire, quidquid sibi ab eis injungeretur. Qui dixerunt : Nobis adversum

A te non est judicium, sed causam tuam in sinu tuo collige, et te ipsum judica. Legitur quoque in Chronicis Martini, quod dixerint : Absit quod summus Pontifex ab aliquo judicetur. Et tunc Marcellinus tulit sententiam contra se. Iterum hoc probatur eadem distinctione, capitulo *In tantum*, ubi Patres de concilio damnaverunt Chalcedonensem Dioscorum, Alexandrinum patriarcham, tanquam hæreticum, quia præsumpsit Leonem Papam excommunicare.

Porro Dionysius * vel Symmachus de adulterio diffamatus, coram quadraginta duobus episcopis se purgavit. Patres vero contra eum in synodo congregati dixerunt : Symmachus quantum ad homines pertinet, sit immunis ; cujus causam totam Dei judicio reservamus. Horumque ratio est, quoniam Papa est vicarius Dei, et omnibus præest in mundo. Quum ergo sit vice Dei in terris, a nemine est judicandus, nisi a solo Deo, causa 2, quæstione 6, capitulo *Anteriorum*, et causa 9, quæstione 3, capitulo *Cuncta per mundum*, ubi textus dicit, quod Romana Ecclesia fas habet judicandi, neque cuiquam de ejus licet judicare judicio. Rursus eadem causa 9, quæstione 3, capitulo *Nemo*, dicitur quod nemo judicabit primam Sedem. Itemque eadem causa 9, quæstione 3, capitulo *Aliorum*, dicitur : Aliorum causas Deus voluit per homines terminari ; sed Sedis istius Præsulem suo sine quæstione reservavit arbitrio. Postremo, lege divina in omni dubio ad apostolicam Sedem recurrendum est, ut habetur in capitulo *Per venerabilem*, etc.

Itaque, quum par in parem potestatem non habeat, et Papa totius Ecclesiæ pastor et pontifex sit, caputque concilii, juxta præallegata, non videtur a generali concilio posse deponi, nec legibus ejus stringi, præsertim quoniam in præallegato capitulo *Nemo*, asseritur : Neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex judicabitur. Ubi et Glossa fatetur, quod si totus mundus sentiret in aliquo negotio contra

Decret. p. i. dist. 79, c. 11.

Ibid. dist. 40, c. 6.

* præsumit

Ibid. dist. 15, c. 1.

Ibid. dist. 17, c. 1.

Decretal. ib. i. tit. 1, c. 1.

Decret. p. i. caus. 7. q. 1, c. 6.

Ibid. caus. 1, q. 6, c. 9.

Decretal. ib. i. tit. 6, c. 4.

Decret. p. i. list. 21, c. 4. Ibid. c. 5.

Ibid. c. 7.

Decret. p. i. dist. 21, c. 9.

* Damasus

Decret. p. ii. caus. 2, q. 6, c. 28. Ibid. caus. 9, q. 2, c. 17.

Ibid. c. 13.

Ibid. c. 14.

Decretal. lib. iv, tit. 17, c. 13.

Papam, videretur sententiæ Papæ standum. Verumtamen ut aliqui dicunt, Glossa hoc dicit argumentando, non determinando.

ARTICULUS XVII.

Solutio objectionum istarum.

QUONIAM veritati non veritas sed falsitas contrariatur, ideo qui pro concilio scribunt, præinductas auctoritates quasi unica responsione solvunt, dicendo quod Papa a nemine, id est a nullo particulari homine, debeat judicari, quum omni homine particulari et viatore exstet superior. Iterum dicunt, quod in præfatis auctoritatibus non est generalis concilii exclusum iudicium, quia non proprie est humanum, sed divinum, imo iudicium Spiritus Sancti, concilium in his quæ concilii sunt, gubernantis : juxta quod in Actibus apostolus Jacobus cum ceteris qui concilio de quo ibi agitur, interfuerunt, in epistola conscripserunt, Visum est Spiritui Sancto et nobis.

Act. xv. 13 et seq.

Ibid. 28.

Præterea, conceditur quod regulariter loquendo, soli Papæ competit convocare et celebrare generale concilium, tanquam totius Ecclesiæ curam gerenti, per comparisonem Papæ ad quascumque determinatas personas ; non tamen concluditur quin si immineret manifesta necessitas celebrandi concilium, et Papa inexcusabiliter errando nollet cooperari ad hoc, aut etiam prohiberet, tunc ipsa Ecclesia auctoritate sibi a Christo concessa posset celebrare concilium.

Porro, quod concilia dicuntur auctoritatem et robur a Papa habere, non est omnifarie intelligendum, sed eo modo intelligi potest quo sacra Scriptura dicitur ab Ecclesia auctoritatem et robur sumpsisse, videlicet quantum ad manifestationem seu declarationem quod ipsa Scriptura esset vere divina et sacra, non autem quantum ad existentiam veritatis

A Scripturæ, quam non habet nisi a Deo, cujus increatæ veritati innititur.

Insuper, dum generale concilium Papam de hæresi aut intolerabili culpa seu a scandalo corripit, judicat et deponit, non hoc agit superbe aut temere, sed caritative et juste atque consulte.

Quod vero de Marcellino Papa inducitur, non convincit. Ille enim incorrigibilis non fuit, sed vere ac humillime pœnitens : idcirco ab aliis non fuerat judicandus. Nec Pontifex ita se habens, ab aliquo judicandus est homine. — Similiter Symmachus Papa se probavit de crimine sibi objecto immunem : ideo causa ejus Deo fuerat committenda.

Postremo, quoniam Paulus apostolus in epistola ad Galatas, toti mundo notificat se Petro principi Apostolorum in faciem restitisse, utique pro veniali peccato, nequaquam Paulus tam aperte scripsisset hoc, si non liceret summo Pontifici resistere pro conservatione fidei ac boni communis. Unde et Thomas in secunda secundæ, quæstione tricesima tertia, docet quod prælatus sit manifeste redarguendus, si fidei vel reipublicæ ex ejus culpa periculum immineat. Unde Hieronymus asserit : Sal infatuatum ad nihil utile est, nisi ut ejiciatur foras et conculcetur a porcis.

Galat. 2.

11.

art. 4. et

2m.

Matt. 23.

12.

Quomodo autem Papa secundum quod a concilio judicatur, non superior sed inferior sit, infra dicetur.

ARTICULUS XVIII.

An omnis seu tota potestas et auctoritas generalis concilii sive Ecclesiæ sit a Papa.

SCRIBENTES quasi pro Papa, et asserentes totam auctoritatem conciliorum dependere a Papa, omnemque potestatem Ecclesiæ oriri ab ipso, in hoc potissime fundant se, quod Christus Petro dumtaxat ac singulariter dixit, Tibi dabo claves

Matt.

17. 11

Joann.
xvi, 17.

regni cœlorum, etc.; itemque : Pasce oves meas. Hinc dicunt, quod solus Petrus immediate a Christo claves Ecclesiæ accepit et habuit, ceteri vero Apostoli acceperunt eas immediate a Petro, hoc est a Christo per Petrum. Ex quibus concludunt, quod tota potestas Ecclesiæ sit a Petro et successoribus ejus, ita quod conciliorum auctoritas ac potestas a Papa dependeat et procedat, non immediate a Christo : propter quod Papa possit ad libitum concilium dissolvere, ejusque statuta et canones amovere.

Decret. p. 1.
tit. 19, c. 7.

• omnium

Quamvis autem istud prima facie mirabiliter sonet, argui tamen potest quod ita sit. Scriptum est enim in capitulo *Ita Dominus*, distinctione 19 : Dominus Jesus Christus munus potestatis clavium ita ad omne * Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro summo Apostolorum illud principaliter collocaret, ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.

cap. 76.

Matth.
vi, 19.

Præterea, in Summa contra gentiles, quarto libro, loquitur Thomas : Soli Petro Christus promisit, Tibi dabo claves regni cœlorum, ut ostenderet potestas clavium per eum ad alios derivanda, ad conservandam unitatem Ecclesiæ. Rursus, super secundum Sententiarum, distinctione ultima, scribit : Omnis potestas spiritualis in Ecclesia est a Papa. Et addit : Potestas superior et inferior dupliciter se habent ad invicem. Aut ita, quod inferior potestas ex toto oriatur a superiori : et tunc tota virtus inferioris potestatis fundatur supra virtutem superioris. Et ideo simpliciter in omnibus est magis obediendum potestati superioris talis quam inferioris : sicut etiam in naturalibus causa prima plus influit supra causatum causæ secundæ, quam ipsa causa secunda. Et sic se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam, et potestas Imperatoris ad potestatem proconsulis. Sic etiam se habet potestas Papæ ad omnem potestatem spirituales in Ecclesia, quia ab ipso Papa gradus dignitatum diversi in Ecclesia disponuntur ac

ordinantur : unde ejus potestas est quoddam Ecclesiæ fundamentum. Ex his verbis Thomæ sequi videtur, quod tota conciliorum potestas a Papa dependeat, et sine ejus auctoritate nil valeat.

Sed et Durandus de S. Portiano præallegata distinctione testatur : Omnis potestas ecclesiastica oritur totaliter ex potestate Papæ. Et denuo : Omnis (inquit) potestas jurisdictionis ecclesiasticæ derivatur a potestate Papæ, præsertim quoad illa ad quæ Christiani tenentur quamvis propria sponte se non obligarent ad ea, quoniam hæc intentio est ex ordine prælationis ecclesiasticæ. Insuper, prout allegatum est supra, Bonaventura affirmat : Papa est fons, origo et regula omnium principatum ecclesiasticorum, a quo tanquam a summo derivatur ordinata potestas usque ad infima Ecclesiæ membra, secundum quod exigit præcellens dignitas in ecclesiastica hierarchia. Postremo, Durandus Ordinis S. Francisci ait in Summa sua, distinctione prima : Christus singulariter dixit Petro, Tibi dabo claves regni cœlorum, ad designandum Ecclesiæ unitatem, atque ut omnes a Petro et a quolibet ejus successore acciperent suæ potestatis originem, eique in omnibus obedirent.

Multa hujusmodi possent adduci, quæ facilius est allegare quam idonee solvere. Nempe, ut difficultas augeatur, et veritas vigilantius inquiratur, id adjicio quod super quartum Sententiarum, distinctione vicesima quarta, asserit Thomas dicendo : Quamvis omnibus Apostolis data sit communiter potestas ligandi atque solvendi, tamen ut in hac potestate aliquis ordo significaretur, primo soli Petro data est, ut ostendatur quod ab eo ista potestas debeat in alios descendere. Propter quod etiam ei singulariter dixit : Confirma fratres tuos ; et, Pasce oves meas, id est loco mei, prout ibidem ait Chrysostomus : Præpositus et caput esto fratrum, ut ipse in loco meo assumens, ubique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent et confirment.

art. vii.

Matth.
xvi, 19.

Luc. xxii,
32.
Joann.
xxi, 17.

ARTICULUS XIX.

Solutio quæstionis istius, et de sex potestatibus ecclesiasticis.

QUIDAM scribentium totam ecclesiasticam potestatem a Petro in ceteros, imo et in alios quoque Apostolos descendisse, affirmant quod claves a Christo collatæ sint Petro per verba quæ dixit ad Petrum, *Pasce oves meas*. Porro, ut intelligatur clarissime quam erroneum sit hoc dicere, oportet advertere quid sint claves Ecclesiæ, et quando et quomodo sint collatæ a Christo sanctis Apostolis.

Joann. xxi, 17.

Claves ergo Ecclesiæ quamvis pluraliter designentur et duæ esse dicantur, videlicet, potestas discernendi inter peccatum et non peccatum, et potestas ligandi atque solvendi; radicaliter tamen et essentialiter una est clavis, sed in effectibus duæ, prout Thomas super quartum Sententiarum, et Durandus in Summa sua, distinctione prima, aliique doctores communiter dicunt. Rursus, hæc clavis realiter est character seu potestas sacerdotalis, quæ dicitur potestas ordinis seu consecrationis. Eadem quippe potestas est qua sacerdos corpus Christi verum consecrat, et ipsos fideles, qui sunt corpus Christi mysticum, solvit et ligat, prout S. Thomas super quartum Sententiarum, distinctione vicesima quarta, testatur, et alii ibidem declarant. Per hanc enim potestatem habet sacerdos duos actus: unum principalem, qui est corpus et sanguinem Christi consecrare; alium secundarium, qui est solvere et ligare. Nunc ergo videndum quomodo Salvator dedit apostolo Petro potestatem hanc sacerdotalem: quo viso, patebit an alii Apostoli potestatem hanc immediate a Christo acceperint, an a Petro.

Luc. xxii, 19.

Itaque advertendum, quod sicut expositores catholici adstruunt, potestatem consecrandi contulit Christus omnibus simul Apostolis in Cœna, quum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*. Hinc super quartum Sententiarum, præallegata distinctione, Thomas conscripsit: Christus

A discipulis dedit sacerdotalem potestatem quantum ad principalem ejus actum, ante passionem in Cœna, quum dixit: *Accipite et manducate*. Unde subjunxit: *Hoc facite in meam commemorationem*. Sed post resurrectionem dedit eis potestatem hanc sacerdotalem quantum ad ejus secundarium actum, qui est absolvere et ligare, quando insufflavit in eos et dixit: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remisistis peccata, etc.* Hinc Henricus de Hassia circa hæc verba canonis, *Hæc quotiescumque feceritis, etc.*, ait in tractatu suo de Missa: Per hæc verba Christus instituit discipulos suos sacerdotes novi Testamenti, per hujus sacrificii oblationem Deum Patrem placaturos. Sed et Ludolphus tertio volumine Vitæ Jesu Christi, circa hæc verba scribit (quod etiam ex Gorra accepit): Christus in amoris sui recordationem subjunxit, *Hoc facite* (id est, sacramentum hoc conficite vel celebrate, accipite et date) in meam commemorationem: per quæ verba ordinavit eos in sacerdotes, et dedit eis potestatem conficiendi Sacramentum corporis et sanguinis sui. Rursus eodem volumine ait: *Claves Petro promissæ sunt, non datæ, quum ei Salvator dixit: Tibi dabo claves regni cœlorum*. Sed ibi Ecclesiæ prælatus eligitur. Postmodum vero cum aliis Apostolis hanc promissam potestatem accepit, ubi Apostoli a Christo episcopi sunt ordinati, quum insufflans in eos, dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, etc.* Sed pastorem omnium fidelium atque in tota Ecclesia vicarium suum eum præfecit, quum dixit: *Pasce oves meas*. Hæc Ludolphus ex dictis aliorum.

1 Cor. ii,

21.

Joann.

xi, 22, 23

Matth.

xvii, 19.

Joann.

xi, 22, 23

1 Pet. xii,

17.

Itaque certissime constat, quod Christus non contulit Petro sacerdotalem potestatem seu claves tunc primo quum locutus est ei: *Pasce oves meas*; præsertim quum verba illa prolata sint postquam Apostolis dixit: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remisistis peccata, etc.*, ut patet. Iterum patet, quod Apostoli hanc potestatem non acceperunt a Petro, sed immediate a Christo.

Præterea, ut hæc clarius elucescant, A pensandum quod (ut scribit Petrus de
Alliaco) sex potestates ecclesiasticæ legun-
tur in Evangelio a Christo Apostolis tra-
ditæ pro ipsis successoribusque eorum.
Prima est potestas consecrationis, quæ
interdum dicitur character seu potestas
ordinis. Quam contulit Christus dicens :
Hoc facite in meam commemorationem.
Secunda est potestas administrationis sa-
cramentorum, et potissime sacramenti Pœ-
nitentiæ : quæ est potestas clavium, vel
spiritualis jurisdictionis in foro conscien-
tiæ. Et hæc potestas propter diversitatem
effectus a prima distinguitur, quamvis
essentialiter idem cum illa existat. Tertia
est potestas apostolatus, seu prædicandi
auctoritas. Quæ data est eis a Christo quum
dixit : Euntes prædicate, etc. Quarta est
potestas judiciariæ correctionis in foro ex-
teriori : per quam timore pœnæ corrigun-
tur peccata, præsertim quæ sunt in scan-
dalo Ecclesiæ. Quæ collata est eis ubi
loquitur Christus : Si peccaverit in te fra-
ter tuus, etc. Quinta est potestas disposi-
tionis ministrorum quoad determinatio-
nem jurisdictionis ecclesiasticæ, ut evitetur
confusio dissensionisque materia in popu-
lo et inter ministros, si ipsi indistincte
atque æqualiter de omni populo curam
haberent. Et hæc potestas collata est Petro
et successoribus ejus ubi specialiter di-
ctum est ei : Pasce oves meas. Sexta est
potestas exigendi necessaria vitæ ab his
quibus spiritualia ministrabant. Et hæc
potestas declarata est apud Matthæum et
Lucam, ubi habetur : In eadem domo ma-
nete, edentes, etc. ; dignus est enim ope-
rarius mercede sua. Præter has sex po-
testates, aliam discipuli a Christo non
acceperunt, secundum hunc Petrum, nisi
potestatem faciendi miracula ad fidei con-
fortationem : in qua eis non necessario
succedunt episcopi aliique presbyteri, quo-
niam fides modo non indiget miraculis
confirmari.

Itaque ex his patet responsio ad omnes
auctoritates in præcedenti articulo posi-

tas ad probandum quod omnis potestas
ecclesiastica derivetur a Papa. Dicendum
est namque, quod descendit ab eo quan-
tum ad dispositionem ministrorum Eccle-
siæ quoad determinationem jurisdictionis
ecclesiasticæ, ut evitetur confusio, secun-
dum modum jam tactum. Præterea constat
ex præinductis doctorum sententiis, quod
doctores præallegati nequaquam dicere
voluerunt omnem potestatem Ecclesiæ sic
esse a Papa, quasi ipsi Apostoli a Petro
claves aut sacerdotalem acceperint pote-
statem. Nec rursus ita intelligendum est
prædictam quintam ecclesiasticam pote-
statem specialiter Petro concessam, quasi
Christus sibi ipsi potestatem hanc non re-
servaverit ad faciendum actum ipsius præ-
ter communem modum et ordinem a se
institutum. Nam et Paulus apostolus ante-
quam vidit Petrum, locis variis prædicavit
ex Christi commissione.

Insuper, omnem ecclesiasticam potesta-
tem, auctoritatem ac principatum a Papa
oriri, ita potest intelligi, quod nulla sit
potestas ecclesiastica quæ ab ipso tanquam
a plenitudinem potestatis habente non
possit procedere. Imo quælibet potestas
talis ab ipso procedit, aut certe procedere
potest mediate vel immediate : omnes
quippe dignitates et potestates ecclesiasti-
cas potest conferre. Unde in expositione
quorundam super Joannem inveni : Ideo
Petro tanquam principali inter Aposto-
los et capiti universalis Ecclesiæ dictum
est, Quodcumque ligaveris super terram,
etc., ut quum sit ordo in Ecclesia, hæc
potestas credatur primo et principaliter
residere in summo Pontifice, S. Petri vica-
rio, atque ab ipso derivari in archiepisco-
pos et episcopos, et ab his tanquam a me-
diis in simplices sacerdotes. Verumtamen,
quamvis omnis sacerdos in sua ordinatione
ligandi ac solvendi suscipiat potestatem,
quum juxta præhabita, idem sint character
sacerdotalis atque præfata potestas, quæ
etiam clavis vocatur ; non tamen habet
hujus potestatis executionem, nisi ipsi
subjiciatur materia, utputa homines super

www.librocity.com.cn
Mc. xxi, 10.

Mar. xvi,
5.

Matth.
viii, 15.

Joann.
ii, 17.

Mc. x, 7 ;
Matth. x,
3.

Matth. xvi,
19.

ARTICULUS XIX.

Solutio quæstionis istius, et de sex potestatibus ecclesiasticis.

QUIDAM scribentium totam ecclesiasticam potestatem a Petro in ceteros, imo et in alios quoque Apostolos descendisse, affirmant quod claves a Christo collatæ sint Petro per verba quæ dixit ad Petrum, Pasce oves meas. Porro, ut intelligatur clarissime quam erroneum sit hoc dicere, oportet advertere quid sint claves Ecclesiæ, et quando et quomodo sint collatæ a Christo sanctis Apostolis.

Joann. xxi, 17.

Claves ergo Ecclesiæ quamvis pluraliter designentur et duæ esse dicantur, videlicet, potestas discernendi inter peccatum et non peccatum, et potestas ligandi atque solvendi; radicaliter tamen et essentialiter una est clavis, sed in effectibus duæ, prout Thomas super quartum Sententiarum, et Durandus in Summa sua, distinctione prima, alique doctores communiter dicunt. Rursus, hæc clavis realiter est character seu potestas sacerdotalis, quæ dicitur potestas ordinis seu consecrationis. Eadem quippe potestas est qua sacerdos corpus Christi verum consecrat, et ipsos fideles, qui sunt corpus Christi mysticum, solvit et ligat, prout S. Thomas super quartum Sententiarum, distinctione vice-sima quarta, testatur, et alii ibidem declarant. Per hanc enim potestatem habet sacerdos duos actus: unum principalem, qui est corpus et sanguinem Christi consecrare; alium secundarium, qui est solvere et ligare. Nunc ergo videndum quomodo Salvator dedit apostolo Petro potestatem hanc sacerdotalem: quo viso, patebit an alii Apostoli potestatem hanc immediate a Christo acceperint, an a Petro.

Luc. xxii, 19.

Itaque advertendum, quod sicut expositores catholici adstruunt, potestatem consecrandi contulit Christus omnibus simul Apostolis in Cœna, quum dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Hinc super quartum Sententiarum, præallegata distinctione, Thomas conscripsit: Christus

A discipulis dedit sacerdotalem potestatem quantum ad principalem ejus actum, ante passionem in Cœna, quum dixit: Accipite et manducate. Unde subjunxit: Hoc facite in meam commemorationem. Sed post resurrectionem dedit eis potestatem hanc sacerdotalem quantum ad ejus secundarium actum, qui est absolvere et ligare, quando insufflavit in eos et dixit: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remisistis peccata, etc. Hinc Henricus de Hassia circa hæc verba canonis, Hæc quotiescumque feceritis, etc., ait in tractatu suo de Missa: Per hæc verba Christus instituit discipulos suos sacerdotes novi Testamenti, per hujus sacrificii oblationem Deum Patrem placaturos. Sed et Ludolphus tertio volumine Vitæ Jesu Christi, circa hæc verba scribit (quod etiam ex Gorra accepit): Christus in amoris sui recordationem subjunxit, Hoc facite (id est, sacramentum hoc conficite vel celebrate, accipite et date) in meam commemorationem: per quæ verba ordinavit eos in sacerdotes, et dedit eis potestatem conficiendi Sacramentum corporis et sanguinis sui. Rursus eodem volumine ait: Claves Petro promissæ sunt, non datæ, quum ei Salvator dixit: Tibi dabo claves regni cœlorum. Sed ibi Ecclesiæ prælatus eligitur. Postmodum vero cum aliis Apostolis hanc promissam potestatem accepit, ubi Apostoli a Christo episcopi sunt ordinati, quum insufflans in eos, dixit: Accipite Spiritum Sanctum, etc. Sed pastorem omnium fidelium atque in tota Ecclesia vicarium suum eum præfecit, quum dixit: Pasce oves meas. Hæc Ludolphus ex dictis aliorum.

1 Cor. xi.

24.

Joann.

xx, 22, 21

B

C

D

Matth.

xvi, 19.

Joann.

xx, 22, 21

Jbid. xv.

17.

Itaque certissime constat, quod Christus non contulit Petro sacerdotalem potestatem seu claves tunc primo quum locutus est ei: Pasce oves meas; præsertim quum verba illa prolata sint postquam Apostolis dixit: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remisistis peccata, etc., ut patet. Iterum patet, quod Apostoli hanc potestatem non acceperunt a Petro, sed immediate a Christo.

Præterea, ut hæc clarius elucescant, pensandum quod (ut scribit Petrus de Alliaco) sex potestates ecclesiasticæ leguntur in Evangelio a Christo Apostolis traditæ pro ipsis successoribusque eorum. Prima est potestas consecrationis, quæ interdum dicitur character seu potestas ordinis. Quam contulit Christus dicens : Hoc facite in meam commemorationem. Secunda est potestas administrationis sacramentorum, et potissime sacramenti Pœnitentiæ : quæ est potestas clavium, vel spiritualis jurisdictionis in foro conscientiæ. Et hæc potestas propter diversitatem effectus a prima distinguitur, quamvis essentialiter idem cum illa existat. Tertia est potestas apostolatus, seu prædicandi auctoritas. Quæ data est eis a Christo quum dixit : Euntes prædicate, etc. Quarta est potestas judiciariæ correctionis in foro exteriori : per quam timore pœnæ corriguntur peccata, præsertim quæ sunt in scandalum Ecclesiæ. Quæ collata est eis ubi loquitur Christus : Si peccaverit in te frater tuus, etc. Quinta est potestas dispositionis ministrorum quoad determinationem jurisdictionis ecclesiasticæ, ut evitetur confusio dissensionisque materia in populo et inter ministros, si ipsi indistincte atque æqualiter de omni populo curam haberent. Et hæc potestas collata est Petro et successoribus ejus ubi specialiter dictum est ei : Pasce oves meas. Sexta est potestas exigendi necessaria vitæ ab his quibus spiritualia ministrabant. Et hæc potestas declarata est apud Matthæum et Lucam, ubi habetur : In eadem domo manete, edentes, etc. ; dignus est enim operarius mercede sua. Præter has sex potestates, aliam discipuli a Christo non acceperunt, secundum hunc Petrum, nisi potestatem faciendi miracula ad fidei confortationem : in qua eis non necessario succedunt episcopi aliique presbyteri, quoniam fides modo non indiget miraculis confirmari.

Itaque ex his patet responsio ad omnes auctoritates in præcedenti articulo posi-

tas ad probandum quod omnis potestas ecclesiastica derivetur a Papa. Dicendum est namque, quod descendit ab eo quantum ad dispositionem ministrorum Ecclesiæ quoad determinationem jurisdictionis ecclesiasticæ, ut evitetur confusio, secundum modum jam tactum. Præterea constat ex præinductis doctorum sententiis, quod doctores præallegati nequaquam dicere voluerunt omnem potestatem Ecclesiæ sic esse a Papa, quasi ipsi Apostoli a Petro claves aut sacerdotalem acceperint potestatem. Nec rursus ita intelligendum est prædictam quintam ecclesiasticam potestatem specialiter Petro concessam, quasi Christus sibi ipsi potestatem hanc non reservaverit ad faciendum actum ipsius præter communem modum et ordinem a se institutum. Nam et Paulus apostolus antequam vidit Petrum, locis variis prædicavit ex Christi commissione.

Insuper, omnem ecclesiasticam potestatem, auctoritatem ac principatum a Papa oriri, ita potest intelligi, quod nulla sit potestas ecclesiastica quæ ab ipso tanquam a plenitudinem potestatis habente non possit procedere. Imo quælibet potestas talis ab ipso procedit, aut certe procedere potest mediate vel immediate : omnes quippe dignitates et potestates ecclesiasticas potest conferre. Unde in expositione quorundam super Joannem inveni : Ideo Petro tanquam principaliori inter Apostolos et capiti universalis Ecclesiæ dictum est, Quodcumque ligaveris super terram, etc., ut quum sit ordo in Ecclesia, hæc potestas credatur primo et principaliter residere in summo Pontifice, S. Petri vicario, atque ab ipso derivari in archiepiscopos et episcopos, et ab his tanquam a mediis in simplices sacerdotes. Verumtamen, quamvis omnis sacerdos in sua ordinatione ligandi ac solvendi suscipiat potestatem, quum juxta præhabita, idem sint character sacerdotalis atque præfata potestas, quæ etiam clavis vocatur ; non tamen habet hujus potestatis executionem, nisi ipsi subjiçatur materia, utputa homines super

uc. xxi, 10.

Marc. xvi, 5.

Matth. viii, 15.

Joann. xi, 17.

Luc. x, 7; Matth. x, 6.

Matth. xvi, 19.

quos ipsi jurisdictio detur, seu cura animarum committatur a superiore : qui sicut dat eam inferiori, sic potest ei eam auferre in toto aut in parte, causa legitima occurrente.

Postremo, quod Christus Petro singulariter dixit, Tibi dabo claves, etc., non dixit alios excludendo ; sed idcirco ad Petrum direxit sermonem, quia præ ceteris fuit venerabiliter Christum confessus, dicendo : Tu es Christus, Filius Dei vivi. Unde ibidem ait Hieronymus : Mercedem recipit vera confessio. Nihilo minus, sicut Petrus id pro omnibus dixit Apostolis, sic ipsi facta est illa promissio, non solum ut fuit persona certa, sed ut fuit totius Ecclesie gerens personam repræsentansque vicem, quemadmodum Augustinus, Ambrosius, Beda, Rabanus cum ceteris multis expositoribus contestantur. Asserit etenim Augustinus in sermone de beatissimis Petro et Paulo apostolis : Dominus Jesus discipulos suos ante passionem suam (sicut nostis) elegit, quos et fratres vocavit : inter quos quasi ubique Petrus totius Ecclesie gestabat personam. Propter quod audire meruit : Tibi dabo claves regni cælorum. Quas claves ille non ut unus homo sed unitas Ecclesie accepit.

ARTICULUS XX.

De rationibus propter quas quidam jam temporis asserunt concilium esse super Papam, et de modo loquendi aliquorum in ista materia.

CONCILIIUM esse super Papam quidam nunc taliter argumentantur : Tota Ecclesia est unum mysticum corpus, secundum doctrinam Apostoli, et hujus corporis caput vicarium ac ministeriale seu membrum est Papa : membrum vero est pars totius ; pars autem non est major suo toto nec super illud.

Præterea, status papatus est status gratiæ gratis datæ ; status vero Ecclesie est status gratiæ gratum facientis. Status au-

tem gratiæ gratis datæ est bonis ac malis communis : unde et Judas proditor fuit apostolus, et Balaam ariolus fuit propheta. Status vero gratiæ gratum facientis solis competit bonis. Ergo status Ecclesie atque concilii generalis illam repræsentantis, est super Papam seu statum illius : præsertim quum dona gratiæ gratis datæ ordinentur ad dona gratiæ gratum facientis sicut medium et inferius ad finem et ad superius, ut Thomas et Petrus de Tarantasia ac Bonaventura affirmant. Quum ergo finis sit præstantior atque sublimior ordinatis in ipsum, Ecclesia sive concilium erit super Papam. — Rursus, Ecclesia sic est confirmata in gratia, quod errare mortaliterque peccare non valet : quod Papæ non competit. Itaque, quum Ecclesia sit confirmata in gratia, nec possit deviare ac peccare, ut fertur, concluditur quod major, altior atque potentior sit quam Papa.

Insuper, Papa est minister seu servus filiusque Ecclesie, et illa est mater ac domina ejus : ergo est sub ea, et ei obedire tenetur. Bernardus quoque libro de Consideratione ad Eugenium scribit, quod Papæ non competit esse dominum Ecclesie, sed ministrum. Sicque relinquitur quod Ecclesia sit domina ejus, non ipse dominus illius, sed servus. Propter quod S. Gregorius scripsit se servum servorum Dei. Servo autem competit dominæ suæ obedire, non vice versa. — Postremo, Papa est propter Ecclesiam, tanquam relatus ac ordinatus ad bonum illius, non Ecclesia propter Papam.

D

ARTICULUS XXI.

Solutio sive discussio rationum istarum.

RATIONES præcedentis articuli breviter tactæ, diligenter sunt discutiendæ, solvendæ aut declarandæ.

Ad primum ergo argumentum dicendum, quod pars non est ut pars dignior suo toto, includendo partem in suo toto : quia sic pars esset major se ipsa. Imo sic

pars est minor toto. Sed intuendum, quod pars et totum multis modis dicuntur; videlicet proprie ac metaphorice, corporaliter ac spiritualiter. Porro, quum dicitur, Pars non est major suo toto; si pars seorsum accipiatur seu consideretur, et illud quod remanet, totum dicatur, sic tam in corporalibus quam in spiritualibus potest contingere ut pars sit major et dignior toto, seu universo remanente residuo: imo sic caput hominis majoris perfectionis ab aliquibus perhibetur quam tota corporis moles residua, quum omnes interiores exterioresque sensus in capite vigeant; denique Abbas seu Prior monachalis conventus, secundum se acceptus seu seorsum sumptus, major est toto residuo monasticæ congregationis, et prælatus, pastor ac pater ipsius. Infra tamen hoc clarius exponitur, ubi de duplici majoritate, dignitate seu superioritate dicitur. — Itaque, quum dicitur, Ecclesia est quoddam totum, cujus Papa est membrum; dico quod Papa nequaquam est major aut dignior tota Ecclesia, id est universa congregatione fidelium ex Papa ac ceteris universis constante: imo sic Ecclesia est major quodammodo parte illa, juxta quod ait Ægidius de Roma, quod bonum creatum additum bono creato facit ipsum majus. Si vero Papa secundum se seorsum accipiatur, et residua fidelium universitas totum dicatur seu tota Ecclesia, dico quod Papa sit summus pontifex, pastor et princeps illius, repræsentans et supplens vicem Christi circa illam: et ita quodammodo major est illa ac altior, dignior atque potentior.

Sed advertendum, quod duplex est majoritas, dignitas seu potestas, utputa, prælationis seu præsidentia, et conversationis seu virtutum aut meriti vitæ. Prima majoritas pertinet ad dona gratiæ gratis datæ: ad quam pertinent gradus officiorum, dignitatum et principatum ecclesiasticorum, secundum doctores concorditer. Porro secunda pertinet ad dona gratiæ gratum facientis, quia attenditur penes perfectionem caritatis virtutumque aliarum. Lo-

quando ergo de majoritate prima, dico quod Papa sit quodammodo major tota et universali Ecclesia, cui non solum divisim sed et collectim sumptæ præest ac præsidet, sicut ostensum est, et propter contrarium asserentes, adhuc probabitur. Itaque, quantum ad id in quo habet ex officio præesse toti Ecclesiæ, ejusque curam habere, videlicet ut Ecclesia juxta Christi legem Deo deserviat, ipse Papa major, dignior, superior atque potentior est tota Ecclesia sibi commissa, cujus ipse est caput, judex, magister et dux super terram, tamen sub Christo et juxta mensuram ac legem sibi a Christo præfixam: quoniam inter Christum et Ecclesiam taliter sumptam, Papa est medius, et proprius, summus, plenus ac generalis Christi vicarius, quemadmodum sanctorum Patrum atque doctorum testimoniis est probatum, et S. Bernardus apertissime dicit, sanctusque Thomas ex intentione declarat ac probat, quemadmodum patuit et pate-

Ad secundum argumentum et ad quædam ipsi annexa, dicendum quod satis convincit Ecclesiam ejusque statum esse super Papam et statum papalem, loquendo de majoritate et superioritate pertinente ad virtutem ac meritum vitæ, et idem probant sequentia argumenta. Papa enim potest vitiosus consistere. Verumtamen proprie simpliciterque loquendo, majoritas in Ecclesia potissime attenditur penes dona gratiæ gratis datæ, videlicet secundum gradus potestatum et officiorum seu dignitatum ecclesiasticarum. Unde Durandus frater Minor, in Summa sua, libro secundo, distinctione sexagesima septima, asserit quod majoritas in tribus attenditur, puta in prærogativa ordinis et consecrationis ac dispensationis. Idem affirmant Raimundus et Summa confessorum ac Summa Pisana; adduntque quartum, videlicet prærogativam temporis.

Postremo restat solutio argumenti quo

art. II-VII.

art. III, IV.

arguitur Papa esse inferior Ecclesia, quum sit ejus minister et filius : quod quia paucis verbis plene et clare solvi non valet, de ejus solutione plenaria erit sequens articulus.

ARTICULUS XXII.

Quomodo summus Pontifex dicatur filius et minister Ecclesie, et ipsa Ecclesia mater ac domina ejus.

art. 4. **S**ICUT in prima parte Summæ suæ, quæ in stione nonagesima sexta, S. Thomas testatur, alii quoque doctores conscribunt, dominium dupliciter sumitur. Uno modo, prout servituti opponitur : et sic dominus est qui habet servum proprie dictum. Servus autem opponitur libero. Liberum vero, secundum Philosophum, dicitur quod est causa sui ; servile autem, quod ordinatur ad aliud. Dominium ergo sic sumptum, est prout aliquis principatur subjectis, non ad illorum utilitatem, sed ad proprium commodum. Porro tale dominium esse non solet absque pœna inferiorum : nam sicut unicuique naturale est atque jucundum propriam perfectionem acquirere et habere, sic triste est ei ut sua perfectio non sibi ipsi, sed alteri cedat in commodum. Idcirco tale dominium in statu innocentie non fuisset. Hoc etiam modo Papa de jure non est dominus Christianorum, nec taliter facere aut reputare se debet dominum eorum, quia hoc cupiditatis esset et elationis. Propter quod Petrus in prima sua Canonica pastoribus scribit : Non quasi dominantes in clero ; et Paulus suis scribit 1 Petr. v. 3. discipulis : Non quæro quæ vestra sunt, 11 Cor. xii. 14. sed vos, id est salutem vestram, non comoda mea. — Secundo, dominium dicitur quæcumque gubernatio sive prælatio : et sic etiam ille dominari ac dominus perhibetur, qui alios dirigit ad utilitatem et felicitatem ipsorum, seu ad bonum commune. De quo dominio nonodecimo de Civitate Dei loquitur Augustinus : Justi imperant non dominandi libidine, sed officio con-

sulendi. Tale autem dominium fuisset in statu innocentie ; et hoc Thomas ibidem multipliciter probat. Hoc etiam modo, secundum Hugonem et Albertum, est dominium in spiritali regimine militantis ac triumphantis Ecclesie. Sicque dominium competit Papæ magis quam alicui in tota Ecclesia : imo sic ipse dominus est, præceptor seu imperator Imperatoris ac omnium sæcularium principum, omniumque prælatorum et universorum Christianorum ; et ut compendio stringam, ei de jure, etsi non de facto, competit totius mundi dominium, quum in ipso sit plenitudo utriusque potestatis, secundum Thomam, totusque mundus commissus et creditus sit ei, secundum illuminatissimum illum magnum Bernardum atque Alanum.

Itaque Papa est servus servorum Dei et minister Ecclesie, non utique servitute subjectionis seu imperfectionis, inferioritatis seu inopiæ, sed servitute caritatis atque justitiæ, prælationis ac præsentatiæ : quæ majoritati ac dignitati non derogat, sed concordat. Unde ob eam non concluditur Papam simpliciter inferiorem esse Ecclesia sibi commissa, sed magis superiorem ; et quod ministerium seu officium istud ordinatur ad bonum Ecclesie, tantum concludit quod Papa est inferior Ecclesia, seu status papalis statu Ecclesie, quantum ad excellentiam pertinentem ad dona gratiæ gratum facientis, ut clarius dictum est. Rursus, officium dignitatis papalis non solum ordinatur ad bonum Ecclesie, sed etiam ad ipsius Papæ salutem, principaliterque ad Dei honorem. art. preced.

Denique, de hac servitute caritatis et æquitatis, seu etiam humilitatis, multa scribit Apostolus. Ait nempe ad Galatas : Per caritatem servite invicem ; et ad Corinthios : Quum liber essem ex omnibus, Galat. i. 13. 11 Cor. ii. 19. omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Rursusque ait Corinthiis : Non nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum, nos autem servos vestros per Jesum. Et denuo : Omnia (inquit) vestra 11 Cor. ii. 21.

sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, id est Petrus. Quod autem tali ministerio honor, non subjectio, debeatur, constat ex eo quod ad Thessalonicenses fatetur : Neque fuimus quærentes ab hominibus gloriam, quum possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli ; sed facti sumus parvuli in medio vestrum. Insuper, hoc modo etiam Christus fuit minister Ecclesiæ ac discipulorum suorum, quibus locutus est : Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare ; et, Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Hinc ad Hebræos dicitur : Christus melius sortitus est ministerium ; et ad Romanos, Dico Christum ministrum fuisse circumcisionis : ministrum, inquam, humilitate, ut Gorra exponit. Fuit demum Dominus Jesus subditus illis, videlicet Mariæ et Joseph, ut Lucas evangelista describit, non tamen fuit inferior eis.

Præterea, si prædictis objiciatur, quod status Ecclesiæ est status libertatis (sicut ait Apostolus : Vos in libertatem vocati estis, fratres), ergo Papæ non competit dominium super fideles ; respondendum quod consequentia non valet, loquendo de dominio juxta secundam ejus acceptionem : imo sic in triumphanti Ecclesia unus angelus alteri dominatur, unusque ordo, Dominationum ordo, secundum divinum Dionysium, appellatur. Ecclesiæ etenim status dicitur liber libertate a servitute dæmonis et peccati (de qua in secunda sua epistola loquitur beatissimus Petrus : Iniqui sunt servi corruptionis), non autem libertate obediæntialis subjectionis, aut etiam corporalis temporalisque servitutis. Hinc in secunda secundæ, quæstione centesima quarta, Thomas affirmat : Dicuntur filii Ecclesiæ liberi libertate a spirituali servitute peccati, non a servitute corporali, quia per gratiam Christi liberamur in præsentia a defectibus animæ, non a defectibus corporis. Durandus quoque super secundum Sententiarum : Lex (inquit) evangelica dicitur lex perfectæ libertatis, quoniam liberat ab onere veteris legis et

a servitute peccati, non a servitute temporalis. Hinc ad Romanos dicitur : Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quod de subjectione ad justitiam pertinente prolatum est. De subjectione vero humilitatis scriptum est : Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum.

Itaque summus Pontifex non ita est minister Ecclesiæ, quin etiam juxta modum jam declaratum sit dominus ejus, id est prælatus et rector, quum et ceteri inferiores episcopi hoc modo dicantur domini terrarum plebiumque suarum seu Ecclesiarum : unde et principes Ecclesiarum S. Bernardus in quodam sermone eos appellat. Sicque Ecclesia est subdita Papæ tanquam summo pontifici suo.

Insuper, Papa non est ita filius Ecclesiæ, quin etiam sit spiritualis pater ipsius. Imo in quantum est Papa, competit ipsi esse patrem Ecclesiæ : primo, ratione prælationis ; secundo, ratione instructionis, quoniam habet eam illuminare ; tertio, ratione curæ ac provisionis. Nam et Paulus suis scribit discipulis : Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis ; itemque : In Christo per Evangelium ego vos genui. Idecirco, secundum Bonaventuram, Papa est pater patrum et universorum fidelium. Atque, ut ait Bernardus, ipse est pastor Ecclesiæ ex omnibus Ecclesiis congregatæ, id est totius Ecclesiæ conjunctim acceptæ. Nihilominus Papa vocatur et est filius Ecclesiæ : primo, quoniam in fonte Baptismatis spiritualiter regeneratus est in ea et ex ea, quemadmodum Augustinus super Joannem disseruit, quod Ecclesia generat ex aqua et Spiritu Sancto ; secundo, in quantum est determinata persona et unus Christianus ; tertio, in quantum ab Ecclesia, id est a filiis Ecclesiæ, adjuvatur, fovetur, et dum opus fuerit, dirigitur atque instruitur, sicque sugit ubera ejus, de quibus in Canticis legitur : Meliora sunt ubera tua vino ; et, Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ ?

Postremo, patet ex his quomodo pater

sit frater noster seu cunctorum fidelium. **A** differentia consistit in tribus, puta : in ordine, quoniam caput est prima pars hominis, incipiendo a superiori ; item in perfectione, quoniam in capite vigent omnes sensus exteriores et interiores, quum in ceteris membris solus sit tactus ; et in virtute, quoniam virtus est motus ceterorum membrorum, et gubernatio quædam in actibus eorum, est a capite, propter vim sensitivam atque motivam in eo dominantem.

Eisdem enim modis ac rationibus dicitur frater noster, quibus Ecclesiæ filius appellatur ; sed et propter communionem naturæ specificæ nobiscum, frater est noster, et propter eandem Christianitatis religionem. Multis etenim modis dicitur aliquis frater alterius, sicut in libro contra Helvidium scribit Hieronymus. Sed ex hoc papali majoritati non derogatur, præsertim quum et Christus Deus noster factus sit frater noster, secundum Bernardum. Unde post resurrectionem dixit ad Magdalenam : **V**ade ad fratres meos. Et Apostolus ait : Non confunditur fratres eos vocare ; et, Debit per omnia fratribus assimilari.

Joann. xx, 17.
Hebr. ii, 11.
Ibid. 17.

Id autem adjiciendum, quod Ecclesia etiam ideo dici potest domina Papæ, quia est sponsa Christi, cujus minister est Papa, et quia in donis gratiæ gratum facientis eum excedit, et quoniam in quibusdam Papa acquiescere ac parere habet eidem, ut infra clarius exponetur.

ARTICULUS XXIII.

Quomodo competat Christo esse caput Ecclesiæ.

UT clarius innotescat quomodo Papa dicatur caput Ecclesiæ, primo videntur qualiter Christus sit caput Ecclesiæ. Itaque, sicut in tertia parte Summæ suæ, quæstione octava, Thomas, et Durandus super tertium Sententiarum, testantur, quemadmodum tota Ecclesia dicitur unum corpus mysticum per similitudinem ad corpus hominis naturale, eo quod sicut in corpore naturali sunt multa membra diversos actus habentia, sic in Ecclesia sunt multæ personæ habentes diversa dona atque officia, prout in multis locis docet Apostolus ; sic in Ecclesia dicitur esse aliquod caput ad similitudinem capitis humani. Porro in capite hominis duo considerantur. Primum est naturalis convenientia ejus cum ceteris membris. Secundum est differentia ejus ab illis. Quæ

Rom. xii, 4 et seq. ;
I Cor. xii, 4 et seq.

B convenit esse caput Ecclesiæ secundum omnes has proprietates seu conditiones : quia ut homo, est ejusdem naturæ cum ceteris hominibus, sicque naturalem convenientiam habet cum eis. Differt quoque ab eis in tribus prædictis, puta : in ordine, eo quod gratia ejus sit altior et prior dignitate, quamvis non tempore, et alii acceperint gratiam per respectum ad gratiam ejus, dicente Apostolo ad Romanos : Quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui ; et ad Ephesios : Deus elegit nos in Christo ante mundi constitutionem. Differtque ab aliis in perfectione, quoniam plenitudinem gratiæ habet, juxta illud Joannis : Vidimus eum plenum gratiæ et veritatis. Et Joannis tertio ait Joannes Baptista de homine Christo : Non ad mensuram dat Deus Spiritum. Rursus, tanta est gratia Christi, quod influit de plenitudine ejus in membra Ecclesiæ, sicut Joannes ait : De plenitudine ejus nos omnes accepimus.

Rom. viii, 29.

Ephes. i, 4.

Joan. i, 14.

Ibid. iii, 34.

Ibid. i, 16.

Porro Christus ut homo, influit membris Ecclesiæ gratiam seu spiritualem motum et sensum, non auctoritative, sed instrumentaliter et per modum causæ meritoriæ ; sed ut Deus, influit auctoritative. Unde etiam secundum quod Deus, magis ipsi competit esse caput Ecclesiæ, quantum ad tria hæc ultima, quibus caput differt a membris : quia ut Deus, magis ipsi competunt prioritas, perfectio et virtus influendi, quam secundum quod homo est. Sed quantum ad primum, quod est convenientia naturalis, non competit ei

secundum quod Deus est, ratio capitis. A

Denique, sicut Christus ut homo, est caput Ecclesiæ, sic Deus secundum naturam divinitatis, est caput Christi in quantum est homo, quia a Deo humanitas Christi omne quod habet bonum accepit. Propter quod ad Corinthios loquitur Paulus : Caput Christi Deus.

1 Cor. xi, 3.

Præterea, secundum præallegatos aliosque doctores quamplures, ista est differentia inter corpus hominis naturale et mysticum corpus Ecclesiæ, quod membra corporis naturalis sunt omnia simul; membra autem corporis mystici non sunt omnia simul : neque quantum ad esse naturæ, quoniam corpus Ecclesiæ constituitur ex omnibus qui fuerunt a principio mundi et nunc sunt et usque ad finem sæculi erunt, sicut Gregorius in homilia ait, quod sancta Ecclesia, quæ dicitur vinea, ex omnibus constans electis ab Abel justo usque ad ultimum electum qui in fine sæculi nasciturus est, quot electos habuit, tot quasi uvas produxit, vel tot palmites misit. Nec etiam simul sunt quantum ad esse gratiæ, quia etiam eorum qui in eodem sunt tempore, quidam ad horam gratia carent, postea gratiam habituri, aliis contemporaneis jam eam habentibus. Itaque membra corporis mystici non solum accipiuntur secundum quod sunt in actu, sed etiam secundum quod sunt in potentia : quædam tamen secundum quod sunt in potentia quæ aliquando reducetur ad actum; quædam vero secundum quod sunt in potentia nunquam ad actum reducenda. Quorum primum est secundum triplicem D gradum : primus est secundum unionem per fidem, secundus penes unionem per caritatem et gratiam viæ, tertius secundum unionem beatificam patriæ.

Itaque generaliter accipiendo secundum omne tempus sæculi hujus, Christus est caput omnium hominum secundum gradus diversos. Primo enim et principaliter est caput eorum qui actualiter uniti sunt ei per gloriam; secundo, eorum qui actu uniuntur ei per caritatem et gratiam viæ;

tertio, eorum qui actualiter uniuntur ei per fidem; quarto, eorum qui uniuntur ipsi in potentia ad actum aliquando reducenda secundum prædestinationem divinam, quamvis nondum reducta per adimplentionem; quinto, eorum qui ei uniuntur in potentia nunquam ad actum reducenda, ut præsciti seu reprobī nunc viventes : qui quum ex hoc sæculo discedunt, totaliter desinunt esse membra Christi, quia de cetero non sunt in potentia ut Christo uniantur.

B Ex his innotescit non usquequaque verum dicere, eos qui dicunt illos solum esse membra Christi qui ei per caritatem conjuncti sunt, eo quod illis dumtaxat Christus influit sensum intelligentiæ spiritualis, et motum caritatis atque virtutum. Nec enim tales tantummodo ad Ecclesiam pertinent militantem, quæ bonos malosque continet, secundum quod Christus in Evangelio apertissime docet, comparans eam sagenæ missæ in mare *Matth. xiii, 47.* et ex omni genere piscium congreganti.

C Sed et mali in Ecclesia explent officia ecclesiastica. Quotidie quoque contingit quosdam prædestinatos extra caritatem et gratiam esse, tandem perducendos ad eas, quosdam vero præscitos seu reprobos esse in caritate et gratia, tandem has perdituros, quemadmodum super Joannem Augustinus diffuse pertractat.

ARTICULUS XXIV.

An Papa sit caput totius militantis Ecclesiæ, et qualiter.

A LLEGATA sunt jura articulo sextodecimo, in quibus Papa vocatur caput concilii generalis, multipliciterque probatum est quod totius Ecclesiæ pastor et pontifex summus sit Papa. Sed aliqui ista nunc non admittunt, ea vel negantes, vel sic intelligenda dicentes, quod Papa est caput totius Ecclesiæ, id est omnium particularium Ecclesiarum ac singularum personarum. *art. II-VII.*

Sed ista non videtur intentio Patrum ac doctorum qui allegati fuerunt. Papa namque gerit vices Christi in terra plenarie, ut super secundum Sententiarum asserit Thomas. Quum ergo sit summus ac proprius Christi vicarius, illam Ecclesiam Christus ipsi commisit, et illi præest Ecclesiae tempore suo, ad quam salvandam Christus in hunc mundum venit, cujus et ipse principalis pastor, caput et pontifex fuit : aliter non esset plenus Christi vicarius. Christus autem totius Ecclesiae simul sumptæ caput, pastor et pontifex est principalis. Ergo ejusdem Ecclesiae siæ acceptæ caput et pontifex est Papa omni tempore pontificii sui : sicut S. Bernardus clarissime scribit, quod Christus totas oves Petro commisit, nihil omittens quod non commiserit ei.

Præterea, convocatio ac celebratio generalis concilii, non est in derogationem potestatis ac prælationis papalis. Convocato ergo et durante concilio, non desinit Papa esse pater, pastor, caput et pontifex eorum qui in concilio sunt, quorum ante inceptionem concilii pater, pastor, caput et pontifex summus fuit. — Insuper, tota multitudo Ecclesiae pariter sumptæ, est quædam pluralitas a Christo decenter disposita et congrue ordinata : ergo in ea est aliquid primum omnibus prædens, non solum divisim, sed et collectim ; et hoc est Papa.

Denique, sicut superius patuit, S. Thomas istud non solum affirmat, sed etiam ex intentione probat in Summa contra gentiles. Sed et super quartum Sententiarum, distinctione vicesima quarta, probat idem hoc modo : Ubi cumque sunt multa ordinata in unum, oportet esse aliquod universale regimen super particularia regimina : quia in omnibus actibus atque virtutibus (ut dicitur in principio Ethicorum) est ordo secundum ordinem finium. Bonum autem commune dignius est quam bonum speciale. Ideo super potestatem regitivam quæ concernit bonum speciale, oportet esse potestatem regiti-

vam respectu communis boni : alias non posset esse colligatio ad unum. Et ideo, quum tota Ecclesia sit unum corpus, oportet, si ista unitas debet conservari, quod sit aliqua potestas regitiva respectu totius Ecclesiae ; et hæc est potestas Papæ. Idcirco qui eam negant, schismatici appellantur, quasi divisores ecclesiasticæ unitatis. Constat autem, quod tota Ecclesia non est unum corpus, sive mysticum sive politicum, nisi in quantum collectim accipitur, non divisim. Ideo Papæ convenit esse pastorem et caput atque pontificem, præsidem et rectorem totius Ecclesiae, sive corporis hujus collectim accepti.

Amplius, ex Raimundo aliisque auctoribus ad hoc varia jura allegantibus, est ostensum quod Papæ conveniat generalem condere legem, canonem seu constitutionem, ad quam universitas Christianorum teneatur, etiam simul accepta : quod non esset, nisi super totam Ecclesiam potestatem, prælationem ac jurisdictionem haberet. Est igitur caput totius militantis Ecclesiae : non utique primum ac principale, absolute loquendo, quamvis sit caput primum et principale Ecclesiae, respective loquendo, videlicet quantum ad prælatos et principes in hoc sæculo peregrinantes ; sed comparando Papam ad Christum, sic est caput secundarium, ministeriale ac vicariale, seu instrumentale.

Et quomodo hoc sit, Thomas in tertia parte ostendit, dicendo : Caput influit membris dupliciter : uno modo, quodam fluxu intrinseco, secundum quod virtus motiva ac sensitiva a capite derivatur ad cetera membra ; alio modo, secundum quamdam exteriorem gubernationem, prout per visum et alios sensus in capite radicates dirigitur homo in exterioribus actibus. Christo igitur proprium est esse caput primo modo, videlicet quantum ad interiorum gratiæ influxum atque directionem internam. Sed secundo modo principes et prælati subditis influunt, hortando, docendo, regendo : sicque subditorum capita nuncupantur. Unde in libris Regum Sauli

^{1 Reg. xv.} dicitur : Caput in tribus Israel factus **A**
^{17.} es. Et Isaias ait : Senex et honorabilis,
^{Is. ix, 15.} ipse est caput ; item Amos : Optimates ca-
^{Longævus} pita populorum. Hinc Thomas testatur,
^{Ainos vi, 1.} quod dicuntur capita præidentes, in quan-
 tum vicem Christi gerunt. Quum ergo
 nullus in tota Ecclesia tam eminenter ac
 plene gerat vicem Christi ut Papa, palam
 quod ipsi præ ceteris competat esse caput
 Ecclesiæ, imo totius Ecclesiæ. Nec ideo
 sequitur quod Ecclesiã sit monstruosa tan-
 quam bicapitalis, seu duo capita habens,
 quoniam Christus et Papa non sunt capita **B**
 æque prima, sed subordinata. Nec est in-
 conveniens, ejusdem corporis mystici esse
 plura capita metaphorice dicta, sicut ali-
 cujus particularis Ecclesiæ capita sunt
 plebanus sive decanus, et episcopus ac
 Papa et Christus.

Postremo, multipliciter in Scripturis di-
 citur aliquid caput, scilicet ratione æta-
 tis, ratione curæ et provisionis, ratione
 prælationis, ratione principalitatis, ratio-
 ne spiritualis regenerationis, ratione pa-
 ternæ dilectionis : et certum est quod om-
 nibus his modis Papa sit aut esse possit
 caput totius Ecclesiæ quæ suo est tem-
 pore.

ARTICULUS XXV.

*De modo loquendi quorundam circa
 materiam istam.*

QUIDAM distinguunt et ponunt duplex
 caput Ecclesiæ, videlicet : essentielle,
 quod est Christus, quod errare non po-
 test, spiritualemque motum virtutum et **D**
 vitam gratiæ influit Ecclesiæ. Aliud vo-
 cant caput accidentale, utputa Papam :
 quod caput quum non sit confirmatum in
 gratia, potest errare ; et eo defuncto, adhuc
 manet Ecclesia in vita spirituali et pote-
 state ecclesiastica sibi a Christo concessa.
 Et hoc caput dicunt proprie dici non posse
 caput Ecclesiæ, quia non influit ei
 vitam gratiæ et motum operationis vir-
 tuosæ.

Quamvis autem præmissa distinctio pos-
 sit salvari (quanquam Papa sublato seu
 mortuo, Ecclesia sit privata membro suo
 dignissimo atque altissimo, nec ipsa pa-
 palis potestas sit formaliter, proprie ac
 distincte permanens in Ecclesia, nec ipsa
 Ecclesia absque Papa sit usquequaque per-
 fecta : quia ad conservationem boni status
 Ecclesiæ et ecclesiasticæ unitatis in ea,
 oportet esse in Ecclesia unum summum
 pontificem, ad quem in præcipuis diffi-
 cultatibus, dubitationibus ac necessitatibus
 recurratur, prout Thomas copiose demon-
 strat jamque probatum est, nec ecclesia-
 stici ordinis decentissima pulchritudo in **art. præced.**
 gradibus dignitatum et officiorum sine
 Papa completa est), verumtamen nequa-
 quam est consequens, Papam non esse
 caput Ecclesiæ quia non influit ei sen-
 sum et motum. Primo etenim dico, quod
 licet non influat ei sensum et motum effi-
 cienter ut Deus Trinitas, nec principaliter
 meritorie sicut Christus ut homo ; tamen
 influit dispositive ac instrumentaliter, pur-
 gando, illuminando, perficiendo, orando,
 seu gubernando, et sacramenta, quæ sunt
 vasa gratiæ, dispensando per se et suos
 ministros. Denique, non solum dicitur ali-
 quis caput, quia efficienter influit sensum
 et motum, sed et ratione principalitatis,
 ac aliis modis, ut dictum est. Alioqui nul-
 lus prælatus aut princeps diceretur caput **ibidem.**
 ratione subditorum : quod contra canoni-
 cam esse Scripturam, articulo patuit præ-
 cedenti. Nam et diabolus, secundum B. Gre-
 gorium, dicitur caput malorum, quamvis
 non influat eis motum et sensum seu vi-
 tam, nisi forte vitam carnalem motumque
 vitiorum, quæ influit suggerendo, non ef-
 ficiendo.

Insuper dicunt, quod universalis Eccle-
 sia consideratur dupliciter. Uno modo, ut
 est corpus mysticum, utputa prout regitur
 donis et charismatibus gratiarum, vivens
 semper vita spirituali per fidem et cari-
 tatem, ita quod Christus eam ut sponsam
 suam respicit et gubernat, nec permittit
 eam maculari aut separari a se, quoniam

ipse ei specialiter spiritualiterque adsistit, ab erroribus eam defendens : et sic proprie caput Ecclesiæ est Christus, non Papa. Secundo consideratur Ecclesia ut alia quævis communitas aut societas politica, quæ etiam absque influxu divinorum charismatum et sine speciali adsistentia Christi, quantum est ex humano iudicio, potest debite regi lege humana aut divina : sicque Papa posset dici caput Ecclesiæ.

Istud videtur impropriissime dictum. Papa enim, secundum fidem catholicam, est vicarius Christi : ergo eo modo est caput Ecclesiæ quo ipsa Ecclesia est grex Christi, et ovile seu congregatio ovium ejus. Non autem est grex Christi et ovile ipsius, proprie loquendo, nisi in quantum est mysticum corpus ipsius. Nec dubium intelligenti quin Ecclesiæ magis competat esse gregem ovileque Christi, in quantum est mysticum corpus charismatibus gratiæ informatum et rectum, quam ut est politica societas.

Præterea, hoc videtur esse contra debitum papalis officii, regere Ecclesiam sine gratiosa ac speciali adsistentia Christi : quia et ipse Papa tenetur esse in caritate et gratia, et suum exhibere officium ex caritate, subditos quoque ad caritatem ceterasque virtutes, quantum in ipso est, inducere. Sed et ipsa Ecclesia sine charismatibus gratiæ considerata, amittit rationem Ecclesiæ, quum juxta doctrinam S. Augustini in libris de Civitate Dei, Ecclesia sit civitas Dei, civitatem vero Dei constituat amor Dei crescens usque ad contemptum sui, quemadmodum civitatem Babylonis seu dæmonis constituit amor sui crescens usque ad contemptum Dei.

Insuper, gubernatio qua Christus per gratiarum charismata regit Ecclesiam, non excludit cooperationem inferiorum regentium ac pastorum, sicut Hugo de S. Victore super Angelicam hierarchiam pulchre ostendit, et divus Dionysius in libro Ecclesiasticæ hierarchiæ testatur : alias angeli infimæ hierarchiæ angelicæ homi-

nes non dicerentur custodire atque dirigere. Hinc ait Apostolus, Dei adjutores sumus : haud dubium quin in hominum directione ad ultimum finem. Ergo Ecclesiæ consideratæ sub ratione mystici corporis desuper recti, non repugnat, sed penitus congruit secundum ordinem divinitus institutum, præter Christum habere caput et rectorem in terra, qui sit summus ac plenus Christi vicarius : et iste est Papa, sicut B. Cyrillus in libro Thesaurorum clarissime contestatur. At vero, etiam dato quod tota Ecclesia infallibiliter regeretur a Christo, et confirmata esset in gratia quantum ad omnes et singulos Christianos, sicut in die Pentecostes confirmati fuerunt Apostoli, adhuc deceret et expediret eam habere unum summum caput in terra, videlicet Papam, qui adhuc esset prælatus, pastor et summus pontifex ejus in sæculo isto. Prælatio enim non solum ordinatur ad retrahendum inferiores seu subditos a peccato, sed etiam ad hortandum ac inducendum eos ad meliora ac perfectiora : unde et ipsis Apostolis prælatus fuit ac mansit beatissimus Petrus. In angelicis quoque spiritibus exstat prælatio, ut S. Dionysius docet in libro Angelicæ hierarchiæ. Similiter in innocentia statu fuisset, secundum Thomam et alios multos. Ex quibus concluditur vanam esse argumentationem aliquorum, qui dicunt quod ipsa Ecclesia est confirmata in bono, nec potest peccare neque errare, quoniam regitur a Spiritu Sancto, idcirco Papa non est caput ipsius, nec indiget eo.

Porro, quod Ecclesiam dicunt non posse peccare, et quod Christus adspicit eam ut sponsam, non permittens eam a se separari nec maculari, discutiendum est quomodo sit intelligendum. Constat namque quod Christus quotidie permittit multas animas sibi per caritatem conjunctas, et per consequens sponsas suas particulares, a se separari et inquinari per peccata mortalia, ita quod fiunt adulteræ diaboli, quæ fuerunt sponsæ Christi. Sed verum est quod Christus non permittit totam Eccle-

siam a se totaliter separari, imo semper sunt aliqui boni in Ecclesia: propter quod Ecclesia dicitur quodammodo munda et confirmata in gratia, denominando totum a parte. Verumtamen etiam boni isti maculantur quotidie per venialia peccata: nisi quis dicat, quod veniale peccatum maculam non ponat in anima. Sed hoc stat in quid nominis, quum certum sit quod veniale peccatum quantum habet de ratione peccati, tantum quoque habet de ratione immunditiæ et maculæ ac offensæ. Unde verbum Apostoli quod allegant, quod

Ephes. v.
25-27.

Christus dilexit Ecclesiam, et tradidit se pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, potius competit Ecclesiæ in statu futuro quam ei modo conveniat. Propter quod Thomas

art. 3 ad 2^{um}.

in tertia parte, quæstione octava, sic ait: Ecclesiam esse gloriosam, non habentem maculam neque rugam, est ultimus finis ejus, ad quem per Christi passionem perducitur; et hoc erit in statu patriæ, nec est in statu viæ, in quo si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, ut scriptum est. His verbis S. Thomæ concordat expositio Nicolai de Gorra et aliorum multorum super inducta verba Apostoli.

1 Joann. 1, 8.

ARTICULUS XXVI.

Determinatio difficultatis præcipuæ, an scilicet Papa sit super concilium, an econtra.

IN omni generali concilio atque in tota Christi Ecclesia summam ac præstantissimam personam esse Papam, omnium patrem et patrem patrum, secundum Bonaventuram, dubium esse non debet, loquendo de majoritate ac dignitate ad dona gratiæ gratis datæ pertinente, ita quod nulla particularis Ecclesia aut persona ei in his adæquetur, ut supra ostensum est, si concilio Papa intersit per se aut

art. VII, XIX,
XXI.

per suos legatos ejus personam repræsentantes. Quum itaque quæritur an Papa sit supra concilium, an econtra, mentio fit de Papa atque concilio seorsum consideratis seu sumptis. Quidam itaque nunc, absolute loquendo, audacter respondent, quod generale concilium sit acceptum, prout universalem Ecclesiam repræsentat, sit super Papam, et majoris auctoritatis ac potestatis quam Papa, ita quod Papa tenetur obedire concilio, non econtrario. Verum, quia hucusque probatum et tentum est, quod Papa sit totius seu universalis Ecclesiæ simul sumptæ, non solum divisim acceptæ, pastor summusque pontifex, prælatus et caput, potestatis plenitudinem habens, videtur periculosum tam absolute simpliciterque asserere quod concilium sit super Papam, loquendo appropriate de majoritate, dignitate et potestate pertinente ad dona gratiæ gratis datæ, ad quam certum est pertinere judicariam potestatem, præsidentialem dignitatem, jurisdictionalemque prælationem.

C Moderatius ergo loquendo, dum quæritur an Papa sit super concilium, an vice versa, arbitror respondendum, quod ibi sit excedens et excessum, id est, quod in aliquibus, puta in his quæ proprie ac directe spectant ad forum generalis concilii, et propter quorum determinationem seu expeditionem illud celebratur: in his, inquam, concilium videtur esse super Papam, ita quod concilium dando voces seu vota, est liberum, nec Papa potestatem coercivam habet super illud in hujusmodi causis, magisque standum est determinationi seu ordinationi concilii generalis quam Papæ, qui determinationem seu ordinationem concilii conciliariter factam, impedire seu revocare nec debet nec potest, eo quod concilium a Spiritu Sancto dirigatur et gubernetur in talibus, quando concilium ipsum legitime est procedens in imploratione directionis Spiritus Sancti, et sinistras informationes devitat.

Porro in ceteris, puta in his quæ papalis prælationis mensuram, regulam magiste-

riumque concernunt, Papa est super concilium et super totam Ecclesiam, circa quam ipse vices Christi plenarie gerit, secundum S. Cyrillum et Theophilum, B. Bernardum et Thomam, hoc præ ceteris (ut mihi apparet) clarius exprimentes.

Si itaque inquiratur, quæ sunt illa in quibus Papa est super concilium, et quæ sunt quæ magisterium, regulam et mensuram papalis prælationis respiciunt; dicendum, quod omnis vicarius legislatoris ad hoc principaliter ordinatur, ut legem legislatoris sui a suis subditis faciat observari: quum ergo Papa sit generalis, summus ac plenus Christi vicarius, hoc ad suæ prælationis mensuram, ad suæ præsentia regulam, ad magisterii sui officium primo ac maxime pertinet, ut ad evangelicæ legis adimplerionem, omnem inducat (quantum potest) populum christianum per se et per suos ministros. Quum itaque generale concilium congregetur præcipue propter commune bonum Ecclesiæ, et propter causas animabus salubres, si Papa vellet aliquid agere aut jubere per quod bonum concilii impeditur, jam ipse Papa transcenderet et exiret regulam et mensuram magisterium-

que suæ prælationis ac potestatis, quæ data est ipsi in ædificationem, et non in destructionem, secundum Apostolum; qui etiam

protestatur: Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate. Præterea, quoniam Papa ratione sui officii debet semper præcipuam ac paternam sollicitudinem habere pro bono communi totius Ecclesiæ sibi commissæ, durante generali concilio posset aliqua ordinare quæ essent accommodata toti concilio ad impetrandum copiosius directionem Spiritus Sancti, ut bonum Ecclesiæ plenius sequeretur. Et si talia præciperet concilio observanda, concilium generale teneretur ipsi obedire ut summo pontifici et pastori: quia in tali ordinatione ac jussione Papa non exiret limites potestatis suæ sibi a Christo præfixos. Quo patet, quod in talibus potestatem et ju-

risdictionem habet super generale concilium et super totam Ecclesiam, cui (ut abundanter probatum est) potest generalem legem seu canonem condere.

Hinc, quantum capere queo, stare non potest quod aliqui scribunt, Papam non esse caput concilii, quum principale agens, scilicet Christus, ibi per se immediate operetur, et ideo non esse necesse aliquam ibi facere mentionem de Papa. Quamvis enim Christus ibi per se immediate operetur, interius dirigendo in his quæ conciliariter sunt tractanda, non tamen excludit instrumentalem cooperatorem extrinsecè cohortantem, aut etiam interius instigantem ac disponentem supposita consensu, ad suscipiendum influxum Spiritus Sancti copiosum. Unde nec angelorum inspirationes nec Papæ exhortationes illa immediata operatio seu gubernatio Christi, vel interior præsentia Spiritus Sancti, excludit.

Postremo, quæ in isto articulo in communi breviter tacta sunt, in sequentibus articulis diffusius exponuntur.

ARTICULUS XXVII.

Declaratio exemplaris eorum quæ in præcedenti articulo sunt inducta.

QUONIAM in moralibus magis informant exempla quam generalia documenta, eo quod actiones sint suppositorum; ea quæ dixi, exemplariter declarabo. Ista ergo (ut dixi) stant simul, quod Papa præest ac præsidet toti Ecclesiæ simul acceptæ, et tamen in aliquibus magis est standum ordinationibus, decretis atque sententiis universalis Ecclesiæ, seu generalis concilii illam repræsentantis, quam Papæ, secundum modum in præcedenti articulo explanatum. Cujus exemplum est quod in claustris collegiisque contingit. Nam quamvis Abbas, decanus seu Prior præsit toti collegio sive conventui, habens potestatem et jurisdictionem super totam

congregationem simul acceptam, quantum A illa quoque ei injungere seu jubere quæ ad suæ prælationis spectat officium; ni- bono concilii exstant accommoda.

hilo minus in variis causis et casibus
occurrentibus, imo in cunctis quæ con-
ventualiter et conciliariter proponuntur,
quilibet habet libere vocem suam, et præ-
latus propriam habet vocem; nec congre-
gatio tenetur ejus judicio acquiescere, aut
ejus sententiæ stare: imo potius ipse ma-
jori et saniori parti congregationis acqui-
escere obligatur. Nec hoc repugnat obedi-
entiæ quam religiosi ex voto suo tenentur
superiori impendere. Nempe, quum dicitur B
In omnibus obediendum est prælato,
intelligendum est per modum distribu-
tionis accommodæ, puta in omnibus quæ
prælationem ejus concernunt, prout S. Tho-
mas et Durandus aliique doctores circa
secundum Sententiarum conscribunt.

dist. XLIV.

Denique, quoniam in conciliis speratur
directio Spiritus Sancti, imo in generalibus
conciliis indubitanter pie præsumitur, hinc
rationabile est in eis majorem vocem se-
qui partem. Spiritus namque ubi vult
spirat, ut Christus testatur; et plerumque C
inferiori et simpliciori revelat quod ma-
jori ac doctiori non manifestat, quia, ut
Salomon loquitur, cum simplicibus est
sermocinatio ejus. Hinc in Nicæni concilii
gestis habetur: Vincat plurima vel plu-
rimorum sententia sacerdotum.

JOANN. III, 8.

PROV. III,
32.

Præterea, quum consilium sit actus pru-
dentia, sitque probabile plus prudentiæ
aut considerationis esse in multis quam
in uno aut paucis (nam et multi oculi
vident quod unus non videt, et quod a
pluribus quæritur, facilius invenitur); hinc D
rationabiliter accidit ut in conciliativis
tractatibus secundum voces procedatur,
nec prælatus coercivam habeat potesta-
tem, ne impediatur libertas concilii et
divinæ inspirationi obex ponatur: quia, ut
ait Apostolus, ubi Spiritus Domini, ibi
libertas. Nihilo minus in tractatibus illis
habet prælatus potestatem et jurisdic-
tionem super congregationem consulentem
in aliis: ita quod possit ei prohibere ea
quæ bono concilii ingerunt impedimenta,

II Cor. III,
17.

ARTICULUS XXVIII.

*Quod universæ potestates et dignitates ec-
clesiasticæ virtualiter concurrunt et
simul existunt in summo Pontifice,
etiam perfectiori sublimiorique modo
quam in ceteris prælatis atque princi-
pibus.*

QUEMADMODUM omnium rerum creatarum perfectiones in Deo sunt idealiter atque causaliter, eminentiorique modo quam in rebus creatis; ita in summo Pontifice concurrunt et sunt omnes potestates et dignitates ecclesiasticæ virtualiter et valde præeminenter, modoque altiori quam in reliquis qui præsent aut præsent. Hinc S. Thomas, Romanæ et apostolicæ Sedis defensor fidelissimus, quem et ego tantillus in hoc sequi cupio et propono, circa finem secundi Sententiarum fatetur, quod in Papa est plenitudo et apex utriusque potestatis, videlicet spiritualis ac sæcularis, ita quod omnium spiritualium prælatorum ac sæcularium principum potestas et dignitas, præsentia atque prælatio, conveniunt et comprehenduntur et sunt in summo Pontifice per modum eminentiorem ac potentiorem quam in illis. Hinc, ut in articulo sexto dictum est, potest regem inutilem regno privare, illudque alteri dare; potest et Imperatorem deponere, ejusque electionem cassare et roburare; potest episcopum de episcopatu dejectare, et alia plurima agere, quæ ipsi dumtaxat conveniunt. Nullus autem alteri dat quod ipse non habet. Papæ ergo sunt regna et imperium, ducatus et comitatus.

Denique ipse est sacerdos, ipse episcopus episcoporumque princeps, ipse patriarcha et primas atque in omnibus principalis; in ipso plena clavium est potestas. Hinc, ut supra allegatum est, S. Bernardus art. III. disseruit, quod Papa ratione sui primatus est Abel, ratione gubernationis est Noe, ratione patriarchatus est Abraham, ratione

ordinis Melchisedech, ratione dignitatis A queunt, congregandum celebrandumque esse omnes fatentur. Porro hæ causæ sunt: *w*Aaron, ratione auctoritatis Moyses, ratione judiciaræ auctoritatis Samuel, ratione potestatis Petrus, ratione unctionis est Christus.

Hinc demum S. Cyrillus, Alexandrinus archiepiscopus, in libro Thesaurorum testatur : Ipsi beati Apostoli in Evangeliiis atque Epistolis affirmaverunt, in omni doctrina Petrum esse loco Christi in ejus Ecclesia, Petro locum præstantes in omni concilio et synagoga, in omni electione et confirmatione. Idcirco ut membra maneamus in capite nostro, apostolico Romanorum Pontificum throno, a quo nostrum est quærere quid credere et quid tenere debeamus, ipsum venerantes et ipsum rogantes præ omnibus : quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, solvere et ligare loco illius qui ipsum ædificavit, et nulli alii quod suum est plenum, sed ipsi soli donavit : cui omnes jure divino caput inclinant, et primates mundi tanquam ipsi Domino Jesu Christo obediunt.

His concordat quod in sermone de Apostolis loquitur Augustinus : Quis piscatorem crederet Apostolorum fieri principem, et regibus obsistere, reges sanctificare, et regnis omnibus imperare, mundum legibus refrenare, dæmones pedibus conculcare ? Magna potestas est, quia totius orbis obtinet principatum.

Ex quibus sequi videtur, quod absolute et absque distinctione dicendum non sit, potestatem concilii esse super Papam atque majorem potestate ac dignitate papali, quamvis in aliquibus sit super eum, *art. xxvi.* *D* cundum modum præhabitu.

ARTICULUS XXIX.

Quæ sunt illa in quibus potestas atque auctoritas concilii generalis dicitur esse super potestatem et auctoritatem papalem.

CONCILIUM generale non nisi propter causas singulariter magnas et arduas, utputa quæ aliter congrue expediri non

queunt, congregandum celebrandumque esse omnes fatentur. Porro hæ causæ sunt: extirpatio hæreticæ pravitate ac schismatis, declaratio fidei atque editio Symboli ejus, universalis reformatio Ecclesiæ in capite et in membris ipsius. Itaque, in expeditione istorum major dicitur potestas concilii generalis quam Papæ, quoniam Christus promisit Ecclesiæ seu concilio ipsam repræsentanti, infallibilem directionem et gloriosam adistentiam incessantem : ita quod errare non potest in fide, neque in his quæ ad bonos pertinent mores, eo quod in talium determinatione regatur immediate a Spiritu Sancto. Unde et Papa in talibus tenetur stare determinationi Ecclesiæ, seu statutis concilii, tanquam ordinationi ac sententiæ Spiritus Sancti. Quumque Papa possit errare in fide et moribus, ac ceteris quæ sunt de necessitate salutis, ejus judicio non videtur ultimate ac certitudinaliter standum in istis, quum non sit infallibilis regula, neque indeviabile fundamentum.

art. xxvii. *C* Verumtamen, sicut præhabitu est, infallibilis ista directio a Spiritu Sancto, non videtur pertinere ad majoritatem potestatis ac jurisdictionis præidentialis, sed potius est supernaturale donum Spiritus Sancti, actuale magis quam habituale. Idcirco ex hoc non satis probatur potestas Ecclesiæ esse super potestatem Papæ, sic quod major sit gratia atque perfectio universalis Ecclesiæ. Unde B. Petro defuncto, et S. Clemente seu Lino Sedem papalem tenente, vivente adhuc beatissimo evangelista Joanne, qui confirmatus fuit in gratia, certum est Clementem seu Linum majorem fuisse Joanne potestate ac jurisdictione prælationisque dignitate, sicut et Petrus major fuit Joanne : quamvis Joannes fuerat major Clemente ac Lino infallibili directione Spiritus Sancti, seu indeviabili confirmatione in caritate et gratia.

Præterea, quum Papa constitutus sit totius Ecclesiæ summus generalisque custos, pastor et pontifex, fideique defensor ac præcipuarum difficultatum Ecclesiæ

determinator, non sic ad generale concilium pertinet hæreses et schismata extirpare, totius Ecclesiæ reformationi intendere, fidem declarare ac fidei Symbolum edere, quin etiam hæc ipsa ad Papam ratione sui officii directè pertineant. Ideo neque ex his satis ostenditur, quod potestas concilii sit (absolute loquendo) major potestate papali, sed quantum ad ali- quid : quoniam hæc certius seu expeditius fiunt per generale concilium quam per Papam dumtaxat, eo quod majoris gratiæ atque subsidii promissio sit facta Ecclesiæ quam Papæ. Quomodo autem hæc ita se habeant, in sequentibus patebit articulis.

ARTICULUS XXX.

An et quomodo ad summum Pontificem pertineat Symbolum fidei edere.

IN hoc quidam præcipue præferunt concilium domino Papæ, quia ad concilium pertinet ultimate determinare, ita ut ei cum omnimoda certitudine a cunctis credatur. Videndum est ergo anne istud ad papalis dignitatis spectet officium.

Hanc autem quæstionem S. Thomas in art. 10. secunda secundæ, quæstione prima, determinans, ait : Nova editio Symboli necessaria est ad vitandum insurgentes contra fidem errores. Ideo ad illius auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cujus auctoritatem pertinet sententialiter determinare ea quæ sunt fidei, ut ab omnibus incussa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem summi Pontificis, ad quem majores et difficiliore Ecclesiæ quæstiones referuntur, ut dicitur in Decretis, distinctione 43. Unde et Christus Petro dixit, quem summum Pontificem constituit : Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua ; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Et hujus ratio est, quia una esse debet fides totius Ecclesiæ : hoc autem servari non posset, nisi quæstio de

Cf. Decretal. lib. III, tit. 43, c. 3. Luc. XXII, 32.

A fide exorta determinaretur per eum qui toti Ecclesiæ præest, ut sic ejus sententia a tota Ecclesia firmiter teneatur. Et ideo ad solam auctoritatem summi Pontificis pertinet nova editio Symboli, sicut et omnia alia quæ pertinent ad totam Ecclesiam, ut congregare synodum generalem, et alia hujusmodi.

Hæc est S. Thomæ responsio. Cui concordat quod (ut paulo ante allegatum est) **B.** Cyrillus Alexandrinus patriarcha in libro Thesaurorum disseruit : A Romano Pontifice nostrum est quærere quid credere et quid tenere debeamus, quia ipsius solius est statuere atque disponere loco Christi, qui quod suum est plenum ei soli donavit. Denique expositores super Matthæum concorditer dicunt : Præcipue ad Petri successorem pertinet certificatio dubitationum de fide. Unde et divinus Dionysius in libro de Ecclesiastica hierarchia insinuat, quod ad summum hierarcham pertineat difficiliorum solutio quæstionum. art. XXVIII. cap. v.

C Sed contra hæc quidam obijciunt, quod quum Papa possit errare, non potest quis ejus determinationi atque sententiæ absque omni formidine tam actuali quam habituali assentire ; sed determinationi Ecclesiæ, quæ errare non potest, certitudinaliter statur : idcirco ad generale concilium pertinere videtur ultima decisio credendorum. Quod verum reor. Nihilo minus ad auctoritatem Papæ pertinet istud, quamvis persona cui tanta auctoritas concessa est, sit similis aliis, mortalis et fragilis atque peccabilis : idcirco sententiæ ejus, secundum quod a tali persona procedit, non ita certitudinaliter statur sicut sententiæ universalis Ecclesiæ non errantis ; ad quam etiam pertinet declarare editionem Symboli a summo Pontifice factam, esse idoneam. Rursus, quando concilium actu congregatum non est, ad Papam est potissime recurrendum : qui etiam imperfectum suum considerans, ardua explicare non solet absque approbatione Ecclesiæ, seu sine præsentia concilii, ut notatur in ca-

Sext. lib. n. tit. 14, c. 2. *judicata; libro sexto.* pitulo *Ad apostolicæ*, de Sententia et re A tus, in quibusdam vero magis obediendum est duci exercitus quam patri carnali : quia inconueniens non est patrem esse superiorem in rebus familiaribus atque domesticis, ducem vero in bellicis rebus. Sed ei qui in omnibus existit superior, scilicet Deo, et ei qui vices ejus gerit plenarie, scilicet Papæ, est magis obediendum simpliciter. — Porro monachus magis tenetur obedire abbati quam episcopo in his quæ ad statuta regulæ pertinent ; in his autem quæ ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, magis tenetur obedire episcopo, quia in illis abbas est episcopo subditus. Sed Papæ magis quam alicui alii prælato obedire tenetur. — Insuper, tam spiritualis quam sæcularis potestas a potestate divina procedit. Idcirco sæcularis potestas in tantum est sub spirituali in quantum ei a Deo supposita est, puta in his quæ ad salutem animæ pertinent : idcirco in his magis obediendum est potestati spirituali quam sæculari. In his autem quæ ad bonum spectant civile, magis obediendum est potestati sæculari quam spirituali, prout ait Salvator, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari : nisi potestati spirituali sæcularis potestas conjuncta sit, sicut in Papa, qui utriusque potestatis apicem tenet, illo sic disponente qui est sacerdos et rex, unigenito scilicet Filio Dei. — Porro, quod ait Apostolus, Filii, obedite parentibus per omnia, non est intelligendum de omnibus absolute, sed de omnibus quæ ad prælationem patris super filium pertinent.

Postremo, ut Thomas testatur, editio Symboli a B. Athanasio compilata, facta est potius per modum doctrinæ quam symboli, ut ex ipso modo loquendi apparet ; sed quoniam integram fidei veritatem ejus doctrina breuiter continet, auctoritate summi Pontificis fuit recepta, ut quasi regula fidei haberetur.

ARTICULUS XXXI.

An summo Pontifici sit magis obediendum in omnibus quam cuiuscumque alteri inferiori potestati seu prælato.

SUPERIUS, articulo octavodecimo, tactum est quemadmodum secundum Thomam atque Durandum, potestas superior et inferior dupliciter se habent ad invicem. Primo sic, quod inferior potestas a superiori potestate totaliter oritur et descendit ; tuncque simpliciter magis obediendum est in omnibus potestati superiori quam inferiori. Et ita se habet potestas Papæ ad omnem spiritualem potestatem in Ecclesia. Hinc magis obedire tenemur Papæ quam alicui inferiori prælato : imo et monachus magis obedire tenetur illi quam suo abbati, absque ulla distinctione. Secundo ita se habent, quod una non oritur ex alia, sed ambæ oriuntur ex quadam potestate suprema, quæ unam D alteri subdit secundum quod vult : et tunc una non est superior alia nisi in illis in quibus una supponitur alii a potestate suprema ; et in illis dumtaxat magis obediendum est potestati superiori quam inferiori. Sicque habent se potestates archiepiscopi et episcopi, descendentes a potestate Papæ.

Verumtamen, sicut nono Ethicorum ait Philosophus, in quibusdam plus obediendum est patri carnali quam duci exerci-

tus, in quibusdam vero magis obediendum est duci exercitus quam patri carnali : quia inconueniens non est patrem esse superiorem in rebus familiaribus atque domesticis, ducem vero in bellicis rebus. Sed ei qui in omnibus existit superior, scilicet Deo, et ei qui vices ejus gerit plenarie, scilicet Papæ, est magis obediendum simpliciter. — Porro monachus magis tenetur obedire abbati quam episcopo in his quæ ad statuta regulæ pertinent ; in his autem quæ ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, magis tenetur obedire episcopo, quia in illis abbas est episcopo subditus. Sed Papæ magis quam alicui alii prælato obedire tenetur. — Insuper, tam spiritualis quam sæcularis potestas a potestate divina procedit. Idcirco sæcularis potestas in tantum est sub spirituali in quantum ei a Deo supposita est, puta in his quæ ad salutem animæ pertinent : idcirco in his magis obediendum est potestati spirituali quam sæculari. In his autem quæ ad bonum spectant civile, magis obediendum est potestati sæculari quam spirituali, prout ait Salvator, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari : nisi potestati spirituali sæcularis potestas conjuncta sit, sicut in Papa, qui utriusque potestatis apicem tenet, illo sic disponente qui est sacerdos et rex, unigenito scilicet Filio Dei. — Porro, quod ait Apostolus, Filii, obedite parentibus per omnia, non est intelligendum de omnibus absolute, sed de omnibus quæ ad prælationem patris super filium pertinent.

Quamvis autem Durandus Thomæ consentiat in præfata distinctione potestatis superioris ac inferioris, tamen in hoc contradicit ei quod asserit monachum in omnibus, etiam et in his quæ pertinent ad statuta vel regulam suæ religionis, magis debere obedire summo Pontifici quam abbati : quia licet omnis potestas jurisdictionis ecclesiasticæ derivetur a Papa quoad illa ad quæ Christiani tenentur etiam si propria sponte se ad ea non obligarent ; tamen ubi tota potestas prælati super sub-

Matt.
xiii. 21.

Coloss.
29.

ditum oritur ex spontanea obligatione sub-
 diti, quoad illa in quibus subditus est ita
 liber quod contra præceptum Papæ potest
 ea facere licite, non videtur quod talis
 potestas dependeat aliquo modo ex pote-
 state Papæ. Ex quo enim adeo liber sum,
 quod contra præceptum Papæ possum li-
 cite hoc facere vel omittere, possum me
 obligare prout volo uni ita quod non al-
 teri. Sed potestas prælati religiosi super
 subditum suum quoad vota religionis et
 observantias regulæ, oritur ex spontanea
 obligatione subditi, quoad illa in quibus
 subditus est ita liber quod contra præcep-
 tum Papæ potest licite ea facere vel
 omittere, ut sunt paupertas, castitas, et
 cetera similia quæ Christus suadet. Ergo
 videtur quod talis potestas in nullo de-
 pendeat a potestate Papæ. Propter quod
 in talibus si abbas aliquid præcipiat mo-
 nacho, puta quod non comedat carnes, et
 Papa præcipiat contrarium, videtur quod
 abbati esset obediendum, regulariter lo-
 quendo : quia in casu posset contingere
 contrarium. Verbi gratia, si Papa propter
 utilitatem Ecclesiæ indiget pro aliqua le-
 gatione discreto monacho, et præcipiat
 ei ut vadat, tenetur ire, non obstante præ-
 cepto abbatis dicentis quod resideat in
 claustro juxta statuta Ordinis sui : quia
 spontanea obligatio ejus ad statuta suæ
 religionis non absolvit eum ab obligatione
 qua erat prius obligatus Ecclesiæ. Sed si
 Papa volens solum ostendere potestatem
 suam, dicat, Volo quod vadas ad forum
 et possis ire per villam sine licentia quo-
 tiescumque volueris, et similia quæ sunt
 contra statuta Ordinis, et abbas dicat con-
 trarium, videtur probabiliter quod abbati
 esset obediendum. Hæc Durandus. — Ve-
 rumtamen positio Thomæ videtur confor-
 mior his quæ supra, articulo sexto, dicta
 sunt ex Raimundo et ex Summa confesso-
 rum atque ex Summa Pisana, ubi ad hoc
 jura varia allegantur : ubi inter cetera di-
 ctum est, quod Papa potest monachum de
 claustro extrahere invito abbate invitoque
 monacho.

ARTICULUS XXXII.

*Quomodo Papa possit a generali concilio
 judicari atque deponi.*

PAPAM propter hæresim posse a conci-
 lio deponi, superius etiam ex summo-
 rum Pontificum sententiis est probatum :
 in quo pene omnes doctores concordant,
 adduntque multi, quod pro quocumque
 peccato notorio quo scandalizat Eccle-
 siam, et in quo pertinax incorrigibilisque
 maneret, possit a concilio judicari, repro-
 bari, deponi. Verumtamen juxta hucusque
 probata habet difficultatem quomodo id
 licite fieri queat : præsertim quum dictum
 sit quod Papa sit totius Ecclesiæ, etiam
 collectim acceptæ, pastor, præses, caput
 et pontifex, sponsus et judex. Judex au-
 tem a subditis judicari non potest nec
 deponi ; minor quoque majorem solvere
 vel ligare non potest : imo par in parem
 potestatem non habet.

Itaque ad intelligendum quomodo ista
 stent simul, primo pensandum, quod ei-
 dem secundum diversa quæ in ipso sunt,
 imo et secundum diversas considerationes
 ejus, diversa conveniunt. Nam et in Deo,
 in quo nulla est substantialis distinctio,
 fundantur diversæ considerationes de ipso
 conceptæ, et secundum eas diversa Deo
 conveniunt. Et hoc in creaturis amplius
 locum habet, in quibus est diversa con-
 siderare. Sicque de eodem diversa veraci-
 ter enuntiantur, præsertim in homine, in
 quo maxima compositio seu multiplicitas
 invenitur. Aliud quippe convenit homini
 ratione naturæ, aliud ratione culpæ, aliud
 ratione gratiæ. Hinc et S. Augustinus de
 beatissimo principe Apostolorum Petro te-
 statur super Joannem : Petrus natura unus
 homo erat, gratia unus Christianus, abun-
 dantiori gratia unus idemque primus apo-
 stolus ; sed quando dictum est ei, Tibi
 dabo claves, universam significavit Ec-
 clesiam. Hinc quoque superius est osten-
 sum, quod Papa secundum diversa quæ in
 ipso sunt, et secundum diversas sui con-

art. xiv.

art. x.

Matth. xvi,
19.

art. xxii.

siderationes, vocatur et est pater et princeps Ecclesie, itemque filius et minister Ecclesie. Rursus, in quantum est unus homo et unus Christianus similis nobis, fragilis atque mortalis et peccabilis, ac legibus Christi subjectus, sic est frater noster et membrum Ecclesie, fraternæ quoque correptionis præcepto subjicitur. Porro ratione peccati efficitur inferior, imo et vilior et damnabilior, etiam infimi status Christiano bono seu justo : sicque quotidie judicem habet proprium confessorum, cujus est ipsum ut peccatorem corripere, judicare, pœnitentiamque ei imponere.

Decret.
p. 1. dist. 40.
c. 12.

art. 2 ad
2^{am} et 3^{am}.

Præterea, quædam glossa Decreti dicit, quod minimus fidelis major est Papa infideli ; et ita habet textus Decreti, quod qui justior fuerit, ille major : quæ intelligenda sunt de majoritate virtutis et perfectionis, non jurisdictionis. Unde et Thomas in secunda secundæ, quæstione tricesima tertia, ait : Omnis delinquens, in quantum delinquens, est inferior corripiente : qui quoad hoc quod rite corripit, sanum habet iudicium ; sicque alteri, quamvis simpliciter superiori, hanc spiritualem eleemosynam, id est fraternam correptionem, impendere potest. Denique super quartum Sententiarum, distinctione nonadecima, ait : Quidam dicunt, quod correptio fraterna non se extendit ad prælatos, quia non debet homo ponere os in cælum. Sed hoc nihil est, quia prælati in quantum peccant, non sunt cælum : ideo ratione peccati correptio eis debetur. Prælati enim ex hoc quod est publica persona vicemque Dei super subditos gerens, non amittit ea quæ sunt propria illius singularis personæ : et ideo omnia illa quæ debentur alicui ex fraterno caritatis affectu, qui ad omnes homines est habendus, etiam prælato debentur. Hæc Thomas.

His præmissis, dicendum quod Papa secundum quod talis, utputa in quantum summus Ecclesie pastor et pontifex, non est a concilio generali sententialiter ju-

A dicandus aut per depositionem puniendus : quia ut talis, est superior et prælatus ac iudex Ecclesie. Sed in quantum esset intolerabiliter vitiosus seu criminosus, sic esset inferior, et concilium haberet super eum potestatem ac jurisdictionem a Christo, a quo immediate claves accepit Ecclesia, quam repræsentat concilium : qui etiam Christus dedit potestatem Ecclesie abjiciendi membrum scandalizans, infectivum ac putridum. Sic ergo generale concilium potestatem et jurisdictionem B habet in Papam, in quantum Papa ratione culpæ inferior redditur ipso concilio, imo insuper et in quantum Papa consideratur ut membrum filiusque Ecclesie, puta ut determinata persona fidelis seu unus Christianus viator, peccabilis ; et in quantum talis est, dicitur ei a concilio lex præfigi, ne sua potestate abutatur, sed debite dirigatur.

Ex his patet ad objecta solutio. Par enim potestatem non habet in parem in quantum est talis, id est æqualis, sed ut aliquo modo exstat inferior. Similiter minor non ligat nec absolvit majorem secundum quod major est, sed in quantum est quodammodo minor. Sic nec iudex C iudicatur ut iudex, sed ut publice reus.

Porro, ut in Summa sua scribit Durandus, regula illa qua dicitur, Minor majorem solvere vel ligare non potest, in aliquibus casibus fallit, videlicet : in iudicio Pœnitentiæ, quia simplex sacerdos absolvit Papam ; item, quum superior se submittit iudicio inferioris ; item, quum delinquit superior in provincia inferioris : tunc enim minor potest illum excommunicare aut aliquo modo punire, præsertim si ille non sit ejus prælatus, secundum quod Goffredus* et Ostiensis testantur. Hinc Thomas in secunda secundæ, quæstione sexagesima septima, dicit quod quilibet sortitur forum secundum rationem delicti, ita quod qui in territorio alicujus prælati aut principis peccat, ratione culpæ subjicitur ei. In Summa quoque confessorum asseritur, quod quilibet

* Goffredus

art. 1 ad
3^{am}.

Christianus ratione delicti efficitur de foro Ecclesiæ. Itaque constat quod superiori non omnifarie repugnat ab inferiore judicari.

Verumtamen juxta præmissas distinctiones videtur subtilius et convenientius dicendum, quod superior nunquam judicatur, solvitur aut ligatur ab inferiore, in quantum superior, seu secundum id in quo exstat superior, sed in quantum inferior, et secundum id quo comprobatur esse inferior. Nempe et Papa in quantum confitens, est inferior confessore suo quocumque ut tali : qui in quantum confessor, est Christi repræsentans personam, et vice et loco ipsius ; Papa vero ut confitens, peccatoris gerit personam, sicque confessori suo subicitur, et ille potestatem et jurisdictionem habet in istum secundum quod talis est, non in quantum est superior eo summusque pontifex.

Hinc Joannes glossator Decreti, in capitulo *Si Papa*, distinctione 40, dicit : Papa scandalizans Ecclesiam et monitus desistere, si non desistit, est censendus hæreticus : quia contumacia seu incorrigibilitas est hæresis, quum obviet legi naturæ seu rationi naturali, quam evangelica lex dicitur sibi præsupponere atque substernere, ac substernendo perficere. — Hinc non solum dicitur esse contra fidem fideique doctrinam quod formaliter et directe ei repugnat, sed etiam illud quod repugnat ei quod illa præsupponit, quod est lex naturæ : sicut et universaliter loquendo, non solum est contra artem sive scientiam quod immediate ac proprie repugnat principiis artis, sed et illud quod obviat his quæ ars aut scientia præsupponit. Sicque omne peccatum notorium in quo quis contumaciter manet incorrigibilisque persistit, dicitur esse contra fidem, et reduci ad hæresim. Unde ob tale peccatum Papa dicitur deponendus.

Postremo, præhabitum est quod in his quæ directe ac proprie pertinent ad forum et expeditionem generalis concilii, Papa sit subjectus inferiorque concilio secun-

dum modum expressum. Quum ergo potissime ad concilium pertineat reformatio Ecclesiæ in capite et membris, ad quam valde necessaria est reformatio (si ea indigeat) summi Pontificis, ex cujus regimine totum bonum Ecclesiæ quodammodo pendet (quemadmodum scriptum est : Secundum judicem populi, sic et ministri ejus ; et qualis est rector civitatis, tales et inhabitantes in ea) ; hinc justum et rationabile perhibetur ut Papa præbeat se concilio corrigendum : quod si facere noluerit, asserunt eum rite posse deponi.

ARTICULUS XXXIII.

De rationibus et auctoritatibus quas dominus Eugenius in quadam epistola allegat contra Basileense (ut fertur) concilium.

UNIVERSITATI studii Montis Pessulani quondam dominus Eugenius direxit epistolam, in qua contra Basileensem congregationem terribiliter loquitur, volens probare quod Papa absolute sit supra concilium, et majoris potestatis quam illud simpliciter ; quod item ipse de plenitudine suæ potestatis possit transferre concilium, et ipsum concilium a Papa auctoritatem et firmitatem accipiat.

Itaque inter cetera scribit : Una est vera fides, una est Ecclesia catholica, unaque est plenitudo ecclesiasticæ potestatis quæ eadem, nec major nec minor, in suis successoribus usque in finem sæculi perseverat. Quod potuit Petrus, hoc Silvester, hoc Leo, hoc ceteri potuere Pontifices ; et quod illi potuerunt, nos possumus. Nec si in prædecessoribus nostris apostolica Sedes conciliis auctoritatem dare consuevit, et legitime facta firmare, perperam vero et inique actitata damnare, temporibus nostris debet ab hac auctoritate cecidisse. Nam etsi sumus impares meritis, non

Decret.
i. i. dist. 40,
c. 6.

Ecclesi. x, 2.

art. xxvi.

tamen imparis potestatis. Aliud enim (inquit beatissimus Leo) sunt merita præsulum, aliud jura et privilegia sedium. Dedit Nicænæ synodo auctoritatem beatissimus Silvester, synodum convocando, præsidentes vice sua ibidem destinando, gestis conciliaribus firmitatem roburque præstando. Exstant ad ipsum Nicænæ synodi litteræ, quibus Patres cum summa humilitate deposcunt ut ibidem gesta apostolicæ Sedis auctoritate confirmet. Exstant ipsius litteræ, quibus in synodo Romæ celebrata, habito diligenti discussionis examine, Nicænæ synodi gesta confirmat. Pariter beatæ memoriæ Cœlestinus Papa primam Ephesinam synodum apostolica auctoritate firmavit, nomine suo certos ibi statuens præsidere.

Quum vero Nestoriana peste damnata, Eutychniana insurrexisset impietas, et ad illam funditus abluendam secundo apud Ephesum Theodosii junioris tempore synodus vocaretur, eam beatissimus Leo apostolica auctoritate firmavit, missis Julio episcopo, Renato presbytero, Hilario diacono, qui suo nomine præsiderent. Quumque Dioscorus Alexandrinus antistes eam synodum ad approbationem Eutychniani erroris vi et arte traxisset, et apostolicis præsentibus vim ut subscriberent inferre voluisset, ac fugam eos inire coegisset; beatissimus Leo dictam synodum universalem atque plenariam et apostolica auctoritate convocatam, sed a vera fide et ecclesiasticis regulis deviantem, eadem auctoritate submovit, et damnatis impiæ factionis auctoribus, Chalcedonensem synodum in correctionem illius convocavit: in qua eliminata Eutychniani erroris insania, Dioscorus pro sua temeritate et impietate mulotatus est. Verum, quum terminato concilio, acta synodalia confirmari auctoritate apostolica Patres synodi humiliter postulassent, beatissimus Leo ea dumtaxat censuit confirmanda quæ ad materiam fidei pertinerent. Quod autem Constantinopolitanæ sedi in Alexandrinæ et Antiochenæ sedis præjudicium fuisset indultum, quam-

vis in ea re præsentibus suo nomine subscripsissent, tanquam indignum injustumque rejecit, asserens eam synodum ad extinguendam solam hæresim ad conformitatem fidei catholicæ congregatam, et præsentibus suis facultatem in ea sola re fuisse concessam. Exstant ipsius beatissimi Leonis litteræ, quæ hæc omnia ita se habere testantur. Ex quibus evidenter elucet, concilia plenariam semper auctoritatem a Sede apostolica suscepisse, nec sine illa aliquid virtutis aut roboris habuisse, et de ipsis judicandi apud eandem semper facultatem iudiciumque rese-

disse. Multa insuper his similia allegat Eugenius, asserens synodos multas magnis simultatibus ac dissensionibus laborasse, atque in multis errasse, ita quod apostolica Sedes, nulla synodo præsentibus, propria auctoritate absolvit quos synodus inique damnavit. Et ponit exemplum de B. Athanasio, quem orientalis synodus damnavit, sed apostolica Sedes suscepit et justificavit; similiter de Joanne Chrysostomo, quem catholicorum præsulorum synodus condemnavit, sed apostolica Sedes sola absolvit. Insuper scribit, quod a christianæ religionis exordio semper apud apostolicam Sedem mansit auctoritas declarandi, interpretandi ac dispensandi omnia decreta synodalia, non ex potestate sibi per synodum quacumque concessa, sed ex sola plenitudine potestatis in B. Petro Christi voce collata.

Itaque Eugenius asserit se transtulisse Basileense concilium, et Ferrariense substituisse, propter causas tales ac tantas, quod majores in Dei Ecclesia esse non potuerunt. Et ex hac translatione ac substitutione concilii dicit maximum Ecclesiæ Dei honorem et fructum jam provenisse. Secuta est quippe, ut ait, Græcorum unio, et Armeniorum diuturnum schisma sublatum est, quum Græci quasi quingentis annis, et Armenii fere mille a Romanæ Ecclesiæ obedientia devotioneque recesserunt.

ARTICULUS XXXIV.

*Responsio quorundam ad recitata
in præcedenti articulo.*

IN præcedenti articulo contenta sunt multa contra quæ aliquæ Universitates et litteratæ personæ scripserunt, scilicet : quod generalia concilia possint errare, atque interdum erraverint (quo dato, fateri oportet quod non immediate ac infallibiliter regantur a Spiritu Sancto : quod præinductis non consonat) ; insuper, quod totum robur et auctoritatem immediate sortiantur a Papa ; quod item Papæ sit præsidere concilio auctoritative et coercive, confirmare quoque et approbare seu reprobare sententias ac decreta concilii, et interpretari, declarare dispensareque ea. Quibus concessis, sequitur quod concilium generale in nullo sit super Papam, nec concilium in aliquo casu possit deponere illum, nec aliquam ei legem præfigere : quæ a prædeterminatis discordant.

Breviter ergo solutiones argumentorum præcedentis articuli tangendo, hoc advertendum est, quod sicut præhabitu est, personæ in concilio congregatæ atque concilio incorporatæ, uno modo considerantur ut mysticum corpus, quod Spiritu Sancto dirigitur, seu gratiæ ejus charismatibus gubernatur : et sic consideratæ, errare non queunt circa fidem et bonos mores in his quæ conciliariter tractant, et dum rite procedunt in invocatione Spiritus Sancti secundum formam conciliario processui congruentem ac præstitutam. Secundo considerantur ut corpus politicum : et ita in his quæ ipsæ seu quædam earum determinant et pertractant secundum sensum humanum, seu ut melius valent secundum quod homines sunt, juxta dona eis concessa, absque singulari directione Spiritus Sancti, possunt errare. Sed talia earum gesta non sunt conciliariter facta, nec Spiritui Sancto attribuenda.

Præterea, quædam concilia fuerunt provincialia, non generalia : ut illa quæ quos-

Adam sanctos Patres condemnaverunt. Provincialibus autem conciliis non semper conveniunt generalium prærogativæ conciliorum in directione certissima Spiritus Sancti.

At vero, sicut præactum est, concilia generalia habere auctoritatem et robur a Papa, uno modo intelligi potest declarative, ita quod Papa tanquam os seu lingua Ecclesiæ, verbis aut scriptis fatetur, declarat et cunctis insinuat, ipsum concilium esse aut fuisse legitime congregatum, continuatum et finitum. Unde ad totius plebis certificationem, et ob scandala evitanda, atque pro pace plenius conservanda, tam ipsa concilia quam Imperatores quandoque postulaverunt a Papa confirmari conciliorum decreta, potissime ne putaretur inter Papam et concilium esse dissensio.

Postremo, quod allegatum est, Papam habuisse præidentiam in generalibus conciliis, conceditur loquendo de præidentia honoraria a conciliis sponte ac libere Pontificibus quibusdam concessa, forte propter eorum sanctitatem sapientiamque præcipuam. Verumtamen regulariter loquendo, nec Papæ nec ejus legatis competit de jure, neque de facili danda est sine idonea ratione, in concilio generali præidentia auctoritativa et coerciva, nisi quantum ad impeditiva bonorum concilii, ne auferatur concilio sua libertas, et ne ab homine potius quam a Spiritu Sancto regi putetur.

Sufficit mihi hæc tetigisse : neque enim ad particularia quæque inter dominum Eugenium et Basileense concilium gesta descendere meum est.

ARTICULUS XXXV.

De utilitate generalium conciliorum.

QUONIAM, juxta præhabita, indubitanter credendum est universalem Christi Ecclesiam non posse errare in fide et moribus, et per consequens nec generale

concilium illam exemplariter repræsentans, quum ipsum generale concilium rite inceptum et ordinate procedens in imploratione Spiritus Sancti, cum debita consulens libertate, dirigatur a Spiritu Sancto quantum ad agnoscendum ac definiendum quid pertineat ad fidei veritatem morumque æquitatem; hinc generale concilium saluberrimum atque aptissimum medium est ad reformationem ecclesiastici status in capite et in membris, atque ad cetera propter quæ celebratur concilium expedienda, eo quod Christus in medio ejus sit, et præsidem, dirigentem infallibiliterque juvantem habeat Spiritum Sanctum in his quæ rite ac conciliariter pertractantur. Quis enim non diceret quodcumque provinciale, particulare, collegiale sive claustrale concilium saluberrimum esse atque peropportunum, si in eo certitudinaliter agnosceretur præsidere aliquis homo tantæ sapientiæ ac virtutis, quod in directione consiliariorum seu consulentium non posset errare?

art. xxvii. Denique, sicut præactum est, quod a pluribus quæritur, facilius invenitur; nec unus omnia potest considerare, quia veraciter quasi pro proverbio dicitur:

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Quum ergo ad generale concilium plurimi de omni statu Ecclesiæ totius hierarchico confluant, certum est viros multos doctissimos et expertos illuc concurrere, qui multa valent denuntiare, considerare et determinare. Quumque supernaturali adjutorio Spiritus Sancti innitantur ac fulciantur in his quæ conciliariter tractant, constat quam vere salubre sit generalia celebrari concilia. Hinc quidam generale definientes concilium, dicunt quod sit fidelium congregatio legitima auctoritate facta ad certum locum, ex omni hierarchico totius Ecclesiæ statu, nulla fidelis persona quæ audiri cupit exclusa, ad tractandum et ordinandum salubriter quæ ejusdem Ecclesiæ debitum regimen respiciunt in fide ac moribus.

A Præterea his concordat quod etiam Aristoteles naturali ratione inductus, tertio ait Politicorum: Princeps seu rex associare sibi debet multos sapientes, ut habeat quasi multos oculos intellectuales quorum utatur consiliis. Unde quam utilia sint consilia, Salomon in libro Proverbiorum pandit, dicendo: Erit salus ubi multa consilia. Rursusque ait: Custodi legem atque consilium, et erit vita animæ tuæ, et ambulabis fiducialiter, et pes tuus non impinget; itemque: Qui sapiens est, audit consilia. Magna est ergo sapientium consiliariorum utilitas, secundum quod in Proverbiis Salomon fassus est: Lingua (inquies) sapientium sanitas est; aurum et multitudo gemmarum et vas pretiosum sunt labia scientiæ. Unde et Sapientiæ sexto habetur: Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Propterea generale concilium appellatur quasi oculus dexter Ecclesiæ. Idecirco qui illud impedire conantur, nec Christi nec Ecclesiæ videntur amici, sed hostes, et propria commoda et privatos honores divinæ honorationi ac bono communi impie præferentes.

Hinc quoque in quodam decreto Constantiensis concilii fertur: Frequens generalium conciliorum celebratio, agri dominici præcipua est cultura, quæ vepres, spinas et tribulos hæresum, errorum et schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, et vineam Domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit; illorum vero neglectus præmissa mala disseminat atque fovet.

ARTICULUS XXXVI.

Qualia decet esse generalium conciliorum supposita.

QUAMVIS, ut tactum est, generali concilio præsidens principalis sit Spiritus Sanctus, a quo speratur dari directio in definiendis, etiam si ipsi qui concilium celebrant, gratia careant gratum faciente et vitiosi consistant; nihilo minus pie et

rationabiliter est credendum, quod quanto supposita ipsius concilii fuerint Deo cariora, seu magis devota, atque divinæ directionis, illuminationis et gratiæ capaciora, eo exuberantius et copiosius illuminabuntur, ungentur et dirigentur a Spiritu Sancto in conciliaribus factis. Hinc omnino decentissimum saluberrimumque consistit, ut non solum studeant esse in statu salutis, sine peccato mortali vivendo, imo etiam satagant esse perfecte devoti abundanterque virtuosus, ut in primis reforment se ipsos, et tam copiosa sint gratia adimpleri, ut de plenitudine sua aliis communicent ac diffundant. Quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se ipsum autem perdat et detrimentum sui faciat? Rursusque in Ecclesiastico scriptum est : Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Et item : Miserere animæ tuæ placens Deo.

Denique, quum ad prudentiam, cujus actus est consilium, pertineat de hominum actibus seu agendis idonee judicare, apta quoque media invenire ad obtinendum seu conservandum debitum finem, qui præcipue est bonum commune; hinc, secundum Aristotelem ceterosque philosophos atque theologos, vera prudentia non nisi virtuosus inest hominibus, præsertim quum virtutes concatenatæ dicantur, et peccata passionisque animæ rationem obtenebrent ne efficaciter judicet. Prudentia autem præcipue ad consiliantes noscitur pertinere : idcirco, ut in ea abundant, in primis nitantur purgare et reformare se ipsos.

Postremo, inter septem dona Spiritus Sancti unum est donum consilii, sumendo consilium pro habitu supernaturali infuso, quo homo fit bene docilis ac faciliter mobilis a Spiritu Sancto ad inspiciendum expedientia media ad finem optatum, et ut sciat aliisque notificet quid sit potius eligendum ac faciendum. Dona autem nullis insunt nisi habentibus caritatem et gratiam. Idcirco, ut supposita conciliorum hoc supernaturali dono consilii impleantur, sicque a Spiritu Sancto plenius dirigantur ac illustrentur, satagere debent ne alicui subiaceant mortali peccato, sed caritate et gratia Dei præ ceteris decorentur.

ARTICULUS XXXVII.

Qualiter admonendus, et (si opus fuerit) etiam reprehendendus sit Papa a viris sanctis seu familiaribus sibi ad hoc idoneis; et de exhortatione facienda summo Pontifici.

TESTE S. Hieronymo, quo prælatus in altiori est gradu seu majori officio, eo in periculosiori est statu; et quo pluribus præest, eo (nisi diligens fuerit) major ei damnatio erit. Ideo S. Augustinus obtestatur subjectos ut prælatum suum non solum debite revereantur, sed etiam eidem propter magnitudinem oneris sui misereantur. Quum itaque Papa universo præsideat orbi, omniumque fidelium cura sibi commissa sit, et totius Ecclesiæ generalis gubernatio atque præcipua sollicitudo; certum est quod in periculosissimo statu sit constitutus, et quo reverentialius obediendum, eo et cordialius compatiendum sit animæ ejus. Ipsius demum est adimplere quod in Ecclesiastico scriptum est : Quanto major es, humilia te in omnibus. Admonendus est ergo cum humilitate et reverentia maxima, et cum diligentia quoque præcipua. Quod si ex negligentia aut pravitate ipsius, bono communi aut fidei immineret periculum, reprehendendus esset publice et instanter.

Porro, ut innotescat lucidius exemplariterque patescat qualiter agenda sint ista, breviter commemorabo quædam verborum S. Bernardi, quibus ipse in libro de Consideratione Eugenium, sui temporis Papam, virum utique religiosum et virtuosum, hortatur et increpat. Nempe objiciens illi quod de sui licentia abbates subtraherentur episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis, inter cetera ait increpando illum sanctum Pontificem summum : Bo-

Luc. ix, 25.

Eccli. iv, 5. Ibid. xxx, 14.

Eccli. iii, 20.

Is. xi, 2.

nane species hæc? Mirum si excusari queat A debet exemplum cunctis fidelibus, ut docet Bernardus. Unde et beatissimus archiepiscopus Petrus non solum Pauli reprehensionem seriosam et publicam patientissime Galat. n. tulit, imo et Paulum in secunda epistola II Petr. n. sua evidenter laudavit. Qui etiam a con- 15. versis Judæis, sed judaizantibus, acriter Act. xi. 1 et seq. interrogatus atque injuste increpatus quod ad Cornelium centurionem fuit ingressus, mansuetissime atque humillime respondit eis ac satisfecit.

Pa. xxix, 10. totum tenens, non sis contentus toto? Quæ utilitas in sanguine isto? Si namque extol- litur qui subtrahitur, et is cui subtrahitur B

III Reg. 19. erit? Hoc est quod dicitur: Occidisti et possedisti. Adde quod qui audiunt, scan- dalizantur, indignantur, detrahunt et blas- phemant, hoc est, vulnerantur ad mortem.

Luc. vi, 43. Non est arbor bona faciens fructus tales, utputa insolentias, dissolutiones, dilapida- tiones, simultates, scandala, odia, quodque magis dolendum, inimicitias graves. Tune licitum tibi censes, Ecclesias suis mutilare membris, confundere ordinem, perturbare

Pro. xxii, 28. terminos quos posuerunt patres tui? Si C justitiæ est unicuique jus suum servare, auferre cuique sua quomodo justo poterit convenire? Mihi in promptu est (ut multa et innumera prætermittam quæ passim neglecta jacent) nonnulla etiam ex his quæ plantavit dextera tua, monstrare convulsa. Nonne os tuum in Remensi concilio quædam capitula promulgavit? Quis ea tenuit? Quis tenet? Falleris, si teneri putas; si non putas, ipse peccasti, aut statuens quæ non tenentur, aut quod non tenentur dis- simulans.

Ecce sanctus ille Bernardus quam fiducialiter, quam audacter reprehendit Eugenum Papam pro re præfata sub specie boni admissa. Non ergo indigne ferre debet Pontifex summus, si caritative admonetur aut fervide increpetur a viris virtutum ad hoc magis idoneis; multoque minus generalis concilii exhortationem aut reprehensionem abjicere debet: imo totius humilitatis, longanimitatis ac corrigibilitatis seu docibilitatis præbere se

Postremo, Bernardus exhortans Eugenum: Superest (inquit) ut generaliter super universum Ecclesiæ statum intendat consideratio tua: si plebes clericis, si clericis sacerdotibus, si sacerdotes Deo in ea qua oportet humilitate subjecti sint; si in monasteriis et religiosis locis servetur ordo ac vigilet disciplina; si supra prava opera et dogmata vigeat censura ecclesiastica; si vestra ipsorum apostolica mandata ac instituta, ea qua dignum est sollicitudine observentur, ne quid in agro Domini tui aut neglectu incultum, aut fraude subreptum inveniatur. Itaque, juxta hæc verba Bernardi, Papa ab his quorum interest, affectuosissime est monendus ut circa singulos Ecclesiæ status existat sollicitus, faciatque ut potest unumquemque fidelium digne ambulare vocatione qua Ephes. n. 1 vocatus est; ipsos quoque majores prælatos, puta episcopos atque consimiles, per se et suos legatos sive per scripta hortetur ut in primis se ipsos reformat, deinde sacerdotes et clericos, sive collegia atque cœnobia, præsertim quatuor Ordines mendicantium, quorum est evangelizare: ex quorum reformatione fructus præcipuus sequeretur.

ARTICULUS XXXVIII.

De his in quibus Papa dispensare aut non potest aut debet; et an Papa possit simoniam committere.

QUAMVIS supra, articulo nono, quædam dicta sint de dispensatione, et qualiter liceat, et quomodo etiam nonnun-

quam nec summo Pontifici licita exstet; A non tamen descendebatur libidem ad determinatas materias in quibus Papæ non liceat. Nunc ergo inde tractandum est : præsertim quum aliqui quasi in favorem Papæ jam clament quod simoniam non possit committere, quia res Ecclesiæ sunt suæ. Insuper dicunt : Papa ita est super omnia jura divina atque humana, quod dispensare potest contra ea. Videndum est de veritate istorum.

Primo itaque recito quæ Durandus in Summa sua, distinctione sexagesima quarta, de ista scribit materia. Primo namque sic quærit : In quibus casibus Papa non potest dispensare? Et respondet : Papa dispensare non potest in his quæ sunt contra articulos fidei. Item, nec contra generale statutum Ecclesiæ, distinctione 19 : quod intellige, in fidei subversionem. Nam Papa dispensare posset quod omnes clerici contraherent, quum hoc non sit contra legem Dei : quod intellige de clericis futuris, non de præsentibus in sacris ordinibus constitutis, quoniam tales continentiam C voverunt. Enimvero Papa dispensare potest contra generale statutum Ecclesiæ : sicut Innocentius dispensavit de gradibus consanguinitatis, tribus resecatis, *extra* de Consanguinitate, capitulo *Non debet*. Item, nec in his quæ sunt contra substantiam monachatus : ut quod monachus habeat proprium, vel quod abjiciat continentiam, *extra* de Statu monachorum, capitulo *Quum ad monasterium*. Innocentius tamen dicit, quod ex causa necessaria Papa potest dispensare quod sanctimonialis ducat virum, alias non. Ut si rex Sarracenorum vellet cum toto regno suo baptizari si sanctimonialis sibi daretur in uxorem, tunc Papa dispensare potest : quia sua auctoritas semper intelligitur excepta, videlicet nisi Deus vel ejus vicarius aliter voluerit. Quod non credo, ait Durandus : quoniam votum æquivalet juramento, quod servare, est præceptum primæ tabulæ, ubi nec Deus nec homo proprie dispensare potest. Item, nec in his quæ ex sua natura

sunt mala : ut in his quæ sunt prohibita quia simoniaca, sicut vendere sacramenta et alia spiritualia. Sed in his quæ sunt simoniaca quia prohibita, potest dispensare : quemadmodum dare pecuniam pro renuntiatione juris spiritualis, simoniacum est per constitutionem Ecclesiæ. Hæc Bernardus; *extra* de Pactis, capitulo *Quum pridem*. Item, nec in causa matrimoniali : ut scilicet matrimonium contractum et consummatum solvi possit quantum ad vinculum, *extra* de Transactionibus, capitulo *Ex parte*; vel quod aliquis simul habeat duas uxores, *extra* de Digamis, capitulo *Nuper a nobis*. Item, nec cum bigamo. Item, nec in voto, nisi ex causa necessaria, distinctione 33, capitulo *Si quis*. Item, nec in gradibus consanguinitatis divina lege prohibitis. Item, nec contra quatuor concilia, distinctione 18, capitulo *Sicut*. Quod tamen usquequaque non est verum, secundum Durandum : nam contra multa quæ sunt statuta in illis conciliis, dispensare potest, licet non audeat ea reprobare. Hæc Bernardus; *extra* de Statu monachorum, capitulo *Quum ad monasterium*. Item, nec in juramentis voluntariis ; sed in coactis bene dispensat. Si tamen absolvit a voluntario juramento, absolutio tenet. Sed hoc non credo de juramento, ait Durandus, nisi esset illicitum, vel in aliud æquivalens commutaret : quia juramentum Deo reddere, est præceptum primæ tabulæ, ubi nec Deus nec homo dispensat. Item, in homicidio voluntario non solet dispensare, sed facile in casuali vel dubio. — Hæc recitative scripsi in forma sicut ea ponit Durandus. Ex quibus ostenditur, quod Papa dispensare non potest contra omnia jura divina.

Verumtamen, secundum Thomam super quartum Sententiarum, distinctione vice-sima septima, Papa dispensare potest cum bigamo, quia (ut ait) bigamiæ non est adjuncta irregularitas de jure naturali, sed de jure positivo, quod dixit Apostolus : Oportet episcopum esse unius uxoris vi- rum. Nec iterum est de essentialibus ordi-

Decretal.
lib. 1, tit. 35,
c. 4.

Ibid. tit. 36,
c. 11.

Ibid. tit. 21,
c. 4.
Ibid. c. 2.
Decret. p. 1,
dist. 33, c. 1.

Decretal.
lib. 1, tit.
13, c. 13.
Decret.
p. 1, dist. 15,
c. 2.

Decretal.
lib. 1, tit.
35, c. 6.
Ibid. lib. 11,
tit. 24, c. 8.

Ibid. lib. 7,
tit. 12, c. 1
et s.

1 Tim. 11, 2.

Decretal.
lib. 14, tit.
14, c. 8.

Ibid. lib. 11,
tit. 35, c. 6.

nis quod aliquis non sit bigamus : nam si quis bigamus ad ordines accedit, characterem recipit. Ideo Papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter, sed episcopus quantum ad minores ordines ; et quidam dicunt, quod etiam quantum ad majores, in illis qui volunt Deo in religione servire, propter vitandum religiosorum discursum. In his verbis innuit Thomas, quod contra jus naturale dispensare non potest.

Porro, in Summa confessorum atque in Summa Pisana ponuntur quatuor casus in quibus Papa circa ordinem non dispensat, id est, dispensare non solet, licet de plenitudine potestatis possit, quia de jure positivo est, ut dicit Guillelmus. Primus casus est, si quis eundem ordinem bis receperit. Secundus, si quis bis scienter fuerit baptizatus ; secus, si ignoranter, ut quum quis sub conditione propter dubium iterato baptizatur. Tertius, si quis ex contemptu Ecclesiæ fecerit se ab hæretico ordinari. Quartus est, si simonia interveniat ex parte ordinatoris et ordinati. Hos etiam casus ponit Durandus.

Solet præterea quæri an Papa possit dispensare in voto solenni continentiae religionis. Ad quod Thomas in secunda secundæ, quæstione octogesima octava, opinionibus recitatis ac reprobatis, respondet et fortiter tenet quod non : quoniam religiosus defunctus est mundo consecratusque Deo ; idcirco ad mundana revocandus non est, præsertim quum continentia sit religioni essentialiter annexa. Unde in fine Decretalis, *Quum ad monasterium*, dicitur : Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. — Verumtamen Thomas super quartum Sententiarum, distinctione tricesima octava, aliter sentit, et dicit : Probabilius dicitur, si communis utilitas totius Ecclesiæ vel unius regni aut provinciae exposceret, posse convenienter et in voto continentiae et in voto religionis dispensari, quantumcumque es-

set solennizatum : non enim per votum potest homo deobligari ab eo in quo tenetur alteri. Unde talis posset imminere necessitas, quod posset alicui juste prohiberi ne continentiam vel religionem voveret ; et eadem necessitate manente, potest etiam dispensari in voto jam facto, præsertim quum votum non debeat esse impedivum boni majoris, et bonum commune præferendum sit bono unius personæ. Hæc Thomas. — Albertus autem affirmat, quod in hujusmodi voto non liceat dispensare : inter cetera hoc allegans, quod sancta virgo Iphigenia Deo consecrata, non acquievit nubere regi promittenti se cum regno suo ad fidem convertendum, si ipsa sibi conjux daretur, nec beatissimus evangelista Matthæus permisit hoc fieri.

Insuper advertendum, quod juxta Richardum de Mediavilla super quartum, Papa dispensare non potest contra jus naturale, nec contra jus divinum : quia potestas ejus est utroque illo jure inferior, præsupponitque illud ut fundamentum. Sed dispensare potest contra statuta Apostolorum quorumcumque, si vim immediate non habeant ex jure divino aut naturali. Papa quippe æqualem, imo eandem potestatem habet quam Petrus : inferior autem superiorem non obligat, nec par parem.

Thomas quoque in prima secundæ testatur, quod præcepta quæ continent intentionem legislatoris, quæ respicit primo et principaliter ad bonum commune, secundo ad ordinem justitiæ atque virtutis, secundum quem conservatur bonum commune, indispensabilia sunt ; et addit, quod quia hujusmodi sunt præcepta Decalogi, idcirco indispensabilia exstant.

Ex quibus omnibus innotescit, quod Papa nequaquam sic est super omnia jura naturalia ac divina, ut dispensare valeat contra ea. Ad quod probandum multorum doctorum possent testimonia allegari ; sed ista reor sufficere, præsertim quum dictum illud nullius sit apparentiæ.

Postremo, ut Thomas super quartum

Sententiarum, distinctione vicesima quinta, fatetur, si Papa pro aliquo spirituali munus acciperet, simoniam committeret sicut et alius homo : potissime quoniam Petrus, cujus ipse successor est, primus in novo Testamento simoniæ vitium condemnavit. Nec res Ecclesiæ sunt ipsius secundum quemlibet modum habendi, sed ut dispensatoris, qui juxta voluntatem Domini sui debet eas præstare, qui in Evangelio ait : *Gratis accepistis, gratis date.* — Hinc in Summa confessorum, libro primo, titulo primo, quæstione sexagesima septima, apertissime dicitur : Papa potest simoniam committere, tantoque gravius quanto in altiori gradu consistit. Res enim Ecclesiæ non sunt ejus ut domini, sed ut dispensatoris. Unde, si pro aliqua re spirituali reciperet aliquam pecuniam de redditibus alicujus Ecclesiæ, simoniacus esset; et idem accideret, si reciperet pecuniam ab aliquo laico non de redditibus Ecclesiæ.

ARTICULUS XXXIX.

Demonstratio quod Papa est supra totam Ecclesiam simul seu collective acceptam, tanquam caput, pastor et pontifex ejus.

UT finis hujus tractatuli connectatur principio suo, rursus clarissime reor probandum quod in principio ejus constat probatum, utputa quod Papa toti Ecclesiæ conjunctim acceptæ præsideat, ejusque rector, princeps et judex, pastor, caput, sponsus pontifexque consistat. Quod amplius quam probatum est non arbitraber probandum, eo quod præinducta hoc ipsum sufficienter et supersufficienter demonstrant; sed quoniam interim quum hæc scripsi, quoddam ad me devenit opusculum, cujus collector pro magno reputat inconvenienti ita asserere, dicens quod Papa nequaquam præsit toti et universali Ecclesiæ, nisi ad hunc sensum, quod præest cuicumque particulari Ecclesiæ atque cuilibet particulari personæ ecclesiasticæ. Contra cujus imaginationem præter quam-

A plurimas auctoritates et rationes copiose supra inductas, allegari possent multæ Decretales propositum lucidissime affirmantes, ut est textus qui ait quod Papa est rector universalis Ecclesiæ. Et alius textus ait Papam universalem Ecclesiam regere illique præsidere.

Sed quid necesse est hujusmodi allegare, quæ utique copiosissime possent adduci? quia etsi mille hujusmodi auctoritates allegarentur, disputator præactus et alii quidam, omnes una solutione solvunt, dicendo quod accipi debent in sensu quo possunt valere, non in sensu quo perirent, ut ubicumque legitur, Papa præest toti seu universali Ecclesiæ, exponendum sit ita : id est omni particulari Ecclesiæ.

Contra quam solutionem primo sic quasi pueriliter argui potest : Omnes particulares Ecclesiæ realiter sunt ipsa tota universalis Ecclesia simul sumpta ; sed uno eodemque tempore Papa præsidet omnibus particularibus Ecclesiis : ergo et toti et universali Ecclesiæ simul acceptæ ab eodem ad idem. — Præterea, Papa præsidet Romanæ Ecclesiæ et ceteris cunctis Ecclesiis, quæ faciunt universalem Ecclesiam : ergo universali præest Ecclesiæ.

Insuper, si Papa solum præest cuicumque particulari Ecclesiæ, accipio unam particularem Ecclesiam, et interrogo an ei præsideat Papa : et dicetur quod imo. Addam ergo illi particulari Ecclesiæ unam aliam particularem Ecclesiam, et sciscitabor an istis duabus Ecclesiis conjunctim acceptis præsideat Papa. Si respondetur quod non, opponam quod imo, quia et si duæ particulares Ecclesiæ accipiantur ut una et etiam fiant una, quod realiter fieri potest a Papa, qui de duobus episcopatibus potest facere unum, sicut de uno duos, ut supra ostensum est ; si ergo hoc fiat vel consideretur ut factum, adhuc illa Ecclesia ex duabus collecta, est una particularis Ecclesia respectu totius universalis Ecclesiæ : ergo Papa præsidet ei, qui unicuique præest particulari Ecclesiæ. Imo, quum sint multæ particulares Ecclesiæ quarum

art. II-VII,
XXIV.

Sext. lib. I,
lit. 6, c. 2.

art. VI.

quælibet dignitate auctoritateque præsulis **A** sit plenus Christi vicarius in hoc mundo, **w** seu principis sui. et numero subditorum, excedit multas particulares Ecclesias simul acceptas seu realiter unificatas; si Papa præsidet unicuique tali particulari Ecclesiæ, non videtur cur negetur præsidere Ecclesiis particularibus parvis et multis pariter sumptis. Rursus, fuerunt quidam episcopi quorum quilibet pluribus particularibus episcopatibus præfuit etiam simul seu collective consideratis et sumptis: ergo multo plus hoc potest competere Papæ.

Si igitur concedatur quod sic, mox illi Ecclesiæ ex duabus conjunctæ adjiciam tertiam, arguamque ut ante, et quæram quousque queat admitti talis additio. Si dicatur quod quousque ad medietatem omnium particularium Ecclesiarum pervenero, dicam quod Ecclesia ex media parte omnium particularium Ecclesiarum resultans, adhuc est una particularis Ecclesia respectu totius Ecclesiæ militantis, de qua sola jam sermo est. Addam ergo ei adhuc unam particularem Ecclesiam; et tamen **C** adhuc non erit tota seu universalis Ecclesia, ergo particularis: nam quidquid est circa totum, videtur esse pars seu partialis collectio comparatione totius. Addam ergo ei universas quæ restant particulares Ecclesias, una excepta, et quæram an ei sic simul acceptæ præsideat Papa. Et apparet quod imo, quia nondum est universalis ac tota Ecclesia. Itaque quæram, quum Papa præsit toti illi Ecclesiæ sic acceptæ, itemque particulari Ecclesiæ residuæ seorsum acceptæ, an possit **D** concedi quod præsit toti illi Ecclesiæ et huic residuæ, si accipiantur conjunctim. Et apparet quod imo: quia conjunctio ista prælationi non obviat, sed magis concordat, quum prælatio hoc intendat, ut subjecti sint unum spirituali connexionem, et tendant ad unum.

Præterea, quum juxta omnium sanctorum Patrum atque doctorum catholicorum **art. II et s.** documenta et testimonia præinducta, beatissimus Petrus et quilibet ejus successor

neesse est confiteri quod totius illius Ecclesiæ in terris sit prælatus et pastor et pontifex, cujus Christus est princeps, rex, pastor summus, ita quod præsit toti populo christiano simul accepto, suoque tempore existenti, sicque totus hic populus sit unus grex Papæ subjectus, cujus ipse est pastor.

Denique, plenus vicarius medius est inter præsentem principalem et totum populum illi principali subjectum simul seu **B** collective acceptum: aliter enim non plenarie gereret vices principalis illius. Unde si rex terrenus committat alicui principi regnum suum plenaria commissione atque cum potestatis plenitudine, nullum est dubium quin princeps ille præesse et providere habeat toti populo regni sibi commissi simul accepto, secundum quod rex præfuit ei, quamvis iste sit princeps vicariialis. Quum ergo Papa sit plenus Christi vicarius, constat quod inter Christum in cælo regnantem et totum populum christianum in terra peregrinantem simul acceptum, Papa sit medius, tanquam summus et plenus Christi vicarius, atque totius Ecclesiæ rector, pastor et pontifex. Idcirco a viris catholicis atque doctissimis theologis ac juristis Papa dicitur esse supra hominem et infra Deum.

Nec tamen ex his sequitur, ut quidam quasi derisibiliter arguunt, quod Papa esset prælatus et pontifex sui ipsius. Nempe sic argumentantur: Ad hoc quod Papa præsideret toti Ecclesiæ, requireretur quod **D** præsideret capitibus et membris omnium Ecclesiarum: sed Papa non præsidet capiti Romanæ Ecclesiæ, quia sibi ipsi præsidere non potest. Ecce quam puerile ac facile in tam ardua materia argumentum! Quum enim dicitur Papa a sanctis Doctoribus pater patrum, pastor pastorum, prælatus, præses et pontifex totius Ecclesiæ seu omnium Ecclesiarum universorumque Christianorum, quis non consideret hoc dici atque intelligi per sui ipsius exclusionem? quemadmodum Deus dicitur cre-

ator omnium ; et de Christo dicit Aposto-
 lus : Dedit illi (scilicet Deus Pater) nomen
 quod est super omne nomen, ut in nomine
 Jesu omne genu flectatur ; et de Virgine
 gloriosa cantatur illud Proverbiorum ul-
 timo : Tu sola supergressa es universas.

Amplius, isti seu quidam eorum qui ne-
 gant Papam præsidere toti Ecclesiæ col-
 lectivæ acceptæ seu generali concilio, asse-
 runt quod universalis Ecclesia seu generale
 concilium non habet caput, rectorem, pa-
 storem aut superiorem in terra. Quod pri-
 ma facie videtur periculose sonare, præser-
 tim quum Christus ascensus in cælum
 loco sui reliquerit Petrum. Superius quo-
 que istud improbatum est evidenter. Præ-
 terea, Christus non sic præsidet toti Eccle-
 siæ quin et Michael sit ejusdem princeps
 Ecclesiæ, prout olim princeps exstitit Syn-
 agogæ, ut sancti Patres et doctores, Hiero-
 nymus, Gregorius, Beda, etc., communiter
 dicunt. Cur ergo præsentia Christi super
 totam Ecclesiam excludat præsentiam
 Papæ super eandem, præsertim quum ca-
 put et membra, pastor et grex, prælatus
 et subditi esse soleant convenienterque
 debeant ejusdem naturæ uniusque status
 existere ?

Insuper, in Numeris sanctus Moyses,
 quum se cito moriturum audisset, depre-
 catus est, dicens : Provideat Dominus Deus
 spirituum omnis carnis, hominem qui sit
 super multitudinem hanc, ne sit populus
 Domini sicut oves absque pastore. Et cer-
 tum est quod nec Moyses, nec Josue ejus
 successor, sic præfuit multitudini seu po-
 pulo filiorum Israelis quin Deus esset
 principalis pastor, princeps et rex plebis
 illius, quæ fuit populus ejus peculiaris.
 Unde in Ezechiele testatur : Ego requiram
 gregem meum, et ego ipse pascam oves
 meas. Et primo Regum loquitur Samueli :
 Non te abjecerunt, sed me, ne regnum su-
 per eos. Sed et apud Isaiam scriptum est :
 Dominus iudex noster, Dominus legifer
 noster, Dominus rex noster. Hinc Beda,
 Strabus, Rabanus, et ceteri expositores
 Scripturæ, sanctus quoque Thomas et alii

A concorditer dicunt, quod Deus in veteri
 Testamento habuit valde specialem curam
 et providentiam Israëlitiæ plebis. Propter
 quod ait Psalmographus : Qui annuntiat
 verbum suum Jacob, justitias et judicia
 sua Israel ; non fecit taliter omni nationi.
 Quibus omnibus non obstantibus, sanctus
 Moyses reputavit plebem Israel esse sicut
 oves sine pastore, nisi et hominem sibi
 præsentem haberent. Et palam est quod
 de tota plebe illa Moyses loquebatur. Ergo
 et populus christianus simul acceptus seu
 universalis Ecclesia, si pastorem, recto-
 rem et caput non habet in terra, erit ut
 oves absque pastore, quamvis pastorem,
 rectorem et caput habeat Christum in cœ-
 lo. Imo Christus non solum totius univer-
 salis Ecclesiæ, sed et cujuslibet particu-
 laris Ecclesiæ et congregationis devotæ
 est principalis rector, pastor et caput :
 nihilo minus requiritur rector et pastor
 secundarius, determinatus et ministeria-
 lis, vicarialeque caput. Ergo et in uni-
 versali Ecclesia proportionaliter est pen-
 sandum.

At vero quidam inculte sic arguunt :
 Tota et universalis Ecclesia est Papa cum
 cetera congregatione fidei ; sed tota ista
 Ecclesia non habet caput seu rectorem aut
 pastorem in terra : ergo totius Ecclesiæ
 rector, pastor et caput solus est Christus.
 Ad quod facillime respondetur, quod fre-
 quenter totum denominationem sortitur a
 parte, sicut econtrario, ut docet Philoso-
 phus. Sic ergo et tota Ecclesia præfato
 modo accepta, præter Christum habet ca-
 put in terra, quia in ea includitur actu
 vel aptitudine una persona ceteris uni-
 versis a Christo prælata.

Porro hæc omnia, scilicet quod toti po-
 pulo christiano simul accepto seu univer-
 sali Ecclesiæ collectivæ consideratæ præsit
 Papa, S. Thomas non solum affirmat, sed
 etiam ex intentione rationibus auctori-
 tibusque demonstrat, præsertim in Summa
 contra errores Græcorum, atque in Sum-
 ma contra gentiles, et super secundum et
 quartum Sententiarum, ut supra jam pa-

Philipp. II,
 1, 10.

Prov. XXXI,
 29.

art. XXV,
 XXV.

Dan. XII, 1.

Nam.
 XVII, 16, 17.

Deut. VII, 6.

Ezech.
 XXIV, 10,
 5.

Reg. VIII,

Is. XXXIII,
 2.

Ps. CXLVII,
 19, 20.

art. IV, V,
 XVIII, XXIV.

tuit. Quod etiam clarissime innotescit ex A prælatus. Unde, sicut quicumque episcopus comparatur ad suam particularem cui præest Ecclesiam, sic Papa ad totam universalem Ecclesiam, imo per prius ad eam quam ad quamcumque particularem Ecclesiam, quamvis Romanam. Quod enim toti Ecclesiæ per se solum solus non præest, hinc accidit quod simul in diversis locis et territoriis (nec faciliter successive in omnibus) esse præsidereque nequit : ideo alii in partem sollicitudinis dicuntur vocati. Ad istud sunt copiosissimæ auctoritates Sanctorum et authenticorum doctorum præhabitæ, præsertim S. Cyrilli in libro Thesaurorum. art. xiv. 331.

verbis B. Bernardi, libro secundo de Consideratione, ad Eugenium, ubi, ut allegatum est, inter cetera ait : Christus committens omnes oves Petro, unitatem omnibus commendavit in uno grege et uno pastore. In quibus verbis clarissime insinuatur quod Petrus post Christum fuit unus pastor omnium ovium Christi, omnesque oves fuerint unus grex Petro commissus ac subditus. Particulares vero Ecclesiæ non sunt unus grex Christi, nec ejus vicarii, scilicet Papæ, secundum quod partitive seu divisim, sed ut collective sumuntur : aliter nempe sunt plures greges, sicut et plures Ecclesiæ et plures prælati. Rursusque ait illuminatissimus ille Bernardus Eugenio Papæ : Quum quisque ceterorum habeat suam (scilicet navim sive Ecclesiam), tibi una commissa est grandissima navis facta ex omnibus, ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa. Nescio quid clarius dici potest. Sed nec ego apertius queo exprimere quod probare et inferre intendo, quam illud expressit magnus ille Bernardus. Sed quia hæc supra commemoravi, addam quædam ex verbis Bernardi, quæ nondum adduxi. Decret. dist. 9. c. 1.

ibidem. Itaque in exordio tertii de Consideratione ad Eugenium ait : Considero quæ sub te sunt. Quænam sint illa, non est quod a me quærendum putes. Rectius forte quæ non sint quæras. Orbe exeundum est ei qui vult explorare quæ non ad tuam pertinent curam. Tu heres, et orbis tua hereditas. Curandum summopere tibi est et tota vigilantia considerandum, quomodo D qui non sapiunt, sapiant ; et qui sapiunt, non desipiant ; et qui desipere, resipiscant. Ergo et infidelibus debitor es, Judæis et gentilibus. Interest tua, dare operam quam possis, ut increduli convertantur ad fidem. Deinde Bernardus de isto prosequitur, et inter cetera docet quod Papæ commissum est sæculum, commissus est mundus, commissa est universitas ipsa, ita ut non solum toti Ecclesiæ, sed universitati hominum etiam infidelium sit 1. Thes. 22.

Nam et Joannes Baptista negavit se esse Joan. 1.

Cor. xv. 9. prophetam, et Paulus dixit, Non sum dignus vocari apostolus : et tamen de Joanne pater ejus vere prædixit, Tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis ; et Paulus præclarus fuit apostolus. Sic et Amos propheta asseruit : Non sum propheta. Denique, S. Gregorius a Stephano episcopo laudatus, laudem illam ferre non potuit, nec eam sibi competere dixit : imo non tulit quod matronæ dicebant se ejus ancillas. Quæ omnia in ejus continentur Legendæ. In locutionibus namque quas viri virtuosus ex humilitate pronuntiant, magis intuenda est mentis eorum intentio quam forma verborum. Insinuavit quoque se non universalem episcopum, per exclusionem prælationis episcopalis aliorum. Idcirco adjecit : Quia vobis subtrahitur, etc.

Porro verba Gelasii sunt : Universæ per orbem Ecclesiæ sunt unus thalamus Christi, et Ecclesia Romana ceteris Ecclesiis est prælata. Non dicit quod sit prælata thalamo Christi, id est universali Ecclesiæ, sed Ecclesiis reliquis. Verum hoc argumentum modici est valoris ac roboris, et potius ad oppositum militat. Sicut enim non dicit quod sit prælata thalamo Christi, ita nec oppositum adstruit : imo, quum Romana Ecclesia particulariter sumpta, sit pars thalami hujus, ipsa proprie non debuit dici prælata thalamo huic, nisi ratione pontificis sui, qui et Romanæ Ecclesiæ ac ceteris præsidet. Amplius, supra ex dictis Bonaventuræ atque Durandi ostensum est, quod Papa sit sponsus generalis et unicus totius Ecclesiæ : quod verum non esset, nisi toti Ecclesiæ quodammodo esset prælatus. Sicut enim, juxta Apostolum, vir caput est mulieris, ita et sponsus caput est sponsæ : quamvis Papa non sit caput simpliciter principale prin-

cipalissime sponsus. Attamen Bonaventura testatur, quod Papa est caput indivisum Ecclesiæ.

Aliqui vero allegant Bernardum, dicentem circa finem secundi libri de Consideratione, quod Papa non sit sponsus, sed paronymus Ecclesiæ. Sed (salva pace eorum) hoc Bernardus ibi non dicit. Si autem alibi dicit, hoc intelligendum est quod non sit sponsus principalis : imo comparatione Christi est Ecclesiæ paronymus. Et hoc modo circa finem quarti libri de Consideratione ait Bernardus quod Papa sit amicus Sponsi, scilicet Christi, paronymusque Sponsæ, id est Ecclesiæ. Verumtamen non negat quod Papa sit sponsus Ecclesiæ secundum sensum præhabitum.

Legi quoque in scripto cujusdam, quod Papa non debeat dici pontifex summus : quod est contra commune dictum Catholicorum. Et S. Bernardus, sicut præallegatum est, scribit quod Papa sit princeps episcoporum, summusque pontifex. Verum, ut alibi dicit, Papa dicitur summus comparatione, non consummatione. In canone quoque Chalcedonensis concilii Papa vocatur summus antistes.

Unde præinductæ auctoritates Sanctorum reprimere merito debent ora incaute loquentium, et plenitudinem potestatis papalis nimis limitare atque arectare volentium. Nedum papali derogant dignitati, verum Christo, cujus summus vicarius Papa est, derogare inveniuntur. Sed Christum in suo vicario venerentur, quoniam Christus suis ait vicariis : Qui vos spernit, me spernit. Qui cum Patre æterno et Spiritu Sancto unus est omnium dominator, super omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

Luc. i. 76.
Amos vii.
Derecl. i. dist. 21.
art. vii.
phea. v.

art. iii.

Luc. x. 16.

www.libtool.com.cn

DE AUCTORITATE

SUMMI PONTIFICIS ET GENERALIS CONCILII

LIBER SECUNDUS

PROCEMIUM.

PRO justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te. Eccli. iv, 33.

Quemadmodum secundo de Officiis Tullius loquitur, omnia ficta celeriter tanquam flosculi decidunt, nec simulatum aliquid potest consistere diuturnum. Veritas namque paulatim aut tandem monstratur ac prævalet. Idcirco sibi constans animus pulchrius floret et amplius in adversis, sui que rite compos eo securior B atque potentior redditur, quo sine intermissione minis aut injuriis amplius provocatur. Hinc justus quasi leo confidens, absque terrore erit, et segura mens quasi juge convivium. Nequitia vero est timida; sed cor justis omni tempore metu non depravabitur: nempe qui timet Deum, nil utique trepidabit.

Sed quo ista? an ut justum me jactem, qui defectuositatibus squalens, imperfectum meum nedum videre, sed et palpare jam queo? Quo igitur hæc, nisi ut vano C excluso timore, in Domino sumam fiduciam, sicque opus aggrediar ad quod omnis Christifidelis, utputa christianæ fidei et earum quæ ad illam pertinent veritatum defensor, obligatur? Quas qui gladio materiali nequit tueri, gladio spiritus, quod est verbum Dei, et oratione seu scriptis

A defensare tenetur, ut patres sanctissimi Augustinus atque Hieronymus contestantur: siquidem in fidei defensione omnes sumus æquales. Et in hoc casu potissime veritatem sortitur quod scriptum est: Sapientia abscondita et thesaurus occultus, quæ utilitas in utrisque? Porro, de Sede apostolica bene sentire eatenus spectat ad fidem, ut male sentientes de ea, schismatici, imo et hæretici, a viris sanctis vocentur. Peccant equidem contra articulum fidei quo creditur Ecclesia sancta esse una, catholica.

Eccli. xlii, 17.

Quum ergo de dignitate ac potestate papali quædam jam legerim quæ sanctorum Patrum atque catholicorum dictis doctorum consona non videntur, decrevi in tractatulo isto colligere ea quæ de hac materia viri sancti atque catholici conscripserunt, aut ex scriptis illorum sequuntur et elici valent. Aliqua quoque miscebo de universali Ecclesia seu generali concilio: quod et in priori libro factum est; sed novis exortis jam causis, ista adjicio. Idque potissime nunc probare intendo, quod Papa præsit toti militanti Ecclesiæ simul acceptæ, seu collectim et pariter sumptæ. Quod quidam jam negant, scribentes et asserentes quod non præsit toti Ecclesiæ suo tempore existenti, nisi divisim acceptæ, id est cuicumque particulari Ecclesiæ. Ex quo sequi videntur

Proc.
iii, 1.
dxv, 15.
p. xvii,
cli, xxii,
l, xxxiv,

122. vi,

inconvenientia non parva nec pauca, prout **A** Spiritu veritatis protestante ostendam, et in priori libro introduxi. Postremo, quomodo præsentia summi Pontificis super totam Ecclesiam simul sumptam, generalium conciliorum auctoritati nullatenus deróget, in præfato libro est ostensum.

art. xxvi,
xxix.

ARTICULUS PRIMUS.

Demonstratio quod Papa toti Ecclesiæ militanti simul seu collective acceptæ præsideat, ex dictis catholicorum doctorum.

SICUT secundo de Trinitate asserit Augustinus, nullus reprehensor formidandus est amatori veritatis. Verumtamen veritatis zelator eo cautius loqui debet, quo amplius veritati repugnantia detestatur : propterea certo ac stabili fundamento innitatur, ne securitate fallatur inani, et ut tutius ei credatur. Hinc ait Gregorius : Omnis sententia quo plus sacræ Scripturæ ac Patrum testimoniis confirmatur, eo facilius creditur. Quanquam itaque in priori

C libro præsentiam Papæ super totam Ecclesiam tam Græcorum quam Latinorum, auctoritatibus Patrum sanctorum atque doctorum probaverim, utputa S. Cyrilli, Chrysostomi, Theophili, Damasceni, Ambrosii, Augustini, Gregorii, et aliorum multorum, nunc tamen quasdam adjiciam.

Matth. x. 2. Siquidem super illud Matthæi, Primus eorum Simon Petrus, tam Græci quam Latini expositores, quos etiam ibidem Gorra et Lyra sequuntur, concorditer scribunt, dicentes quod Petrus Apostolorum dicitur primus prioritate dignitatis, non temporis, quoniam ei tanquam principali Apostolo Christus Ecclesiam commisit ac dimisit regendam. Quod de tota et universali Ecclesia, non de particulari, certum est dici, quia, ut ait Chrysostomus, Petrum Christus inthronizavit orbis terrarum magistrum, atque ad totius orbis pontificatum direxit eum, secundum Theophilum : quod in libro Thesaurorum Cyrillus patriarcha Alexandrinus clarissime docet ac comprobat,

prout in Summa contra Græcos Thomas allegat. Idem affirmant præfati doctores super id quod apud Lucam ait Petro Salvator : Tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

Luc. xi.
32.

B Denique, super illud Joannis, Erat autem Andreas frater Simonis Petri, asserit Beda : Ad laudem B. Andrææ pertinet quod frater Simonis fuisse dicitur ; futurum namque erat ut ipse Simon Petrus esset summus princeps Apostolorum et totius Ecclesiæ caput. Quid autem est, totius Ecclesiæ, nisi omnium particularium Ecclesiarum simul sumptarum, præsertim quam particularibus Ecclesiis divisim acceptis, seu toti Ecclesiæ divisim susceptæ, competat diversos habere pastores pluraque capita ? Insuper, super illud Joannis, Tu es Simon filius Jona, tu vocaberis Cephas, disseruit Beda : Magnum fuit quod Petro Christus nomen mutavit ; futurum quippe erat quod nomen novum ei imponeret quod præsulì totius Ecclesiæ conveniret. Præterea, super illud Joannis, Iterum ergo negavit Petrus, Beda conscripsit : Quum Dominus ascensurus in cælum, Petrum pastorem Ecclesiæ et principem Apostolorum esset relicturus, cur eum se negare permisit ? Eandem quæstionem movet Gregorius, asserens Petrum cunctæ prælatum Ecclesiæ. Quod ipsum super illud Joannis, Ascendit Petrus et traxit rete in terram, præfati sancti Doctores multique alii expositores fatentur.

Ibid. 12.
Ibid. xv.
27.
Ibid. vi.
11.

D At vero super illud Petri, Seniores, obsecro, pascite qui in vobis est gregem Dei, scribit Albertus Magnus, vel, ut aliqui putant, Nicolaus de Gorra : Sicut se habet B. Petrus respectu Christi, sic se habent omnes prælati et pastores respectu Petri. Sed B. Petrus humiliter recepit curam ipsius Ecclesiæ et totius gregis fidei christianæ injunctam sibi a Christo : ergo et similiter alii prælati debent talem curam humiliter suscipere ex præcepto B. Petri. Huicque dicto concordat quod Glossa ait ibidem : Sicut Dominus Petro totius gregis Ecclesiæ jussit curam habere, ita

I Petr. 1.
1. 2.

Petrus sequentibus Ecclesiæ pastoribus ju- A re mandat ut quisque eum qui secum est gregem Dei gubernatione sollicita tueatur.

Ex his rite pensatis subtiliterque perspectis, clarissime sequi videtur quod summus Pontifex, id est Papa, per prius seu magis immediate et directe comparatur ad totam ac universalem Ecclesiam collective susceptam, quam ad quancumque particularem Ecclesiam. Imo, quod ad aliquam particularem Ecclesiam specialiter comparatur, refertur, ordinatur, seu intuetur, est velut per accidens, utputa quoniam omnibus simul adesse, præsidere ac providere per se ipsum non potest : imo alii præsules et prælati in partem sollicitudinis, secundum canones, vocari feruntur. Quod et Thomas super quartum Sententiarum insinuat, ut infra evidentius elucescet. Aliter quoque Petrus non fuisset plenus Christi vicarius. Cujus oppositum sentit B. Cyrillus, dicendo : Christus Petro et nulli alii quod suum est plenum dedit.

Porro hæc omnia ex verbis Anselmi in epistola de Incarnatione Verbi certius comprobantur. Sic etenim scribit Urbano Papæ : Domino et Patri universæ Ecclesiæ in terra peregrinantis, summo Pontifici Urbano. Quoniam divina providentia vestram elegit Sanctitatem, cui fidem et vitam christianam custodiendam et Ecclesiam suam regendam committeret, ad nulum alium rectius refertur, si quid contra catholicam fidem in Ecclesia oritur, ut ejus auctoritate corrigatur, nec ulli alii tutius ostenditur, si quid contra errorem scribitur, ut ejus prudentia examinetur, quam ad vos summum Pontificem : quapropter, ut nulli dignius possum, ita nulli libentius præsentem epistolam quam vestræ destino sapientiæ, quatenus si quid in ea corrigendum est, vestra censura castigetur, et quod regulam veritatis tenet, vestra auctoritate roboretur. Ex his verbis Anselmi plurima elici queunt, quæ infra fortassis tangentur.

Postremo, S. Bernardus in epistola ad Eugenium : Terribilis (inquit) est locus iste in quo positus es ; locus est Petri, locus principis Apostolorum, cui commissa est ipsa Ecclesia, ut suo magisterio omnia collocaret terrena. Sed et venerabilis pater dominus Guigo, olim Prior majoris Cartusiæ, in epistola ad Innocentium Papam, a quo præceptum pium accepit, sic loquitur : Ad tantæ (videlicet papalis) pondus auctoritatis ne mutire quidem præsumpsimus, ne quum ei non obedimus cui totus commissus est mundus, eum offenderemus a quo factus est mundus. Hoc et S. Bernardus ad Eugenium Papam frequenter testatur, Tibi (inquiens) mundus est creditus, tibi universitas est commissa : prout in priori libro plenius introduxi.

art. III,
xxxix.

ARTICULUS II.

De auctoritate et præsentia summi Pontificis super totam Ecclesiam simul sumptam, ex dictis summorum Pontificum.

QUEMADMODUM in secunda secundæ, quæstione undecima, sanctus Doctor testatur, contra auctoritatem summi Pontificis nullus Doctorum sanctorum suam præsumit defensare sententiam. Nempe ad illum pertinet certificatio dubitationum concernentium fidem, et præcipuarum determinationum difficultatum in ea. Non ergo parvi pendenda ea quæ sancti ac summi Pontifices concorditer adstruunt : nec enim vanitatis affectu, sed veritatis zelo, sui eminentiam pontificii sunt professi.

art. 2 ad
3um.

Itaque Bonifacius VIII in principio sexti Decretalium proœmialiter ait : Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ (quam imperscrutabilis divinæ providentiæ altitudo universis dispositione incommutabili prætulit Ecclesiis, et totius orbis præcipuum obtinere voluit magistratum) regimini præsidentes, curis sollicitamur continuis, et assidua meditatione urgemur, ut juxta creditæ nobis dispensationis officium, subditorum commodis jugi (quantum nobis ex alto

concessum fuerit) sollicitudinis studio intendamus. Insuper ait : Quum agitur de creatione vicarii Jesu Christi, successoris Petri, rectoris universalis Ecclesiae, gregis dominici directoris, cardinales electuri seu id acturi, ut eorum ministerio acceleretur utilis et pernecessaria totius mundi provisio, idoneo celeriter eidem Ecclesiae sponso dato, etc. Notanda sunt utique singula verba hæc diligenter : in quibus Papa vocatur Christi vicarius, et Petri successor in regimine universalis Ecclesiae et directione gregis dominici, haud dubium quin totius; itemque, quod toti mundo utilis et pernecessaria est de Papa provisio; et rursus, quod Papa est sponso totius seu universalis Ecclesiae : quo testimonio comprimuntur ora dicentium, quod Papa non est rector et sponso universalis Ecclesiae, et quod ipsa Ecclesia, Papa non existente, nihilo minus sit perfecta, et sua perfecte exercens officia. Sed de hoc infra diligentius est tractandum.

Ibid. c. 17. Præterea idem Bonifacius ait : Veritas quæ antea legis et Prophetarum vehebatur præconio, per apostolicam tubam in salutem universitatis exivit, sicut scriptum est : In omnem terram exivit sonus eorum.

Ps. xviii, 5. Hujus autem muneris (scilicet prædicationis, secundum Glossam) sacramentum ita Deus ad omnium Apostolorum voluit pertinere officium, ut in B. Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Hunc enim (scilicet Petrum) in consortium individuae Trinitatis * assumptum, id quod ipse erat, Dominus voluit nominari, dicendo, Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam : ut æterni templi structura Deo ædificante constructa, mirabili munere gratiæ consisteret in Petri firmitate. Cui Salvator Paulum adjunxit. Isti sunt qui Romam in hanc gloriam provexerunt, ut sit per sacram B. Petri Sedem caput totius orbis effecta. Ne autem ipsa mater Romana Ecclesia in aliquo deficeret, Constantinus

*Unitatis
Matth.
xvi, 18.

A monarcha quarto die sui baptismatis, una cum omnibus satrapis et universo senatu, optimatibus etiam et cuncto populo, in persona S. Silvestri ipsi Romam concedendo, urbem relinquens, ab eo (scilicet Silvestro) et successoribus ejus per pragmaticum constitutum disponendam esse (decernens in ipsa urbe utriusque potestatis monarchiam Romanis pontificibus) declaravit : non justum arbitrans ut ubi sacerdotii principatum et christianæ religionis caput cœlestis Imperator instituit, illic imperator terrenus habeat potestatem.

B His Bonifacii Papæ verbis consonant præcipuorum documenta doctorum, ut quum asserit Damascenus : Te, o Petre, non materialium tabernaculorum, sed universalis Ecclesiae constructorem constituit Christus. Et Theophilus loquens de Petro : Tu, inquit, cum Christo robur es ac petra Ecclesiae. Raimundus quoque, Thomas et alii asserunt utriusque plenitudinem potestatis esse in domino Papa. Denique in Clementinis habetur : Pastoralis cura sollicitudinis nobis divinitus super cunctas christiani populi nationes injuncta, nos invigilare subditorum compellit remediis. Iterum in eisdem : Plenitudinem potestatis Christus Rex regum et Dominus dominantium, nobis licet immeritis in persona S. Petri concessit.

D Adhuc autem S. Leo Papa in sermone beatissimorum Petri et Pauli, de eis loquens : Isti sunt, ait, o Roma, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut per sacram B. Petri Sedem caput orbis effecta, latius præsideres religione divina quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis, jus imperii tui terra marique protuleris, minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax christiana subjecit. Et denuo ait : Beatissimus Petrus, princeps apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperii, ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite (scilicet Petro ejusque successoribus) per totum mundi corpus effunderet.

Clement.
lib. ii, c. 11,
c. 2.

Ibidem.
Apost. 11,
16.

Ex quibus omnibus convincitur Papa A toti simul acceptæ præesse Ecclesiæ. Utriusque siquidem potestatis monarchia non competit Papæ, nisi in quantum universus populus christifidelis, seu etiam totus mundus collective acceptus, subjicitur ei de jure seu facto, tanquam una communitas unusque principatus seu una plebs uni principi seu monarchæ : quia nec aliter competit multis ac variis nationibus subjici uni, et eandem seu unam efficere communitatem aut plebem, ut paulo post clarius ostendetur. — Patet quoque ex verbis Leonis, quod totus mundus comparatur ad Papam sicut unum corpus ad unum caput. Quod nullatenus verum est nisi in quantum habitatores mundi collectim sumuntur : divisim namque accepti, non sunt unum mysticum corpus, sed plura, et capita habent diversa : quod et experientia docet.

ARTICULUS III.

Demonstratio quod summus Pontifex universæ militanti Ecclesiæ collectim acceptæ præsideat, ex dictis Innocentii Papæ et aliorum.

INNOCENTIUS IV in Apparatu suo super Decretalibus ait : Si Sancti diversas opiniones inter se habeant, ut de corpore B. Mariæ assumpto, vel Salomone damnato, licitum est cuique quod vult dicere ; si vero nulla diversitas inter Sanctos inveniatur, necessarium est usque ad unum iota servare quod dicunt, postquam eorum opuscula a sancta Ecclesia sunt authentica. Olim autem antequam erant authentica, licitum erat ea tenere vel non. Quum ergo in isto nunc libro, et multo diffusius in priori, per tot sanctorum Patrum ac summorum Pontificum, scholasticorum quoque doctorum testimonia sit probatum quod Papa toti et universali præsit Ecclesiæ, nec aliquis Sanctus aut doctor authenticus inveniatur (ut apparet) contrarium asseruisse, videtur illicitum aliter

nunc sentire. Ego quoque in nullo doctore authentico potui hujus oppositum comperire. Imo, sicut in priori scripsi libello, multi Patres sanctissimi et doctores catholici, præsertim magnus ille Cyrillus in libro Thesaurorum, et divinus Bernardus in libro de Consideratione, et S. Thomas in Summa contra Græcos, et super quartum Sententiarum, distinctione vicesima quarta, et in Summa contra gentiles, libro quarto, non solum affirmant, sed et multipliciter ac efficaciter probant, quod summus Pontifex præsit toti Ecclesiæ simul sumptæ, utputa sic, quod ipsa est una unusque populus, et in una fide ac lege communicans. Et tam evidentem hoc probat Thomas, ut nemo, si rite ac diligenter argumenta ejus consideret, queat negare quin hoc sit de mente ipsius, et quin efficaciter suum probet intentum.

Verum sunt aliqui ita in suis opinionibus quamvis erroneis immansivi, ut quidquid eorum dictis contrarium ipsis obijciatur, quantumcumque sit clarum ac planum, aut negent, aut ad suum propositum glossent, aut palliata aliqua adinventionem evadant : sicque se ipsos ac alios fallunt. Contra quos secundo de Civitate Dei loquitur Augustinus : Ille est major et cæcior insipientium morbus animorum, quo irrationabiles motus suos sive errores, etiam post rationem plene redditam, vel nimia cæcitate qua nec aperta cernuntur, vel obstinatissima pervicacia qua et ea quæ cernuntur non recipiuntur, tanquam ipsam rationem veritatemque defendunt.

Hi quoniam vera carent docilitate, etiam vera privati videntur prudentia. Unde et quidam præfatorum argumenta Sanctorum atque doctorum aliter evadere non valentes, dicunt quod doctores hujusmodi, quoniam contra errores Græcorum et quorundam hæreticorum papalem auctoritatem aut prorsus negantium, aut ad quamcumque particularem Ecclesiam extendi non admittentium, disputant, extense et quodammodo extreme locuti sunt, asserendo quod

Papa præsit toti Ecclesiæ; ideoque dicta eorum sunt restringenda et pie interpretanda. Sed quod istud in hac parte non sit nisi excogitata et vana evasio veritatisque obscuratio, clarissime constat sapienter pensantibus præfatorum argumenta Sanctorum in priori descripta libro. Aliud quippe est, aliquid simpliciter per modum auctoritatis asserere; et aliud, aliquid scholastice, distincte ac proprie comprobare, sentientesque aliter confutare. Denique ipse tenor, processus et forma argumentorum præfatorum doctorum, et maxime S. Thomæ, evidentissime monstrat quod concludere velint, Papam præesse toti Ecclesiæ collectim acceptæ: quod item ex sequentibus certius elucescet.

ARTICULUS IV.

Summaria perstrictio inconvenientium quæ sequi videntur ex hoc quod summus Pontifex dicitur non præsidere toti Ecclesiæ simul sumptæ.

UNO inconveniente dato, ut ait Philosophus, multa sequuntur: sicut et Jacob. iii, 5. Jacobo testante apostolo, modicus ignis silvam magnam incendit. Et Paulus fate- 1 Cor. v, 6. tur: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Rursus, secundum Philosophum, modicus error in principio, magnus erit in fine. Unde, quum Papa sit in tota militanti Ecclesia atque ecclesiastica hierarchia quid summum, primum ac dignissimum, constat quod de ejus potestate ac præsentia male sentire, grandem valde D pariet errorem in processu et fine, imo et quædam subversio erit ordinis totius ecclesiasticæ hierarchiæ. Itaque, si Papa negetur præesse toti Ecclesiæ simul acceptæ, non mediocres aut paucae absurditates sequi videntur, videlicet: quod ipsa Ecclesia militans taliter sumpta, sit ovile et grex absque pastore et duce, exercitus Dei sine principe spiritualis militiæ, hierarchia sine hierarcha, corpus mysticum absque capite, regnum sine rectore,

A sponsa sine sponso, navis absque gubernatore, civitas absque præside, domus sine patrefamilias, multitudo inordinata, seu turba, id est multitudo turbata, utputa ad unum ordinarie non reducta; insuper, quod nullus in hac vita subsistens possit ei præcipere, ipsaque nemini in hoc mundo obligata sit obedire: quæ quam absurda sint, consequenter probabitur.

Sed quoniam in priori libro satis reor art. II et s. probatum quam inconveniens sit dicere, totam Ecclesiam simul sumptam non habere nec debere habere pastorem in terra, aut esse gregem absque pastore et duce; item probatum est, quod non competat ei habere unum summum ac generalem pastorem in terra, nisi in quantum consideratur ut unus grex ac unum ovile, hoc est ut multitudo, universitas sive communitas simul et collective suscepta: idcirco hac absurditate relicta tanquam idonee reprobata, de reliquis arbitror prosequendum.

ARTICULUS V.

Quod necesse sit fateri Papam toti simul acceptæ præsidere Ecclesiæ, eo quod tota sic sumpta Ecclesia sit exercitus Dei.

SICUT, testante beato Job, militia est vi- Job vii, 1. ta hominis super terram, ita totius in hoc sæculo peregrinantis Ecclesiæ vita est militia in hac via: propter quod militans appellatur, quia ad hoc in hujus est campo exsilio atque certaminis constituta, ut contra aciem vitiorum prælietur, tentatoribus reluctetur, adversariis Dei et Salvatoris sui resistat. Hinc, juxta Apostolum, non 1 Tim. 3. coronatur nisi qui legitime certaverit. Rursusque, ad spiritualia arma nos hortans: Epist. 7. Induite vos (inquit) armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. 11.

Itaque tota Ecclesia militans, est quidam totalis ac generalis exercitus Dei, qui in Prophetis frequenter, præsertim in Zacharia, Dominus exercituum nuncupatur. Zach. 1. Iste exercitus virtutibus spiritualiter roboratus 4: etc.

atque munitus, terribilis est adversariis A potestatibus ut castrorum acies ordinata, prout sancti patres Hieronymus atque Gregorius fassi sunt. Hunc autem exercitum Christus, tanquam sapientissimus summusque princeps exercitus hujus, utique optime ordinavit sive instituit. Porro, quanto exercitus fuerit congruentius adunatus ac melius ordinatus, tam ad se invicem quam sub principe militiæ, tanto efficacior est ad prævalendum, et tanto plus competit ipsi ratio ipsius exercitus. Quemadmodum enim, secundum Augustinum, turba dicitur multitudo turbata seu inordinata, sic exercitus fertur multitudo sub uno principe ordinate disposita et collecta, hoc est collectim (non divisim) accepta. Divisio namque bonæ dispositioni ac rationi exercitus obviat et repugnat. Toti igitur populo christiano seu toti Ecclesiæ, non competit esse unum totalem ac generalem exercitum Dei nisi in quantum collective accipitur, ita quod omnes simul ad unum ducem ac principem spiritualis militiæ referuntur, concernunt ac ordinantur, illi C que parent et obedire tenentur.

Hinc quidam doctores super quartum Sententiarum, quæstione de correctione fraterna, sic scribunt : Conversatio hominum secundum legem Christi, assimilatur exercitui, in quo duplex est ordo : unus quo omnes de exercitu et cum exercitu ordinantur ad ducem, ut ei obediant et regantur ab eo ; alius quo singuli de exercitu ita coordinantur, ut unus alteri auxilium præbeat. Et uterque necessarius est ad finem consequendum, scilicet ad triumphum, ad quem ex ordinatione ducis totus exercitus ordinatur. Simili modo in conversatione vitæ humanæ et eorum qui in aliqua vivunt communitate, duplex est ordo : unus videlicet [omnium] ad prælatum, qui habet omnes regere, et cui tenentur omnes et singuli obedire ; alius singulorum ad invicem, ex quo ordine unus habet alii præbere auxilium per correctionem fraternam ad consequendum salutem.

Præterea, sicut se habent membra in corpore naturali ad actus naturales, ita se habent membra in corpore spirituali ac mystico ad actus caritatis et gratiæ, per quam tanquam membra in uno corpore connectuntur, quemadmodum Romanis scribit Apostolus : Sicut in uno corpore membra multa habemus, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Sed in corpore naturali membra pro se invicem sollicita sunt, et unum pellit malum alterius ; nec ex omnibus membris unum corpus resultat perfectum suo modo in esse et agere, nisi in quantum ad invicem uniuntur, et collective (non divisim) sumuntur : ergo sic est in mystico corpore atque exercitu totius Ecclesiæ, sicut expositores super Epistolas Pauli concorditer scribunt, et Petrus de Tarantasia atque Durandus frequenter affirmant. Si igitur Papa concedatur esse princeps militiæ spiritualis hujus totius exercitus, puta universalis Ecclesiæ, habetur intentum, videlicet quod cunctis fidelibus simul acceptis præsit jubereque habeat. Si autem hoc negetur, consequens est quod exercitus iste non habet principem militiæ spiritualis in terra, et imperfectus et insufficienter ordinatus consistit : cujus oppositum divinus Dionysius in libro de Ecclesiastica hierarchia edocuit. Imo sequi videtur, quod ratio exercitus ei non competat.

Præterea, si quis dicat sufficere quod Christus seu Michael princeps est hujus exercitus, certum est hoc inconsiderate insipienterque dici : quoniam bona dispositio exercitus exigit principem sibi appropinquatum, et ejusdem status conversationisque secum, a quo generaliter dirigi possit. Unde et præter hoc quod uniuscujusque particularis Ecclesiæ ecclesiasticæque personæ caput, rector et pastor principalis est Christus, requiritur quod particulares Ecclesiæ et personæ proprios et vicariales habeant pastores atque rectores ejusdem secum status conversationisque consistentes. Simili modo

Canf. vi, 3.
9.

Rom. xu, 4.
5.

dist. xix.

cap. i, v.

et præter hoc quod Christus seu Michael dicitur princeps, pastor, caput et rector totius universalis Ecclesiæ militantis, requirit ordo, natura et conditio hujus Ecclesiæ sive exercitus, quod unum summum, vicariam ac generalem principem et pastorem sortiatur in terra : et iste est Papa.

ARTICULUS VI.

Quod ordo ac unitas ecclesiasticæ hierarchiæ exigunt summum Pontificem præsidere toti Ecclesiæ simul acceptæ.

De Cælest.
hier. c. III.

ABBAS Vercellensis ex verbis divini Dionysii hierarchiam definiens, ait : Hierarchia est sancta rationalium personarum congregatio, gradibus et officiis ordinate distincta, cum scientia et operatione sibi competentibus, ad Dei conformitatem prout ei possibile est assimilata, per illuminationes quoque divinitus juxta propriam uniuscujusque capacitatem infusas, ad deiformem imitationem sursumacta. Hinc super secundum Sententiarum, distinctione nona, ait Durandus de S. Portiano : Ordo recipiendi divinas illuminationes, quia ab uno, scilicet Deo, originaliter descendit atque dependet, et ad unum finaliter tendit, videlicet ut reducamur in Deum, vocatur hierarchia, hoc est sacer principatus, ab *ἱερός*, quod est sacer, et *ἄρχός*, quod est princeps. Est enim principatus multitudo sub uno principe ordinata propter finem quem princeps intendit : ad quem consequendum requiritur diversitas officiorum, et scientia dirigens actionem, actio quoque perducens ad finem intentum.

Itaque constat, quod de ratione hierarchiæ sit sub uno principe ordinari, eique subijci, et ejus directione ac influentia gubernari. Quum ergo tota militans Ecclesia seu universus populus christianus simul acceptus, dicatur et sit una ecclesiastica hierarchia, oportet ad ejus perfectionem concurrere unum summum ac

generalem hierarcham in terra, qui ejusdem status cum illa consistat, et ejus qui absolute summus hierarcha est, scilicet Jesu Christi, plenus in terra vicarius sit, toti ecclesiasticæ hierarchiæ pariter sumpta vicarialiter ac universaliter præsidendo. Hic autem est Papa, quem Bonaventura totius Ecclesiæ summum vocat hierarcham.

Denique his concordant quæ Thomas in prima parte, quæstione centesima octava, scribit, dicendo : Hierarchia est sacer principatus. In principatu autem oportet esse principem et multitudinem ei subjectam atque sub eo ordinatam. Quum ergo sit unus omnium princeps, scilicet Deus, ex hac parte est omnium intellectualium creaturarum una hierarchia sub uno principe Deo. Propter quod Augustinus duodecimo libro de Civitate Dei duas inducit civitates seu societates : unam honorum, tam angelorum quam hominum, quam constituit amor Dei crescens usque ad contemptum sui ; aliam vero malorum, quam facit amor sui crescens usque ad contemptum Dei. Porro, si consideretur hierarchia ex parte multitudinis subditæ, sic hierarchia dicitur una, secundum quod multitudo uno et eodem modo recipere potest principis directionem, gubernationem seu illuminationem. Quoniam ergo homines divinas illuminationes suscipiunt sub sensibilibus formis, ut patet in sacramentis Ecclesiæ et figuris Scripturæ (propter quod primo Cælestis hierarchiæ capitulo magnus Dionysius scribit : Impossibile est nobis aliter lucere divinum radium, nisi circumtectum variis velaminibus sensibilibus formarum) ; angeli vero divinas illuminationes suscipiunt in intellectuali puritate : hinc aliam oportet esse hierarchiam angelicam et ecclesiasticam seu humanam. Sed in utraque est unus omnibus præsidens, secundum Bernardum et Thomam : quoniam ecclesiastica angelicam imitatur, sicut primo Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo S. Dionysius contestatur.

Postremo, ad idem probandum valet quod libro de IV. Coenaevis, tractatu de Angelis, ait Albertus : Hierarchia est sacrorum et rationabilium ordinata potestas, in subditis retinens dominatum. Hæc autem (ut ait) ordinatio attenditur in modo participandi illuminationes et transfundendi super alios lumen ; comparatio quoque ad principium illuminationis supponitur in ordinatione, quum dicitur « ordinata potestas ».

Hinc super Angelicam hierarchiam asserit Hugo : Hierarchia est ordo divinus, id est potestas a Deo ordinata, et scientia qua quid faciendum sit intelligant, et actio qua quod agendum agnoscunt, perficiant. In ordine officium, in scientia discretio, in actione ministerium designatur. Sine ordine actio est præsumptio ; sine actione ordo est negligentia ; sine scientia et actio est reprehensibilis, et ordo inutilis : dicit enim esse hierarchiam sine hierarcha in sæculo isto.

ARTICULUS VII.

Quod perfectio mystici corporis totius Ecclesie exigat summum Pontificem esse caput et præsidem totius Ecclesie collectim acceptæ.

SECUNDUM Ambrosium super Lucam, ceterosque doctores concorditer, unum est corpus Ecclesie, id est, ipsa Ecclesia est unum spirituale et mysticum corpus. Unius vero totius corporis unum et idem est caput, prout super tertium Sententiarum, distinctione tertiadecima, Petrus de Tarantasia declarat. Ut ergo ipsa Ecclesia sit unum corpus mysticum, non acephalum, sed completum, oportet ut habeat in terra unum caput : quod utique nullus est nisi Papa, quem Bonaventura appellat [summum hierarcham totius Ecclesie. Sed non potest Ecclesia] unum caput habere, nisi collective sumatur : divisim enim accepta, est corpora plura, et diversa habet capita, scilicet prælatos diversos. Papa

ergo est caput et præses totius Ecclesie simul sumptæ.

Denique, super illud Cantorum, Caput ejus aurum optimum, Occam per caput intelligit Papam. Et super illud Cantorum, Caput tuum sicut Carmelus, disseruit : Caput, secundum Isidorum, dicitur a capiendi, eo quod omnes sensus inde initium capiant ; et non immerito personam summi Pontificis repræsentat, a quo omnes sensus Ecclesie, hoc est potestates spirituales, initium sumunt, et a quo omnes potestates ecclesiasticæ initium sumpserunt, atque ad eum tanquam ad suum fontale principium respiciunt. Unde caput est dignius membrum, sedesque sensuum, digniorem in corpore obtinens locum, diffundens ad alia membra sensum et motum. Quis dubitet ista potissime convenire personis summorum Pontificum, ex quorum defectu etiam alia membra patiuntur defectum et detrimentum ? Hoc et Hugo in libro de Sacramentis fatetur.

Postremo, quamvis in priori opusculo diffuse ostensum sit, quomodo esse caput Ecclesie diversimode competat Christo secundum suam divinitatem et secundum naturam assumptam, ac summo Pontifici, nunc tamen addendum, qualiter secundum Petrum de Tarantasia Christus diversimode caput sit omnium hominum. Itaque, super tertium Sententiarum, distinctione tertiadecima, de hoc pulchre effatur : Quadruplex est ratio unionis inter humani corporis membra. Una est conformitas naturæ ; altera, colligatio per nervos et juncturas ; tertia est concomitantia subministrationis qua unum influit alteri ; quarta est ordo ad unam animam perficientem totum corpus. Similiter est quadruplex ratio completiva unionis mystici corporis. Prima est conformitas naturæ ; secunda, colligatio per juncturas fidei et sacramentorum ; tertia, concomitantia per caritatem ; quarta, vivificatio per Spiritum Sanctum. In prima ratione conveniunt omnes homines, ut quantum ad hoc Christus dicatur caput eorum ; in secunda,

solī fideles qui sunt de Ecclesia numero et merito, in tertia et quarta, solī iusti : ideo simpliciter Christus est solum caput eorum ; aliorum vero secundum quid, et hoc magis vel minus, secundum quod magis vel minus accedunt ad perfectam mystici corporis unitatem.

ARTICULUS VIII.

Quod complementum regni militantis Ecclesiae exigit in ea esse verum rectorem, qui toti praesit Ecclesiae pariter sumptae.

QUAMVIS in Scripturis canonicis per regnum caelorum communiter designetur patria Beatorum, nihilo minus in eisdem per regnum caelorum frequenter intelligitur praesens haec militansque Ecclesia, cujus conversatio debet esse caelestis, non terrena sive carnalis : ut quum in Evangelio ait Salvator, Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala ; itemque, Simile est regnum caelorum sagenae missae in mare et ex omni genere piscium congreganti. Et Paulus de quibusdam discipulis loquens : Hi soli (inquit) sunt adjuvatores mei in regno Dei. Regnum autem refertur ad rectorem seu regem, quemadmodum servus ad dominum. Quum ergo tota Ecclesia militans sit unum totale Christi regimen, indiget uno summo ac generali rectore in terra, sicut et quodlibet regimen speciale indiget proprio suo rectore.

Præterea, ipsa Ecclesia esse non valet unum regnum nisi in quantum universus populus regni huius collective suscipitur. Diversa etiam regna seu plurimae nationes in unum regnum non coeunt, nec unum regnum fiunt sive constituunt, nisi in una lege unoque rege sive rectore communicando, prout Ægidius de Roma in libro de Regimine principum tangit. Et Durandus super secundum Sententiarum sic ait : Illae civitates non pertinent ad eundem principatum, quae eodem modo seu secundum easdem leges et consuetudines prin-

cipis gubernationi non subsunt. Papae ergo non convenit esse rectorem regni huius militantis Ecclesiae, nisi in quantum regnum istud seu populus totus christianus collective accipitur.

Insuper, super quartum Sententiarum, distinctione vicesima, asserit Thomas : Papa habet plenitudinem pontificalis potestatis quasi rex in regno, sed episcopi assumuntur in partem sollicitudinis quasi iudices singulis civitatibus praepositi. Certum est autem quod rex per prius comparatur ad totum regnum, quam ad aliquam ejus partem seu urbem ; totumque regnum collective susceptum, subjicitur regi vi jurisdictioneque ejus. Ergo et Papa per prius comparatur ad totum militantis Ecclesiae regnum simul acceptum, quam ad quamcumque partem ipsius, et super totum hoc regnum ipse jurisdictionem sortitur. Regnum autem nunc sumptum est pro plebe seu multitudine gubernata aut gubernanda, quemadmodum et duodecimo capitulo de Divinis nominibus beatissimus Dionysius accepit illud.

ARTICULUS IX.

Quod perfectio Ecclesiae, eo quod dicitur sponsa, exigit summum Pontificem praesse toti Ecclesiae simul acceptae.

TRIPLEX ponitur Christi sponsa, utputa : singularis, quae est Virgo Christifera ; specialis, quae est cujuslibet iusti anima ; generalis seu universalis, puta Ecclesia. Sed haec generalis sponsa dupliciter intelligi potest generalis, scilicet comparative et absolute. Primo modo quaelibet particularis Ecclesia dicitur sponsa generalis, scilicet comparatione animae iusti, quae dicitur sponsa specialis. Secundo tota Ecclesia militans simul sumpta dicitur sponsa generalis seu universalis. Quemadmodum autem quaelibet particularis Ecclesia ad sui complementum requirit sponsum specialem, qui semper speciale et spirituale matrimonium contrahat secum, ut

patet de particularibus Ecclesiis, quæ episcopis sunt commissæ; sic tota et universalis Ecclesia requirit in terra habere sponsum universalem, qui cum tota Ecclesia collective accepta vice Christi universale matrimonium contrahat, quia nec aliter competit toti Ecclesiæ esse unam universalemque sponsam nisi in quantum collective accipitur. Hujusmodi autem sponsus est Papa, secundum Durandum de Ordine Fratrum Minorum in sua Summa. Unde Bonaventura affirmat, quod Papa est unicus indivisusque sponsus Ecclesiæ: B quod esse non valet nisi respectu unicæ indivisæque sponsæ, quæ secundum B. Hieronymum, est universalis Ecclesia, sicut et super Cantica scribit Gregorius.

Denique, sicut particulares Ecclesiæ suo pastore privatæ, a sponso viduatæ dicuntur, et alio pastore ac sponso vehementer egentes; sic et universalis Ecclesia suo privata pastore, a sponso quodammodo dicitur viduata (quamvis in cælis habeat sponsum, qui et particularium sponsus est Ecclesiarum), vehementerque indiget C ad universali pastore ac sponso, ut in sua permaneat unitate. Nec solum Romanæ, sed et toti Ecclesiæ periculosa est et nociva Papæ carentia. Ideo sexto Decretalium Bonifacius Papa testatur: Quam gravibus sit onusta dispendiis, quot et quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ proluxa vacatio, exacti consideratio temporis edocet, et considerata diligenter et prudenter illius temporis discrimina manifestant. Itemque animarum salus exigit, et totius orbis requirit utilitas, ut Papa D rite eligatur, dum prædecessor ejus obierit. Hinc denuo loquitur: Dei Filius, Jesus Christus, ne gregem sui sanguinis gloriosi pretio redemptum, ascensurus post resurrectionem ad Patrem, absque pastore desereret, ipsius curam (scilicet generalem, secundum Glossam) B. Petro commisit, ut suæ stabilitate fidei ceteros in christiana religione firmaret.

Quum ergo hæc ita se habeant, quomodo quidam nunc dicunt Ecclesiam sine Papa

A adhuc esse perfectam, et sua exercitia implere idoneam, eo quod apostolica Sedes interdum diu vacavit? Non videntur quantum ad hoc boni filii, qui sic summi Pontificis, omnium spiritualis patris, nituntur deprimere dignitatem.

ARTICULUS X.

Quod Ecclesia, eo quod navis vocatur, indiget uno summo gubernatore, qui totius navis hujus curam gubernationemque habeat.

HOC præsens sæculum nequam, laqueis plenum, inquietudine ac fluctibus vitiorum, persecutionum quoque et temptationum procellis repletum, non immerito mare vocatur. Ecclesia vero, cujus suffragio per mare hoc ad portum salutis æternæ transvehimur, rite navis vocatur, prout super Lucam et Matthæum Ambrosius Chrysostomusque fatentur. Unde Eugenius Papa, cui scripsit S. Bernardus, in epistola ad Cistercienses profatur: Divinæ dispositionis arbitrio in medio pelagi ad regendam navem Ecclesiæ constituti sumus. Hujus igitur navis bona directio exigit ut unum summum atque communem habeat gubernatorem ac provisorem, qui in alto speculationis se ponens, non specialia tantum, sed et generalia navis hujus dispendat, per se et periculis occurrat et de specialibus ac generalibus remediis commotis provideat: et iste est Papa.

ARTICULUS XI.

Probatio veritatis ejusdem ex hoc quod tota Ecclesia est una civitas unaque domus Dei.

TAM militans quam triumphans Ecclesia, in veteri novoque Testamento civitas appellatur. De militanti quippe Ecclesia ait Psalmista: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei; et ad Hebræos scribit Apostolus: Accessistis ad Sion montem. 22.

Ps. lxxxvi,
2.
Hebr. xii,
22.

soli fideles qui sunt de Ecclesia numero et merito; in tertia et quarta, soli iusti: ideo simpliciter Christus est solum caput eorum; aliorum vero secundum quid, et hoc magis vel minus, secundum quod magis vel minus accedunt ad perfectam mystici corporis unitatem.

ARTICULUS VIII.

Quod complementum regni militantis Ecclesie exigit in ea esse verum rectorem, qui toti præsint Ecclesie pariter sumptæ.

QUAMVIS in Scripturis canonicis per regnum cœlorum communiter designetur patria Beatorum, nihilo minus in eisdem per regnum cœlorum frequenter intelligitur præsens hæc militansque Ecclesia, cujus conversatio debet esse cœlestis, non terrena sive carnalis: ut quum in Evangelio ait Salvator, Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala; itemque, Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare et ex omni genere piscium congreganti. Et Paulus de quibusdam discipulis loquens: Hi soli (inquit) sunt adjuutores mei in regno Dei. Regnum autem refertur ad rectorem seu regem, quemadmodum servus ad dominum. Quum ergo tota Ecclesia militans sit unum totale Christi regimen, indiget uno summo ac generali rectore in terra, sicut et quodlibet regimen speciale indiget proprio suo rectore.

Præterea, ipsa Ecclesia esse non valet unum regnum nisi in quantum universus populus regni hujus collective suscipitur. Diversa etiam regna seu plurimæ nationes in unum regnum non coeunt, nec unum regnum fiunt sive constituunt, nisi in una lege unoque rege sive rectore communicando, prout Ægidius de Roma in libro de Regimine principum tangit. Et Durandus super secundum Sententiarum sic ait: Illæ civitates non pertinent ad eundem principatum, quæ eodem modo seu secundum easdem leges et consuetudines prin-

cipis gubernationi non subsunt. Papæ ergo non convenit esse rectorem regni hujus militantis Ecclesie, nisi in quantum regnum istud seu populus totus christianus collective accipitur.

Insuper, super quartum Sententiarum, distinctione vicesima, asserit Thomas: Papa habet plenitudinem pontificalis potestatis quasi rex in regno, sed episcopi assumuntur in partem sollicitudinis quasi iudices singulis civitatibus præpositi. Certum est autem quod rex per prius comparatur ad totum regnum, quam ad aliquam ejus partem seu urbem; totumque regnum collective susceptum, subjicitur regi vi jurisdictioneque ejus. Ergo et Papa per prius comparatur ad totum militantis Ecclesie regnum simul acceptum, quam ad quamcumque partem ipsius, et super totum hoc regnum ipse jurisdictionem sortitur. Regnum autem nunc sumptum est pro plebe seu multitudine gubernata aut gubernanda, quemadmodum et duodecimo capitulo de Divinis nominibus beatissimus Dionysius accepit illud.

ARTICULUS IX.

Quod perfectio Ecclesie, eo quod dicitur sponsa, exigit summum Pontificem præesse toti Ecclesie simul acceptæ.

TRIPLEX ponitur Christi sponsa, utputa: singularis, quæ est Virgo Christifera; specialis, quæ est cujuslibet iusti anima; generalis seu universalis, puta Ecclesia. Sed hæc generalis sponsa dupliciter intelligi potest generalis, scilicet comparative et absolute. Primo modo quælibet particularis Ecclesia dicitur sponsa generalis, scilicet comparatione animæ iusti, quæ dicitur sponsa specialis. Secundo tota Ecclesia militans simul sumpta dicitur sponsa generalis seu universalis. Quemadmodum autem quælibet particularis Ecclesia ad sui complementum requirit sponsum specialem, qui semper speciale et spirituale matrimonium contrahat secum, ut

patet de particularibus Ecclesiis, quæ episcopis sunt commissæ; sic tota et universalis Ecclesia requirit in terra habere sponsum universalem, qui cum tota Ecclesia collective accepta vice Christi universale matrimonium contrahat, quia nec aliter competit toti Ecclesiæ esse unam universalemque sponsam nisi in quantum collective accipitur. Hujusmodi autem sponsus est Papa, secundum Durandum de Ordine Fratrum Minorum in sua Summa. Unde Bonaventura affirmat, quod Papa est unicus indivisusque sponsus Ecclesiæ: B quod esse non valet nisi respectu unicæ indivisæque sponsæ, quæ secundum B. Hieronymum, est universalis Ecclesia, sicut et super Cantica scribit Gregorius.

Denique, sicut particulares Ecclesiæ suo pastore privatæ, a sponso viduatæ dicuntur, et alio pastore ac sponso vehementer egentes; sic et universalis Ecclesia suo privata pastore, a sponso quodammodo dicitur viduata (quamvis in cælis habeat sponsum, qui et particularium sponsus est Ecclesiarum), vehementerque indiget C ad universali pastore ac sponso, ut in sua permaneat unitate. Nec solum Romanæ, sed et toti Ecclesiæ periculosa est et nociva Papæ carentia. Ideo sexto Decretalium Bonifacius Papa testatur: Quam gravibus sit onusta dispendiis, quot et quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ proluxa vacatio, exacti consideratio temporis edocet, et considerata diligenter et prudenter illius temporis discrimina manifestant. Itemque animarum salus exigit, et totius orbis requirit utilitas, ut Papa D rite eligatur, dum prædecessor ejus obierit. Hinc denuo loquitur: Dei Filius, Jesus Christus, ne gregem sui sanguinis gloriosi pretio redemptum, ascensus post resurrectionem ad Patrem, absque pastore desereret, ipsius curam (scilicet generalem, secundum Glossam) B. Petro commisit, ut suæ stabilitate fidei ceteros in christiana religione firmaret.

Quum ergo hæc ita se habeant, quomodo quidam nunc dicunt Ecclesiam sine Papa

A adhuc esse perfectam, et sua exercitia implere idoneam, eo quod apostolica Sedes interdum diu vacavit? Non videntur quantum ad hoc boni filii, qui sic summi Pontificis, omnium spiritualis patris, nituntur deprimere dignitatem.

ARTICULUS X.

Quod Ecclesia, eo quod navis vocatur, indiget uno summo governatore, qui totius navis hujus curam gubernationemque habeat.

HOC præsens sæculum nequam, laqueis plenum, inquietudine ac fluctibus vitiorum, persecutionum quoque et temptationum procellis repletum, non immerito mare vocatur. Ecclesia vero, cujus suffragio per mare hoc ad portum salutis æternæ transvehimur, rite navis vocatur, pro ut super Lucam et Matthæum Ambrosius Chrysostomusque fatentur. Unde Eugenius Papa, cui scripsit S. Bernardus, in epistola ad Cistercienses profatur: Divinæ dispositionis arbitrio in medio pelagi ad regendam navem Ecclesiæ constituti sumus. Hujus igitur navis bona directio exigit ut unum summum atque communem habeat gubernatorem ac provisorem, qui in alto speculationis se ponens, non specialia tantum, sed et generalia navis hujus dispendat, per se et periculis occurrat et de specialibus ac generalibus remediis commotis provideat: et iste est Papa.

ARTICULUS XI.

Probatio veritatis ejusdem ex hoc quod tota Ecclesia est una civitas unaque domus Dei.

TAM militans quam triumphans Ecclesia, in veteri novoque Testamento civitas appellatur. De militanti quippe Ecclesia ait Psalmista: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei; et ad Hebræos scribit Apostolus: Accessistis ad Sion montem.

Ps. lxxxvi,
3.
Hebr. xii,
22.

Ezech. De qua civitate in ultima visione Ezechie-
xi et seq. ~~lis multa obscure et~~ mystice sunt conscri-
 pta, sicut ibidem Hieronymus et Gregorius
 attestantur. Hinc librum de Civitate Dei,
 id est Ecclesie electorum, sic incipit Au-
 gustinus : Gloriosissimam civitatem Dei.
 De triumphanti vero Ecclesia scribit in
Apoc. xxi. Apocalypsi Joannes : Civitas non eget sole
23, 27. neque luna, et non intrabit in illam aliquid
 coinquinatum. Civitas enim quasi civium
 unitas interpretatur. Unde primo de Ci-
 vitate Dei asserit Augustinus : Civitas
 non est aliud quam concursus hominum
Rom. x, 12. multitudo. Quum itaque in militanti Ec-
Joann. xi, clesia diversæ nationes, gentes, tribus et
51, 52. linguæ per fidem et caritatem sub una
 evangelica lege congregentur, ut sint unus
 populus Dei, in quo, secundum Aposto-
 lum, non est distinctio Judæi et Græci (de
 qua spirituali unione Joannes ait : Jesus
 moriturus erat non solum pro gente, sed
 ut filios Dei qui erant dispersi, congrega-
 ret in unum); hinc ipsa Ecclesia rite ci-
 vitas nuncupatur.

1 Mach.
viii, 16.

Porro optimum regimen civitatis est
 ut per unum supremum regatur. Propter
 quod in libris Machabæorum in laudem
 dicitur Romanorum : Committunt uni ma-
 gistratum suum, et omnes obediunt uni,
 et non est inter eos zelus neque invidia.
 Ergo Philosophus quasdam regiminis spe-
 cies condistinguens, concludit quod opti-
 mum regendi genus est quo unus toti
 multitudini præest. Ex quo etiam undeci-
 mo Primæ philosophiæ convincit, quod
 toti universo unus altissimus præsit prin-
 ceptus : Entia, inquit, nolunt male disponi;
 pluralitas principantium mala : unus igitur
 princeps. Itemque primo Politicorum : In
 omni (ait) pluralitate ordinata naturale
 atque expediens est unum præesse, ceteros
 autem parere. De hoc Ægidius libro de
 Regimine principum plenius tractat. Toti
 itaque civitati huic, quæ est universalis
 Ecclesia simul sumpta, unus præest rector
 supremus, qui dicitur Papa : quia nec
 aliter civitas hæc una est nisi per unius
 legis et gratiæ communionem et per redu-

ctionem ad unum. Ideo ipsi non competi-
 regi ab uno nisi collective sumatur. Plu-
 ra namque nisi participant uno, confusa
 sunt; et ad hoc regentis conatur intentio,
 ut in quamdam unitatis formam ac spe-
 ciem redigantur : aliter indecora con-
 sistunt.

De hoc Proclus Platonius in Elemen-
 tatione sua theologica subtilissime philo-
 sophatur, probans quod bonitas rei in
 ejus unitate sit sita, inter cetera dicens ter-
 tiodecimo theoremate Elementationis suæ
 B theologicæ : Omne bonum unitivum est
 participantium ipso, et omnis unio bo-
 num, et bonum uni idem. Bonum enim
 est salvativum omnium entium. Quod au-
 tem salvativum et contentivum est sub-
 stantiæ singulorum, est ipsum unum : uno
 enim salvantur omnia, et dispersio exire
 facit unumquodque a propria substantia.
 Augustinus quoque circa illud Salvatoris
 in Evangelio, Unum est necessarium, ait :
 Unum cogitate, fratres mei, et videte si
 in multitudine delectet aliquid nisi unum.
 C Ecce Deo propitio quam multi estis : quis
 vos ferret nisi unum saperetis? Unde in
 multis quies ista? Da unum, et populus
 est; tolle unum, et turba est. Quid est
 turba, nisi multitudo turbata? Sed audite
 Apostolum : Obsecro autem vos, fratres
 (multitudini dicebat, sed omnes unum fa-
 cere volebat), obsecro autem vos, fratres,
 ut id ipsum dicatis omnes, et non sint
 in vobis schismata.

Denique, sicut tota Ecclesia militans ac
 triumphans dicitur civitas, et civitas una;
 sic dicitur domus, et domus una. De mili-
 tanti quippe Ecclesia scribit ad Timo-
 theum Apostolus : Scias quomodo te oportet
 conversari in domo Dei, quæ est
 Ecclesia Dei vivi, columna et firmamen-
 tum veritatis. Porro de triumphanti Ecce-
 sia apud Joannem ait Christus : In domo
 Patris mei mansiones multæ sunt. Una
 vero totalis domus si convenientissime
 debeat gubernari, requirit unum supre-
 mum patremfamilias, qui cunctis dome-
 sticis simul sumptis totique domui præsit,

et omnes ad congruum dirigat finem, A
 generalem quoque et præcipuam domus
 habeat curam, quemadmodum nonodeci-
 mo de Civitate Dei loquitur Augustinus :
 Verus paterfamilias omnibus suis dome-
 sticis per dilectionem consulere debet et
 prodesse ut Deum colant. Hanc ergo Ec-
 clesiae domum, ejusque dispositionem et
 regimen, Christus de mundo hoc transi-
 riturus ad Patrem, gloriosissimo ac beatis-
 simo archiapostolo Petro commisit atque
 reliquit.

Insuper, sicut ex verbis Philosophi in- B
 troducitur et declarat Egidius, tria distincta
 regimina sunt in domo, scilicet : nuptiale,
 quo vir præest uxori; paternale, quo pater
 præest filiis; et dominativum, quo do-
 minus præest servis. Sed horum trium
 regiminum summa consistit et concurrat
 in uno paterfamilias, qui cunctis suis do-
 mesticis, uxori, soboli et ministrantibus
 præest. Quamvis modis diversis, hæc tria
 regimina in domo militantis Ecclesiae pro-
 portionaliter possunt notari, quum juxta
 præhabita, summus Pontifex sit sponsus C
 Ecclesiae, pater fidelium, et hierarcha sive
 sacer princeps eorum, imo pater et do-
 minus totius militantis Ecclesiae, secun-
 dum Anselmum, quum ratio hierarchiae
 sit ut hierarcha retineat in subditis domi-
 natum, secundum Albertum.

Nec obstat quod quidam Sanctorum di-
 cunt, Papa non debet se reputare aut dice-
 re dominum Ecclesiae sive fidelium : quo-
 niam hoc intelligendum est de dominio
 quo quis subjectionem subditorum et præ-
 sidentiam suam super eos refert ad pro- D
 prium commodum. Sed hoc in priori libro
 plenius est inductum. Quibus nunc adjici-
 endum quod libro de IV Coæquævis scribit
 Albertus, dicendo : Duplex est dominium :
 unum tyranni, secundum oppressionem et
 arrogantiam fastus superbiæ; aliud super-
 positionis, propter providentiam et guber-
 nationem subditorum, de quo ait Salvator
 Apostolis : Vos vocatis me Magister et
 Domine. Primum dominium prohibet Chri-
 stus suis hierarchis, dum ait : Reges gen-

tium dominantur eorum; vos autem non
 sic. Secundum vero dominium est de per-
 fectione hierarchiae, et ingreditur defini-
 tionem ipsius. De tali quoque dominio
 dicit Bernardus quinto de Consideratione :
 Dominantur Dominationes cœlestes, sed
 sub Domino dominantur et serviunt pa-
 riter; præsumunt Principatus et regunt, sed
 reguntur et ipsi, ita ut regere jam non
 norint, si regi desierint. Ita ergo et Papa
 instar cœlestium Dominationum dominari,
 præesse atque præcipere debet, secundum
 tenorem legis sibi a Christo summo et
 infallibili legislatore præfixæ, non secun-
 dum propriam voluntatem instar tyranni.

ARTICULUS XII.

*An Papa toti Ecclesiae simul seu collecti-
 ve acceptæ præcipere possit, loquendo
 proprie de præcepto, an scilicet habeat
 jurisdictionem super eam.*

Q UÆSTIO ista ex introductis in isto li-
 bro, et præsertim ex dictis in priori
 tractatu, solutionem habet clarissimam at-
 que certissimam. Quum enim copiosissime
 sit probatum, quod Papa præsit toti Ecce-
 siae simul acceptæ, et immediatiorem ma-
 gisque propriam habeat operationem ad
 totam universalem Ecclesiam quam ad
 quamcumque Ecclesiam particularem, tan-
 quam summus hierarcha et proprius uni-
 versalisque pastor, prælatus, caput, spon-
 sus, pater ac rector totius Ecclesiae pariter
 sumptæ; dubium nullum relinquitur quin
 jurisdictionem habeat, potestatem et au-
 ctoritatem super totam Ecclesiam colle-
 ctive susceptam, secundum legem sibi a
 Christo præfixam, hoc est quantum ad ea
 quæ concernunt cathedram seu magiste-
 rium et pontificium ejus. Sicque directe
 ad ejus spectat officium totam Ecclesiam
 purgare, illuminare, perficere, gubernare
 et regere, legem seu jussionem obligato-
 riam ei præfigere.

Sed his contrariari videntur quæ qui-
 dam quasi pro generali concilio scribens,

art. xxii.

Юанн. XIII,
 12.
 Лис. XXII,
 15, 26.

ait : Obedientia uno modo capitur proprie **A** et specialiter, prout respicit præceptum superioris : et sic non est concedendum quod universalis Ecclesia obediat Papæ, vel teneatur ei obedire. Alio modo capitur obedientia pro virtute obtemperandi his quæ ab alio consuluntur, admonentur, optantur aut præcipiuntur : et sic superior **B** inferiori dicitur obedire, ut Deus ipsi Josue in solis statione ; et sic debet capi nomen obedientiæ, si alicubi legitur quod Ecclesia obedit vel obedire debet Papæ. — Iterum ait : Miror quod aliqui præsumunt dicere, **B** quod Papa sit major et superior generali concilio aut universali Ecclesia, quum omne totum sua parte sit majus. — Insuper contra quemdam scribens, sic ait : Quidam dicit : Omnes Christiani tam conjunctim quam sigillatim obedire tenentur Papæ. Contra propositionem hanc scribit qui supra : Si ille in hoc quod dicit, conjunctim, intendit Papam extollere supra Ecclesiam, et ejus (scilicet Papæ) imperium potestativum et proprie præceptivum, tanquam superioris, esse in eam (scilicet Ecclesiam) ut inferiorem, cui competit Papæ obedire, periculose errat. — Iterum scribit : Potestas illa ratione Romanæ Ecclesiæ matris aliarum Ecclesiarum particularium, respicit super se potestatem universalis Ecclesiæ, imo includitur in ea sicut pars in suo toto.

Josue
14.

Ad omnia ista, quia idem prætendunt, videlicet quod Papa non præest toti Ecclesiæ collectim acceptæ, est una responsio, scilicet quod non videntur catholice posse salvari. Quod primo probatur per omnia **D** quæ hucusque tam in priori libro quam in isto inducta sunt ex dictis sanctorum Patrum, catholicorum doctorum ac summorum Pontificum, ad probandum oppositum, utputa quod Papa præsit toti Ecclesiæ simul sumptæ.

Secundo demonstratur id ipsum, quia, ut doctores catholici et antiqui tam theologi quam juristæ concorditer dicunt, videlicet Ostiensis, Raimundus, Guillelmus, Durandus, Summa confessorum, Summa

Pisana, et alii quasi innumeri, inter cetera quæ summo Pontifici sunt propria et proprie competunt, unum est communem legem condere generalemque canonem constituere, et legem seu canonem talem toti Ecclesiæ præfigere seu mandare. Ideo quippe canon et lex in hac locutione communis et generalis vocatur, quoniam universam concernit Ecclesiam : aliter enim quilibet episcopus diceretur posse communem condere legem, quia toti Ecclesiæ sibi commissæ potest præcipere. Lex quæ hic sumitur potissime pro præcepto. Proprie namque pro præcepto accipitur, ut in prima secundæ Thomas declarat. Si igitur Papa non præsidet toti Ecclesiæ, nec illa tenetur ei proprie obedire, sequi videtur quod legem et canonem generalem condere Papa non possit ; et si condatur, Ecclesia tamen ad observandum obligata non sit. Quod autem legem seu canonem talem condere Papa non possit, non solum est contra præfatos doctores, sed insuper contra ea quæ sancti ac summi Pontifices **C** frequenter egerunt. Unde et sexto Decretalium habetur de ordinatione summorum Pontificum qui præceperunt festa Sanctorum in universali Ecclesia celebrari. Sic etiam Bonifacius Papa instituit festa Omnium Sanctorum, et Urbanus Papa festum Sacramenti. Et idem probari potest de Sanctorum reliquiis venerandis, de certis jejuniis observandis, de quibusdam cibis certis diebus vitandis, de confessione et communionem ad minus semel in anno. Hujusmodi autem præceptorum multa ita a summis sunt Pontificibus instituta, et toti Ecclesiæ ad servandum præstituta, præfixa, mandata, quod non obedientes rebelles censentur atque mortaliter peccant, nisi legitime excusentur. Sicque hujusmodi leges vim obligatoriam sortiuntur, et hujus oppositum pertinaciter dicere, videtur hæresim sapere.

Præterea, S. Thomas super quartum Sententiarum frequenter testatur, quod potestas faciendi indulgentias sequitur jurisdictionem. Idem affirmant Raimundus, Du-

Sext. lib. m.
lit. 22. c. 1

q. 12. c. 1.

randus et alii. Si igitur Papa non habet præsentiam et jurisdictionem super totam Ecclesiam, sequitur quod non possit communes seu universales indulgentias facere et plenas, ac simul ubique : quod est contra præfatos doctores et contra jura, sed et contra ea quæ a summis Pontificibus frequenter facta noscuntur.

Denique, de hac re quidam cuius nomen ignoro, super quartum Sententiarum sic scribit : Ille solus potest dispensare communem thesaurum Ecclesiæ, qui præest toti Ecclesiæ : sed hic est solus Papa. Præterea, ad hoc sunt jura quæ dicunt potestatem Papæ esse illimitatam quoad indulgentiarum concessionem, potestatem vero episcoporum esse limitatam. Hinc Papa potest facere indulgentias quoad remissionem totius pœnæ satisfactoriæ, et respectu omnium in Ecclesia fidelium. Episcopi autem non possunt facere nisi quasdam indulgentias partiales, et hoc ex concessione Papæ, nec respectu omnium, sed solum in sua diocesi. Præterea, ad illum pertinet proprie indulgentias communes facere, ad quem pertinet cura Ecclesiæ universalis Romanæ : cujus pertinet ad ipsum custodia et dispensatio thesauri Ecclesiæ, quia ad illum qui habet curam communitatis, pertinet dispensare bona communitatis. Sed indulgentiæ sunt de communi thesauro Ecclesiæ : ergo ad eum qui habet curam, potestatem et jurisdictionem super totam Ecclesiam, pertinet hujusmodi thesaurum dispensare. Hic autem est Papa dumtaxat. — Hæc sunt verba in forma præacti doctoris, cujus nomen (ut dixi) ignoro, quamvis hoc constet quod ceteris præallegatis doctoribus verba ejus concordent.

Ex quibus omnibus clarissime sequitur, quod scripta cujusdam quæ commemoravi, stare non possunt, et quod tota Ecclesia seu omnes Christiani tam conjunctim quam sigillatim obedire tenentur summo Pontifici, proprio tamen superiori in his quæ cathedram ejus respiciunt.

Porro argumenta illius in priori libro

A sunt soluta. Quæ in veritate puerilia sunt atque facilia : ut quum ait Papam non esse majorem et superiorem universali Ecclesia, quum sit pars ejus. Quum enim Papa dicitur major et superior tota Ecclesia, intelligendum est hoc per exclusionem sui ipsius : juxta quem modum, secundum Damascenum aliosque doctores, humanitas Christi dicitur omni creaturæ prælata et cunctis creatis superior, quum tamen ipsa sit pars creaturæ. Unde et pars non est major suo toto, sumendo totum cum partis inclusione ; sed pars potest esse super totum residuum, ut præsul super totam diocesim, et Abbas seu Prior super totum conventum. Sic et Leo Papa vocat sacratissimum Petrum principem apostolici ordinis seu agminis, quum tamen Petrus fuerit pars seu una illius ordinis agminisque persona. — Simili modo, quum arguit quod potestas Romanæ Ecclesiæ includitur in universali Ecclesia sicut pars in toto, clarum est quod in hac locutione universalis Ecclesia sumatur cum inclusione Romanæ Ecclesiæ, prout Romana Ecclesia pro particulari Ecclesia sumitur. Sic potestas Romanæ Ecclesiæ aliquo modo respicit super se potestatem universalis Ecclesiæ, et includitur in ea ut pars in toto. Si autem universalis Ecclesia sumatur in præfata locutione per exclusionem Romanæ Ecclesiæ seu Pontificis ejus, scilicet Papæ, sic non solum Romana Ecclesia, sed et solus Pontifex ejus seu Papa est super totam Ecclesiam tam Romanam quam universalem, tanquam pastor, hierarcha, rector et præsul tam Romanæ quam universalis Ecclesiæ. Et Papæ potestas super totam Ecclesiam se extendit, loquendo de potestate jurisdictionis et prælationis seu præsentiam. Omnes quoque potestates et dignitates ecclesiasticæ continentur et sunt in ea sublimiori modo quam in ceteris universis. Hinc libro de IV Coæquævis notabiliter scribit Albertus : Hierarchia est quoddam totum potestativum. In potestatibus autem ordinatis, semper sequens supponit præcedentem, et habet plus :

quod probatur tam in potestatibus naturæ **A** quam officiorum et gratiæ. In potestatibus enim naturæ, vegetativum est in sensitivo, et sensitivum in rationali; sed non convertitur: ut vult Dionysius quinto capitulo de Divinis nominibus. In officiis quoque, potestas decani est in potestate centurionis, et potestas centurionis in potestate tetrarchæ; sed non convertitur. Similiter in gratiis, potestas subdiaconi est in potestate diaconi, et potestas diaconi in potestate presbyteri; sed non convertitur. Unde partes totius potestativi secundum ordinem **B** constituunt ipsum.

Denique, si super totam Ecclesiam, prælationem, curam, gubernationem et magisterium summus Pontifex non habet, consequens erit quod ad eum non spectet Symbolum fidei edere, generalemque synodum convocare ac celebrare: quod est contra universos doctores præallegatos, et specialiter contra Thomam in secunda **C** art. 10. ibidem. art. 10. ibidem. quæstione prima. Consequentia tamen probatur: quia, ut S. Thomas ac alii asserunt, una est fides totius Ecclesiæ; hoc autem servari non potest, nisi quæstio de fide exorta determinetur per eum qui toti Ecclesiæ præest, ut sic ejus sententia a tota Ecclesia firmiter teneatur: et ideo ad solam auctoritatem summi Pontificis pertinet nova editio Symboli fidei, sicut et omnia illa quæ pertinent ad totam Ecclesiam, ut congregare synodum generalem, et alia hujusmodi.

Multa similia possem inducere argumenta, sed brevitati studendum est. Hoc **D** art. xxvi. xxix. autem, ut priori opusculo patuit, auctoritati generalium conciliorum non derogat; et ipsum generale concilium quantum ad aliqua est supra Papam, puta in determinatione, expeditione et definitione eorum quæ directe et proprie ad forum generalis spectant concilii, dum conciliariter in talibus est procedens.

Postremo, quia materia hujus articuli est ardua vehementer, quamvis omnia, tamen specialiter contenta in isto articulo, sub correctione omnium sanius sapien-

tium, et quibus incumbit idoneique consistunt, hæc scripta sint, nil pertinaciter aut temere assero.

ARTICULUS XIII.

An Petrus apostolus potestatem suam et auctoritatem potestatisque plenitudinem immediate a Christo accepit et habuit.

SICUT in priori recitavi opusculo, quidam pro Papa scribentes, asserunt quod solus Petrus claves Ecclesiæ immediate accepit a Christo, ceteri vero Apostoli eas acceperunt immediate a Petro, hoc est a Christo per Petrum: propter quod insuper dicunt, quod tota Ecclesiæ ac generalium conciliorum potestas a Papa procedat atque dependeat. Præterea, alii quidam quasi faventes concilio, præactam opinionem penitus abhorrentes, in alio extremo se ponunt, dicentes quod Petrus potestatem suam non habuit immediate a Christo, sed Ecclesia, et Petrus per Ecclesiam. Unde quidam sic scribit: Christus immediate contulit potestatem et plenitudinem potestatis Ecclesiæ sponsæ suæ, et mediante Ecclesia sponsa sua contulit potestatem S. Petro et plenitudinem potestatis quam dicitur habere. Prima autem opinio huic omnino contraria, in primo est reprobata tractatulo. Sed ista secunda art. xii. inconveniens esse videtur.

Ostensum est enim in primo, quod in **D** ibidem. Luc. xiii. 19. Joan. 13. 22. 21. Evangelio leguntur sex potestates ecclesiasticæ a Christo collatæ Apostolis: quarum una est potestas consecrationis, quam omnes et singuli Apostoli immediate acceperunt a Christo, quum dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Alia est potestas clavium seu spiritualis jurisdictionis in foro conscientiæ, quam etiam sancti Apostoli immediate acceperunt a Christo, quum post passionem insufflavit in eos et dixit: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

Tertia est potestas apostolatus seu prædicandi auctoritas, quæ omnibus simul a Christo concessa est quando dixit : Euntes prædicate, etc. Quarta est potestas iudicialiæ correctionis in foro exteriori, quæ data est ubi apud Matthæum Christus loquitur Petro : Si peccaverit in te frater tuus, etc. Quinta est potestas dispositionis ministrorum quoad determinationem jurisdictionis ecclesiasticæ, ut evitetur confusio dissensionisque materia in populo et inter ministros, si ipsi indistincte atque æqualiter de omni populo curam haberent ; et hæc potestas collata est Petro et successoribus ejus ubi Christus locutus est ei : Pasce oves meas. Quibus verbis constitutus est Petrus pastor et princeps totius Ecclesiæ. Sicque potestatem hanc ipse accepit a Christo non solum immediate, sed etiam solus. Christus equidem immediate dixit ad eum : Pasce oves meas. Quæ verba fuerunt non solum significativa, sed etiam effectiva, ita quod verbis illis Christus præstitit Petro ordinariam potestatem et jurisdictionem præfatam absque causa intermediante.

Hinc Thomas super quartum Sententiarum, distinctione nonadecima, affirmat : Potestas ordinis, quantum est de se, extenditur ad omnes absolvendos ; et ideo indeterminate Dominus dixit Apostolis, Quorum remisistis peccata : intelligens tamen quod usus illius potestatis esse deberet præsupposita potestate Petro collata, secundum ipsius ordinationem. — Porro plenitudo potestatis præcipue data est Petro quum dictum est ei, Pasce oves meas, quando totius Ecclesiæ prælatus est constitutus. Constat itaque, quod Petrus potestatem suam potestatisque plenam auctoritatem et universalem jurisdictionem immediate accepit effective a Christo : præsertim quum per creationem data sit potestas illa potestatisque plenitudo ; ea autem quæ immediate per creationem præstantur, a Deo immediate causantur effectiveque dantur, quum creare Deo sit proprium.

Denique, præfatæ propositionis assertores dicunt, quod Ecclesia sit solum causa sine qua non Petrus potestatem suam accepit a Christo, quoniam dantis intentio fuit, propter bonum Ecclesiæ conferre Petro hujusmodi potestatem. Sed ex hoc non sequitur quod Petrus non accepit eam immediate a Christo. Magisque proprie diceretur accepisse potestatem suam propter Ecclesiam quam per Ecclesiam : quoniam præpositio *per* proprie notat *propter* et habitudinem causæ in casuali sibi apposito. Imo, quum omnia dona gratiæ gratis datæ ordinentur finaliter ad dona gratiæ gratum facientis, secundum hoc sequeretur quod nullus Apostolorum accepisset aliquam prædictarum potestatum immediate a Christo, sed per Ecclesiam, quia propter bonum ipsius : quum tamen Paulus de se ipso oppositum protestetur in exordio epistolæ suæ ad Galatas, dicens : Paulus apostolus, non ab hominibus neque per hominem, sed per Jesum Christum et Deum Patrem. Unde et circa hoc expositores testantur, quod gratiam apostolatus accepit immediate a Christo. Hinc etiam quidam quasi in favorem concilii, ad probandum quod Ecclesia totam suam potestatem et auctoritatem a Papa non habeat, dicunt quod Paulus apostolus potestatem suam habuit immediate a Christo, non a Petro. Et mirum cur negent Petrum suam potestatem accepisse immediate a Christo, quum constet Petrum pleniorum et altiorum potestatem et jurisdictionem accepisse quam Paulum, quia prælatus est toti mundo, secundum omnes sanctos Patres et doctores præallegatos.

Circa præhabita quæri potest, an sacratissimus Petrus prius tempore accepit claves a Christo quam Apostoli alii. Et ex jam dictis patet quod non. Sed probatur quod imo. Ait namque Gregorius : B. Petro primo pastori in hac adhuc carne existenti, Dominus noster pastor bonus ante passionem suam dans claves regni cælestis, ait : Quodcumque ligaveris super ter-

Galat. 1, 1.

Matth. xvi, 19.

Marc. xvi, 5.

Matth. viii, 15.

Joann. xxi, 7.

Ibid. xx, 3.

ram, erit ligatum et in cœlis. Post resurrectionem vero eamdem ligandi solvendique potestatem ceteris communiter discipulis cum B. Petro commisit, dicens : Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Huic concordat quod super quartum Sententiarum, distinctione nonadecima, asserit Thomas : Ad absolutionem a peccato requiritur duplex potestas, scilicet potestas ordinis et potestas jurisdictionis. Prima æqualiter est in sacerdotibus omnibus. Ideo, ubi Dominus, Joannis vicesimo, dedit omnibus Apostolis communiter potestatem remittendi peccata, intelligitur de potestate quæ consequitur ordinem : unde et sacerdotibus, quando ordinantur, verba illa dicuntur. Sed Petro dedit singulariter potestatem remittendi peccata ubi ait, Tibi dabo claves regni cœlorum, etc., ut intelligatur quod ipse præ aliis habet potestatem jurisdictionis. Præterea, super illud Lucæ, Assumpsit Jesus Petrum, Jacobum et Joannem, scribit Ambrosius : Petrus ascendit, qui claves regni cœlorum accepit. Similiter, super illud Lucæ, Ait autem ei (scilicet Christo) Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? dicit Theophilus : Petrus, cui jam commissa fuerat Ecclesia, quasi omnium curam gerens, inquit.

Ad hæc respondendum, quod quidam dixerunt Petro claves esse collatas per inducta verba apud Matthæum scripta, quum ait Salvator : Tibi dabo, etc. Sed Beda et alii contradicunt, et dicunt quod illis verbis non datæ, sed promissæ fuerunt Petro claves. Id quoque etiam Thomas in Summa contra gentiles, libro quarto, testatur. — Ad auctoritates vero adductas dici potest, quod illo loco seu ante Christi passionem Petrus claves accepit et Ecclesia sibi commissa fuit, non reali exhibitione, sed certa promissione : nam et ceteris Apostolis ante Christi passionem promissæ leguntur hæc claves aut datæ quodammodo, quum apud Matthæum locutus est Christus : Quæcumque ligaveritis in terra, erunt ligata et in cœlo.

ARTICULUS XIV.

De quibusdam verbis fratris Udalrici in Summa sua.

UDALRICUS, frater Ordinis Prædicatorum, discipulus Alberti Magni, in Summa sua, libro sexto, sic ait : Quia de comparatione Apostolorum ad invicem frequenter quæritur, dicam quod sentio, scilicet quod Petrus et Paulus non solum quantum ad consecrationem et ordinem, qualiter etiam omnis episcopus par est Papæ, sed et quantum ad administrationem pares fuerunt : quoniam aliter Paulus non per æqualem conditionem apostolatuum suum (quod nomen potius sonat administrationem missi quam ordinis dignitatem) apostolatu Petri comparasset, dicens, Qui operatus est Petro in apostolatuum circumcissionis, operatus est et mihi inter gentes ; nec ei in faciem restitisset quia, ut dicit Hieronymus, Petrus Paulum reprehendit, quod non auderet, nisi se non imparem sciret. Et Gratianus quidem exponit hoc de puritate vitæ et sanctitate conversationis ; sed hæc expositio textui non consonat, quia redarguere coram omnibus potius pertinet ad officium ecclesiasticæ dignitatis (illi enim dicitur : Peccantes coram omnibus argue) quam ad sanctitatem conversationis, cui dicitur : Argue eum inter te et ipsum solum. Et ut de omnibus Apostolis dicamus, sciendum est quod potest in eis considerari auctoritas personalis et successionis. Primo modo habuerunt omnes non solum patrem, sed etiam eamdem auctoritatem. Si enim ordo inter eos fuisset, unus ab alio auctoritatem surripisset : quod non est verum, quum omnes immediate a Christo auctoritatem acceperint. Sed secundo modo soli Petro collata est hæc potestas, ut scilicet sui successores habere plenitudinem potestatis : quia ei soli commisit Christus oves suas, et successores Apostolorum in partem sollicitudinis vocantur. Sicque ordo ecclesiasticæ hierarchiæ post ædificationem Ecclesiæ in suis partibus

JOANN. XX,
23.

Matth.
xvi, 19.

LUC. IX, 28.

Ibid. XII,
41.

Matth.
xvi, 19.

cap. 76.

Matth.
xviii, 18.

Galat. II, 1.

Ibid. 11.

Ibid. v, 20.

Matth.
xviii, 15.

JOANN. XII,
17.

potestatis integer consistit. Qui ordo in uno Cepha, id est in capite consummatur : hoc enim exigitur in quolibet uno ordine, ne regnum in se divisum desoletur. Unde dicit Glossa : Ideo Christus Petrum principem Apostolorum constituit, ut Ecclesia unum principalem Christi vicarium in caput haberet, ad quod diversa Ecclesiae membra recurrerent, si forte inter se dissentirent [Quod si diversa capita essent in Ecclesia, unitatis vinculum rumperetur. In principio autem Ecclesiae hoc non obfuit quod essent diversa capita], quia non erant Apostoli in unum colligendi, sed in universum orbem dispergendi ; sed collectis omnibus in unum ovile, fuit necessarius unus pastor. Hucusque Udalricus.

Cujus verba multiplicem videntur pati instantiam. Primo, quia præcedenti articulo dictum est quemadmodum inter ecclesiasticas potestates Apostolis a Christo collatas, quinta sit potestas dispositionis ministrorum quantum ad ecclesiasticæ jurisdictionis determinationem, ut evitetur confusio dissensionisque materia in populo et inter ministros, si ipsi indistincte atque æqualiter de omni populo curam haberent : et hæc potestas collata est soli Petro pro se et successoribus suis. Unde, ut allegatum est, secundum Thomam, usus potestatis aliis Apostolis datæ, esse debuit præsupposita potestate Petri, secundum ipsius ordinationem. Nec obstat quod Paulus diversis in locis prædicavit antequam Petrum vidit, et absque ordinatione ipsius : quia Christus præfatam potestatem non taliter contulit Petro quin sibi ipsi eam servavit et per se ipsum aliqua ordinavit, quia et Thomam apostolum (ut legitur) direxit ad Indiam. Hinc, ut tactum est, Thomas affirmavit quod Petrus præ aliis Apostolis habuit potestatem jurisdictionis. Præterea, Christus primus Papa summusve Pontifex totius Ecclesiae sub tempore gratiæ, soli Petro reliquit et dedit dignitatem et auctoritatem papalem, videlicet jurisdictionem et præsentiam super totam Ecclesiam. Major ergo fuit potestas, juris-

dictio atque prælatio Petri quam aliorum Apostolorum : aliter quoque Petrus non fuisset plenus et proprius Christi vicarius.

Insuper, quum Dei perfecta sint opera, secundum Moysen, et quæ a Deo sunt, ordinata sint, secundum Paulum, ordo etiam sit quid optimum in rebus, secundum Dionysium ; constat quod beatissimum id Apostolorum collegium post Christi ascensionem ordinatissime dispositum fuit ac mansit. Ordo autem seu ordinatio talis exigit congruam habitudinem inter superiores et inferiores. Christus vero quamdiu inter Apostolos fuit, eorum existit princeps, prælatus atque superior : ergo recedens ab eis, constituit et reliquit eis aliquem loco sui in principem et prælatum ; et is fuit Petrus.

Rursus, pulchritudini ordinis ecclesiasticæ hierarchiæ repugnat quod omnes Apostoli fuissent capita Ecclesiae æque prima et principalia : ideo unus cunctis prælatus est. Sed et ipse Udalricus testatur, quod Christus præfecit Petrum toti Ecclesiae : ergo et ceteris Apostolis, qui ipsius Ecclesiae præclarissima membra fuerunt. Chrysostomus quoque testatur, quod Petrus fuit vertex collegii, et loco Christi præpositus, id est Apostolorum. Et secundum Theophilum, Apostoli Petrum loco Christi habebant. Hinc S. Cyrillus in libro Thesaurorum fatetur : Ipsi beati Apostoli in Epistolis atque Evangeliiis affirmaverunt, in omni doctrina Petrum esse loco Christi in ejus Ecclesia, Petro locum præstantes in omni concilio et synagoga, in omni loco * et confirmatione.

Denique argumenta Udalrici robor non habent adversus hanc veritatem, præsertim quia et ipsi Apostoli multis annis in Judæa manserunt, sæpeque convenerunt, et in Jerusalem multa millia Christianorum sub eis fuerunt : unde oportuit unum cunctis præesse. Paulus demum suum apostolatum comparat apostolatu Petri, non ut se Petro ostendat æqualem, sed quod ab eodem Domino Jesu Christo gratiam apostolatus sortitus sit unde et Petrus.

Deut. xxxii.
Rom. xiiii.
1.

Cf. Epist.
viii, ad Demophilum.

* electione

Luc. xi, 17.

rt. præced.

Galat. 11. Quomodo autem Paulus restitit Petro in A
11. faciem, et de verbis circa hoc Gratiani, Galat. 11.
Cf. p. 573 B in priori habitum est libro. 11.

Sed his objici potest, quod in sermone disseruit Leo Papa : Petrum et Paulum gratia Dei in tantum apicem inter omnia Ecclesiae membra provexit, ut eos in corpore cui Christus caput est, quasi geminum constitueret lumen oculorum ; de quorum meritis atque virtutibus, quæ omnem loquendi superant facultatem, nihil diversum, nihil debemus sentire discretum, quoniam illos et dilectio pares, et labor similes, et finis facit esse æquales. Sed hæc objectio solvit se ipsam, quum ex argumenti processu pateat S. Leonem loqui de æqualitate perfectionis in sanctitate ac meritis, quæ est perfectio pertinens ad dona gratiæ gratum facientis, non de æqualitate potestatis, prælationis et jurisdictionis, ad dona gratiæ gratis datæ spectante : in his quippe tanta fuit excellentia Petri super Paulum, quod sicut in Passionali Sanctorum habetur, tempore martyrii eorum Paulus dixit ad Petrum : C
Tuum est præcipere, meum orare. Glossa quoque super epistolam ad Galatas ait, quod alii Apostoli Petro obedierunt : et est glossa illa ex verbis Augustini suscepta. Unde et beatissima Maria Magdalene a principe gentili cui prædicavit, interrogata, Potes defendere fidem quam prædicas ? dixit : Equidem illam defendere præsto sum, utpote quotidianis miraculis et prædicatione magistri nostri Petri, qui Romæ præsidet, roboratam.

Præterea, loco præfato scribit Udalricus : D
Quamvis duo gladii præcepto Domini in Ecclesia sint distincti, tamen habent ordinem inter se. Nam sacerdotalis potestas habet judicare ex potestate clavium : quæ potestas extenditur ad omnes homines super terram. Propter quod suprema potestas sacerdotalis, id est papalis, a nullo potest judicari nisi a Deo, ut habetur causa 9, quæstione 3 : Facta subditorum a nobis judicantur, nostra autem a Domino. Et hoc ideo, quia superiorem non habet.

Decret.
p. 11, caus. 9,
q. 3, c. 15.

Potest tamen judicari iudicio fraternæ caritatis, sicut Paulus redarguit Petrum (unde dicit Glossa : Quod Paulus fecit libertate caritatis, hoc Petrus sustinuit humilitatis et pietatis) ; vel si ipse Papa sponte se subjecit iudicio inferiorum (unde Leo Papa scribit Ludovico imperatori : Nos si incompetenter aliquid egimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio) ; vel si per infidelitatem, a petra in qua auctoritas Petri solidata est, remotus fuerit. Tunc enim necesse est ut B
fundamento sublato, sua auctoritas cadat : et ideo potest tunc de hoc crimine, etiam si notorium non est, accusari et condemnari, distinctione 40, capitulo *Si Papa*. Et quia contumacia hæresis vocatur, et contumax infidelis dicitur, distinctione 38, capitulo *Nullus* ; ideo quidam dicunt idem in quolibet crimine notorio de quo Papa non corrigit se propter quamcumque correctionem fraternam : sed hoc (ut ait Udalricus) non credo verum, quia quum stabilis maneat sua auctoritas quamdiu in petra quæ Christus est fundatur, et hoc sit etiam per fidem informem, ipse, sola sua fide manente, non habet superiorem a quo possit judicari. Insuper, quod soli infidelitati tribuitur, de aliis criminibus negatur ; contumacia autem transumptive dicitur infidelitas : ideo argumenta sumpta ex talibus tanquam sint proprie dicta, nihil valent. — Hucusque Udalricus : cui tamen in hac parte contradicunt quamplures. Sed de hoc in priori tractatulo plenius dictum est. art. 1222.

Galat. 11.

Decret.
p. 11, caus. 3,
q. 7, c. 47

Ibid. p. c.
dist. 40, c. 6.
Cf. p. 573 C.

Decret.
p. 1, dist. 38,
c. 16.

ARTICULUS XV.

*Objectio brevis contra præhabita,
et ejus solutio.*

FREQUENTER jam dictum est, summum Pontificem habere plenitudinem potestatis ; sed obviare videtur quod super tertium Sententiarum, distinctione tricesima septima, Petrus de Tarantasia affirmat. Sic enim arguit : Omnis vicarius habens a domino suo commissam sibi plenitudinem potestatis, potest in præceptis domini sui

lib. 1. et
11 et 12.

dispensare : sed talis est Papa. Ad quod A Petrus iste respondet : Hoc verum est de vicario habente plenitudinem potestatis universalem, non de illo qui habet restrictam et determinatam. Vicarius autem Christi non habet plenitudinem universalem (non enim potest facere miracula quæ Christus faciebat, nec dare novum evangelium), sed habet potestatem restrictam ad ea quæ pertinent ad cathedram suam.

Sed istud præhabitis non repugnat, sed lib. I, art. V, VII, XXI. consonat : quoniam sæpius dictum est, quod Papa sua debeat uti potestate secundum legem sibi a Christo præfixam, et prout ad sui pontificii spectat officium. Unde etiam non in omnibus absolute magis obediendum est ei quam cuique alteri; sed in his quæ cathedram suam concernunt, obediendum est ei. Propterea idem doctor præallegata distinctione sic ait : Secundum gradus seu species superioritatis determinandus est modus obedientiæ. Omnis enim anima potestatibus sublimioribus subdi debet, secundum Apostolum. Potestas autem sublimior aut præsidet in C spiritualibus, ut prælatus ecclesiasticus, et in his illi est obediendum ; aut in temporalibus : aut ergo quoad regimen reipublicæ, ut princeps, ideo in pertinentibus ad hujusmodi regimen est ei obediendum; aut quoad regimen familiæ, ut paterfamilias, et quoad hoc est ei a domesticis obediendum. — Hæc autem in priori opusculo finaliter dicta sunt. art. XXXI.

Itaque potestas Papæ per comparationem ad Christum restricta est, sed in comparatione ad alios prælatos Ecclesiæ D dicitur plena.

ARTICULUS XVI.

Cum quanta reverentia loquendum sit de summo Pontifice et de dignitate papali; quam etiam reverenter occurrendum ac deferendum sit ei.

CHRISTUS suis Apostolis, et in eorum persona universis suis vicariis aliorum rectoribus, ait : Qui vos audit, me

audit; et qui vos spernit, me spernit. Paulus quoque prima ad Thessalonicenses scribit : Qui hæc spernit, non hominem ^{1 Thess. iv, 8.} spernit, sed Deum. Quo ergo divinior, admirabilior atque sublimior est Papæ auctoritas et potestas, eo tam de ipso summo Pontifice quam de ejus dignitate reverentius loquendum est et agendum, imo et tanto indecentius est irreverenter aut certe minus reverenter loqui de eo. Scribentem ergo de summo Pontifice indecens esse videtur eum frequenter hominem ærumnosum vocare, quamvis communi mortalis naturæ fragilitate non careat.

Hinc Occam super Cantica scribit : Quoniam perscrutator majestatis opprimetur a gloria, velut inscius et inexpertus summi Pontificis personam sicut describere nequeo, ita velut indignus non præsumo : quia quum spiritualis potestas caput habeat summum Pontificem, ipsi summo Pontifici possunt aptari quæcumque in capite possunt laudabilia inveniri, secundum Hugonem libro de Sacramentis. Possumus tamen dicere cum reverentia et humilitate, quod caput istud debet esse dulcoratum stillicidio pietatis paternæ, decoratum privilegio sanctitatis internæ, honoratum fastigio dignitatis supernæ. Fiducialiter dico tantam esse auctoritatem ac dignitatem Papæ, ut etiam Seraphim et Cherubim inde mirentur, cernendo hominem mortalem in terra esse plenum Dei incarnati vicarium, totumque mundum ei esse subditum et commissum, atque utriusque potestatis plenitudinem ei esse collatam. Hinc ergo etiam tempore generalis concilii multum valde deferendum est summo Pontifici, ejusque indignatio atque offensa quantum rationabiliter fieri potest cavendæ sunt; sed benevolentia ejus semper pro posse captanda est.

Denique, Thomas et Ægidius quæstione qua quærent an a principibus immutandæ sint leges et consuetudines patriæ, dicunt hoc passim et faciliter fieri non debere : quia etsi leges nonnunquam possint in aliquid utilius commutari, tamen frequen-

ter ex alia parte ex tali mutatione majus A (ut aliqui dicunt) servus et filius atque
contingit incommodum; quod si proba-
biliter putetur oriturum, mutatio legum et
consuetudinum est vitanda, nisi in ju-
stitiam. — Continenter similis consideratio
elici potest, an expediat Papam absolvi :
quia et aliqua licent quæ non statim ex-
pediunt.

Itaque, ut ex præinductis ostensum est,
concedi non debet quod Apostoli omnes
fuerunt in potestate et jurisdictione æqua-
les, sed quod Petrus fuit princeps (utique
spiritualis, id est prælatus) eorum. Imo B
hoc fuit error Armeniorum, dicere quod
Apostoli omnes fuerunt in potestate et
auctoritate æquales; sicut et error Græ-
corum fuit, quod Romanus Pontifex non
præset toti et universali Ecclesiæ : pro-
pter quod utrique subtraxerunt se ab obe-
dientia Papæ. Taliū ergo erroribus nec
communicare nec appropinquare debemus.

Postremo, quomodo Papa secundum di-
versas sui considerationes sit non solum

(ut aliqui dicunt) servus et filius atque
discipulus Ecclesiæ, sed etiam pater, prin-
ceps seu dominus ac magister ejusdem, et
quomodo in quibusdam sit supra eam, et
in aliquibus infra eam synodaliter congre-
gatam, quomodo etiam summa totius mun-
di hujus potestas sit in Papa, loquendo de
potestate præidentiali et jurisdictionali,
ex introductis in isto tractatulo, clarius
autem ex præcedenti reor patere.

Hinc, secundum doctrinam S. Bernardi
libro de Consideratione, ad officium Papæ
pertinet etiam infidelium conversioni in-
tendere, mittendo ad illos viros idoneos
qui eis prædicent legem; nec sine peccato
hoc omittit, nisi totalem habuerit causam
se excusantem. Ipsi quoque infideles eo
modo quo esse tenentur christiani, etiam
obedire tenentur summo Pontifici, utpote
ei de jure subjecti atque commisi ab
unigenito Dei Filio, qui cum Patre æterno
et Spiritu Sancto paracleto unus est super
omnia Deus sublimis et benedictus. Amen.

DE AUCTORITATE

SUMMI PONTIFICIS ET GENERALIS CONCILII

LIBER TERTIUS

PROCEMIUM.

VERBA sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a patre uno. His amplius, fili mi, ne requiras. Eccle. xii, 11, 12.

Prudens Deus supersapiens et excelsus imbecillitatem, instabilitatem atque multiplicem fallibilitatem mentis humanæ, quæ nisi desuper illustretur, gratia corroboratur, certis ac infallibilibus regulis innitatur et gubernetur, in diversos errores prolabitur : eidem gloriose providit salubriterque consuluit, quosdam electissimos homines supernaturaliter instruendo, eorumque mentem et linguam in loquendo atque scribendo infallibiliter dirigendo, ac per eos etiam alios de necessariis ad salutem docendo.

Horum ab exordio sæculi primi fuerunt Patriarchæ Prophetæque sancti. Deinde, quum temporis plenitudo venisset, Unigenitus Dei veraciter incarnatus, et inter homines conversatus, proprio ore suos informavit discipulos. Quibus [quum] multa dicere ante passionem suam haberet, quæ illi pro tunc portare nequibant, promisit eisdem : Quum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Hanc promissionem quinquagesimo post suam resurrectionem die gloriosissime adimplevit ; sicque per beatissimos Apostolos et

A eorum coadjutores mundum edocuit universum. Deipde secundum exigentiam temporum et locorum in variis mundi partibus plurimos suscitavit viros egregios, sapientes et sanctos, per quorum fidelia documenta omnem illuminavit Ecclesiam.

Hi sunt sapientes viri, magistri nostri, doctores catholici : quorum « verba sicut stimuli » perhibentur, quoniam torpentia excitant corda, et frigidas mentes accendant, falsitatibus quoque invicte resistunt. Nempe quid verba sunt horum, nisi quædam scintillæ superacutissimi et superfervidissimi Verbi æterni ? Propter quod Salomon protestatur : Omnis sermo Dei ignitus. Et David ad Dominum : Ignitum (inquit) eloquium tuum vehementer. Quod Jeremias expertus : Factus est (ait) sermo Domini in corde meo quasi ignis exestuans ; et defeci, ferre non sustinens. Insuper horum sapientium nostrorum verba sunt « quasi clavi in altum defixi », id est profunde incussi, quum inviolabilis insuperabilisque veritatis exsistant. Hæc « data sunt » nobis « per consilium », prudentiam ac doctrinam « magistrorum » nostrorum (quorum unus ait : Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt) : et hoc, a magistro uno, qui de se ipso effatus est : Unus est magister vester Christus ; itemque : Vos vocatis me Magister et Domine.

Itaque « his » verbis nil « amplius » re-

Prov. xxx,

Ps. cxviii, 140.

Jer. xx, 8, 9.

Rom. xv, 4.

Matth.

xxiii, 10.

Joann.

xiii, 13.

Galat. iv, 4; Joann. i, 14; Baruch iii, 38.

Joann. xvi, 12.

Ibid. 13.

quiramus, hoc est, nihil quod in eis virtualiter non contineatur, aut quod eis non consonet, acceptemus, sed solidissimis antiquorum doctorum ac patrum nostrorum dictis et scriptis irremovibiliter insistamus, quemadmodum ad Hebræos monet *Hebr. xiii.*, Apostolus : Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci ; et Ecclesiastici quinto habetur : *Eccli. v. 12.* Esto firmus in via Domini et in veritate sensus tui.

ARTICULUS PRIMUS.

De motivo atque materia tractatuli hujus.

MODICO evoluto jam tempore, duos collegi tractatus de potestate et auctoritate summi Pontificis ac generalis concilii : in quibus quoniam quædam contenta sunt quæ quibusdam non posse stare videntur, et contra quæ unus nunc specialiter scripsit, inductus sum ista adjicere ad defendendum, declarandum ac roborandum ea quæ in illis scripsi opusculis. Denique, illum qui contra me scripsit, per me ipsum ac alios multipliciter et instanter rogavi ut scriptum suum mihi ostenderet, offerens me paratum vel ad rationabiliter respondendum, vel ad humiliter acquiescendum : præsertim quum et ego mea opuscula ea conditione acquieverim ei ostendi, ut et ipse sua mihi monstraret. Verum in petitione hac non profeci. Unde nec scriptis objectionibusque ipsius pronunc ordinate ac formaliter respondere prævaleo : quod tamen postea Deo auxiliante facturum sum, si me ea contigerit intueri, nec aliunde fuerim impeditus. Verumtamen intellexi in generali quænam illa sint puncta in tractatulis meis contenta contra quæ ille scripsit, quamdam quoque responsionem ipsius, qua multas a me inductas auctoritates et rationesolvere est conatus, quam infra monstrabo inanem.

Et nunc ea quæ ipse singulariter reprobatur, singulariter comprobabo, animum clarioris recondens, neque in scriptis meis,

nec auctoritati domini Papæ, neque generalis concilii de scriptis canonicis, aut in libris authenticis, aut in catholicorum doctorum voluminibus expresse dicatur, certe ex eis evidenter sequitur. Si quominus, nequaquam incorrigibilis ero : imo plane (ut decet) sub correptione omnia scribo ; ad quod tanto plus teneor, quanto inferioris gradus ac minoris esse scientiæ cognoscor.

Hic Auctoris lectis corruptis fuisse videtur.

ARTICULUS II.

Quæ sunt illa in quibus quibusdam videor in præfatis opusculis deviasse.

IN primo opusculo, cujus exordium est, Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, scripsi eos in aliquo potestate ac dignitati derogare papali, qui summum Pontificem negant præesse toti ac universali Ecclesiæ ; illos quoque generalium derogare auctoritati conciliorum, qui dominum Papam sic universali affirmant prælatum Ecclesiæ, ut in nullo subesse generali concilio sit adstrictus. Sicque inter duas hujus temporis opiniones nimis extremas mediam viam elegi, asserens summum Pontificem in his quæ ad suam pertinent cathedram, seu suum magisterium officiumque concernunt, toti et universali præsidere Ecclesiæ, tam conjunctim quam divisim consideratæ aut sumptæ ; nihilo minus generale concilium in his quæ determinationem eorum [concernunt] quæ conciliariter sunt tractanda, esse quodammodo super Papam. Quod qualiter reor intelligendum, quæ item sint illa quæ ad supremi Pontificis cathedram et quæ ad generalis concilii forum pertineant, in primo libello, præsertim ibidem articulo vicesimo sexto, plenius declaravi.

Itaque, quoniam scripsi Papam præesse universali Ecclesiæ juxta sensum prædictum, etiam alias plures propositiones ex hoc sequentes atque aliquibus displicentes asserui, utputa : quod Papæ sit totam ac universalem Ecclesiam purgare, illumina-

re, perficere, gubernare ac judicare, eidem A præcipere ac legem præfigere, generalemque canonem et constitutionem formare; præterea, quod Papa sit universalis Ecclesiæ caput et sponsus, pastor et pontifex, prælatus et rector, summus hierarcha et pater, purgator, illuminator, perfectior et iudex; quod item in Papa sit plenitudo ecclesiasticæ potestatis seu summa potestas Ecclesiæ, loquendo de potestate jurisdictionis et prælationis. Hujusmodi propositiones et alia quædam pluries scripti, prout opportunis in locis particularibus tangam. Hæc igitur nunc evidentius sunt probanda, et quædam obscurius aut certe brevius celeriusque prolata, resolutius sunt pandenda.

ARTICULUS III.

Confirmatio prædictorum, videlicet quod Papa præsit toti ac universali Ecclesiæ etiam simul sumptæ seu collective consideratæ, ex dictis præclari doctoris reverendique patris domini Petri de C Alliaco cardinalis.

QUIDAM velut in sua subtilitate ac scientia gloriantes, dicere solent, non nisi quosdam grossos juristas suis textibus superficialiter innitentes, summum Pontificem toti ac universali præferre Ecclesiæ, ac per hoc generalium conciliorum auctoritatem deprimere. Ut ergo appareat quam verum sit hoc, disputationem hanc a profundissimis sacræ theologiæ doctoribus, qui ante paucos annos fuerunt, suis D que temporibus habuisse majores non æstimantur, generalium quoque conciliorum fuisse fautores noscuntur præcipui, inchoabo, utputa a Petro præfato, deinde ab exercitatissimo in scholasticis viro, magistro Joanne Gersone cancellario Parisiensi: qui ambo in Constantiensi concilio inclyte floruisse et de ista materia plura scripsisse sciuntur.

Itaque in libro de Ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco disseruit: B. Pe-

trus apostolus prius fuit pontifex summus quam episcopus Romanus; utrumque tamen episcopatum a Christo immediate accepit. Quum enim Christus dixit ad eum, Pasce oves meas, dedit ei potestatem erigendi sedem ubicumque vellet, ut ibi esset particularis episcopus. Unde, sicut ecclesiasticæ tradunt historiæ et sanctorum Patrum decreta testantur, Petrus quatuor annis tenuit cathedram Ecclesiæ, nullam sibi particularem Ecclesiam eligendo, sed tanquam prælatus et caput omnium fidelium sedebat ubicumque volebat. Unde in Jerusalem, ubi legitur Jacobus statim post Christi ascensionem a Petro ceterisque Apostolis fuisse episcopus ordinatus, Petrus licet omnibus ibi præfuerit, tamen illam Ecclesiam tanquam sibi specialem non elegit, sed post quatuor fere annos Antiochiæ sedit annis septem, et illam sibi Ecclesiam appropriavit. Deinde apparente et revelante sibi Christo, Romam transtulit sedem suam, et ibi factus est Romanus episcopus. Et ita ex tunc in Petro et successoribus suis duo episcopatus concurrerunt, videlicet universalis Ecclesiæ et particularis Ecclesiæ Romanæ. Sicque patet, quod beatissimus Petrus prius fuit episcopus universalis Ecclesiæ, et per prius comparatur ad eam quam ad quamcumque particularem Ecclesiam.

At vero præallegato libro idem disseruit doctor: Prius Antiochena et deinde Romana Ecclesia super ceteras Ecclesias obtinuit principatum; et a tempore quo Petrus et sui successores summi Pontifices fuerunt et erunt Romanæ Ecclesiæ episcopi, ipsa Romana Ecclesia fuit et erit caput omnium particularium Ecclesiarum ac totius universalis Ecclesiæ, hac videlicet ratione, quoniam ejus particularis episcopus (scilicet Papa) est caput universalis Ecclesiæ, eo modo loquendi quo una metropolitana Ecclesia dicitur caput omnium Ecclesiarum suffraganeorum, quia episcopus ejus est caput seu archiepiscopus suffraganeorum. Et in hanc sententiam concordant ecclesiasticæ historiæ et

JOHANN. XXI,
17.

sanctorum Patrum decreta. Unde ad hunc sensum negare Romanam Ecclesiam esse caput omnium Ecclesiarum, est hæreticum, sicut negare summum Pontificem esse caput Ecclesiæ : imo Papa est caput et pontifex summus universalis Ecclesiæ.

Amplius, idem asserit doctor : Romana Ecclesia præmissam capitis auctoritatem et præminentiam obtinet non tam humana traditione quam divina, et hoc ratione Petri apostoli vicarii Christi, et cuiuslibet sui legitimi successoris, qui ex Christi institutione, sub eo tanquam principali capite, tam Romanæ quam universalis Ecclesiæ caput fuisse vel esse dignoscitur.

Iterum ait in libro præfacto : Non solum quælibet congregatio ecclesiasticorum una speciali unitate est [, imo ecclesiasticæ congregationes habent quamdam generalem unitatem, in quantum sunt] una Ecclesia sub uno capite, scilicet Papa, cui incumbit cura Ecclesiæ generalis : ideo ipse est universalis dispensator, tanquam supremum membrum Ecclesiæ, omnium generaliter ecclesiasticorum honorum, spiritualium ac temporalium.

Omnia hæc verba sunt præfati doctoris : ex quibus ea quæ de præminentia, potestate ac præsentia domini Papæ super totam et universalem Ecclesiam scripsi, evidenter probantur. Primo, quoniam universalis Ecclesia aliud prorsus non est quam una totalis Ecclesia ex omnibus particularibus Ecclesiis congregata, integrata, constans, collecta, sicut ex verbis Bedæ

lib. II, art. 1.

et Alberti in secundo tractatulo est ostensum. Unde quarto *Moralium* ait Gregorius : Multiplicatæ fidelium Ecclesiæ unam catholicam (id est universalem) efficiunt. Si vero dicatur, sicut nunc quidam communiter dicunt, quod Papa pro tanto asseritur universali præesse Ecclesiæ, quoniam cuiusque particulari Ecclesiæ præest ; verum non esset quod Petrus prius fuit episcopus universalis Ecclesiæ quam alicujus Ecclesiæ particularis, quod item Papa per prius comparatur ad universalem

A Ecclesiam quam ad quamcumque Ecclesiam particularem. Si enim dicitur præesse universali Ecclesiæ quoniam præest cuiusque Ecclesiæ particulari, tunc ratio cur Papa dicitur præesse universali Ecclesiæ, esset auctoritas ac præsentia sua super quamcumque particularem Ecclesiam : ergo per prius compararetur ad quamcumque seu aliquam particularem Ecclesiam quam ad universalem, magisque proprie diceretur episcopus cuiusque seu alicujus particularis Ecclesiæ quam Ecclesiæ universalis, juxta illud Philosophi : Propter quod unumquodque tale, et illud magis. Causa quoque seu ratio alicujus, naturali ordine prior est illo cujus est causa seu ratio. Imo, si ita esset, Papa ad minus per prius compararetur ad Romanam illam particularem Ecclesiam quam ad universalem. Insuper, universalis Ecclesia divisim accepta, non est nisi ipsæ particulares Ecclesiæ seorsim seu conjunctim sumptæ : si igitur Papa non præest universali Ecclesiæ nisi divisim, tunc per prius compararetur ad particulares Ecclesias, seu ad aliquam aliquasve earum, quam ad universalem Ecclesiam. Unde si per prius compararetur ad universalem Ecclesiam, oportet quod compararetur ad eam formaliter sumptam, videlicet in quantum est universalis, quod non est nisi conjunctim accepta.

Præterea, nisi Papa præesset toti Ecclesiæ universali conjunctim consideratae seu pariter sumptæ, verum non esset quod adstruit doctor præfatus, dicendo : Omnes ecclesiasticæ congregationes habent quamdam generalem unitatem, in quantum sunt una Ecclesia sub uno capite, scilicet Papa. Hanc quippe generalem unitatem sub Papa seu per comparisonem et reductionem ad ipsum, non habent nisi in quantum conjunctim seu simul vel collective sumuntur : divisim namque acceptæ, hujusmodi generalem unitatem non habent sub Papa, nec una sub ipso exstant Ecclesia. Unde sic argui potest : Omnibus ecclesiasticis congregationibus præsi-

det Papa, secundum quod una Ecclesia sunt sub ipso, et in quantum generalem unitatem habent per respectum ad unum pontificem summum, videlicet Papam, itemque prout reducuntur ad ipsum sicut ad caput unum. Sed nullum horum trium convenit omnibus ecclesiasticis congregationibus quantum ad Papam, nisi in quantum conjunctim sumuntur. Ergo toti et universali Ecclesiae conjunctim praesidet ipse : praesertim quum congregationes diversae non constituent unum corpus mysticum sub capite uno nisi conjunctim accipiantur, sicut nec plura membra efficiunt unum corpus naturale nisi simul accepta, quemadmodum in secundo opusculo diffusius probatum recorder. Propter quod ait Boetius : In entibus aggregatis unio est forma. Porro a forma nomen, ratio speciesque sumuntur, secundum philosophos.

ARTICULUS IV.

Demonstratio earumdem veritatum, et de praerogatione ac praereminentia beatissimi Petri super ceteros Apostolos, et qualiter domini cardinales succedunt Apostolis, ex dictis ejusdem doctoris, cujus scripta caelesti revelatione facta de S. Clara corroborantur.

RURSUS in libro de Ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco affirmat : Ecclesiasticae potestates, scilicet papatus et cardinalatus, in Apostolis praefulserunt, puta in Petro papalis dignitas, et in aliis Apostolis ipsius cardinalatus auctoritas : quia, ut patet ex decursu Actuum Apostolorum aliisque ecclesiasticis historiis, atque sanctorum Patrum decretis, ante divisionem Apostolorum ipsi Apostoli Petro tanquam principale * gerenti officium adstiterunt, tanquam cardinalatus ministerium exercentes, sicut nunc Papae adsistunt cardinales, tanquam ipsius principales assessores et consilarii et cooperatores in regimine universalis Ecclesiae. Postquam

A vero Apostoli a Petro separati et per diversa mundi loca ad praedicandum divisi sunt, speciales sibi dioeceses sunt sortiti, atque ex tunc episcopale officium exercuerunt. Unde ex hoc potest inferri, quod dicti Apostoli prius fuerunt cardinales quam episcopi, seu quod prius exercuerunt cardinalatus ministerium quam episcopale officium.

Præterea scribit hic doctor libro praetacto : Sicut Petrus prius fuit Papa orbis, id est universalis Ecclesiae, quam urbis, puta Romanae Ecclesiae ; sic et Apostoli prius fuerunt cardinales orbis quam aliqui fierent cardinales urbis, seu Ecclesiae Romanae. Et in signum hujus distinctionis, in investitura papatus dicitur Papae : Investio te de papatu Romano, ut praesit Urbi et Orbi. In utraque autem praesidentia adsistunt Papae cardinales, tanquam speciales ipsius adiutores, vice et nomine tam Romanae quam universalis Ecclesiae. Ideo Papa ante suam consecrationem profiteri debet sanctae Romanae Ecclesiae, cardinalium consensu, directione et rememoratione ministerium suum gerere atque peragere, ut patet in professione quam Bonifacius fecit octavus. Itaque sacro collegio atque senatui Apostolorum succedit in ordine hierarchiae collegium sacrum cardinalium, videlicet quantum ad illum statum quo Apostoli adsistebant Petro, antequam post eorum divisionem fierent particularium Ecclesiarum episcopi ; statui autem Apostolorum in quantum fuerunt episcopi, succedit ordo episcoporum ; septuaginta vero discipulis succedunt presbyteri. Ex praeductis infert hic doctor : Ex his sequitur, quod ad Romanos Pontifices pertineat episcopos ordinare ; unde et Petrus multos in Roma ordinavit episcopos, quos ad loca diversa direxit, et de consilio Apostolorum Jacobum Jerosolymorum ordinavit episcopum.

Insuper scribit hic doctor : Apostoli possunt tripliciter considerari. Primo, ut Christo praesentialiter adstiterunt ante ejus ascensionem. Secundo, ut adstiterunt Pe-

tro tanquam primo pastori, ante Apostolorum divisionem et separationem a Petro. Tertio, ut ex præcepto Christi postea a Petro separati, per mundum se dividerunt. In primo statu Apostoli pares fuerunt, nec præfuit eis Petrus; in secundo et tertio præfuit eis. Et quantum ad primum et secundum statum cardinales repræsentant Apostolos, in hoc quod assistunt Papæ, qui est Christi vicarius et Petri successor; sed quantum ad tertium statum, episcopi succedunt Apostolis. Hinc ad statum cardinalium, tanquam ad statum apostolicum, primo pertinet una cum Papa regimen et ordinatio totius Ecclesiæ. Nam sicut perfectio episcopalis status in hoc consistit, secundum Thomam in secunda secundæ, quod quis ex divina dilectione se obligat ad hoc, quod curam proximorum gerat, et eorum saluti insistat qui suo regimini specialiter sunt commissi; ita perfectio status cardinalium in hoc consistit, quod ex caritate se obligant ut cum capite suo Christi vicario generaliter fidem et Christianitatem usque ad sanguinis effusionem defendant: in cuius signum galerum vel pileum rubrum ferre dicuntur. Hinc ad Papam et cardinales pertinet declaratio veritatum necessariarum aut utilium ad salutem, præ ceteris Ecclesiis particularibus.

q. CLXXXIV,
a. 5 et 6.

Denique, præinductis hujus doctoris doctrinis concordat quod in Legenda sanctissimæ Claræ narratur. Ut enim ibidem describitur, quum B. Clara graviter infirmaretur moxque moritura æstimaretur, atque ob hoc Sorores ac filiæ ejus inconsolabiliter flerent, quædam divina ac veneranda persona in visione apprens, eidem dixit: Nolite, o filiæ, flere victuram hanc Claram, quoniam mori non poterit quousque Dominus cum suis discipulis veniat. Ecce post modicum tempus pervenit curia Romana Perusium. Revolutoque anno, dominus Papa cum cardinalibus de Perusio transivit Assisium, ut de transitu S. Claræ præostensa visio sortiretur effectum: ipse namque summus

A Pontifex citra Deum et ultra hominem existens, personam Domini repræsentat, cui in templo militantis Ecclesiæ familiarius adhærent velut discipuli domini cardinales. Et S. Clara quum a summo Pontifice fuisset in extremis visitata, dixit: Laudate Dominum, filiæ meæ, quoniam tale beneficium mihi Christus hodie dare dignatus est, quod cælum et terra non sufficiunt compensare: nam ipsum recipi in Sacramento Altissimum, et videre merui ejus vicarium.

B Ex his digne pensatis patescit quanta in exordio primitivæ Ecclesiæ fuerat beatissimi Petri excellentia super ceteros Apostolos in auctoritate, prælatione et potestate: talis utique qualis et nunc est summi Pontificis super cardinales atque episcopos. Quo constat verum esse quod in secundo scripsi opusculo, Petrum post Christi resurrectionem aliorum fuisse Apostolorum prælatum; quod item eis præcipere potuit. Reprobavi etiam illic opinionem dicentium quod in omnibus Apostolis C fuit auctoritas personalis æqualis, imo et eadem, ita quod fuerunt capita Ecclesiæ æque prima et principalia.

Præterea, ex eo quod in præcedenti articulo dictum est, Petrum episcopatum utrumque, videlicet apostolatam orbis et Urbis, immediate suscepisse a Christo, ostenditur inepta esse opinio asserentis, quod Petrus apostolus auctoritatem et potestatem potestatisque plenitudinem non immediate accepit a Christo, sed ipsa Ecclesia, et Petrus per Ecclesiam: contra D quod in secundo libro satis arbitror disputatum.

Quibus nunc addo, quod in libro de Ecclesiastica potestate asserit Petrus de Aliaco: Christus dixit ad Petrum, Pasce oves meas, id est, sis pastor et prælatus generalis, ad quem pertinet dispositio et regimen universale ovium et ovilis. Quemadmodum autem Apostoli et discipuli, sic episcopi et presbyteri Ecclesiæ ministri a Christo immediate potestatem ecclesiasticam acceperunt, tanquam ab eo qui

Joan. vi.
17.

solus est proprie et maxime caput Ecclesie. Nihilominus Petrus et quilibet ejus vicarius Pontifex summus, potest dici caput Ecclesie, in quantum principalis est inter ministros, et a quo tanquam a principali hierarcha et architecto aliquo modo dependet totus ministrorum ecclesiasticus ordo. Unde licet ceteris Apostolis generaliter dictum est, Quaecumque ligaveritis super terram, etc.; tamen quia hoc Petro singulariter dictum est, ideo specialiter dicitur claves accepisse, propter principalitatem quam a Christo præ ceteris immediate accepit. Iterum ait hic doctor: Potestas et auctoritas Papæ non ab Ecclesia seu electoribus, sed a Christo immediate dependet. Rursusque: Universalis Ecclesia vel congregatio ipsam representans, originaliter et principaliter habet a Christo jus eligendi sibi caput seu rectorem; cujus tamen capitis et rectoris auctoritas seu potestas non ab Ecclesia, sed a Christo immediate dependet. Ex quo verbo probatur et hoc, quod Papa sit caput et rector universalis Ecclesie: quod doctor iste sæpissime asserit.

Postremo sic scribit: Christus Ecclesiam suam instituit statibus, officiis, gradibus variis hierarchice distinctam, juxta illud Apostoli: Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Ex quo sequitur, quod varietas officiorum, graduum, statuum et dignitatum in Ecclesia, non est principaliter ex institutione Ecclesie, nec ex cujuscumque puri hominis auctoritate processit: unde nec eam destituere potest. Præmissa vero varietas ad sui pulchritudinem ordinemque requirit, quod inter auctoritates Ecclesie regitivas sit hierarchica subordinatio, et quod una, scilicet papalis auctoritas, sit suprema ex institutione divina, juxta illud Joannis: Pasce oves meas. Unde licet pluraliter dicat Apostolus, quod Christus dedit Apostolos, etc.; tamen ad innuendum quod dictum est, præmisit: Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi; tanquam di-

cat, Uni plus, alteri minus datum est. Et uni supremum regimen ecclesiasticum Christus ita commisit, utique respectu totius universalis Ecclesie, ut doctor iste frequenter testatur, imo et Bonaventura super quartum Sententiarum (ex cujus Scripto hæc sumpta videntur) disseruit.

Itaque, ex dictis in isto ac præcedenti articulis facile est probare quod in duobus præcedentibus scripsi opusculis, puta quod summi Pontificis sit totam universalem Ecclesiam purgare, illuminare, perficere, gubernare et judicare. Quilibet enim pontifex et prælatus Ecclesiam, gregem seu plebem sibi commissam habet purgare, illuminare, perficere, judicare ac regere in his quæ prælationem et cathedram suam respiciunt; sed domino Papæ commissa est tota universalis militans tempore suo existens Ecclesia, ut præinducta declarant. Simili comprobatur processu, quod totius ac universalis Ecclesie Papa sit sponsus, rector, præceptor, hierarcha, pater, præses et judex.

ARTICULUS V.

De comparatione domini Papæ ad triplicem Ecclesiam: ubi probantur quæ in primo libro induxi de potestate et jurisdictione summi Pontificis super ipsum quoque generale concilium quantum ad aliqua, secundum præfatum doctorem.

IN prima materia hujus tractatus asserui me medium veritatis servare inter duas positiones nimis extremas, quarum una sic præfert universalem Ecclesiam ac generale concilium illam representans, summo Pontifici, ut asserat eum nullam prorsus potestatem, jurisdictionem ac præsentiam super universalem Ecclesiam ac generale concilium esse sortitum. Porro positio altera summum Pontificem sic præfert universali Ecclesie ac generali concilio, ut affirmet Papam in nullo esse generali concilio subjectum. Inter hæc mediando conscripsi, quod Papa in his quæ ad suum

Matth. xviii, 18.
Ibid. xvi, 19.

Ephes. iv, 7.

Joann. xxi, 17.
Ephes. iv, 11.

Ibid. 7.

lib. I, art. II, v; lib. II, art. xu.

art. II.

directe spectant officium, universæ præ-
 westv Ecclesiæ, ita quod et ipsi generali
 concilio possit auctoritative præcipere ea
 quæ sunt concilio ipsi et fini ibi inten-
 to accommodata atque salubria. Hoc etenim
 competit Papæ jure divino, eo ipso quo tota
 universalis Ecclesia sibi exstat commissa ;
 ideoque non potest sibi auferri ab homine,
 quamdiu permanet Papa : præsertim quum
 generalis concilii convocatio et celebratio
 nequaquam in derogationem aut depres-
 sionem seu minorationem papalis potesta-
 tis ac præsentia cedant, ordinentur aut
 tendant, imo potius ad honoratiorem ex-
 peditioremque usum ipsius, tanquam ad
 Papæ subsidium.

Unde in primo opusculo, articulo vice-
 simo sexto, sic scripsi : In his quæ papalis
 prælationis mensuram, regulam magiste-
 riumque concernunt, Papa est super concilium
 et super totam Ecclesiam, circa quam
 ipse vices Christi plenarie gerit, secundum
 B. Cyrillum, S. Bernardum et Thomam, hoc
 præ ceteris (ut mihi apparet) clarius ex-
 pimentes. Si itaque inquiratur, quæ sunt
 illa in quibus Papa est super concilium,
 et quæ sunt quæ magisterium, regulam
 et mensuram papalis prælationis respi-
 ciunt ; dicendum, quod omnis vicarius
 legislatoris ad hoc principaliter ordina-
 tur, ut legem legislatoris sui a suis subdi-
 tis faciat observari : quum ergo Papa sit
 generalis, summus ac plenus Christi vi-
 carius, hoc ad suæ prælationis mensuram,
 ad suæ præsentia regulam, ad magiste-
 rii sui officium primo ac maxime pertinet,
 ut ad evangelicæ legis adimpletionem, om-
 nem inducat (quantum potest) populum
 christianum per se et per suos ministros.
 Quum itaque generale concilium congregetur
 præcipue propter bonum commune
 Ecclesiæ, et propter causas animabus sa-
 lubres, si Papa vellet aliquid agere vel
 jubere per quod bonum concilii impedi-
 retur, jam ipse transcenderet et exiret re-
 gulam ac mensuram magisteriumque suæ
 prælationis ac potestatis, quæ data est ipsi
 in ædificationem, et non in destructionem,

II Cor. x, 8.

A secundum Apostolum ; qui etiam ait : Non
 possumus aliquid contra veritatem, sed
 pro veritate. Præterea, quoniam Papa ra-
 tione officii sui debet semper præcipuam
 ac paternam habere sollicitudinem pro bo-
 no communi totius Ecclesiæ sibi commis-
 sæ, adhuc durante generali concilio posset
 aliqua ordinare quæ essent accommodata
 toti concilio ad impetrandum copiosius
 directionem Spiritus Sancti, ut bonum Ec-
 clesiæ plenius sequeretur. Et si talia præ-
 ciperet concilio observanda, concilium ge-
 nerale teneretur illi obedire ut summo
 pontifici et pastori : quia in tali ordinati-
 one ac jussione Papa non exiret limites
 potestatis suæ sibi a Christo præfixos. Quo
 patet, quod in talibus potestatem et ju-
 risdictionem habet super generale concilium
 et super totam Ecclesiam. — Hæc
 illic scripsi. Nunc itaque restat ostendere
 hæc rationabiliter esse prolata.

Ad quod primo commemoro, quod Pe-
 trus de Alliaco, imo Thomas, Bonaventura
 itemque Boetius ante eum, dixerunt : Sicut
 C sanitas corporis consistit in quadam pro-
 portione media inter qualitates extremas
 contrarias ; virtus quoque moralis, quæ
 magna pars est sanitatis animæ, secun-
 dum Philosophum secundo Ethicorum,
 consistit in medio, scilicet inter duo vi-
 tia extrema : sic proportionaliter doctrina
 sacræ Scripturæ, in qua complementum
 est totius spiritualis sanitatis, quasi me-
 dia est inter errores diversos, imo sæpe
 inter errores contrarios : quemadmodum
 in libro de Duabus naturis Christi docet
 D Boetius, quod fides catholica media est
 inter duos contrarios Nestorii et Eutyche-
 tis errores. Consimili modo circa ecclesia-
 sticam potestatem medium docet veritas
 inter duos errores contrarios. Hinc ple-
 rumque contingit, quod volentes aliquem
 vitare errorem, periculosius in errorem
 contrarium delabuntur, inter quos sana
 doctrina medium tenet ; talisque error pas-
 sionatis hominibus solet contingere, quos
 impetus passionis a medio rationis fre-
 quenter facilliterque abducit.

Denique, quamvis ad probandum quod A velut unum corpus mysticum, cujus Papa est caput, et alii sunt membra.

Papæ super generale concilium quantum ad aliqua, valeant omnia quæ tam in isto tractatulo quam in duobus prioribus sunt inducta ad demonstrandum quod summus Pontifex præsit universali Ecclesiæ, tam conjunctim quam divisim acceptæ; nunc tamen aliqua addam, primoque illud quod in libro de Ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco inducit, dicendo: Multi et magni prælati atque doctores dicunt: Romana Ecclesia, sicut ratione Pontificis sui B summi omnium Ecclesiarum caput dicitur, sic secundum aliquos, dici potest caput generalis concilii, imo et universalis Ecclesiæ, quæ ex omnibus particularibus Ecclesiis integratur. Verum, quoniam Petrus iste hoc dicit recitative magis quam assertive, pensandum quid secundum propriam asserat mentem. Itaque præfato libro affirmat: Romanus Pontifex caput est triplicis Ecclesiæ. Primo et principaliter, Ecclesiæ universalis, respectu cujus dicitur summus pontifex. Secundo est caput Romanæ Ecclesiæ particularis, respectu cujus dicitur pontifex Romanus. Et in utroque episcopatu, tam universalis quam Romanæ Ecclesiæ, succedit Petro, qui prius habuit primum episcopatum quam secundum. Tertio est caput generalis concilii, quod universalem Ecclesiam repræsentat, tamen respectu Papæ est quædam particularis Ecclesia, sumens unitatem ab auctoritate summi Pontificis in eo actualiter vel virtualiter præsentis, ut patet ex capitulo *Significasti*, de Electione, cum D suis concordantiis. Hanc triplicem Ecclesiam constat esse triplex corpus mysticum, cujus Papa est caput immediatum. Iterum ait: Papa, vel suus vicarius ipso absente, in generali concilio præsidere deberet, nisi manifesta causa et in jure divino fundata obsisteret: alias non esset congregatio una nec ordinata, nisi esset unum caput principaleque membrum. Insuper: Concilium, inquit, præsentem Papa, a quo ipsum concilium vocatum est, est

Ex his doctoris verbis sic argui potest: Caput corpori suo habet influere, illudque aliquo modo dirigere, convenitque eidem præcipue quum spirituale caput respectu mystici corporis habet hæc agere. Quum ergo Papa sit caput generalis concilii, et ceteri sint membra capitis hujus, habet eis aliquo modo influere et præesse seu præcipere, eosque suo modo dirigere. Insuper, si generale concilium per comparisonem ad Papam est particularis quædam Ecclesia, videtur quod Papa sit ejus prælatus, præsertim quum omnium particularium Ecclesiarum prælatus dicatur. Ecclesia namque per comparisonem ad suum prælatum, unitatem et præclaritatem sortitur: prælatus vero prælationem jurisdictionemque aliquam habet super Ecclesiam suam. Rursus, sicut generale concilium per comparisonem ad Papam vocatur particularis Ecclesia, sic et particularis grex et particulare quoddam ovile per comparisonem ad Papam esse videtur: quo dato, apparet quod Papa sit prælatus et pastor ipsius, præsertim quum generale concilium etiam quoad se totum, possit esse in mortali peccato seu extra caritatem et gratiam, sicque indiget prælato, sicut et alia quævis congregatio. — Attamen, quomodo Papæ conveniat concilio præsidere auctoritatemque dare, et quomodo præinducta sint intelligenda, in præhabitis opusculis aliquid est ostensum, et infra diffusius ostendetur, ubi et ea quæ dicta sunt nunc, exquisitius, præstante Domino, probabuntur. Hucusque enim præcipue ex dictis Petri de Alliaco scripta mea confirmare proposui.

Verumtamen, ad probandum principale intentum hujus articuli, addo quod in epistola Universitatis Parisiensis missa Imperatori tempore Constantiensis concilii, inter cetera sic legitur: Jam nostros præ gaudio exsultantes animos rei novitas re-torsit in tristitiam, quum dominum nostrum summum Pontificem se inopinately

lib. I, art.
x et s.

novimus absentasse, et nobis durum ægre-
 w que ferendum piis animis videbatur, ve-
 rum pastorem suum tam celebri con-
 vocatione vocatum, ovile tam improvise
 relinquere. Hoc autem dictum est in illa
 epistola de Joanne Papa, qui mutato ha-
 bitu clam discessit a Constantiensi con-
 cilio. Sicque in verbis præfatis Papa vo-
 catur verus pastor generalis concilii, et
 illud dicitur ejus ovile. Nam subditur in ea-
 dem epistola: An apud singulares personas
 amplior pax quam apud totam virtualiter
 Ecclesiam quærenda sit, quis dubitet? B
 Pastor autem super suum ovile potesta-
 tem et jurisdictionem aliquam habet.

Denique, quidam doctor præcipuus, in
 quodam sermone quem fecit in Basileensi
 concilio, quum nullo dubitante fuit adhuc
 ibidem generale concilium, sic inter ce-
 tera loquitur: Quamvis fere omnes vobis
 inferiores ac subditos esse cognoscam,
 respectu quorum vos superiores juste dici
 debere non dubium est, omnes tamen vos
 inferiores, omnes subditi estis respectu
 capitis vestri, prælati vestri, unici in Ec-
 Clesia Dei monarchæ, vicarii Christi in
 terris, summi Pontificis. Nec æstimo vos
 propterea aut indigne aut ægre id ferre,
 quoniam quidem, ut omnium natura est
 mediorum, majorem longe excellentiam
 aut perfectionem estis ex propinquiori ad
 superiorem subjectione quam ex inferio-
 rum dominatione sortiti. Sicut autem nec
 pes, nec manus, nec ceterorum aliqua cor-
 poris membra caput esse possunt, nec
 propterea tamen non ideo non sunt cor-
 poris membra; sic nec omnes cardinales, D
 archiepiscopi aut episcopi, Papæ esse pos-
 sunt, nec vos ipsi Papa esse potestis, et
 nihilo minus propterea non ideo non estis
 corporis mystici membra. Inferiora mem-
 bra ex natura venerari, non zelare quod
 in superioribus bonum videant, neque di-
 gnioribus invidere aut majorum inhiare
 debent dignitatibus usurpandis: alioqui,
 si pes capitis et manus oculorum officia
 vel zelarent vel ambirent consilio inor-
 dinato, confusio et certissime totius cor-
 poris ruina ex hac monstruosa æmula-
 tione provenirent necesse est. Sed sua
 unumquodque inferius membrum vocatio-
 ne contentum, ut id ad quod deputatum
 est officium, absque livoris stimulis, abs-
 que ambitionis ardore, fideliter exsequatur,
 studio summo conetur. Cavetote ne sub
 honesta et sanctissima reformationis me-
 dela, letale inobedientiæ virus intra con-
 scientiarum latebras cæco admittatur co-
 lore. Inferior quisque superiori et omnes
 supremo obediant. Et sicut ab inferioribus
 B vultis vobis obeditum iri, sic et superiori-
 bus obedite: ne justo illo Dei judicio, Per ^{SEP. II. 17.}
 quæ quis peccat, per hæc et torquetur,
 totius tandem obeditionis maneatis exper-
 tes; istoque pacto Ecclesia Dei, quæ ordi-
 nata membrorum compage consistit, veniat
 peritura, aut (quia nunquam peritura) gra-
 vissimam et forsitan inauditam perpessura
 jacturam.

Verba hæc non mediocriter sunt senten-
 tiosa: in quibus ostenditur rationabiliter
 que probatur, quod occasione celebratio-
 nis concilii non debeat se ipsa congregatio
 conciliaris ab obedientia summi Pontificis
 prorsus subtrahere, puta in his quæ non
 sunt impeditiva boni ipsius concilii.

ARTICULUS VI.

*Confirmatio prædictorum, et de præside-
 tia summi Pontificis super universa-
 lem Ecclesiam, ex dictis Cancellarii
 Parisiensis.*

PER Cancellarium Parisiensem in isto
 opusculo intelligo egregium illum do-
 ctorem Joannem de Gerson, quem commu-
 niter Gersonem vocamus: qui tempore
 Constantiensis concilii floruit, et de ista
 materia diversos tractatus composuit. Deni-
 que sunt quibus scripta mea videntur tan-
 ti doctoris scriptis contraria. Fateor quod
 interdum in verbis contrarietas sonet, sed
 in sensu esse concordantiam declarabo.
 Primo igitur dicta mea per illius verba
 probare, deinde quæ in dictis illius verbis

meis videntur contraria tangere propono ac solvere. www.libtool.com.cn

Itaque in libro de Ecclesiastica potestate testatur : Attenta Christi primaria ordinatione, voluit Ecclesiam regi principaliter sub uno et ab uno monarchice, sicut est una fides, unum Baptisma et una Ecclesia, unitate capitis tam primarii, scilicet Christi, quam vicarii, utputa Papæ, quoniam iste est optimus principatus, præsertim in spiritualibus, ad conservationem unitatis fidei, ad quam obligantur omnes.

Ex hoc verbo multa possunt argumenta formari. Primo, quod Papa præest toti universali Ecclesiæ etiam conjunctim considerata. Ipsa enim tota Ecclesia, de qua loquitur, non est una unitate capitis primarii aut vicarii, nisi conjunctim accepta, seu collective considerata, videlicet ut unum corpus sibi invicem compaginatum, atque ad unum caput reductum et ei unitum. Quum ergo Christus voluit Ecclesiam suam sic regi monarchice sub uno et ab uno, quo Ecclesia est una unitate præfata, quod est per omnium conjunctionem ad unum caput; patet quod Papa Ecclesiæ simul acceptæ præsideat, utputa universali. Certum est quidem, quod de ea et non de aliqua particulari Ecclesia hic doctor loquitur. Similiter argui potest ex eo quod ait; Sicut est una fides. Omnium namque fidelium fides non est una ex parte subjecti, sed objecti, hoc est per respectum et reductionem ad unum formale objectum. Baptismus quoque a sua forma unitatem sortitur. Insuper ex præallegatis sequitur verbis, quod Papa sit hujus Ecclesiæ monarcha, id est unicus princeps, per omnium recollectionem seu adunationem (hoc est simul acceptionem) ad ipsum: quo patet quod taliter sumptis omnibus præsit ut uni gregi sibi subjecto. Rursus constat ex verbo inducto, quod Ecclesia militans una sit non solum per reductionem ad Christum, sed etiam per reductionem ad Papam: quamvis utraque reductio non sit æque inseparabilis, ut patebit. — Hinc sequitur quod Ecclesia tota sit unum

corpus sub Papa, qui habet illud dirigere, sicque eidem præesse, secundum quod unum est per reductionem ad ipsum, utputa ut est unum corpus sub ipso, puta simul acceptum, quamvis ex consequenti etiam divisim habeat ei præesse. Ideo dictum est, et infra magis probabitur, quod per prius comparatur ad totam universalem quam ad quaecumque particularem Ecclesiam.

Præterea in eodem libro Cancellarius scribit: Ex institutione Christi nullus in Ecclesia debet dare vel accipere gradus hierarchicos, qui sunt purgare, illuminare, perficere, si non interveniat vere vel interpretative auctoritas summi hierarchæ vel monarchæ in Ecclesia Dei sancta, quatenus vitetur in ea confusio, et optimo regimine gubernetur ad exemplar triumphantis Ecclesiæ. Propter quod dicit Joannes in Apocalypsi, se vidisse civitatem sanctam, Jerusalem novam, descendentem de cælo. Constat autem quod per optimum regimen, doctor iste intelligat regimen regale, quo unus toti multitudini præsidet. Rursusque certum est quod in triumphantis Ecclesia unus omnibus tam conjunctim quam divisim præsideat. Conformiter ergo in militanti Ecclesia erit gubernatio ac præsentia talis. Et hoc in primo tractatu ex verbis SS. Bernardi et Thomæ clarius est deductum.

Insuper, in libro de Ecclesiasticis statutibus Cancellarius loquitur: Status papalis institutus est a Christo supernaturaliter et immediate, tanquam primatum habens monarchicum et regalem in ecclesiastica hierarchia: secundum quem statum unicum et supremum Ecclesia dicitur una sub Christo (deinde sub ejus vicario, sicut jam dictum est); quem primatum quisquis impugnare vel diminuere præsumit, si hoc pertinaciter faciat, hæreticus est, schismaticus, impius atque sacrilegus. Ecce ex verbis his innotescit, quod Papa ratione sui papatus sibi supernaturaliter dati, habeat primatum seu principatum monarchicum et regalem in Ecclesia Dei. Quum

Ephes. iv.

lib. I, art. xxxix; lib. II, art. 1; lib. III, art. III.

Apoc. xxi, 2.

art. v.

ergo monarcha et rex per prius comparatur seu referatur ad totam communitatem, politiam seu multitudinem sibi subjectam, quam ad aliquam ejus partem, urbem sive personam, possitque toti communitati simul acceptæ legem præfigere ac jubere, sicut in libro Esther Assuerus rex fertur fecisse, præcipiens ut in universo regno suo viri uxoribus et domibus suis præessent; concluditur quod Pontifex summus monarchico ac regali regimine præsidens toti Ecclesiæ, per prius comparetur atque respiciat ad eam totam seu pariter sumptam quam ad aliquam ejus partem, positque generalem condere legem, ad quam tota Ecclesia etiam conjunctim accepta teneatur, quemadmodum sæpius factum esse in secundo tractatu diffusius est probatum.

Esther
1, 22.

art. xii.

Ephes. v.
23.
Galat. iii.
28.

Adhuc autem in libro de Ecclesiastica unitate Cancellarius ait: Unitas Ecclesiæ essentialis semper manet ad Christum sponsum suum. Nam caput Ecclesiæ Christus, in quo omnes sumus unum, secundum Apostolum. Unitas autem Ecclesiæ ad unum certum Christi vicarium, est quodammodo accidentalis atque mutabilis. In his verbis hic doctor insinuat qualiter unitas Ecclesiæ diversimode attendatur ac pendeat ad Christum et ad ejus vicarium Papam: quoniam dependentia illa ad Christum est essentialis et inseparabilis; alia vero, puta ad Papam, est accidentalis, separabilis atque mutabilis. Nihilo minus ad perfectam ordinationem subsistentiamque Ecclesiæ, etiam ista secunda ad Papam requiritur. Ecclesia igitur etiam una est per relationem seu comparisonem ad unum Papam: quod non est nisi per omnium fidelium adunationem, reductionem seu simul acceptionem ad unicum istum vicarium. Diversi quippe non unificantur in uno nisi per eorum reductionem et conjunctionem ad illud in illo, ut per hoc sint ad invicem omnes quodammodo unum, omnesque pariter unum quodammodo in illo, sicut omnes unius regni unus sunt populus per com-

parationem ad unum regem. Sic ergo Ecclesia militans est una sub Papa, et ei sic sumptæ præsidet ipse ut caput et rector, hierarcha atque monarcha.

Præterea, istud esse de mente Cancellarii, liquet ex eo quod in libro de Aufferibilitate Papæ ab Ecclesia scribit, dicendo: Sentientes quod fas est esse plures Papas, aut quod quilibet episcopus est in sua diocesi Papa vel pastor supremus, æqualis Papæ Romano, errant in fide et unitate Ecclesiæ contra illum articulum: Et in unam sanctam Ecclesiam catholicam. Et si pertinaces maneant, sunt judicandi hæretici, sicut Marsilius de Padua, et alii quidam. Consonat ratio: quia sicut ad unam fidem et ad eadem sacramenta obligantur omnes viatores, sic oportet, ne sit schisma, reductionem finalem fieri omnium ad unum supremum, videlicet Papam. Secus ubi communitas regitur solis naturalibus legibus traditionibusque humanis: quæ pro varietate locorum et temporum laudabilius atque utilius variantur quam ut uno tenore omnes ligent. Constat autem quod universi viatores non solum divisim, sed et conjunctim, ad unam fidem ac eadem sacramenta teneantur. Ergo et simili modo ad eundem habent supremum reduci ac subdi.

Denique, in libro contra Petrum de Luna Cancellarius scribit, quo probatur hoc dictum: Unitas Ecclesiæ non sic dependet a persona Papæ essentialiter, quin possit manere una maneatque de facto, quando nullus est Papa in Ecclesia. Et quamvis unitas ecclesiastica essentialis sit ad primum caput Christum, nihilo minus unitas altera accidentalis et secundaria consistit in obedientia ad unum summum Pontificem, qui est caput secundarium in Ecclesia Christi. Ecce hæc verba sunt clarissima confirmatio prædictorum.

Amplius, in libro de Ecclesiastica potestate Cancellarius regnum seu politiam regalem describens: Regnum, inquit, est politia sub uno bono, vel expressius, congregatio communitatis perfectæ sub uno

bono, secundum leges suas bonas pro publica. Dicitur autem unus ille bonus vel rex, vel imperator, aut monarcha, qui non proprium bonum principaliter, sed commune bonum in principatu suo intendit. Huic politiæ in ecclesiastica hierarchia correspondet politia papalis. Quum ergo Papa gubernatione regali monarchica præsit, sequitur quod universitas fidelium sit una ecclesiastica politia, seu congregatio communitatis perfectæ sub uno : quod non est nisi universos fideles simul sumendo, vel collective aut conjunctim considerando. Ergo et ipsis sic sumptis præsidet Papa.

Rursus, in libro de Ecclesiasticis status Cancellarius ait : Eniti debent Christiani sub schismatis pœna, quod in hoc statu, puta papali, constituatur et præsideat assidue unicus et certus summus Pontifex, quantum fieri potest, in quo sit ecclesiasticæ potestatis plenitudo ; et quod non sint plures, ex quo ecclesiasticum regimen desinere posset esse monarchicum, et in aliam politiæ speciem, ut in aristocraticam aut democraticam, vertetur, quamvis papatus has politiarum species non excludat, sed assumat, quemadmodum de sacro dominorum cardinalium collegio et generali concilio est videre. — Postremo, in libro de Auferibilitate Papæ ab Ecclesia doctor iste testatur : Ecclesia in uno monarcha supremo per universum fundata est a Christo, nullamque aliam politiam instituit Christus immutabiliter esse monarchicam et regalem, nisi Ecclesiam.

Ex præinductis Cancellarii verbis clarissime corroborantur quæ scripsi de potestate ac præsentia Papæ super universalem Ecclesiam, etiam collective consideratam : præsertim quum doctor iste frequenter affirmet, summe esse cavendum ne quis dicat regimen Ecclesiæ non debere esse monarchicum et quodammodo regnum. Certumque est quod non loquitur de quocumque partiali aut particulari, sed de totali ac universali Ecclesia militanti, ut

A ex præinductis ejus verbis claruit. Sunt autem et alia quædam verba ipsius, ex quibus istud infra efficacius ostendetur.

ARTICULUS VII.

Objectio contra præhabita, ex dictis ejusdem doctoris, ubi agitur de auctoritate generalis concilii.

JAM scripsi, de mente esse Cancellarii ipsam militantem universalem Ecclesiam instar triumphantis esse regendam regimine monarchico ac regali. (1) Sed obviare videtur quod in sermone quodam scribit hic doctor, dicendo : Generale concilium est saluberrima ac efficacissima regula ad regimen totius Ecclesiæ tranquillum vel conservandum, vel reformandum, vel inveniendum, tanquam supremus et sufficiens legislator universalis et potens, ἐπιτακτής, præterea legitimus et securus, nec suspectus rationabiliter ab aliquo Christiano, quum procedat omnium vel quasi omnium communi consensu vel assensu.

(2) Insuper libro de Ecclesiastica potestate disseruit : Teneatur concilii generalis iudicium, et maneat ecclesiastica hierarchia optimo regimine, quali fuit sub Moyse gubernata, quoniam mixta fuit ex triplici politia, puta regali in Moyse, aristocratica in septuaginta senioribus, et democratica, dum de toto populo ac singulis tribubus sub Moyse rectores assumebantur.

(3) Iterum ait : Non licuit facere tot et tales non obstantias eorum quæ constituta sunt in generalibus conciliis, quot et qualibus non obstantiis uti solet Papa in bullis suis. At vero quidam respondent per unicum verbum, dicentes quod generale concilium semper intellexit auctoritatem summi Pontificis esse in omni sua constitutione exceptam : nimirum quoniam posuerunt ipsi papalem auctoritatem esse super concilium, vel saltem non imparem. Benedictus autem Deus, qui per hoc sacrosanctum concilium Constantiense illustra-

tum lumine legis divinæ, liberavit Ecclesiam suam ab hac pestifera et pernicioſa doctrina : qua semper perseverante, perseverasset semper schisma internum in ea.

(4) Denuo ait in libro præfato : Falsæ et injuriosæ sunt concilio generali assertiones quæ negant ab eo vel ab Ecclesia executionem potestatis supremæ jurisdictionis, negant insuper decernendi vel definiendi potestatem (in eo vel ea) dum Papa est, ponentes in eo solo hanc auctoritatem definiendi, quum ex multis conciliis constet oppositum.

(5) Præterea in eodem libro testatur : Potestas generalis concilii dici potest major potestate papali in ampliatione vel extensione, in infallibili directione, in morum reformatione in capite et in membris, in coerciva potestate, in causarum fidei difficultium ultima decisione ; major denique, quia copiosior : complectitur enim, saltem virtualiter, omnem potestatem et omne politicum regimen, scilicet papale, imperiale, regale, aristocraticum et democraticum.

(6) Rursus, in tractatu, An liceat in causis fidei a summo Pontifice appellare ad generale concilium : Sequeretur (ait) ex opposito, quod concilium non esset super Papam, vel iudex ejus legitimus : cuius oppositum determinavit et practicavit Constantiense concilium, quod vocavit et judicavit Joannem tanquam suum subditum, quum tamen in toto processu contra eum usque ad sententiam definitivam suæ depositionis, reputatus sit ab eodem concilio verus Papa.

(7) Postremo, in prædicto asserit libro : In verbo Christi quo ait, Dic Ecclesiæ, fundatur plenitudo potestatis gladii spiritualis et executio ejus in Ecclesia super quemlibet Christianum, etiam si Papa fuerit ; et si potestas hæc data est Ecclesiæ, concilium generale Ecclesiam repræsentans habet illam. Et fundatur ista potestas in unitate vel unione Ecclesiæ, ut notasse videtur Augustinus, dum innuit quod cla-

Matth.
xviii, 17.

ves Ecclesiæ datæ sunt unitati. Verumtamen hoc non impedit quin datæ sint Petro tanquam monarchæ, legitimisque successoribus ejus ; principalius tamen Ecclesiæ : primo, ratione indeviabilitatis ejus ; secundo, ratione regulationis, quoniam habet regulare usum potestatis papalis, non sic econtra ; tertio, ratione multiplicatis, quoniam Ecclesia habet potestatem quamlibet ecclesiasticam, etiam papalem, si non sit Papa, præsertim in extensione ; quarto, ratione obligabilitatis, quoniam Ecclesia potest condere leges obligantes et regulantes etiam ipsum Papam, tam quoad personam quam respectu usus suæ potestatis : non sic econtra potest Papa judicare totam Ecclesiam, vel usum suæ potestatis limitare.

Ecce hæc et quædam similia hujus doctoris verba (quæ omitto, quia in his sententialiter continentur) prædictis contrariari videntur, præsertim ei quod scripsi, Papam ex suo officio gubernare et judicare debere totam universalem Ecclesiam, eique legem posse statuere ac jubere, generali quoque concilio quoad aliqua præsidere, præesse et posse præcipere.

ARTICULUS VIII.

De triplici regimine et triplici politia Ecclesiæ, et quomodo in gubernatione Ecclesiæ ista concurrant, ubi partim solvuntur præinductæ instantiæ.

LIBRO de Ecclesiastica potestate scribit Petrus de Alliaco : Licet papalis dignitas sit a Deo, quare ab homine nec major nec minor fieri potest ; tamen usus plenitudinis potestatis istius, ad excludendum ipsius abusum, potest generalis concilii auctoritate constringi : ideo antiquo jure statutum est quod Papa professionem faceret, et hujusmodi professio per lapsum temporis ampliata est. Porro ad regulandum usum plenitudinis potestatis papalis, et ad excludendum abusum ejusdem, considerare convenit, non expedire

1 Petr. II, 9.

Ecclesiæ, quæ dicitur habere regale sacerdotium, quod regatur regimine regio puro seu pure regali, sed mixto cum aristocratia et democratia. Nam licet regimen regium, in quo unus singulariter principatur multitudini secundum virtutem, sit melius quolibet alio regimine simplici, ut ostendit Philosophus tertio Politicorum; tamen si fiat mixtum cum aristocratia, in qua plures dominantur secundum virtutem, et cum democratia, in qua populus principatur, tale regimen melius est, in quantum in regimine mixto omnes aliquam partem habent in principatu, et etiam quoniam licet regale regimen sit optimum in se si non corrumpatur, tamen propter magnam potestatem quæ regi conceditur, de facili degenerat in tyrannidem, nisi sit in rege virtus perfecta, quæ rara est et in paucis. In cujus rei signum, in populo Israel, cui succedit populus christianus, Deus constituit quodammodo regem, licet non cum plena potestate: ut patet in Moyse et Josue, successoribusque eorum, qui toti illi populo præerant. Licet autem in eis esset regimen regale, in quantum unus principaliter omnibus præfuit, erat tamen aliquid de aristocratia admixtum, in quantum sub illo uno septuaginta seniores eligebantur; erat etiam ibi aliquid de democratia, in quantum illi seniores eligebantur de omni populo et ab omni populo, ut dicitur in Deuteronomio. Sic manifeste videtur quod esset optimum regimen Ecclesiæ, si sub uno Papa eligerentur plures ab omni et de omni provincia. Et tales esse deberent cardinales, qui cum Papa et sub eo Ecclesiam regerent, usumque plenitudinis potestatis temperarent; et hæc notari videntur in capitulo *Per venerabilem*.

X. in Num.
II, 16; Deut.
I, 13, 15.

Decretal.
lib. IV, tit.
7, c. 13.

Ps. LXVII,
9.

Porro de hac re plenius scribit Cancellarius in sermone qui incipit: Prosperum iter faciet nobis Deus. Triplex, inquit, est politia. Prima dicitur regalis seu monarchica; secunda dicitur aristocratia; tertia, democratia. Esset autem inter istas politias melior quam aliqua singularis, illa

A quæ ex regali et aristocratia componeretur, ut in regno Franciæ, ubi rex instituit Parlamentum, a quo judicari non refugit. Esset vero omnium optima et saluberrima politia quæ hanc triplicem bonam complecteretur. Est autem generale concilium politia talis composita, habens directionem suam ex adsistentia Sancti Spiritus speciali et promissione Christi, magis quam ex natura aut humana sola industria.

In libro quoque de Ecclesiastica potestate his addit: Politia est communitas ordinata ad aliquem finem perfectum. Politiarum vero alia est cœlestis, alia autem humana, quæ duplex est: prima, quæ appropriato vulgatoque nomine dicitur ecclesiastica; alia sæcularis, quæ ab Aristotele dividitur in tres partes, scilicet in regnum, aristocratiam et democratiam. Quid autem sit regnum, prædictum est. Aristocratia vero est communitas perfecta sub paucis bonis, bonum reipublicæ per suas leges principaliter intendentibus; et democratia, communitas perfecta sub pluribus bonis. Omnis autem politia ecclesiastica, sive dicatur unus, sive pauci, sive plures boni præesse, dicitur proprie divina, quia secundum leges supernaturales debet quilibet regulationem accipere. Et ita perspicuum est, quod tres istæ politię seu species istæ regiminis in Ecclesia uniuntur aliter quam in politia civili, propter divinæ legis unitatem. Considerari igitur debet Ecclesia prout instituta est a Christo supra firmam fidei petram, ad finem supernaturalem, secundum evangelicam legem et sacram Scripturam, secundum quam debet regulari iudicium de fide et moribus subditorum. Possumus itaque conformiter ad prædictam Philosophi politiam tripliciter distinctam in naturali regimine, Ecclesiæ politiam seu gubernationem dividere, quod alia est papalis, alia collegialis, alia synodalis seu concilii generalis. Papalis imitatur regalem; collegialis dominorum cardinalium, aristocratiam; synodalis seu generalis concilii, democratiam, vel potius

est perfecta politia aut gubernatio resul-
tans ex omnibus.

Præterea, sicut sæpius ore tenus fassus sum, sic nunc scripto protestor, multo mihi facilius esse scripta mea cum scriptis Cancellarii concordare, quam scripta ejus ad invicem. Ut enim sæpius dictum est, ipse frequenter affirmat regimen Ecclesiæ debere esse monarchicum et regale : nihilo minus interdum scribit generale concilium esse efficacissimam regulam, sufficientem quoque et supremum legislatorem ad regimen totius Ecclesiæ. Sic ergo sumenda sunt ista et alia verba ipsius de ista materia, ut sibi mutuo non repugnent. Itaque, quod ait Ecclesiæ regimen esse monarchicum, dictum videtur de regimine ejus primo et continuo, simplici, puro, et quasi suo modo humano. Sic enim Papa præest Ecclesiæ, et quantum fieri potest, providendum est ut omni tempore aliquis sit Papa in actu. Sic vero non oportet semper esse generale concilium, cujus regimen non est simplex, purum, continuum aut solum humanum, sed potius mixtum, interruptum, divinum, quantum ad necessaria directæ ad salutem. Constat autem quod regimen papale præcessit in Ecclesia generalis concilii convocationem et celebrationem et determinationem. — (1) Per hoc soluta est prima objectio in præcedentis articuli facta exordio.

(2) Ad secundam eadem exstat solutio, quia generalis concilii est tenendum iudicium, et tempore opportuno est celebrandum concilium, quo expeditius dirigatur Ecclesia ac optime gubernetur, loquendo de isto regimine mixto seu democratico. Nihilo minus expedit ut semper præsit in ea unus monarcha, qui regio regimine principetur in ipsa : quod regimen optimum dicitur, quoniam melius est quavis alia specie gubernationis secundum se solam accepta, ut ex dictis Petri de Alliaco inductis patescit. Mixtum itaque synodaleque regimen non debet regimen monarchicum papale excludere. Unde quod Cancellarius ait, summe esse cavendum ne

A regimen Ecclesiæ negetur esse monarchicum et ne in aliam speciem gubernationis vertatur, intelligendum est quod non debeat solum esse aristocraticum aut democraticum, utputa per monarchici exclusionem regiminis.

(3) Ad tertiam instantiam, quod non licuit Papæ facere tot non obstantias, quæ præterdit quod concilium sit super Papam, sæpius responsum est, et infra respondetur clarius. Nunc quoque in tantum dicatur, quod concilium in his quæ ad suum directe pertinent forum, conceditur quodam modo esse super Papam. Rursus, concilium incontracte acceptum, videlicet cum actuali, formali inclusione Papæ ac dignitatis papalis, est super Papam, sicut collegium una cum decano est super decanum, et Universitas una cum rectore, super rectorem, generaliterque totum super partem suam, sumendo totum cum actuali partis de qua agitur inclusione. Rursus, in quantum Papa est deviabilis peccabilisque persona, aut intolerabiliter reus esset, non negatur subesse concilii generalis iudicio. Hæc nunc tetigisse sufficiat.

(4) Ad aliam respondendum, quod non sit neganda a concilio executio potestatis supremæ jurisdictionis in his quæ ad ipsius concilii determinationem atque iudicium proprie pertinent : cui et in talibus auctoritas definiendi discutiendique competit, sicut et Petrus de Alliaco fatetur.

(5) Ad sequentem objectionem patebit solutio in sequenti articulo.

(6) Ad aliam solutio data est, declarando qualiter concilium super Papam vere esse dicatur : infra tamen plus inde tangetur.

(7) Ad ultimam, in qua multa tanguntur, multiplex exstat responsio : quæ in primo opusculo prolixè inducta sunt. Ostensum est enim, quod sicut Ecclesia seu concilium potest in Papam quoad ea in quibus est super ipsum, ita et Papa potest (in his quæ ad suam pertinent cathedram) tam universali Ecclesiæ quam generali concilio condere legem, eisquæ præest ut caput

lib. I. art.
xxv. 151
lib. II. art.
xx: lib. III.
art. v.

ibidem.

art. 117
et s.

et pastor. — Quod ergo Cancellarius et alii dicunt, Papam non posse regulare Ecclesiam, nec posse eidem præcipere, legem statuere, eamve judicare, quod etiam de generali concilio pariformiter asserunt : dicendum quod loquuntur de Ecclesia ut synodaliter congregata, seu de generali concilio formaliter ut sic, et quoad supremum ipsius, hoc est quoad potissimum quod concilio competit, quod est libere determinare, definire et ordinare ea quæ conciliariter sunt tractanda, secundum promissam, speratam et invocatam directionem Spiritus Sancti. In his etenim Papa non habet potestatem aut præsentiam coercivam super concilium, sed magis subicitur ei ; et ratione hujus divinæ directionis præfertur concilium Papæ, propter concilii in talibus indeviabilitatem certamque regulationem. Nihilominus generale concilium materialiter sumptum ut est quidam populus christianus, quædam particularis Ecclesia per respectum ad Papam, secundum Petrum de Alliaco, est quædam congregatio ovium Christi seu particulare ovile secundum existentiam suam (quamvis repræsentet universalem Ecclesiam), gensque peccabilis atque damnabilis, in propriis factis multipliciter potens errare damnabiliterque peccare, sicut et alia quævis particularis Ecclesia ; et hoc modo habet, potest et debet a summo Pontifice regulari, regi et judicari, nec ab ejus obedientia est exemptum, dummodo nil ei præcipiat quo bonum concilii valeat aliquatenus impediri. Insuper et ipsum generale concilium, quantum ad ea quæ sunt præparatoria et accessoria ad principales ipsius actus, subicitur Papæ, ita quod potest concilio et quibuscumque ejus personis præcipere ea quæ vere et indubitanter accommoda sunt concilio ad principale ipsius negotium exsequendum. Unde propter certam directionem concilii a Spiritu Sancto in determinatione et definitione eorum quæ ad ipsius concilii pertinent forum, non amittit Papa potestatem et prælationem aut jurisdictionem suam super

A concilium in aliis : quemadmodum si alicui congregationi canonicorum aut religiosorum, seu provinciali concilio, daretur ex gratia speciali certa infallibilisque directio Spiritus Sancti in consulendo et definiendo ea quæ decanus vel abbas seu præsul conciliariter tractanda proponeret, suorumque determinationi stare obligaretur, ob hoc decanus, abbas sive antistes non amitteret auctoritatem et præsentiam suam super gregem suum in aliis. De hoc in primo libello, præsertim vicesimo septimo articulo, dicta sunt plura.

B Denique, quoniam Cancellarius suo tempore scripsit contra quosdam qui Papam absolute et immoderanter prætulere concilio, scilicet contra Petrum de Luna et ejus fautores ; idcirco satagit, ad reprimendum illorum audaciam, auctoritatem concilii totis viribus commendare, loquendo de ipso multum formaliter et quoad supremum quod competit ei, secundum quod consuetudinis est doctorum loqui nonnunquam utrumque extreme, dum contra errores contrarios disputant. Demum etiam in Scriptis canonicis de eadem re quandoque fit sermo secundum suum superius, ut quum ait Apostolus, Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, id est, rationabiliter, ut sapientis est hominis, contra bestiales homines disputavi in Epheso ; interdum secundum suum inferius, sicut dum ait : Quum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis?

1 Cor. xv, 32.

Ibid. iiii, 2.

ARTICULUS IX.

Quod in solo Papa resideat subjective atque formaliter, proprie et existentialiter, vertex, supremitas et plenitudo ecclesiasticæ potestatis, et quomodo in generali concilio et in universali Ecclesia esse dicatur.

QUÆSTIONEM qua quæritur an in solo Romano Pontifice sit potestatis ecclesiasticæ plenitudo, Petrus de Alliaco

co in libro de Ecclesiastica potestate eleganter determinans, primo sic ait : Jura quæ loquuntur de plenitudine ecclesiasticæ potestatis, intelliguntur de potestate jurisdictionis, et non de potestate ordinis sacramentalis, quia hæc fuit æqualis in omnibus Apostolis. Plenitudo autem potestatis jurisdictionis data est Petro, quum dictum est ei : Pasce oves meas. Secundo, dico quod hæc plenitudo potestatis jurisdictionis, proprie loquendo, solum residet in Romano ac summo Pontifice, Petri successore : quia proprie aliqua potestas plene dicitur esse in illo qui illam potestatem generaliter exercere et in omnes ministerialiter dispensare. Hoc autem est in solo Papa, et non proprie in aliqua communitate, quoniam (secundum Philosophum) actiones sunt suppositorum. Tertio, dico quod hujusmodi plenitudo potestatis, tropice et aliquo modo æquivoce est in universali Ecclesia, et in generali concilio ipsam repræsentante. Pro cujus declaratione, sciendum quod quantum ad propositum pertinet, aliquid dicitur esse in alio tripliciter : primo ut in subjecto, sicut accidens est in subjecto ; secundo ut in objecto, sicut effectus dicitur esse in sua causa vel in suo fine, quia in illum tendit tanquam in suum finale objectum ; tertio tanquam in exemplo, sicut res visa dicitur esse in speculo, et doctrina in libro, quia repræsentatur in eo. Primo modo plenitudo potestatis ecclesiasticæ est in Papa, tanquam in subjecto ipsam recipiente et ministerialiter exercente. Secundo modo est in universali Ecclesia, tanquam in objecto ipsam causaliter atque finaliter continente : quoniam plenitudo hæc non est causaliter propter Papam, sed Papa et ejus potestas sunt propter Ecclesiam, et ordinantur ad eam sicut ad finem, id est ad ejus ædificationem, quia (secundum Apostolum) hanc potestatem dedit Deus in ædificationem, et non in destructionem. Tertio est in generali concilio, tanquam in exemplo ipsam repræsentante atque regulariter dirigente : quia si Papa abutere-

Joann. xxi,
17.

II Cor. xiii,
10.

A tur hac potestate in destructionem Ecclesiæ, generale concilium est exemplum vel speculum universalem Ecclesiam repræsentans, ejusque vice et nomine abusum talem coercens. — Hinc quoque, ut recitat Petrus præfatus, quidam egregius sacræ Scripturæ doctor, Mauritius de Praga, respondit quod plenitudo ecclesiasticæ potestatis resideat in generali concilio repræsentative.

Denique his omnino concordant quæ de hac quæstione Cancellarius diversis in locis testatur. Siquidem libro suo de Ecclesiastica potestate disseruit : Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est formaliter et subjective in solo summo Pontifice, qui post suam consecrationem in sacerdotem et episcopum, habet plenitudinem ecclesiasticæ potestatis tam ordinis quam jurisdictionis utriusque. Insuper ait describendo : Possumus dicere, quod plenitudo ecclesiasticæ potestatis est potestas ordinis et jurisdictionis, quæ a Christo collata est supernaturaliter Petro, sicut vicario suo et monarchæ primo, pro se et suis successoribus legitimis usque in finem sæculi, ad ædificationem Ecclesiæ militantis, propter consecutionem felicitatis æternæ. Item dicit : Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est in Ecclesia sicut in fine, et sicut in regulante applicationem et usum hujusmodi plenitudinis ecclesiasticæ potestatis, per se ipsam vel per generale concilium. Constat itaque datam fuisse Petro plenitudinem ecclesiasticæ potestatis a Christo ad ædificationem Ecclesiæ. Ideo loquitur Augustinus, quod claves datæ sunt non uni, sed unitati, et quod datæ sunt Ecclesiæ : quoniam claves datæ sunt propter Ecclesiam et unitatem ipsius tanquam propter finem.

At vero in sermone qui incipit, Prosperum iter faciet nobis Deus, Cancellarius notabiliter ait : In concilio papalis potestas includitur, quamvis aliter sit hæc potestas in Papa, aliter in concilio : sicut claves aliter datæ sunt Petro, aliter Ecclesiæ. Unde concilium in multis quæ Papam respi-

Ps. lxxv.
20.

ciunt, habet auctoritatem consiliativam et dictativam, Papa autem exercitativam et executivam. Non enim posset concilium per se ipsum absolvere in foro conscientiae, aut presbyteros ordinare, vel corpus Christi conficere, aut infideles manu armata debellare; sed ad ipsum spectat in huiusmodi consulere vel dictare: cujus dictamini qui contumaciter repugnat, Spiritui Sancto repugnat, cujus est ipsum concilium in consulendo et dictando dirigere. Hujus exemplum est in homine, in quo ratio potestatem habet dictativam et consiliativam, voluntas autem exercitium habet et executionem.

ARTICULUS X.

Confirmatio quorundam verborum in primo opusculo contentorum, ex dictis in præcedenti articulo.

SCRIPSI in primo tractatulo, articulo vicesimo sexto, quemadmodum ad quaestionem qua quaeritur, an concilium sit super Papam, an potius econverso, quidam nunc absolute loquendo, audacter respondent, quod generale concilium sit super Papam, itemque majoris potestatis et auctoritatis quam ille, etiam loquendo de concilio et Papa seorsum acceptis seu consideratis. Quibus verbis adjeci: Verum, quia hucusque probatum et tentum est, quod Papa sit totius seu universalis Ecclesiae etiam simul sumptae, non solum divissim acceptae, pastor summusque pontifex, praelatus et caput, potestatis plenitudinem habens; videtur periculosum tam absolute simpliciterque asserere quod concilium sit super Papam, loquendo appropriate de majoritate, dignitate et potestate ad dona gratiae gratis datae pertinente. Moderatius ergo loquendo, arbitror respondendum quod ibi sit excedens et excessum, ita quod in aliquibus concilium est super Papam, et in aliquibus econverso: quod quo dixerim sensu, saepius tactum est.

Itaque verbum istud aliquibus displicet,

asserentibus in Constantiensi concilio hoc esse conciliariter determinatum, quod concilium sit super Papam. Sed ad hoc jam dedi responsum: quia de generali concilio formaliter sumpto, et quoad supremum quod competit ei, scilicet judicare et definire secundum directionem Spiritus Sancti in causis praecipuis ad ejus forum spectantibus, dictum et intelligendum est hoc; et quod Papa subjicitur determinationi concilii, non ut monarcha et supremus hierarcha universalis Ecclesiae, sed ut deviabilis, rea peccabilisve persona, et ut quidam ipsius Ecclesiae cancellarius, hoc est in quantum inferior, non in quantum superior, ut ibi plenius dictum est, et infra tangetur.

Porro, quod Papa sit nihilo minus potestatis et jurisdictionis supremæ auctoritate decoratus in terra, in his quæ et quantum ad suam pertinent cathedram super totam Ecclesiam, ex dictis in præcedenti articulo demonstratur. Accidens namque suum subjectum, in quo realiter formaliterque consistit, potissime denominat atque verissime, imo et propriissime, præsertim quum accidentis esse sit inesse. Quum ergo jam dictum sit, quod ecclesiasticæ potestatis plenitudo in solo summo Pontifice subjective sit, existentialiter atque formaliter, constat quod eum dumtaxat verissime propriissimeque denominet: ergo et ei (scilicet Papæ) tantum taliter convenit quantum ad ipsius pontificium ac magisterium spectat.

Præterea, in præcedentibus habitum est libellis, quod potestas dignitasque papalis universas ceteras ecclesiasticas dignitates et potestates virtualiter in se comprehendit et continet, etiam sublimiori perfectione modo quam in aliis illæ consistant, sicut in toto potestativo pars potestativa superior inferioris perfectionem includit et aliquid superaddit, secundum Albertum in libro de IV Coæquævis: quod et Thomas super secundum Sententiarum testatur. Non ergo absolute loquendo concedendum videtur, quod in universali Ecclesia aut in

lib. I, art. xxix; lib. II, art. xii; lib. III, art. v.

art. vii.

lib. I, art. xxviii; lib. II, art. xv.

dist. ix.

generali concilio sit major pleniorve potestas quam in Pontifice summo, loquendo de potestate hac jurisdictionis et praelaturæ. Hinc omnes antiqui et sancti Patres catholicique doctores concorditer sunt locuti, quod plenitudo potestatis in solo sit Papa.

Præterea, si plenitudo hæc est aliquid unum simpliciter, non aggregative, non poterit subjective esse nisi in uno eodem numero manens : et hoc subjectum utique summus Pontifex rite censetur. Ideo asserit S. Cyrillus, quod Christus soli Petro nullique alteri quod suum est, plenum dedit. Unde et Cancellarius protestatur : Ex consideratione potestatis hujus papalis stupendæ et miraculosæ, imperatores et reges procumbunt ad oscula pedum Papæ, et priores sancti Patres miris modis extulerunt eundem.

ARTICULUS XI.

Objectio contra præhabita, ubi designatur et alius sensus secundum quem potestas Papæ ab aliquibus minor dicitur potestate universalis Ecclesiæ ac generalis concilii; itemque de concordantia et intelligentia quorundam verborum Cancellarii, quæ sibi invicem videntur contraria.

DICTUM est quemadmodum in solo domino Papa sit subjective atque formaliter potestatis ecclesiasticæ plenitudo, qua in Ecclesia major et plenior esse nequit, quum plenitudo illa sit vertex ac supremitas ecclesiasticæ potestatis, ut Cancellarius loquitur.

Sed obviare videtur quod libro de Ecclesiastica potestate Petrus de Alliaco profatur: Errores contra fidem magis damnari debent auctoritate concilii generalis aut per ipsum generale concilium absque expressione Papæ, sub hac forma, Sacrosanctum concilium damnat et reprobat, etc., quam per summum Pontificem sub hac forma in aliquibus conciliis consueta : Nos,

A hoc sacrosancto approbante concilio, damnamus, etc. Ratio hujus est, quia concilium majus est Papa, quum sit totum, et Papa pars ejus : totum autem majus est sua parte. Denuo ait : Concilium, præsentate Papa a quo ipsum concilium est vocatum, est velut unum corpus mysticum, cujus Papa est caput, et alii sunt membra. Idcirco, secundum quosdam, non solum falsum, sed etiam fatuum esset, dicere quod major sit auctoritas unius partis, scilicet Papæ, quam totius corporis, puta concilii. Rursus sic scribit : Omne totum est majus sua parte, loquendo de toto respectu suarum partium integralium. Sed Papa est pars concilii, sicut caput pars corporis : ergo totum concilium majus est Papa.

Præterea, Cancellarius libro de Ecclesiastica potestate disseruit : Plenitudo ecclesiasticæ potestatis si consideretur in sua latitudine, non est in solo Papa, nisi quodammodo fontaliter, potestative et originaliter suo modo. Hæc enim latitudo potestatis complectitur in se omnes potestates ecclesiasticas collective a summo usque deorsum ; estque in eis plenitudo ecclesiasticæ potestatis papalis, tanquam pars integralis in suo toto : et ita non est major vel superior ad totam Ecclesiam, sicut nec pars major est suo toto. Si vero consideretur hæc plenitudo in sua supremitate, tunc absque ulla dubitatione plenitudo ecclesiasticæ potestatis papalis major et superior est ad reliquas. — Superius quoque inductum est quomodo secundum Cancellarium multosque alios, potestas generalis concilii potestati papali præfertur.

Verum hæc, quantum capere queo, in primo clarissime sunt soluta libello. Certum est enim quod totum majus sit sua parte, loquendo de toto prout universas et singulas sui partes includit. Si autem totum sumatur cum quadam contractione seu restrictione, puta pro toto residuo quod est præter quaecumque ipsius partem qua dicitur majus ; tunc totum non semper majus est sua parte, nec in his

quibus totum et pars proprie nec in his quibus metaphorice competunt: ut dicimus corporale hominis caput toti corpori præminere, altius esse atque influere, solum hoc caput situ aliter, virtualiter ac influentialiter, forsitan et dignitate ac perfectione, toti residuo eminent; similiter rector totius Universitatis, decanus collegio, abbas conventui.

Itaque, si de universali Ecclesia seu generali concilio loquamur prout Papam actualiter formaliterque includit, sicut dum Papa existente dicimus quod Christus sit caput totius Ecclesiæ; sic utique Ecclesia et concilium majus est Papa: sicut collegium cum decano et Universitas cum rectore, majus est solo decano et solo rectore. Sicque Petrus de Alliaco asserens concilium esse super Papam, sumit concilium cum Papæ inclusione formali et actuali; sicque simpliciter verum est, concilium esse super Papam. Si vero sumatur concilium cum Papæ exclusione, hoc est pro illo residuo præter Papam, sicut quum ait hic Petrus, et in Decreto habetur, quod Papa est caput concilii, et concilium per comparisonem ad Papam est quædam particularis Ecclesia; sic in aliquibus concilio est super Papam, et in aliquibus econverso, ut declaratum est sæpius: sicut in quibusdam decanus est super collegium, et in aliquibus econverso, sumendo collegium pro residuo illo canonicorum citra decanum. Præterea, si quis absque hujusmodi distinctione, ex præinducta auctoritate qua totum dicitur majus sua parte, grosse ac ruditer concludere vellet, simili ratione sequeretur quod omnis politia, omnis communitas, omnis congregatio esset absolute loquendo super suum præsidem, prælatum aut principem, ut regnum super regem, diocesis super episcopum, conventus super abbatem: quod quam insipienter resonet quis non penset?

Porro ad argumentum ex verbis Cancellarii sumptum, est respondendum, quod in ista auctoritate loquitur de plenitudine ecclesiasticæ potestatis non secundum

A ejus essentiam præcise, quum sic sit subjective in solo summo Pontifice, sed loquitur de ea quoad universa quæ virtualiter continet, imo potius de ipsa tota ecclesiastica potestate in sua latitudine sumpta: cujus papalis potestas quodammodo pars est, minorque illa, secundum quod illa accipitur cum actuali et formali inclusione potestatis papalis, quæ tamen secundum se sumpta, major est tota illa residua, sicut et Cancellarius innuit. Quod autem ista solutio vera sit atque de mente B hujus doctoris, constat ex eo quod in libro de Ecclesiastica unitate testatur: Nolumus (inquiens) impugnare quin summus Pontifex habeat potestatem regitivam et auctoritatem respectu omnium hominum, quantum Christus voluit et cognovit esse expediens ipsi dare, pro exercendo eam non pro se tantummodo, sed magis ad utilitatem Ecclesiæ: qualem auctoritatem non habet totum Ecclesiæ residuum, nisi insinuative* quodammodo vel elective.

* unitive

C Sed contra præhabita duo occurrunt nunc argumenta. Dictum est enim, quod generale concilium accipi possit quasi contracte cum exclusione Papæ potestatisque ejus, seu pro illo residuo citra vel præter Papam. — Rursus jam dictum est, quod tota potestas ecclesiastica in sua latitudine sumpta, major est sola potestate papali.

Contra primum objicitur: Quum Cancellarius dixisset, quod plenitudo ecclesiasticæ potestatis in sua supremitate major atque superior est ad reliquas, mox adjecit, quod jam id quod reliquum est nullo pacto potest restringere generale concilium, quoniam generale concilium in sua ratione formali includit de necessitate auctoritatem papalem, sive Papa sit, sive non sit.

Et respondendum, quod hujus argumenti solutio ex istius doctoris sumenda est verbis. Quum enim secundum ipsum, proprie potestatis papalis seu plenitudinis ecclesiasticæ potestatis forma sit in Papa, certum est quod Papa non existente, nec

papalis auctoritas seu potestas sit actualiter sive realiter in quocumque sub sole. Idcirco generale concilium non ita in sua ratione formali includit Papam aut ejus auctoritatem, ut esse non valeat nisi in ipso realiter ac existentialiter includatur et sit Papa vel ejus potestas : præsertim quum secundum hunc ipsum doctorem, in multis casibus possit convocari et celebrari generale concilium, Papa non existente vel etiam renitente. Itaque de ratione generalis concilii est ut papalem auctoritatem includat, eo modo quo doctor iste et Petrus de Alliaco affirmant hanc auctoritatem seu potestatis plenitudinem esse in generali concilio, utputa repræsentative, atque insinuativæ ac elective, et directive seu dictative, quasi in fecunda radice : quia concilium vice totius Ecclesiæ in casu potest sibi providere de Papa per electionem, quamvis ipsa auctoritas efficientialiter sit immediate a Deo. Sed et suppletive ac aptitudinaliter, seu quodammodo virtualiter continetur in concilio de necessitate ista auctoritas, quum generale concilium debeat ex omni statu hierarchico, in quo papalis auctoritas summa et prima est, esse collectum. Hinc Petrus de Alliaco fatetur : Universalis Ecclesia vel congregatio ipsam repræsentans, originaliter et principaliter habet a Christo jus eligendi sibi caput, Papam sive rectorem ; cujus tamen capitis auctoritas seu potestas non ab Ecclesia, sed a Christo immediate dependet.

Denique, ex his reor patere quod in libro de Ecclesiastica potestate Cancellarius ait : Potestas ecclesiastica considerari potest et debet tripliciter : primo, formaliter, in se et absolute sine respectu ; secundo, materialiter seu respective, prout applicatur ad hanc vel illam personam ; tertio, quoad exercitium vel executionem. Primo modo potestas ista est invariabilis, et eadem a principio nascentis Ecclesiæ usque in finem perseverat. Ecclesia siquidem, dum sic consideratur in suis partibus essentialibus et permanentibus, quæ sunt

A papatus, cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, sacerdotium, habet integrari ex his omnibus, ita quod ablata penitus una hujusmodi potestate, jam non manet Ecclesia prout a Christo seminaliter et velut in quodam germine suo perfecte fuit instituta : ut si papatus per imaginationem præscindatur a reliquis potestatibus inferioribus, id quod superest non dicitur Ecclesia. Proinde sequitur quod si generale concilium repræsentet universalem Ecclesiam sufficienter et integre, necesse est ut includat auctoritatem papalem, sive Papa sit, sive esse desierit per mortem naturalem aut civilem.

Postremo, contra secundum ita objicitur : Quoniam juxta præhabita, dignitas et potestas ipsa papalis ceteras universas ecclesiasticas potestates et dignitates virtualiter altiorique modo quam in aliis sit continet, comprehendit, includit, quomodo ergo aliæ simul cum ea majores sunt ea?

Et respondendum, quod licet hoc verum sit, non tamen papatus omnifarie aliarum potestatum illarum perfectiones complectitur et includit. Sed verbum illud quantum ad hoc verum est, quod quum id quod est in aliquo, sit in eo secundum modum ejus in quo est ipse, quia Papa summus est in ecclesiastica hierarchia, universæ ecclesiasticæ potestates in ipso habent esse quodammodo dignius atque simplicius, seu modum simpliciorum et digniorem quam in ceteris universis : sicut et res creatæ, secundum Augustinum, dicuntur verius esse habere in Deo quam in se ipsis, quia in Deo habent esse ideale, invariabile, increatum ; non tamen omnifarie habent verius esse in Deo, quum in ipso non habeant esse ratum, creatum, propriæ speciei, cum proprietatibus suis. Pariformiter ecclesiasticæ potestates in ceteris habent esse magis determinatum, distinctum, divisum, cum usu seu actibus proportionatis et propriis, quam in Papa dumtaxat. Idcirco Cancellarius scribit notanter, quod ecclesiastica potestas sit in Ecclesia major quam in Papa, quantum

ad extensionem et latitudinem exercitium-
que hujuscemodi potestatis.

ARTICULUS XII.

Contra eos qui dicunt non præesse summum Pontificem toti ac universali Ecclesiæ, et de resolutione positionis illorum ac reprobatione ejusdem.

MULTI jam dicunt, imo et quædam Universitates nunc scribunt, quod Papa non præsit universali Ecclesiæ, nec potestatem ac jurisdictionem aliquam habeat super eam, sed solum sit filius ejus, discipulus et minister, non pater, magister aut dominus; et quodcumque legitur quod præsit toti et universali Ecclesiæ, dicunt esse intelligendum divisim seu distributive, ita quod cuicumque particulari Ecclesiæ seu cuilibet ecclesiasticæ personæ præsideat, non toti Ecclesiæ conjunctim susceptæ, et per consequens nec generali concilio illam repræsentanti. Quamvis autem contra hanc adinventionem introductæ sint plurimæ auctoritates et rationes in primo et secundo libellis, nunc tamen aliqua sunt addenda.

Primo quippe ex illa positione sequeretur, quod absolute loquendo, plenitudo ecclesiasticæ potestatis non esset subjective et formaliter atque realiter in solo summo Pontifice, imo verius magisque proprie, et item realius, imo et subjective, esset in generali seu in universali Ecclesia: cujus oppositum paulo ante ex dictis Petri de Alliaco et Cancellarii est probatum, qui hujus oppositum apertissime magistraliterque determinant. Consequentia tamen probatur: quoniam altior, major et plenior est potestas in superiore ac judice, in patre, magistro ac domino, seu in matre, magistra ac domina, quam in inferiore ac judicando, in servo, discipulo et ministro. Quum ergo secundum opinionem præactam, Ecclesia universalis seu synodaliter congregata, sit absolute super Papam, habens super eum potestatem et jurisdictionem

tanquam super simpliciter inferiorem ac subditum, et tanquam super discipulum, filium et ministrum; consequitur quod absolute loquendo, ecclesiasticæ potestatis plenitudo sit verius, realius atque formaliter in Ecclesia et concilio quam in Papa, magisque denominet concilium vel Ecclesiam quam Papam, et sic subjective insit concilio sive Ecclesiæ: cujus oppositum præfati doctores clarissime scribunt, quorum solidissimis [rationibus] omnium sanctorum Patrum veterum ac doctorum consonant documenta. Nempe, stante hujusmodi opinione, Christus nec Petro nec soli Petro quod suum est, plenum dedisset: cujus oppositum docet B. Cyrillus patriarcha Alexandrinus. Et Cyrillus Jerosolymitanus patriarcha affirmat, quod Christus cum Petro et successoribus ejus futurus fuit et est sacramento et auctoritate plenarie. Hoc etiam Theophilus Chrysostomusque testantur. Quorum testimonia in primo opusculo sunt inducta.

Præterea, si dicatur quod in Papa sit ecclesiasticæ potestatis plenitudo non respectu universalis, sed cujuscumque particularis Ecclesiæ ac personæ, mox sequitur quod in Papa non sit plenitudo ecclesiasticæ potestatis nisi secundum quid, in generali autem concilio seu in Ecclesia simpliciter sit ponenda: sicque potestatis hujus plenitudo non erit in concilio vel Ecclesia repræsentative et finaliter, insinuate electiveque solum, sed subjective, vere, proprie atque formaliter: cujus contrarium ex præallegatis doctoribus est ostensum. Accidens enim maxime, realiter ac propriissime est in suo subjecto.

Insuper, si absolute loquendo, hæc potestas est vere, subjective, realiter sive formaliter in concilio, quæretur an subjective sit in uno supposito conciliari, an in pluribus aut in omnibus ut taliter congregatis. Si in uno, quod tamen non sit Papa (jam enim sumo nomen generalis concilii sicut doctores illi hoc sumunt, dum quærent an ecclesiasticæ potestatis plenitudo sit in generali concilio an in

art. II, XXVIII.

art. IX, XI.

lib. I, art. II
et s.; lib. II,
art. I et s.

art. IX.

Papa) : si itaque sit in hujusmodi uno, **A** **gis** proprie dici posse, quod Ecclesia militans sit regenda regimine democratico, quo plurimi præsumunt, quam monarchico et regali, quo toti communitati præsidet unus: cujus oppositum ex omnium Sanctorum atque doctorum authenticorum sententiis est ostensum. Imo, secundum opinionem præactam, videretur valde perutile, rationale et necesse, quod jugiter sine interruptione celebraretur generale concilium, quod universalis Ecclesiæ reformationi, dispositioni atque profectui incessabiliter provideret, atque ad quod regulariter in omni casu posset a summo Pontifice appellari; et tunc ulterius forsitan expediret cessare tam Papam quam curiam ejus, præsertim ne inter Papam ejusque curiam et generale concilium altercatio oriretur, et præcipue quia generale concilium videretur sufficere. Sed quia hæc dicere absurdissimum et contra Christi institutionem esset, absurda est assertio ex qua talia consequuntur.

B Postremo, Petrus de Alliaco sic probat quod in solo Papa sit plenitudo ecclesiasticæ potestatis: Quælibet particularis ecclesiastica potestas est vel esse potest in Papa, quæ non est nec esse potest in universali aut quacumque particulari Ecclesia aut collegio. Papa enim potest quamlibet ecclesiasticam potestatem exercere: quod non potest universalis Ecclesia aut quodcumque particulare collegium. Nam, ut de exercitio ceterarum ecclesiasticarum potestatum taceamus, sufficit dare exemplum de potestate consecrandi corpus Christi, vel altera potestate pure sacramentali: quoniam constat quod talis exerceri non potest nisi a singulari persona.

C **D**

Deut.
xxxii, 4.

Præterea, universali Ecclesiæ simul sumptæ seu collective consideratæ perfectius convenit nomen ratioque Ecclesiæ, quam Ecclesiæ divisim acceptæ, seu cuicumque particulari Ecclesiæ: siquidem de illa, non de ista, verificatur indubitanter quod Ecclesia dicitur esse semper in gratia, nec errare posse in fide. Si ergo non Papa, sed generale concilium habet jurisdictionem super universalem Ecclesiam conjunctim pensatam, ita quod dissoluto concilio, universalis Ecclesia collective considerata proprie obligatur ad statuta et ordinationes generalis concilii, non autem ad aliquem canonem, legem seu constitutionem summi Pontificis; sequitur verius ac ma-

ARTICULUS XIII.

De multiplici acceptione Ecclesiæ, et quomodo intelligendum sit quod Papa dicitur præesse toti ac universali Ecclesiæ.

MULTIPLICEM ejusdem nominis significationem non attendentes, multifarie celeriterque falluntur: quemadmodum

etiam ait Philosophus, quod ignorantibus terminorum acceptionem, de facili paralogizantur. Itaque, ad intelligendum quod sensu viri sancti et summi Pontifices catholicique doctores testati sunt Papam præesse toti et universali Ecclesiæ, oportet advertere quod nomen Ecclesiæ multipliciter sumitur. Primo, pro ecclesia materiali: sicut quum dicimus, quod episcoporum est consecrare ecclesias. Sicque ad Corinthios ait Apostolus: Numquid domos non habetis ad manducandum, aut ecclesiam Dei contemnitis? — Secundo accipitur prout contra Synagogam distinguitur: sicut dum affirmamus, in principio nascentis Ecclesiæ, seu in primitiva Ecclesia, omnia in Jerusalem fidelibus fuisse communia. Sicque fideles novi Testamenti ad Ecclesiam pertinent.

Tertio sumitur pro universis fidelibus qui a principio mundi fuerunt et nunc sunt et usque in finem sæculi sunt venturi: et ita in homilia de parabola evangelicæ vineæ dicit Gregorius, quod Ecclesia ab Abel usque ad ultimum in fine mundi nasciturum electum, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Sicque primo libro contra Donatistas Augustinus dicit: A principio mundi quæ peperit Abel et Enoch et Noe et Abraham, ipsa peperit Moysen et Prophetas, et quæ istos, ipsa etiam peperit Apostolos et martyres et omnes Christianos: omnes enim hi societate unius populi continentur, et ejusdem civitatis sunt cives.

Quarto accipitur pro universitate electorum seu Deum amantium, in quibus omnibus amor Dei unam efficit civitatem sive Ecclesiam, et ista tam comprehensores quam viatores, hoc est tam triumphantem quam militantem Ecclesiam, comprehendit. Sicque in quadam homilia de Pentecoste excellentissimis laudibus laudat Ecclesiam S. Chrysostomus, dicens quod carior sit Deo cælo et terra, angelis, Apostolis et Prophetis, et quod isti fuerunt et missi sunt per Ecclesiam.

Quinto Ecclesia cum quadam restrictio-

ne seu contractione accipitur, pro parte populi christiani ad divinum obsequium quodam speciali signaculo deputati. Unde in libro de Ecclesiastica potestate Cancellarius ait: Ecclesia hic contracte sumitur, dum loquimur de ecclesiastica potestate: pro illis videlicet qui speciali signaculo dedicati sunt ad divinum servitium, a clericatura, quæ infimum tenet gradum, usque ad supremum, quo Papa decoratur. Sic dici solet, quod Ecclesia non utitur gladio materiali; sic quoque de libertate Ecclesiæ agitur sermo.

Sexto Ecclesia sumitur pro universis fidelibus eodem tempore existentibus. Sicque, secundum Thomam in tertia parte, Papa dicitur toti præesse Ecclesiæ, id est cunctis qui suo tempore sunt Christianis. Quod tamen intelligendum est per sui ipsius exclusionem: non enim sui ipsius est caput et pontifex. Itaque, dum Papa dicitur præsidere toti et universali Ecclesiæ, sensus est quod præsit toti illi residuo populo christiano qui est citra ipsum. Unde et in tali locutione universalis seu tota Ecclesia cum aliquanta contractione accipitur, puta pro toto ovili vicarialis summi Pontificis. — Potest et septimo incontracte accipi, pro ovili simul cum summo ejus vicario capite. Sicque totius militantis Ecclesiæ caput principale est Christus, qui etiam particularium Ecclesiarum ac fidelium personarum principale caput censetur.

Interdum quoque sumitur universalis Ecclesia pro toto christiani populi residuo, præter Romanam illam particularem Ecclesiam; sicque in libris contra Donatistas Augustinus interdum sumit universalem Ecclesiam. — Insuper Ecclesia interdum pro particulari Ecclesia sumitur: ut quum dicimus episcopos esse sponso Ecclesiæ, quoniam unusquisque illorum sponsus est Ecclesiæ sibi commissæ, cum qua matrimonium spirituale contraxit.

Rursus Ecclesia quandoque pro ecclesiastico iudice seu prælato accipitur. Unde et illud in Evangelio, Dic Ecclesiæ, Chry-

Cor. xi, 22.

1 Cor. ii, 44;
i, 32.

Supplem.
q. xxvi, a. 1,
3.

Matth.
xviii, 17.

sostomus, Thomas, Durandus, Gorra, pluresque alii, de ecclesiastico iudice interpretantur. Sicque Ecclesia interdum pro summo Pontifice sumitur, qui, secundum Petrum de Alliaco, universalem aliquando Ecclesiam repræsentat; quam, teste Augustino, et Petrus apostolus repræsentavit, quum dictum est ei: Tibi dabo claves regni cælorum. Et ita, quod summi Pontifices statuerunt, Ecclesia dicitur statuisse: ut quum in sermone de Sacramento Urbanus Papa testatur, quod ipsa mater Ecclesia festum omnium Sanctorum statuit celebrandum. Sic quoque videtur mihi posse concedi quod Ecclesia habeat plenitudinem potestatis, videlicet ratione sui summi Pontificis, et per actuaalem atque formalem inclusionem ipsius. Unde et Augustinus disseruit, quod Ecclesia Christi sponsa omnem sui habet Domini potestatem. — Postremo Ecclesia impropriissime pro pravorum collectione accipitur, juxta quod scriptum est: Odivi ecclesiam malignantium.

Matth.
xvi, 19.

Ps. xxv, 5.

Hæc omnia brevitati studens tango magis quam prosequor, varias allegationes omittens.

ARTICULUS XIV.

Contra responsionem quorundam, qua conantur plurimas rationes et auctoritates evadere quibus in præcedentibus opusculis est probatum, quod toti et universali Ecclesiæ præsit dominus Papa.

lib. I, art. II
et s.; lib. II,
art. I et s.

INTRODUCTÆ sunt in prioribus duobus tractatulis, præsertim in primo, plurimæ auctoritates rationesque sanctorum Patrum ac catholicorum doctorum, præcipue Bernardi et Thomæ, in quibus ubertim asseritur multipliciterque probatur, quod toti et universali Ecclesiæ præsit Papa, et quod absolute ac indistincte Christus totas oves suas Petro commiserit. Verum, ut intellexi, hujusmodi argumenta quidam hoc modo nisus est solvere: Totum capitur tripliciter. Primo categoræmatice, et sic tantum valet sicut quod

A habet partes. Alio modo sumitur syncategorematicæ, et sic tantum valet sicut singulæ partes. Tertio modo capitur partim sic et partim sic, et tunc totum valet tantum, id est hoc et nihil ejus quin et hoc; sicque conceditur ista propositio: Totum quod est in mundo, est in oculo tuo, dato quod in eo sit una arena. Unde secundo modo sumendo totum, concedo Christum, secundum Bernardum, Petro commisisse totas oves [non autem primo modo], quia tunc tantum est dicere totas oves, id est omnes simul seu conjunctim acceptas, quæ faciunt unam totam Ecclesiam, quæ habet partiales Ecclesias; et sic dico, totam Ecclesiam simul sumptam, in qua necessario Papa includitur cum omnibus membris officialibus, Christi curæ immediate subjacere, et ipsum esse immediate tantum caput illius, et cum ea unum mysticum constituere corpus, sicque in Christo Ecclesia sicut arca quondam velut in uno cubito consummatur.

Hæc est illius responsio: quam non esse idoneam, sed simplicium deceptivam, primo ex beatissimi verbis Bernardi ostendam. Ait equidem Sanctus ille secundo de Consideratione, quod Christus committens uni (utputa Petro oves suas), unitatem omnibus commendavit in uno grege et in uno pastore. Et addit: Ubi unitas, ibi perfectio. Ex hoc Bernardi testimonio, intelligenti et considerare volenti atque valenti certissime innotescit, quod quum Bernardus affirmat Christum Petro commisisse totas oves, sic accipit totas oves quomodo totæ oves sunt unus grex: alias Christus unitatem non commendasset in uno grege. Sed totæ oves non sunt unus grex nisi sumendo totum categoræmatice, puta eas conjunctim sumendo ac simul: divisim enim acceptæ, sunt plures greges, sicut et plures Ecclesiæ, et diversos habent speciales propriosque pastores. Non ergo illa responsio secundum mentem Bernardi procedit. Denique ex his claret, quod secundum Bernardum, totæ oves sunt unus grex sub pastore uno (scilicet Papa) ordi-

Gen. v, 14.

nate ac perfecte dispositus, quia ubi unitas, ibi perfectio, juxta illud: *Una est columba mea, formosa mea, perfecta mea.* Sed totæ oves non sunt unus grex sub Papa, nec in unitate tam formose dispositus grex, nisi simul acceptæ: ergo simul acceptis præsidet Christi vicarius Papa, et prout totum categorematice sumitur.

Insuper, juxta præhabita, ait Bernardus ad Papam: Tibi una est commissa grandissima navis facta ex omnibus, ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa. Hic per grandissimam navem ex omnibus factam, intelligit (sicut proprio ore exposuit) totam et maximam seu universalem Ecclesiam ex omnibus factam. Quid autem universalem Ecclesiam esse ex omnibus factam, nisi ex omnibus compositam, integratam, constantem? Et hoc rursus quid est, nisi ex omnibus collectam sive conjunctam? Etenim universum seu totum ex omnibus esse factum, non est aliud nisi ipsum ex suis partibus esse compositum, integratum, conjunctum, hoc est simul acceptum seu conjunctim et pariter sumptum. Universalis ergo Ecclesia ex omnibus particularibus Ecclesiis congregata, conjunctim accepta, seu simul vel pariter sumpta, summo Pontifici est commissa: ergo et præest eidem ut verus pastor et unicus Christi vicarius, sicut Bernardus clarissime docet, et ex intentione multipliciter probat; nec est effugere, si quis verba ipsius acute prospiciat et penetrative consideret.

Amplius, ipsa abstracta potissime significant per modum unitatis et formæ: ideo diversa ac plurima nomine abstractivo non proprie exprimentur, nisi in quantum conjunctim accipiuntur atque in quamdam unitatis formam redacta sunt. Quum ergo de diversis fidelibus, imo potius de cunctis hominibus, Bernardus loquatur ad Papam, Tibi universitas est commissa; palam quod omnibus conjunctim præsideat: nempe, secundum Bernardum, etiam infidelibus, Judæis atque gentilibus Papa est debitor.

Postremo ait Bernardus, quia Papæ commissus est mundus, et quod suscepit ipsum sæculum gubernandum, ita quod orbe ex-eundum est ei qui vult invenire quæ non ad Papæ pertineant curam. Quomodo ergo gens quædam in certa residens civitate asserit se ad Papæ tanquam ad sui pastoris curam non pertinere, quasi subjecta [non] sit illi in aliquo, imo potius ille sit ei absolute loquendo subjectus? Et quomodo universalis Ecclesia conjunctim accepta, quæ utique sic accepta demoratur vel potius peregrinatur in terra, ad Papæ non pertinet curam? — Hæc ex verbis Bernardi contra præactam evasionem sint dicta.

Præterea, quod Thomas in Summa contra gentiles et alibi asserendo atque probando quod Papa præsit toti et universali Ecclesiæ, intelligat hoc prout totum categorematice sumitur, et prout universalis Ecclesia conjunctim accipitur, in primo opusculo clare, clarius in secundo, et nunc clarissime est probandum. Nempe quarto libro Summæ contra gentiles, primo sic arguit: Sicut est una Ecclesia, ita oportet esse unum populum christianum. Sicut ergo in uno speciali populo unius Ecclesiæ requiritur unus episcopus qui sit totius illius sui populi caput, ita in toto populo christiano requiritur quod sit unus totius Ecclesiæ caput. In his verbis Thomas insinuat, quod sicut seu eo modo quo tota Ecclesia una est et totus populus christianus dicitur unus, competat Ecclesiæ et populo isti unum habere caput, pontificem et pastorem communem, scilicet Papam. Ecclesia autem tota non est una, nec populus christianus est unus, nisi collective sive conjunctim sumantur universi fideles: ergo et conjunctim omnibus præest Papa. Rursus, episcopi gregibus sibi commissis tam conjunctim quam divisim acceptis præesse noscuntur: ergo et Papa taliter omnibus præsidet Christianis, quum Thoma testante, Papa sic præsit toti populo christiano sicut unus episcopus toti populo sibi commissio.

lib. I, art.
IV, V, XXIV;
lib. II, art.
III, VI, VIII,
XII,
cap. 76.

ib. I, art.

ib. I, art.

Amplius, libro præallegato Thomas in **A** **secundo argumento** inter cetera loquitur : Ad unitatem Ecclesiæ requiritur quod omnes fideles in fide conveniant. Et addit, quod per diversitatem sententiarum divideretur Ecclesia, nisi per unius (puta Pontificis summi) sententiam in fidei unitate conservaretur. Idcirco ad unitatem hanc fidei atque Ecclesiæ conservandam requiritur quod unus (scilicet Papa) toti præsit Ecclesiæ. Ex his ita arguitur : Ad fidei unitatem tota Ecclesia conjunctim omnesque Christiani collective tenentur, et ideo **B** [non] solum divisim. Quum ergo Papa ad hoc præsit Ecclesiæ ut hæc in ea unitas conservetur, oportet ut sic præsit Ecclesiæ quomodo magis congruum, imo et opportunum est eum illi præesse ad hoc quod hanc fidei unitatem, quantum ad suum spectat officium, in ea conservet. Sed ad hoc necesse est ut habeat auctoritatem condendi legem, doctrinam seu constitutionem ad quam universi Christifideles etiam conjunctim atque concorditer teneantur : aliter unitatem hanc conservare **C** non posset, quum ad eam omnes pariter obligentur fideles. Hinc sequitur, quod super universam Christianitatem dominus Papa habeat potestatem, prælationem et jurisdictionem jure divino sibi desuper immediate collatam : sicut non solum Petrus de Alliaco, sed et Alexander de Hales super tertium Sententiarum, et ante eos Hugo de S. Victore libro de Sacramentis, verissime contestantur.

Insuper Thomas probat intentum per hoc quod Ecclesia militans a triumphanti **D** per similitudinem derivatur. Sicut ergo in triumphanti Ecclesia unus præsidet omnibus, non solum divisim, sed et conjunctim, in militanti quoque Ecclesia esse sic decet. Postremo ad ista probanda Thomas **Osee 1, 11.** allegat illud Osee : Congregabuntur filii Juda et filii Israel pariter, et ponent sibi caput unum. Quocirca notandum, quod Propheta dicturus, Ponent sibi unum caput, præmisit quod congregabuntur pariter, ad insinuandum quod ponere et ha-

bere caput unum conveniat eis ut pariter congregatis, id est simul acceptis seu in unum collectis : ergo et sic præsidet eis hujusmodi caput. Allegat et Thomas illud Joannis, Fiet unum ovile et unus pastor : **Joan 1, 16.** insinuans quod tota Ecclesia sit unum ovile sub Papa, et non solum sub Christo. Sed esse unum ovile competit Ecclesiæ ut simul acceptæ.

Possent et alia plurima hujuscemodi argumenta sumi ex Thoma ; sed brevitati studere par est, præsertim quum in secundo opusculo quædam illorum inducta sint. **art. v., n. 11.**

Præterea, quod in præacta responsione habetur, totam Ecclesiam simul sumptam, in qua necessario Papa includitur cum omnibus membris officialibus, Christi curæ immediate subjacere, et ipsum esse immediatum caput illius : istud, inquam, non videtur nisi verbum intricatum, irresolutum, et plurium deceptivum. Constat quippe quod nullus eorum qui tempore isto domino Eugenio favent et hærent, asserendo quod Papa præsit toti et universali Ecclesiæ, adeo exstet insipiens, ut velit asserere quod Papa tanquam caput et pontifex præsit auctoritative sibimetipsi ac ceteris universis, sed ceteris hominibus etiam simul sumptis. Unde quod dicitur omnibus præsidere, per sui ipsius exclusionem debet intelligi : quemadmodum illud quod S. Gregorius atque Isidorus dicunt, Petrum fuisse principem omnium Apostolorum ; et sicut communiter dicitur abbas præesse toti conventui, et decanus toti collegio, ita quod in tali sermone conventus et collegium cum aliquantula restrictione contractioneve sumuntur, sicut ex ipso adjuncto datur intelligi, puta pro toto residuo monachorum seu canonicorum. Sic et universalis ac tota Ecclesia cum aliquantula contractione accipitur, puta cum Papæ exclusionem, quum dicitur Papa universali et toti Ecclesiæ præsidere.

Quumque objicitur, quod in tota Ecclesia simul sumpta Papa necessario includitur ; dico quod Papa non existente,

adhuc est tota et universalis Ecclesia, quamvis non omnifarie quoad suam subsistentiam et quantum ad omnes sui partes officiales perfecta. Ideo non est quomodolibet verum, quod tota Ecclesia simul sumpta necessario includat Papam inclusione actuali atque formali, quum includi hoc modo præsuponat esse, sicut et actus secundus actum primum : quamvis aptitudinaliter, radicaliter seu potentialiter, seu (ut Petrus de Alliaco et Cancellarius scribunt) finaliter papatum aut Papam includat. Et dato quod tota Ecclesia simul sumpta Papam hoc modo includeret, dicendum esset, verum hoc esse de tota Ecclesia incontracte accepta, et secundum perfectam subsistentiam suam atque decorem in ordinibus officialium partium ecclesiasticarumque potestatum. Et sic sumptæ toti Ecclesiæ concedo Papam non præsidere, videlicet sibi ipsi et aliis. Quum vero infertur, nec toti Ecclesiæ simul sumptæ, negatur sequela, quoniam diversificatur acceptio totius Ecclesiæ: Ecclesia namque, imo et tota Ecclesia, nunc contracte, nunc incontracte accipitur.

Denique, hac distinctione et declaratione præmissa, tunc dico quod de isto amplius disputare juxta modum argumenti in illa responsione præacti, videtur quasi in æquivocis laborare, atque inutiliter tempus expendere, præsertim quum in isto non versetur difficultas tempore isto, videlicet an Papa præsit toti Ecclesiæ simul et incontracte acceptæ, ipso in ea actualiter formaliterque incluso, id est sibi ipsi et aliis, sed an præsit toti illi residuo populi christiani quod citra seu præter ipsum est, non solum divisim, sed et conjunctim accepto, ita quod auctoritatem, potestatem et jurisdictionem habeat super illud. Si itaque concedatur quod sic, habetur propositum. Si autem dicatur quod non, tunc præfatum illud argumentum impertinens est, quod ideo Papa non debeat concedi præesse toti Ecclesiæ simul sumptæ, quoniam ipse continetur in ea, ita quod sibi ipsi et aliis non præest. Istud enim nemo

vult dicere, nec in isto vertitur difficultas. Ideo eundem est ad rem, an scilicet Papa præsit toti illi residuo simul accepto : nam et nominibus ad placitum utimur. Hinc et concedo, quod Ecclesia sic sumpta cum Papæ actuali et formali inclusione, immediate subjacet curæ Christi, ad hunc sensum, quod Pontifex præsit toti Ecclesiæ taliter sumptæ.

Præterea, quod Ecclesia universalis seu tota sæpe sumatur cum præfata contractione, etiam ex cujusdam Universitatis scripto liquet, quo dicitur : Ecclesia universalis habet Christum pro capite vero et immediato, summum vero Pontificem pro capite vicario et ministeriali. Quum enim Ecclesia universalis dicitur Christum habere pro capite, sumitur aut certe accipi potest cum Papæ actuali et formali inclusione. Quum vero eadem Ecclesia universalis dicitur summum Pontificem habere pro capite vicariali, sumitur cum Pontificis hujus actuali exclusione, qui sui ipsius et aliorum caput et pontifex non est.

Postremo, quum Bernardus et alii dicunt Christum Petro totas oves commisisse, non hoc verum est sumendo totum syn-categorematicè, nisi intelligatur per sui ipsius Petri seu Papæ actualem exclusionem, quum etsi ipse Petrus fuerit ovis Christi, sicut et quilibet ejus successor, non tamen Christus Petrum sibimetipsi commiserit tanquam pontifici : quamvis aliquo modo Deus unumquemque sibimetipsi committat, ut secundum rationis suæ dictamen se dirigat. Et breviter, nec conjunctim nec divisim Papa præest toti Ecclesiæ seu fidelibus omnibus, nisi per sui ipsius exclusionem.

ARTICULUS XV.

*Contra fundamentum eorum qui dicunt
Papam non præesse universali Eccle-
siæ conjunctim acceptæ.*

MULTI idcirco nunc asserunt Papam non præesse toti et universali Ecclesiæ, quoniam Christus per semetipsum re-

git eam immediate per dona charismatum, **per influentias gratiarum**, per infallibilem directionem Spiritus Sancti, ita quod ipsa Ecclesia errare non potest, sed est in gratia confirmata semperque sancta, non habens maculam neque rugam, sicut de ea dicit ad Ephesios Apostolus : Christus dilexit Ecclesiam, et tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam. Unde et articulus fidei est, credere Ecclesiam sanctam, catholicam. Hæc ergo Ecclesia non videtur gubernatione indigere humana, ita quod Papa ei non præest.

Ephes. v.
25-27.

art. xxv. Sed sicut partim in primo tractatu ostensum est, nuncque diffusius ostendetur, dictum istud prorsus invalidum est, rationi insufficienti innitens. Primo, quia (ut *ibidem.* patuit) Thomas et Nicolaus de Gorra pluresque alii doctores et expositores affirmant verba illa Apostoli convenire Ecclesie pro statu futuro, non in præsentia, ubi si dixerimus quia peccatum non habemus,

I Joann. i.
8.

nos ipsos seducimus. Hi quoque habent evidentissime pro se Augustinum in pluribus locis. In exordio quippe libri contra Donatistas fatetur, ubicumque in libro contra Donatistas commemorari Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, non sic accipiendum quasi jam sit, quia nunc præparatur ut sit quando apparebit etiam gloriosa. Nunc enim propter quasdam ignorantias et infirmitates membrorum suorum habet unde quotidie tota dicat : Dimitte nobis debita

Matth.
vi, 12.

nostra. Insuper in quarto libro contra Donatistas proluxe deducit, quod præter Christum nemo fuerit immunis a culpa, et ideo non tantum universaliter fidelibus omnibus, verum etiam singulis necessarium sit dicere : Dimitte nobis debita nostra. De hoc plura scribit super primam Joannis Canonicam, tractans illud, Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus : ubi affirmat Joannem non dixisse, Si dixerimus quia peccatum

A non habuimus, sed, non habemus : quia sine quotidianis culpis venialibus nec tantus Evangelista fuit. At vero in libro de Præsentia Dei ad Dardanum clarius ait : Hanc orationem, Dimitte nobis debita nostra, universa ait Ecclesia, quam mundat Salvator lavacro aquæ in verbo vitæ, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam neque rugam aut aliquid hujusmodi : tunc utique quum perficietur in re, ubi nunc perficienda ambulat in spe. Nam quomodo est nunc non habens maculam neque rugam aut aliquid ejusmodi, quæ vel in omnibus ad eam pertinentibus hominibus, qui jam ratione utuntur et voluntatis arbitrio, mortalisque carnis sarcinam portant, vel certe (quod et ipsos contentiosos necesse est fateri) in multis suis membris, dicit quotidie, Dimitte nobis debita nostra ?

His concordat quod octavo *Moralium* Gregorius super illud *Job*, Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris, ait : Si istud ex voce Ecclesie universalis accipimus, aliquando hanc procul dubio carnis putredine, aliquando autem gravari sordibus pulveris invenimus : multi quippe sunt in ea qui dum amoris carnis inserviunt, fetore luxurie computrescunt ; et nonnulli sunt qui a voluptate carnis abstinent, sed tamen tota mente in terrenis actibus jacent. Dicat ergo sancta Ecclesia quid de utroque genere hominum tolerat : Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris ; ac si aperte dicat : Plerique mihi per fidem membra sunt, sed tamen sana et munda per actionem non sunt, quia aut turpibus desideriis victi, ad corruptionis putredinem defluunt, aut terrenis actibus dediti, pulvere consperguntur.

Præterea, dato quod tota sancta Ecclesia sic esset confirmata in gratia et sancta ac simplex, quod nullus fidelium posset peccare, propter hoc non repugnaret ei habere in terra prælatum. Primo, quoniam et in cœlesti hierarchia, ubi plena fidelitas est, prælatio est, secundum divini Dionysij

The Cœlest. hier. c. 8.
vii-2.

documenta, imo et jurisdictio, ut Cancellarius scribit. In statu quoque innocentiae talis praelatio jurisdictione fuissent, secundum eundem aliosque communiter. Secundo, quia praelatio non solum instituta est ad retrahendum a malo, imo etiam ad promovendum in bono, ad illuminandum ac perficiendum, et ut increatae sapientiae perfectio in rerum ordinibus repraesentetur ac splendeat.

Tertio, quia si ideo universali Ecclesiae non competeret habere praelatum in terra quia a Christo immediate per gratiarum charismata gubernatur, sequeretur quod devotis in caritate et gratia existentibus non conveniret habere praelatum et rectorem in terra, quia interius immediate per dona gratuita reguntur a Christo. Et de confirmatis in gratia, quales a die Pentecostes fuerunt Apostoli, istud potissime videretur, quod ex tunc Petrus aliorum Apostolorum non fuisset praelatus aut princeps; maxime quoque praestantissima virgo Maria post Christi resurrectionem non fuisset membrum illius primitivae Ecclesiae, aut principi Apostolorum tanquam praelato et Christi vicario quodammodo subdita: cujus oppositum infra patebit.

Quarto, quoniam generale concilium integrari et constare potest ex personis caritate et gratia carentibus: ergo secundum praehabita videretur quod saltem generali concilio Papa praesse possit. Et si dicatur quod non, quatenus concilium habet Spiritum Sanctum praesidentem et infallibiliter dirigentem: hoc verum est quoad definiendum veraciter quid ad fidei veritatem moresque bonos pertineat; in ceteris regulariter ita non est, sed potest peccare ut ceteri. Quinto, quia interior illa gubernatio Christi exteriori directionem non excludit praelati: imo talis quoque exterior directio qua praelati in hac vita dirigunt suos, universali Ecclesiae competit, expedit et opportuna consistit. Ideo concedendum quod Papa praesit eidem, ut multipliciter est probatum.

ARTICULUS XVI.

Quomodo intelligendum sit quod Ecclesia catholica dicitur sancta, et an sit confirmata in gratia; et quomodo dicitur non posse errare, et an non possit errare; quomodo etiam intelligendum sit quod generale concilium dicitur infallibiliter regi a Spiritu Sancto et non posse errare.

QUAMVIS praecedenti articulo dictum sit, esse sine macula atque ruga, convenire Ecclesiae pro statu quem habebit in patria, secundum Augustinum, Thomam, et alios multos; non tamen absolute negandum est quin istud competat etiam aliquo modo Ecclesiae in praesenti, quamvis non tam perfecte sicut in patria: praesertim quum articulus fidei sit, credere Ecclesiam sanctam, catholicam; sanctum autem, ut S. Dionysius ait, maculam vitiumque excludit. Denique Ecclesia congregatio fidelium nuncupatur, quae sic ab aliquibus definitur: Ecclesia est corpus mysticum organicum, fide Christi animatum.

Hanc quidam asserunt sanctam, non ex parte materiae suae, videlicet hominum, sed ex parte formae suae, utputa fidei, quae jugiter manet recta, sana, immaculata quoad se et in se, ita quod ei nullum falsum nullusque error subest subesseve possit. Non autem dicitur Ecclesia sancta, secundum istos, ratione partium materialium, scilicet hominum: quoniam partes illae maculam habent et rugam, per diversa mortalia foedatæ peccata. Unde si Ecclesia diceretur sancta ratione partium materialium, profecto nec Ecclesia praedestinatorum existeret sancta, quum multi praedestinatorum sint in peccatis mortalibus pro tempore sordescentes, et aliqui nondum venerint ad fidem. Alia quoque (ut dicunt) est ratio cur Ecclesia dicitur sancta, videlicet non propter personarum in ea existentium sanctitatem, sed propter sanctitatem sacramentorum quae conferun-

De Divin.
nom. c. xii.

atur in ea, nec inquinari possunt ministrorum malitia, sed semper complacent Deo et prosunt suscipienti, nisi gratiæ obicem ponat. — Sed si istud ad hoc quod universalis Ecclesia sancta sit esset sufficiens, sequeretur quod etiam quæcumque particularis Ecclesia et christiana persona esset sancta quamdiu manet in integra fide saltem informi, et in ecclesiasticorum sacramentorum professione. Sicque ecclesia malignantium esset sancta et immaculata Christo, et homines vitiosi, qui tamen sunt membra diaboli : quod non videtur bene sonare.

Rectius ergo, secundum Hieronymum, Ecclesia dicitur sancta, quoniam semper aliqui boni sunt in ea et virtuosus, quorum etiam meritis, secundum ipsum, mundus subsistit. Hinc Thomas exponens articulum fidei quo dicitur, Ecclesiam sanctam, dicit : Ecclesia quatuor modis seu rationibus dicitur sancta. Primo, ratione lotionis, quia fideles loti sunt Christi sanguine a peccatis, et in Baptismo lotionem hujusmodi sortiuntur. Secundo, ratione unctionis spiritualis, per supernæ gratiæ infusionem, quæ in Baptismo confertur, et per Pœnitentiam reparatur. Ideo ad Corinthios dicit Apostolus : Deus signavit et unxit nos. Tertio, ratione divinæ inhabitationis. Siquidem Deus Trinitas per caritatem et cetera dona gratuita bonorum inhabitat corda, dicente Joanne : Qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo. Christus quoque de tali loquens : Ad eum (inquit) veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Quarto, ratione divinæ invocationis, secundum illud Jeremiæ : Invocatum est nomen tuum super nos. Hanc ergo denominationem, scilicet esse sanctam et immaculatam, sumit Ecclesia ratione partium quarundam suarum, puta eorum qui sunt in caritate et gratia.

Sed tunc objici potest, quod etiam isti frequenter venialiter et interdum mortaliter peccant. Ad quod dicendum, quod nunquam simul omnes mortaliter peccaverunt, quum indesinenter aliqui in caritate persistent, nunc isti, nunc illi. Sed et virtuosus omnes in Ecclesia, quamvis quotidie venialibus quodammodo maculentur, tamen et quotidie, imo omni hora, talia venialia variis modis atque remediis delectent, per caritatis fervorem, per compunctionem internam, per orationes assiduas, per compassionem fraternas, per penitentiæ opera, per multiplicia bona : sicque in maculis illis non manent, imo quotidie splendiores fiunt in anima. Hinc super illud Canticorum, Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te, Occam ex verbis Gregorii scribit : Quamvis macula venialis peccati aliquando per te transeat, scilicet o Ecclesia, seu devota persona, non tamen perseverat in te. Electi etenim teneræ mentis etsi aliquando per infirmitatem delinquant, per compunctionis tamen acerbiteratatem mox quod violatum est abstergunt. Unde Apostolus ad Ephesios dicit, Ecclesiam esse sine macula et ruga : quia licet in membris suis quotidie venialiter maculetur, per contritionis tamen lavacrum assidue emundatur. Hinc aliqui dicunt, quod soli boni, videlicet existentes in caritate, sint essentielles partes Ecclesiæ. Sicque de Ecclesia, scilicet prout in bonis consistit, ait Salvator, quod portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et Gregorius in Moralibus : Sola (inquit) est sancta Ecclesia, per quam sacrificium Dominus libenter accipit ; sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedit ; sola in qua opus bonum fructuose peragitur ; sola quæ inter se positos solida caritatis compage custodit ; quæ dum in se dona septiformis gratiæ Spiritus continens, claritate supernæ virtutis irradiat, quasi ab axe veritatis relucet. Denique, de Ecclesia sic accepta dicunt doctores concorditer, quod etiam mali in persona Ecclesiæ sine mendacio dicere possunt hæc verba, Credo in Deum ; et item, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus : quæ in propria persona mendaciter dicerent.

Ex his innotescit quomodo Ecclesia militans dicitur confirmata in gratia. Non

enim ita hoc dicitur quasi vel omnes personæ fideles, vel aliqua secundum se sumptæ, sic sunt in gratia confirmatæ quod mortaliter peccare nequeant: imo fortassis nulla fidelis persona nunc in Ecclesia existens, est taliter confirmata in gratia. Sed ob causam præactam id dicitur, quoniam ex promissione divina cognoscimus, quod opitulante gratia Dei semper sunt, fuerunt et erunt aliqui in Ecclesia virtuosus; et quantum ad hoc, aliquantulum potest concedi quod Ecclesia non potest peccare, id est tota simul cadere in peccatum mortale, quamvis nullus in ea sit qui non possit peccare. Magis tamen proprie conceditur quod Ecclesia non possit errare in fide, id est tota a fidei veritate deficere. Nam et ab hujusmodi errore multo plures divinitus præservantur, quam ab aliis mortalibus culpis.

Porro omnium horum confirmatio est quod in sermone de Vigilia Nativitatis Christi scribit Bernardus: Ecclesia (inquiens) secum habet consilium et Spiritum Sponsi et Dei sui, cui dilectus inter ubera commoratur, ipsam cordis sui sedem principaliter possidens et conservans. Nimirum ipsa est quæ vulneravit cor ejus, et in ipsam abyssum secretorum Dei oculum contemplationis immersit, ut et illi in suo et sibi in ejus corde perennem faciat mansionem. Quum ergo ipsa in Scripturis divinis verba vel alterat vel transponit, fortior est illa compositio quam positio prima verborum, et fortassis tanto fortior, quantum distat inter figuram et veritatem, inter lucem et umbram, inter dominam et ancillam. Ex his S. Bernardi verbis elicitur quanta quoque Ecclesiæ existet auctoritas in expositione sacræ Scripturæ, et in determinationibus credendorum ac necessariorum ad salutem.

Insuper, generale concilium universalem Ecclesiam repræsentans, quamvis ad præfatam Ecclesiæ prærogativam quæ est esse confirmatum in caritate et gratia, non pertingat, ad hanc tamen prærogativam quæ est non errare in fide et moribus, id

A est in determinando quid ad fidei et morum rectitudinem spectet non deviare, pertingit per consilium, dirigente ipsum Spiritu Sancto propter commune totius Ecclesiæ bonum. Verumtamen tam ipsa Ecclesia quam generale concilium errare potest in facto et in his quæ facti sunt, et hoc potest contingere sine peccato. Hinc Cancellarius libro de Ecclesiastica unitate notabiliter scribit: Constat quod in materiis fidei terminandis error non cadit in generali concilio. Rationem dant doctores, ex speciali adsistentia Spiritus Sancti et Christi dirigentis Ecclesiam, non permittentis eam errare in his ad quæ humana investigatio pervenire non potest: secus in his quæ vel facti sunt, vel humana investigatione terminari possunt. Rursusque ait: In talibus quæ maxime in facto consistunt, quilibet errare sine salutis periculo potest; non solum iste vel ille, sed in talibus Ecclesia fallere dicitur et falli: sicut multo tempore feminam pro Papa tenuit.

C Præterea quæri potest, si præfato modo Ecclesia est in gratia confirmata, quomodo dicitur lapsa et deformata. Imo, secundum Petrum de Alliaco in libro de Reformatione Ecclesiæ, totum corpus Ecclesiæ est universaliter deformatum: sicut et S. Bernardus fatetur, quod propter negligentiam, carnalitatem et cetera vitia prælatorum, Ecclesia facta est deformis, exsanguis et marcida. Sed ex dictis patet solutio. Utrumque enim istorum Ecclesiæ convenit ratione diversorum membrorum suorum, quorum quædam sunt virtuosa et aliqua vitiosa. Nunc vero Ecclesia dicitur universaliter deformata, quia in omni gradu, statu et ordine ejus mali plurimi reperiuntur. Non tamen Ecclesia sic universaliter deformata asseritur, quod omnes in ea existentes sint mali. Hinc super illud Lucæ, Impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur, ait Nicolaus de Gorra: Navis Ecclesiæ nunquam submergitur totaliter, sed pene mergitur per peccatum, quia pro tempore majori. Itemque super

Canl. 1, 12.

Ibid. iv, 9.

Luc. v, 7.

Luc. v, 6. illud Lucæ, Rumpebatur rete eorum, testatur: Ecclesia nunquam universaliter errat aut deficit, etsi quandoque particulariter. Ex his plura Sanctorum dicta quæ prima facie videntur contraria, facilliter concordarentur.

ARTICULUS XVII.

De plenitudine potestatis papalis, et de auctoritate ac præsentia summi Pontificis super totam et universalem Ecclesiam, secundum Ubertinum, et de confirmatione quorundam quæ ait, ex dictis Thomæ ac Bonaventuræ.

QUIDAM devotus doctor Ordinis S. Francisci, contemporaneus domino Bonaventuræ, videlicet frater Ubertinus, quarto volumine suo de Vita Salvatoris seu Arbo-re Crucifixi, de ista materia inter cetera ait: In collatione episcopatus, novum, verum ac spirituale matrimonium contrahitur inter episcopum et suam Ecclesiam, quod, secundum Innocentium, *extra de Renuntiatione**, capitulo *Inter corporalia*, habet fortius vinculum quam carnale, et a solo Deo potest dissolvi. Nec enim nisi a Deo dissolvitur, quando a summo Pontifice, qui habet vicem Dei in terra, mutatur episcopus, vel transfertur: quod omni alteri potestati est impossibile. Propter quod, quum summus Pontifex multo melius unicus et integer sponsus vice Christi totius Ecclesiæ peregrinantis in terra, solennius et immobilius vinculum spiritualis connubii contrahat cum Ecclesia, solo Dei iudicio et nulla humana potestate solvendum, quamdiu idem Pontifex vivit intra corpus Ecclesiæ, a cuius corpore per mortem ejicitur, aut per hæresim condemnatur, etiam si prius canonice introisset; ideo dicunt quidam, quod quantumcumque renuntiet summus Pontifex, non est in terra qui vice Dei fungatur super ipsum, ut renuntiationem possit vel debeat acceptare, vel qui vinculum spiritualis connubii quod contraxit cum universali Ecclesia,

* Translacione Decretal. lib. 1, tit. 7, c. 2.

A possit dissolvere, onusque pastoralis curæ de illius humeris amovere, vel qui possit aut debeat a subjectione sibi debita subjectam Ecclesiam absolvere, seu eam ipso vivente alteri possit desponsare: quod si fecerit, alter qui sic introducitur, est adulter, non sponsus, et Ecclesia quæ sibi subijcitur, non fit legitima sponsa; illaque pars Ecclesiæ quæ a tali adultero separatur, ex hoc, si jam in altero non erret, redditur legitima sponsa Christi, atque ad ipsam tota cœlestis Sponsi influenza et auctoritas derivatur. — Porro istud ultimum hujus doctoris verbum recitative ab ipso inductum est, et in sequenti articulo de veritate ipsius quæretur.

Insuper ait: Summus Pontifex pro suo arbitrio atque interno Spiritus Sancti instinctu, potest instituere et destituere omnem aliam potestatem intra Ecclesiæ corpus contentam, quoniam Papa est universalis Ecclesiæ summus hierarcha, summusque princeps totius ecclesiasticæ hierarchiæ. Et quoniam virtus ordinis hujus C (scilicet episcopatus), et jurisdictio* totius jurisdictionis, ordo sive potestas est in Papa tanquam in summo Christi (qui verus est Deus) vicario, a quo solo accipit eam, quamvis ab hominibus eligatur; idcirco pro tanto dici potest, quoad jurisdictionem ordinem episcopatus in universis sub Papa episcopis posse variationem accipere: quia a summo Pontifice potest episcopo plebs subjecta auferri, atque legitima sui ordinis executio interdici, aut spirituale connubium episcoporum cum D particularibus Ecclesiis illorum dissolvi, quoniam omnis jurisdictio et regimen inferiorum a Papa tenetur, et ipse totius Ecclesiæ legitimus sponsus est, et cui vult potest Ecclesiam suam auferre et alteri conjungere, quia in hoc fungitur vice Christi summi Dei.

Itaque omnes episcopi tenent totam suam jurisdictionem a summo Pontifice, in quo sicut in Christi summi Dei vicario manet totius jurisdictionis et auctoritatis Ecclesiæ plenitudo. Sed contra hanc irre-

fragabilem veritatem insurgunt quidam A apostolicæ Sedi competit universale magisterium super totam Ecclesiam.

Rom. xii, 3.

temerarie sentientes, et ad sobrietatem sapere nescientes, qui dicunt quod omnes Apostoli habuerunt a Christo immediate auctoritatem, quemadmodum apud Mat-

Matth. xviii, 18.

thæum loquitur eis: Quæcumque ligaveritis super terram, etc. Sicque omnes episcopi potestatem immediate tenent a Christo sicut et Papa. Nam ita alii Apostoli sicut et Petrus, auctoritatem ligandi et solvendi a Christo immediate accepisse creduntur. Quibus respondemus, et eos suo proprio argumento ligamus, dicentes B

quod utique verum est, quod omnes Apostoli acceperunt immediate a Christo potestatem, et vivente et conversante hic Jesu Christo summo pontifice, licet præhonoratus fuerit Petrus, in signum donandi sibi principatus successionis a Christo. Tamen jurisdictionem super ceteros, conversante hic Christo, non accepit: quo crucifixo et a mortuis suscitato, successorem suum Christus Petrum instituit, dum pascendorum agnorum oviumque suarum ei super ceteros curam commisit, dicendo C

Joann. xxi, 15-17.

illud Joannis: Simon Joannis, diligis me plus his? Pasce agnos meos, etc. Unde, sicut ipsum ostendit alios Apostolos præcedere in sua dilectione, sic ipsum præ ceteris reputavit dignum suæ auctoritatis, jurisdictionis et potestatis successione, quam in ipsum transfudit plenarie; ac per hoc, sicut omnes Apostoli receperunt auctoritatem immediate a Christo, cui erant subjecti, sic eam tenuerunt, post passionem ac ascensionem ipsius, ab ejus vicario, beatissimo Petro, et ei plenarie D subjacebant. Imo, quod plus est, ut cum reverentia et complacentia sacratissimæ Virginis loquar, ipsa propter plenitudinem potestatis Filii sui transfusam in Petrum, recognoscebat se in quantum erat membrum Ecclesiæ, B. Petro prælatice auctoritate subjectam: licet B. Petrus eam, merito suæ altissimæ sanctitatis ac dignitatis, summe revereretur ut Dei Genitricem et totius Ecclesiæ Matrem. — Postremo, ait hic doctor in eodem volumine, quod

Hucusque Ubertini istius scripta commemoravi: quibus quantum ad hoc quod asserit Papam esse totius universalis Ecclesiæ sponsum, pastorem, rectorem; quod item in ipso sit totius jurisdictionis et auctoritatis ecclesiasticæ plenitudo, ipseque sit universæ ecclesiasticæ hierarchiæ summus hierarcha, concordant aliorum scripta doctorum, præsertim Bonaventuræ, qui super quartum Sententiarum hæc eadem scribit, multaque alia, quæ Ubertinus ex scriptis illius sumpsisse videtur. Ut enim in prioribus allegavi opusculis, secundum Bonaventuram atque Durandum, Papa est totius seu universalis Ecclesiæ unicus universalisque sponsum, summus hierarcha, caput indivisum et plenus Christi vicarius: in quo solo est subjective atque formaliter, secundum Petrum de Alliaco et Cancellarium, vertex, plenitudo et sublimitas ecclesiasticæ potestatis. Quomodo ergo quidam nunc dicunt et scribunt, quod C Papa non est caput, sponsum, pontifex universalis Ecclesiæ?

Præterea, ad præinductorum jam affirmationem tanta in prioribus tractatulis introduxi ex his quæ sanctus Doctor scribit in Summa contra gentiles et contra Græcos, et super secundum et quartum Sententiarum in locisque aliis, ut pene fastidium pariat plura ex ipso adducere. Nihilominus modicum quid adjiciam.

Itaque, in secunda secundæ, quæstione octogesima octava, testatur: Quoniam summus Pontifex gerit plenarie vices Christi in tota Ecclesia, ipse habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus votis dispensabilibus. Quæstione quoque octogesima nona, ait: Quandoque aliquis sub juramento promittit de quo dubium est an sit licitum vel illicitum, proficuum vel nocivum, aut simpliciter aut in aliquo casu: et in hoc potest quilibet episcopus dispensare. Quandoque vero sub juramento promittitur aliquid quod est manifeste licitum et utile: et in tali juramento non

lib. I, art. VII; lib. II, art. IX.

lib. I, art. IV, V, XXIV; lib. II, art. VI, VIII, XII.

art. 12 ad 3^{um}.

art. 9 ad 3^{um}.

videtur locum habere dispensatio vel commutatio, nisi aliquid melius occurrat faciendum ad communem utilitatem, quod maxime pertinere videtur ad Papam, qui habet curam universalis Ecclesiæ; vel etiam absoluta relaxatio, quod item ad Papam pertinet in omnibus generaliter quæ ad dispensationem ecclesiasticarum pertinent rerum, super quas habet plenitudinem potestatis, sicut et ad unumquemque pertinet irritare juramentum quod a suis subditis sancitum est circa ea quæ ejus potestati subduntur: sicut pater potest irritare juramentum puellæ filiæ suæ, et vir uxoris suæ, ut dicitur in libro Numerorum, sicut et de voto dictum est.

Num. xxx,
4 et seq.

Et in Summa contra errores Græcorum ait: Similis error est dicentium Christi vicarium, Romanum Pontificem, non habere universalis Ecclesiæ primatum, errori dicentium Spiritum Sanctum a Filio non procedere. Ipse enim Christus Dei Filius suam Ecclesiam consecravit, et sibi consignat Spiritu Sancto quasi suo characterem et sigillo. Et similiter Christi vicarius suo primatu ac providentia universam Ecclesiam tanquam fidelis minister Christi subjectam conservat. Ostendendum est ergo auctoritatibus Græcorum, Christi vicarium in totam Ecclesiam potestatis plenitudinem et universalem prælationem obtinere. Legitur enim in Chalcedonensi concilio, quod tota synodus acclamavit Leoni Papæ: Leo sanctissimus, apostolicus et universalis patriarcha per multos annos vivat. Hæc Thomas ibidem: ubi et consequenter auctoritates Græcorum inducit.

Insuper, quod Ubertinus affirmat, Apostolos post Christi ascensionem suam tenuisse auctoritatem a Petro et sub eo, eique plenarie subjacuisse, scilicet ut prælato, consonat his quæ in primis libellis de hoc ex Thoma super quartum, et nunc ex Petro de Alliaco inducta sunt. Quibus et Cancellarius libro de Ecclesiasticis statibus, concordans disseruit: Status prælationis episcopalis quoad sui collationem

lib. I, art.
xviii, xix;
lib. II, art.
xiii, xiv.
art. iv.

A primariam, fuit immediate a Christo datus Apostolis, sicut statûs papalis Petro. Status quoque prælationis episcopalis habuit in Apostolis successoribusque eorum usum et exercitium suæ potestatis sub Petro et successoribus ejus, tanquam sub habente vel habentibus plenitudinem fontalem episcopalis auctoritatis. Unde quoad talia minores prælati, puta curati, subsunt episcopis, a quibus usus suæ potestatis aliquando limitatur sive arcetur; sicque a Papa posse fieri circa prælatos majores ex certis et rationabilibus causis, non est ambigendum.

Præterea, Ubertinus libro memorato addit et alia quædam utilia, dicens: Quædam sunt propria sacramentis quibusdam. Nam quædam eorum imprimunt characterem, id est quoddam spirituale signaculum Christo consignativum*, et a ceteris distinctivum: sicut Baptismus, Confirmatio et Ordo. Hisque tribus sacramentis commune est quod ponunt hominem in statu notabili, a ceteris non recipientibus separato. C Baptismus enim ponit hominem in statu filiationis divinæ; Confirmatio, in statu virilis militiæ et pugnæ contra adversarios Dei; Ordo, in statu dignitatis eximiæ. Et quia ab his statibus nullus debet ex-cidere, atque impossibile est impressum deleri characterem; ideo nunquam reiterantur hæc sacramenta super eandem personam.

* consi-
gnavit

Sextum sacramentum est Ordinis. Septem autem sunt ordines: et episcopatus ab aliquibus dicitur ordo, quia Dionysius ponit eum ordinem principalem; ab aliquibus autem dicitur eminentia ordinis; ab aliquibus, dignitas ordini superaddita sacerdotis. Ab aliquibus etiam dicitur, quod in consecratione episcopi non imprimitur novus character, sed ampliatur in eo character sacerdotalis, et magis in archiepiscopo, amplius in primato et patriarcha, supermaxime in summo Pontifice. Sed quidquid sit de hoc, in consecratione episcopi non canonica, secundum omnes, datur nova potestas presbytero in

De Eccl.
hier. c. i. t.
vi.

episcopum consecrato : quæ quidem potestas est ita indelebilis quoad ea quæ consequuntur ordinem episcopalem (sive vocetur dignitas sive aliter, quoniam non est mihi cura de nomine, sed de re), ita, inquam, indelebilis est, sicut potestas quæ in aliis ordinibus traditur ordinate. Ideo asserunt omnes initerabilem esse episcopalem consecrationem, sicut alii ordines inferiores initerabiles exstant. Unde, sicut impossibile est potestatem auferre sacerdoti quin si conficiat, sit vere corpus Christi quod conficit; sic impossibile est auferre episcopo potestatem ordinandi quin si ordinet in forma Ecclesiæ, ordinatum sit, et verus sit ordo collatus.

Porro quidam distinguunt, et bene, dicentes quod ordo potest importare potestatem traditam ordinate vel respectu veri corporis Christi, vel mystici. Primo modo episcopatus non est ordo, quoniam quilibet sacerdos tam plene potest quidquid possibile est circa consecrationem corporis Christi sicut episcopus vel Papa. Sicque super ordinem sacerdotii non est altior ordo; nec quoad hoc novus character imprimitur aut ampliatur in episcopo, sed respectu mystici corporis, quia non solum potest consecrare, sed et potestatem consecrandi alteri dare. In archiepiscopo quoque pro tanto ampliatur, quia non solum potest aliis potestatem consecrandi conferre, imo etiam potest episcopos confirmare. In summo autem Pontifice pro tanto dici potest summe ampliari character, quia (ut dictum est) potest instituere et destituere omnem aliam ecclesiasticam potestatem. Secundo modo accipiendo ordinem, scilicet per respectum ad potestatem super corpus Christi mysticum traditam, dicunt quod nova indelebilisque potestas datur episcopo consecrato seu ordinate, qua potest omnes inferiores ordines dare cuilibet Christiano, licet peccent dans et recipiens modo indebito; sicque dicunt quod episcopatus est ordo, et a B. Dionysio dicitur ordo. — Hucusque Ubertinus.

Cujus verbis concordat Cancellarius, li-

A bro de Ecclesiastica potestate dicens: Episcopatus est potestas hierarchica supra sacerdotium; sed quia nil addit potestatis supra corpus Christi verum, propterea dicunt theologi, quod proprie non sit novus ordo, sed bene nova potestas.

Unde et Bonaventura super quartum Sententiarum, distinctione vicesima quarta, fatetur quod nec episcopatus neque papatus dicit ultra sacerdotium nisi plenitudinem aliquam vel dignitatem in ordine, et ordinem nullum addit.

B Denique Thomas super quartum, distinctione vicesima quinta, scribit: Aliqua potestas spiritualis datur episcopo in sua promotione respectu aliquorum sacramentorum; non tamen illa potestas habet rationem characteris. Et sequenti ibidem distinctione affirmat: Omnis potestas quæ datur cum aliqua consecratione, nullo casu contingente potest tolli, sicut nec ipsa consecratio annullari. Unde, quum episcopalis potestas cum aliqua consecratione detur, oportet quod perpetuo maneat, quantumcumque aliquis peccet vel ab Ecclesia præcidatur. Nam si episcopus in hæresim lapsus reconcilietur, non iterum consecratur. Hinc episcopi, quamvis hæretici, præcisi et degradati, possunt ordinem conferre, ita quod potestatem retinent et consecrant ac ordinant, quamvis graviter peccent hæc agendo.

ARTICULUS XVIII.

D *An summus Pontifex possit libere papatui renuntiare ac cedere.*

TACTUM est præcedenti articulo de spiritali matrimonio quod est inter episcopos et particulares Ecclesias, et inter summum Pontificem ac universalem Ecclesiam, quod vinculum ejus sit fortius vinculo matrimonii carnalis, quodque vinculum istud inter Papam et Ecclesiam solo Dei judicio sit solvendum, nisi Papa per mortem vel hæresim ab Ecclesia præcida-

tur ; item quod Papa, secundum quosdam, A
renunciare non possit. Sed in Constantien-
si concilio est aliter determinatum : imo,
si modo quis ita assereret, multa seque-
rentur absurda.

Itaque advertendum, quia (ut in libro de
Auferibilitate Papæ ab Ecclesia Cancellari-
us refert), post renuntiationem Cœlestini
Papæ, aliquando in Ecclesia dubitatio fuit
an hoc licet : primo, propter votum quo
se Papa obligat ad Ecclesiam ; secundo,
propter spirituales desponsationem et ma-
trimonium inter Papam et Ecclesiam ; ter-
tio, quoniam Papa jure divino in hoc
constitutus est gradu, scilicet in papatu.
Occasione cujus dubitationis facta est de-
cretalis determinans hoc licere. Et rationes
istæ solvuntur : quia votum non obligat,
dum vergit in detrimentum salutis vel in
exitum deteriolem. Rursus, in spirituali
matrimonio non est sacramentum, ex quo
consurgit indissolubilitas nexus matrimo-
nialis. Papa quoque non est sponsus Eccle-
siæ principalis, sed vicariæ ; et quamvis
ejus officium sit divinum, et sola divina C
auctoritate primitus institutum, tamen per
humanam designationem seu electionem
nunc instituitur Papa. Hinc denuo Cancellari-
us ait : Dicamus probabiliter, quod
sicut humana electio dat jus et titulum
ad dignitatem papalem, sic per huma-
nam destitutionem perdit illam electus et
habens.

Denique, ut scribit Petrus de Alliaco,
Clemens Papa, qui Cœlestinum canoniza-
vit, cessionem illius laudavit. In libro de-
nuo de Numero schismatum Cancellarius D
scribit, quod Leo Papa IX, dubitans an
sua electio esset bona, renunciavit papatui,
et tandem cardinales videntes ipsius boni-
tatem, reelexerunt eum. Idemque contigit
Honorio II natione Bononiensi. Insuper, in
Legenda sacratissimarum undecim mil-
lium virginum, præsertim in Revelatione
S. Elisabeth, legitur quemadmodum S. Cy-
riacus Papa, Domino revelante et admo-
nente, papatum reliquit reclamantibus car-
dinalibus.

ARTICULUS XIX.

*De eminentia et præsentia summi Pon-
tificis, et an possit judicari ab homine,
secundum Hugonem de S. Victore et
Alexandrum de Hales.*

MAGNUS ille theologus ac solidissimus
doctor Alexander de Hales super ter-
tium Sententiarum, quæstione qua quæri-
tur an domino Papæ solvendæ sint decimæ ^{quest. 51.}
decimarum, inter cetera scribit, quod et
alibi sæpe affirmat, puta quod summus
Pontifex noster toti Christianitati præest
et providet. Insuper, omnia bona Ecclesiæ
sua sunt, et accipit inde quantum vult :
unde non oportet sibi fieri hanc taxationem,
ut scilicet solum recipiat decimam
decimarum ; si vero sit necessitas Eccle-
siæ, et petat decimas decimarum, videtur
quibusdam quod ei solvendæ sint. Præter-
ea, quæstione tricesima quarta sciscitatur
utrum habentes spirituales potestatem
possint occidere. Inter plurima dicit : Ec-
clesia ordinat sæculares potestatem, ut
Papa Imperatorem, traditque ei auctori-
tatem ad suum officium. Verum est enim
quod Imperator recipit suam auctoritatem
a Papa ad puniendum maleficos ; execu-
tionem autem suæ potestatis sumit a lege.
Unde a Deo per Papam recipit auctori-
tatem [ut sit minister legis et justitiæ divi-
næ, sed ab ipsa lege auctoritatem] usus
ministerii justitiæ. Hinc Augustinus in
Quæstionibus Levitici asserit : Quum homo
juste occidit, lex occidit, non in homine
D judex. Hinc Hugo de S. Victore libro de
Sacramentis testatur : Spirituales potestas
terrenam instituere habet ut sit, et judi-
care, si bona non fuerit. Potestas etenim
sæcularis spirituali potestati subjicitur, ut
Imperator summo Pontifici ; et quantum
vita spiritualis dignior est quam terrena.
et spiritus quam corpus, tantum spiritualis
potestas sæculares honore ac dignitate
præcedit : nam et sæcularia ad spiritualia
ordinantur.

Præterea Alexander super tertium, quæ-

stione quadragesima, inquit an suprema A potestas spiritualis, quæ est summi Pontificis, possit habere aliquam humanam potestatem quæ ipsam dijudicet. Ad hujus quæstionis utramque partem hic doctor varios auctores adducit : quos quia in primo induxi opusculo, nunc omitto. Deinde responsione concludit : Itaque summus Pontifex non habet ab alio quam a Deo judicari, ipseque Pontifex judex est ordinarius singulorum, et nullus est qui judicet eum nisi Deus. Ad quod probandum Alexander allegat Hugonem libro de Sacramentis, secunda parte, dicentem : Potestas summi Pontificis a Deo primum est instituta, et quum deviat, a solo Deo judicari potest, sicut ad Corinthios scribitur : Spiritualis homo omnia judicat, et ipse a nemine judicatur. — Porro ad argumenta quibus probatur summum Pontificem posse ab homine judicari, eo quod Petrus apostolus a Paulo sit reprehensus, et quidam summi Pontifices exposuerunt se iudicio hominum, doctor iste respondet, quod illa dicuntur facta ad humilitatis exemplum, non ex juris necessitate. Ideo Glossa fatetur, quod Petrus pietate humilitatis accepit quod a Paulo utiliter libertate caritatis fiebat, atque ita exemplum posteris tribuit, ut non dedignentur majores, ubi forte tramitem recti reliquerint, a posterioribus corrigi.

Ista ex præfato scribimus doctore, non quia nunc sic prorsus tenendum est, præsertim propter generalis concilii Constantiensis ad oppositum determinationem, cujus auctoritas major est quam cujuscumque doctoris catholici : sed ut pateat cum quam ineffabili reverentia, pietate et longanimitate occurrendum sit summo Pontifici tanquam ipsimet Christo, et ne qui sint nimis proclives ad practicandum de ejus depositione; itemque cum quanto conatu captanda sit benevolentia ejus in celebratione concilii, et quid in ipso emendandum occurrat. Quod ut clarius innotescat, quædam adjicio quæ primis in opusculis (ut arbitrari) non sunt di-

cta, quæ super tertium Alexander inducit.

Siquidem quæstione qua quærit an inferior possit judicare superiorem, sic arguit : Super illud in Psalmo, Tibi soli peccavi, loquitur Glossa : Rex omnibus superior est, ideo a solo Deo est judicandus, nec habet hominem qui facta ejus dijudicet, nec est ab homine puniendus ; si quis autem de populo peccaverit, Deo peccaverit et regi. — Insuper, super illud ad Timotheum, Seniore[m] ne increpaveris, ait Glossa : Seniore[m] ætate vel dignitate. — Rursus, super illud primi Regum, Præscidit David oram chlamydis Saul, scribit Gregorius : Facta præpositi a subditis gladio oris ferienda non sunt, quantumcumque reprehensibilia videantur.

Ad hanc quæstionem ita respondet : Judicare accipitur proprie, et item improprie. Proprie enim accipitur prout procedit ex auctoritate superiori in examinandis factis, et arguendis ac puniendis ; sique judicare superiorum est respectu inferiorum, et non econtra. Alio modo judicare accipitur communiter, extenso vocabulo ad arguere et corripere atque monere : et arguere, proprie est superiorum respectu inferiorum ; corripere, est respectu parium ; monere, est inferiorum respectu superiorum. Itaque judicare ex caritate, extenso vocabulo in monendo, bonorum est subditorum respectu prælatorum maiorum. Similiter increpatione quæ est ex caritate, inferior potest increpare seniore[m]. — Quamvis autem rex vel Imperator in suo ordine non habet superiorem, spirituali tamen potestati subjicitur. — Porro ad id quod de chlamydis præcisione adductum est, respondendum quod per chlamydem regis, potestas regni intelligitur seu regia, quam præscindit qui prælatum suum sententia damnationis ferit : quod nulli subditorum licet. Propter quod ait Gregorius, Facta præpositi a subditis gladio oris ferienda non sunt : ubi per gladium oris intelligitur sententia damnationis.

Præterea, quod Paulus reprehendit Pe-

Ps. l., 6.

1Tim. v., 1.

1Reg. xxiv,

5.

Galat. ii,
11 et seq.

art. xxxii.

1Cor. ii., 15.

Galat. ii,
11.

trum, ideo fuit quoniam Pétus gentes A
 conversas fecit judaizare, et suo exemplo
 ab Evangelii veritate discedere. Pari au-
 tem modo reprehendendus est qui in se a
 fide exorbitat, et qui alios verbo aut ex-
 emplo deviat. Hoc ergo exemplo non pro-
 bantur prælati a subditis non arguendi, si
 a fide exorbitaverint aut alios fecerint ex-
 orbitare. — Si autem objiciatur, quod Ju-
 dæi conversi Petrum arguebant, quia ad
 Cornelium introisset; dicendum, secun-
 dum Gregorium, quod Petrus potestatem
 regendi acceperat, et tamen Apostolorum B
 primus querimoniam contra se factam, non
 ex potestate officii, qua potuit dici, Oves
 pastorem suum non reprehendant, sed au-
 ctoritate divinæ virtutis, qua gentiles acce-
 perant Spiritum Sanctum, respondit.

Ex his constat quanta reverentia etiam
 malo debeatur prælato. Unde, secundum
 Alexandrum, per asinam quæ Balaam re-
 prehendit, boni intelliguntur subditi; per
 Balaam, mali prælati. Non tamen per hoc
 probantur prælati a subditis arguendi;
 sed subditis datur forma humiliter reni-
 tendi prælatis, si eos forte ad malum co-
 gere velint.

Præterea, quæstione quadragesima se-
 cunda super tertium Sententiarum, ubi
 quærit hic doctor, an subditi possint accu-
 sare prælatos, sic arguit quod non: B. Fa-
 bianus Papa, causa 2, quæstione 7, dicit:
 Qualis damnatio immineat his qui in pa-
 tres peccant, divina Scriptura ostendit. Si
 enim Cham, quia non operuit pudenda
 patris, maledictus est, multo ampliori dam-
 natione sunt digni qui patribus legatione D
 Dei fungentibus contumeliam inferunt. Si
 dicatur quod istud intelligatur de falsa im-
 positione: contra, canon B. Anacleti Papæ,
 qui eadem quæstione disseruit: Sententia
 Cham filii Noe damnantur qui præposito-
 rum vel doctorum suorum culpam pro-
 dunt. Sed et B. Zephyrinus in eadem sic

ait: Majorum quispiam minorum accusa-
 tionibus non impetatur. Denuo S. Anacle-
 tus arguit exemplo Domini, quod summi
 sacerdotes, id est episcopi, a Deo sunt ju-

dicandi, a fidelibus autem portandi, ipso
 Domino dante exemplum, qui per se
 ipsum vendentes et ementes ejecit de tem-
 plo. Iterum ait Anacletus: Nullus (ut reor)
 invenitur inter nos, qui velit servum suum
 ab aliquo quam a se judicari; et si præ-
 sumptum fuerit, multa indignatione ira-
 scitur. Amplius, B. Telesphorus Papa,
 causa 6, quæstione 1, testatur: Dei ordina-
 tionem accusant, qui eos qui ab ipso
 constituuntur sacerdotes accusant. Canon
 quoque B. Pii ait ibidem: Oves pastorem
 suum non reprehendant; plebs suum epi-
 scopum non accuset, nec vulgus arguat
 eum: quia non est discipulus super magi-
 strum. — David quoque percussit cor su-
 um, eo quod præscidisset oram chlamydis
 Saul. — Ex quibus videtur, quod subditi
 suos non possint accusare prælatos, etiam
 si boni sint subditi, et prælati sint mali.

In oppositum vero arguitur: quoniam,
 teste Gregorio, sicut laudabile et discre-
 tum est reverentiam et honorem exhibere
 prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris
 est, si qua in eis indigent correctione,
 nulla dissimulatione postponere, ne totum
 (quod absit) corpus morbus invadat, si
 languor non fuerit curatus in capite. Rur-
 sus ait Gregorius: Verba illa Apostoli,
 Seniores ne increpaveris, servanda sunt,
 quando culpa senioris ad interitum non
 trahit corda minorum; ubi autem senior
 suo exemplo ad interitum trahit, ibi dis-
 creta increpatione est feriendus. Insuper,
 Gelasius Papa, causa 2, quæstione 7, qui-
 busdam subditis scribit: Si quid in Eccle-
 sia damni pontificem vestrum videritis
 admittere, mox auribus nostris revelate,
 ut quid fieri debeat censeamus. Gregorius
 quoque in eodem approbat, quod quidam
 episcopus inter alia mala corporali crimi-
 ne lapsus, a suis clericis accusatus atque
 convictus, sede depositus est.

Ad hæc Alexander respondet, dicendo
 secundum quosdam, quod sunt subditi cri-
 minosi, et isti prohibentur accusare præ-
 latos; et quod sunt subditi boni, qui inde
 non prohibentur. Unde dicit Augustinus:

Act. xi, 2
 et seq.

Decret. p.
 ii, caus. 2,
 q. 7, c. 40.

Num. xxii,
 21 et seq.

Decret. p.
 ii, caus. 2,
 q. 7, c. 9.
 Gen. ix, 22,
 25.

Decret. p.
 ii, caus. 2, q.
 7, c. 12.

Ibid. c. 11.

Ibid. c. 15.

Matt. 23.
 11, 12, 16
 Marc. 8, 11-16

Decret. p.
 ii, caus. 6,
 q. 1, c. 6.

Ibid. c. 9.

Matt. 23.
 24.
 I Reg. xvii.

Decret. p.
 ii, caus. 2,
 q. 7, c. 21.
 I Tim. v, 1

Decret. p.
 ii, caus. 2,
 q. 7, c. 16.

Ibid. c. 14.

Præsument prælati non debere se reprehendi vel accusari, pro eo quod canones passim non constituunt eos accusandos; quod tamen negatur solis criminosis, quum de reprehendendo Veritas ipsa constituat: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Sed potest opponi, quoniam canones determinant casum in quo pastores sint a subditis accusandi: ergo in nullo alio poterunt accusari. Casus autem est quum a fide exorbitant. Unde B. Eusebius Papa, causa 2, quæstione 7: Oves, quæ pastori suo commissæ sunt, nequeunt eum reprehendere, nec eum possunt ullatenus accusare, nisi exorbitaverit a fide. Dicendum, quod est accusatio facta ex affectu caritatis fraternæ, et est accusatio ex malignitatis affectu; rursus, est accusatio facta a criminosis, et est accusatio facta a bonis. Dicendum ergo, quod ex affectu caritatis a bonis licita est accusatio prælatorum. — Ad id ergo quod de David objicitur, respondendum quod in hoc datur forma non accusandi prælatum de crimine quod ab uno solo scitur: quod designatur per hoc quod David in abscondito oram chlamylis præscidit. — Ad ultimum quod contra distinctionem Augustini et determinationem Eusebii objicitur, respondendum quod canon Eusebii de criminosis atque infamibus intelligitur, quoniam tales oves pastorem suum accusare non possunt, nisi a fide exorbitaverit: tanta est enim illius criminis labes, quod ad ejus accusationem servus contra dominum, et quilibet criminosis etiam contra quemlibet admittitur.

ARTICULUS XX.

De plenitudine potestatis et præsentia summi Pontificis super universalem Ecclesiam, ex dictis reverendi patris domini Jacobi de Voragine, archiepiscopi Januensis.

DOCTOR iste clarissimus, qui ad communem utilitatem Ecclesiæ multa conscripsit, in quodam sermone, et item in

A Legenda de Cathedra S. Petri, sic ait: Triplex est cathedra. Prima regalis, de qua secundo Regum habetur: Sedens in cathedra, scilicet David. Secunda est sacerdotalis, de qua primo Regum: Heli sacerdote sedente super sellam. Tertia magistralis, de qua apud Matthæum legitur: Super cathedram Moysis sederunt Scribæ et Pharisei. Beatus ergo Petrus sedit in cathedra regali, quoniam princeps fuit omnium regum, tanquam totius mundi prælatus et præsul. Hinc Roma et etiam ratione apostolicæ Sedis quæ ibi est, caput et domina mundi vocatur. Seditque in cathedra magistrali, quoniam doctor fuit omnium Christianorum. Hinc Honorius Papa III ait: Juxta Prophetæ verbum, constituti sumus super gentes et regna, grandissimum honoris fastigium assecuti. Hinc verum scribit præfatus doctor: Petrus præ ceteris Apostolis dignior fuit auctoritate, quoniam princeps fuit illorum, officiumque prælationis super universam Ecclesiam habuit. Et sicut Petrus fuit princeps et prælatus totius Ecclesiæ, quæ diffusa est in tribus partibus mundi, scilicet Africa, Asia et Europa, ita Ecclesia ter in anno celebrat festum de ipso.

Præterea, præter hanc triplicem cathedram potest et quarta assignari, videlicet cathedra judicialis, de qua sanctus Job loquitur: In platea cathedram parabant mihi. In qua etiam sedit Petrus, quia (secundum doctorem prædictum) ad ipsum spectabat judicium omnium causarum seu omne judicium, utputa civile, ecclesiasticum, et medium.

Postremo, in sermone de gloriosissimo archiapostolo Petro disseruit: Christus dixit ad Petrum, Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Cujus Ecclesiæ caput est Petrus; et sicut a Christo dicitur Christianus, ita a petra, per quam intelligitur Christus, dictus est Petrus, id est firmus. Unde Dominus dicendo ad eum, Tu es Petrus, ostendit Petrum esse fundatum super petram præfatam præ aliis Apostolis in pluribus prærogativis. Primo,

Joann. viii, 23.

Decret. p. i. caus. 2. l. 7, c. 13.

1 Reg. xxiv, 5.

11 Reg. xxiii, 8.

1 Reg. i, 9.

Matth. xxiii, 2.

Jer. i, 10.

Job xxix, 7.

Matth. xvi, 18.

in fidei firmitate, in qua tantum fuit solidatus, quod alios. Apostolos confirmat in fide, Christo sibi dicente : Confirma fratres tuos. Secundo, in officii sublimitate : quoniam Christus fecit eum pastorem ovium suarum, singulariter dicens ad eum, Pasce oves meas ; deditque ei jurisdictionem plenariam, dans ei plenam potestatem et super cœlum, quum dixit, Tibi dabo claves regni cœlorum ; et super mundum, dicendo, Quodcumque ligaveris super terram, etc. ; et super infernum, quum ait, *Ibid.* 18. Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

Porro, quod in præcedenti articulo dixit Alexander de Hales, omnia bona Ecclesiæ esse Papæ, et quod capiat inde quantum vult ; et quod nunc dictum est, Petrum sedisse in cathedra regali, tanquam principem omnium regum in terra : infra clarius exprimetur quomodo sint intelligenda.

ARTICULUS XXI.

De potestate et prælatione domini Papæ super universam Ecclesiam militantem, ex dictis sanctorum patrum et excellentissimorum doctorum Hieronymi, Ambrosii, Gregorii et Isidori : quorum dictis concordant verba Origenis, et beatissimorum patriarcharum Cyrilli Alexandrini et Cyrilli Jerosolymitani atque Chrysostomi.

Marc. xiv, 15. **S**UPER illud Marci, Demonstrabit vobis Scœnaculum grande, [ait Hieronymus] : Ecclesia magna est, in qua narratur nomen Domini, strata varietate virtutum et linguarum, in qua paratur Domino pascha ; dominus hujus domus Petrus apostolus est, cui Dominus domum suam tradidit, ut sit una fides sub uno pastore.

Ex his aureis gloriosi Hieronymi verbis multa eliciuntur et concluduntur. Primo, quod per illud cœnaculum grande in quo Christus cœnam ultimam fecit, « magna » seu universalis « Ecclesia » designatur, in qua evangelica doctrina per totum sæcu-

lum prædicatur, juxta illud Psalmi : Confitebor tibi in Ecclesia magna. Quæ « strata » est « varietate virtutum et linguarum », id est diversis ornata virtutibus et populis multis Christo credentibus, prout Daniel ait : Omnes populi, tribus et linguæ serviënt ei. « In qua Domino pascha paratur », quoniam Christus agnus paschalis in ipsa quotidie Deo Patri offertur. « Hujus » denique « domus », puta magnæ seu universalis Ecclesiæ, « dominus est Petrus apostolus », id est quicumque ejus successor legitimus, qui toti militanti Ecclesiæ præsidet : « cui Dominus domum (id est Ecclesiam) suam tradidit », id est, regendam commisit, dicendo, Pasce oves meas, « ut sit una fides » cunctorum fidelium « sub uno pastore », qui est plenus, summus ac generalis Christi vicarius, scilicet Papa. Constat ergo quod magnæ et universalis Ecclesiæ præsideat Papa, secundum Hieronymum ; et quod Pontifex summus ab Hieronymo dominus Ecclesiæ appelletur ; quod item ipsius Papæ sit unitatem fidei in tota Ecclesia conservare : propter quod oportet eum sic præesse Ecclesiæ, ut possit hoc adimplere, videlicet ut possit toti Ecclesiæ legem condere, ad quam omnes tam conjunctim quam divisim teneantur, quoniam taliter ad unam fidem omnes sunt obligati.

Præterea, S. Ambrosius tractans illud Christi ad Petrum, Pasce oves meas, affirmat : Petrus a Christo omnibus antefertur, hoc est, universis præficatur ; ipsumque Petrum reliquit Christus suæ caritatis vicarium, ut scilicet post Christum ea dilectione præesset ac provideret Ecclesiæ qua Christus hoc fecit. Alia quoque de hoc scribit Ambrosius, quæ quia præhabita reor, omitto.

At vero S. Gregorius vicesimo sexto Moralium super illud Job, Deus potentes non abjicit, quum et ipse sit potens, ait : Discretionem plenius noscimus, si potestatis ecclesiasticæ exempla cernamus. Petrus namque auctore Deo Ecclesiæ tenens primatum, a Cornelio immoderanter honorari

Ps. lxxxv. 12.

Dan. 7. 14.

Joann. xxi. 17.

Ibidem.

Job lxxv. 3.

Act. 1. 25.

recusavit : et tamen se summum intra Ecclesiam demonstravit, dum Ananias et Saphiræ culpam redarguit, quanta potentia super ceteros excrevisset ostendens, jusque potestatis suæ aperiens. Ecce his verbis testatur Gregorius Petrum primatum Ecclesiæ tenuisse. Nec dubium quin de universali loquatur Ecclesia, de qua quasi per omnes libros Moralium loquitur. Verum quidam faciunt vim de hoc, quod ait Petrum fuisse summum intra Ecclesiam, non supra eam. Quod quam nullius sit ponderis, constat ex eo quod Gregorius in Moralibus et alibi sæpe vocat Petrum summum ac primum pastorem Ecclesiæ. Talis autem pastor est super gregem sibi commissum, sicut in Evangelio loquitur Christus : Quis, putas, est fidelis servus et prudens quem constituit Dominus super familiam suam ? Atque in Psalmo : Constitues eos principes super omnem terram. Papa ergo et supra Ecclesiam est, quoniam toti Christianitatis residuo quod citra ipsum est, præsidet ; et intra Ecclesiam, quum sit caput principaleque membrum Ecclesiæ : unus utique de Ecclesia, sumendo Ecclesiam incontracte, pro ovili et pastore.

Adhuc autem, Isidorus libro de Viris illustribus loquitur : Simon Petrus in Christo Ecclesiæ firmamentum est, Cephæ (id est Petrus) sic vocatus. Corporis Christi, scilicet mystici, quod est universalis Ecclesia, principatus et caput est, qui (juxta Matthæum) primus eligitur ; nec immerito, quoniam Apostolorum est princeps, et primus confessor Filii Dei, pastor humani gregis, petra Ecclesiæ, clavicularius regni.

Præinductis concordat quod super Jeremiam loquitur Origenes : Qui toti Ecclesiæ præest et totius Ecclesiæ apicem tenet, pro omni Ecclesia redditurus est rationem. Insuper, super illud Geneseos, Non deficiet princeps de Juda, testatur : Non deficiet princeps Ecclesiæ usque in finem mundi. Et circa eadem verba tangit, quod sicut in populo Israel fuit unus totius il-

lius populi princeps, sic in populo christiano unus est qui præsidet cunctis, scilicet Papa. Refert quoque in Epistolari suo Hieronymus, quod Origenes misit epistolam Romano Pontifici sui temporis, in qua pœnitentiam egit quod absurda quædam scripsisset. Quo patet quod Origenes recognovit Romanum Pontificem esse omnium prælatorum hierarcham, ad quem præcipue pertinet fidei errores corrigere.

Denique, sicut in Summa contra errores Græcorum Thomas allegat, Cyrillus Jerosolymitanus patriarcha in persona Christi ait ad Petrum : Tu cum fine, et ego sine fine cum omnibus quos loco tui ponam, sacramento et auctoritate plene et perfecte ero. Et hoc est quod Cyrillus Alexandrinus archiepiscopus (ut sæpius allegatum est) contestatur, quod Christus soli Petro suam auctoritatem plenarie contulit, quod item Apostoli Petrum ubique loco Christi habuerunt. De cujus S. Cyrilli testimoniis satis præhabitu est. Quibus nunc addo, quod in libro Thesaurorum affirmat : Sicut Christus accepit ducatum et sceptrum Ecclesiæ gentium ex Israel egrediens super omnem Principatum et Potestatem, et super omne quodcumque est, ut ei genua cuncta curventur, plenissimam potestatem ; sic Petro et successoribus ejus plenissime commisit, videlicet ducatum et potestatem.

Chrysostomus quoque in persona Christi loquens ad Petrum : Ter te, inquam, interrogo an me diligis, quoniam ter me trepidus timidusque negasti ; nunc autem reductus, ne credant te fratres gratiam et potestatem clavium amisisse, quoniam amas me, coram ipsis tibi jam confirmo quod meum est plenum.

Et iterum præfatus beatissimus Cyrillus ait : Pedes Christi, humanitas est seu homo ipse cui tota Trinitas plenissimam dedit potestatem : quam humanitatem una trium Personarum assumpsit in unitate personæ et transvexit ad Patrem et super omnem Principatum et Potestatem, ut adorent eam omnes angeli Dei ; quod totum dimisit per

et. v., 3, 4.

Matth. iv, 45.

Ps. xlii, 17.

Joann. i, 2.

Matth. iv, 18, 19.

Gen. xlix, 10.

lib. I, art. xxviii, xxx ; lib. II, art. i ; lib. III, art. xii.

Ephe. i, 20, 21 ; Philipp. ii, 9, 10.

Joann. xxi, 15-17.

Hebr. i, 6.

sacramentum et potestatem Petro et Ecclesia^A eius.

Postremo, Chrysostomus super Actus Apostolorum ait: Petrus est vertex sanctissimus veri et apostolici chori. Et super Matthæum disseruit: Filius Patris et suam potestatem Petro universaliter dedit ubique terrarum, hominique mortali omnium quæ in cælo sunt dedit auctoritatem, dando ei claves ad hoc ut Ecclesiam ubique terrarum amplificet. Rursus super Actus Apostolorum fatetur: Petrus a Filio super omnia quæ Filii sunt potestatem accepit, non sicut Moyses in una gente, sed in universo orbe.

ARTICULUS XXII.

De præsentia Papæ super totam et universalem Ecclesiam, ex dictis catholicis diversorum doctorum.

QUAMVIS nunc introducenda, magna ex parte sint in prioribus tractatulis sententialiter introducta, tamen, ut adversarii veritatis veridicorum multitudine testium obruantur, quædam de omnibus et pauca de multis commemorabo.

Et primo occurrit quod quidam devotissimus doctor, scilicet Hieronymus de Praga, in tractatu suo contra Hussitas destabilissimos hæreticos scribit, dicendo: B. Petrus est petra Ecclesiæ, quoniam primus in nationibus posuit fidei fundamenta, ut tanquam saxum immobile totius Ecclesiæ compagem molemque contineat. Ita habetur in Canone, distinctione 50, capitulo *Fidelior*. Unde S. Marcellus Papa

Decret. p. 1, dist. 50, c. 54.

Matth. xvi, 18.

Decret. p. II, caus. 24, q. 1, c. 15.

sic ait: Rogamus vos, fratres, ut non aliud doceatis quam quod a B. Petro et reliquis eius successoribus accepistis. Ipse enim est caput Ecclesiæ: cui Dominus dixit, Tu es Petrus: quod interpretatur Cephas, id est caput. Et habetur in Decreto, causa 24, quæstione 1, capitulo *Rogamus vos, fratres*. Ex quibus verbis contra articulum Bohemorum concludo: Justum est ut tota Ecclesia catholica seu universalis ab uno regatur capite et principe sacerdotum,

scilicet Papa; ipsa quoque Romana Ecclesia sit regina, mater et domina omnium salvandorum. Hanc conclusionem catholicam probat doctor eloquentissimus Cassiodorus, Epistolarum suarum libro septimo, in hæc verba: Omnia sine capite sunt confusa, et dum unusquisque secundum voluntatem cogitat vivere, regulam agnoscitur amittere disciplinæ. Ergo utile est semper unum præesse, cui reliqui debeant obedire: quia si aliorum voluntas vaga relinquatur, amica culparum confusio generatur. Hæc Cassiodorus. Sanctus quoque Hieronymus idem confirmat in epistola ad Rusticum monachum, et habetur in Decreto, causa 7, quæstione 1, capitulo *In apibus*, ubi sic ait: Apes unum habent principem, et grues unam sequuntur ordine litterario: Imperator unus, et iudex provincie unus; Roma etiam condita duos reges simul habere non potuit, et fratricidio dedicatur; unus gubernator in navi, et unus paterfamilias in domo: ergo et unus summus Pontifex in Ecclesia Christi. Et ratio est, quoniam ex regali institutione nullus populus, nulla universitas aliter durat, quum sine rectore regi non possit. Denique Aristoteles, quamvis paganus, idem sentit, dicendo: Pluralitas principantium mala; unus ergo princeps. Hucusque ex præallegato doctore.

Cui concordat Alexander de Hales, super tertium Sententiarum affirmans: Omnis ordo qui quantum ad gradum principatus in irrationalibus commendatur, est ordo secundum instinctum naturæ et secundum rationis dictamen; sed in apibus commendatur unitas principatus, atque in gruibus unitas ducatus: ergo de instinctu naturæ et dictamine rationis est unitas ducatus ac principatus. Ideo in eodem gradu esse non possunt duo duces ad principem non subalternati, videlicet duo summi Pontifices aut duo Imperatores. Unde in lege institutus fuit unus summus sacerdos, et unus rex. Sicque tota christiani populi multitudo uno summo rectore, qui dicitur Papa, est gubernanda.

Decret. p. II, caus. 7, q. 1, c. 41.

aliter litterato

quest. 44

Præterea, Clemens Papa in canonizatione S. Petri confessoris, olim Cœlestini Papæ V, sic ait : Dispensatione provida sanctus vir Petrus ad summum pontificatus apicem est provectus ; at vero beatus hic vir miræ simplicitatis et in spectantibus ad regimen universalis Ecclesiæ inexpertus, honori papatus cessit, ne ob prædicta ex suo regimine quomodocumque periculum universali Ecclesiæ promoveretur. Ex his patet, quod Papæ sit universalem Ecclesiam regere, et quod sit pastor, rector et caput ipsius.

Amplius, Petrus de Alliaco, qui præfati Petri confessoris vitam tam eleganter quam devote conscripsit, in prologo illius Legendæ testatur : Venerabilium fratrum precibus inclinatus, timens et trepidus scribere præsumo. Quis, de quo? Sane Petrus de Petro, episcopus de episcopo ; sed parvus de maximo, infimus de summo, imo de totius christianæ Ecclesiæ olim sanctissimo præsule Cœlestino. Postea de hujus confessoris incarceratione loquens, fatetur : Bonifacius ille tanquam alter Herodes Petrum servabat in carcere : qui Petrus nuper custos erat et pastor totius christiani ovilis. Cui verbo concordat quod in sermone de Ascensione Leo Papa disse-
rui : In his diebus Petro apostolo domini ovilis cura committitur.

Proinde, Apparatus Joannis cardinalis super decretalem Bonifacii VIII quæ incipit, *Antiquorum habet fida relatio*, scribit : Ad hoc quod indulgentiæ valeant, quatuor principaliter requiruntur, et quintum in proposito ratione materiæ potest addi. Requiritur enim auctoritas in conferente, idoneitas in recipiente, pietas in fide, utilitas in opere, et quintum quod addi potest, congruitas in tempore. Primo requiritur auctoritas in conferente : quæ principaliter residet in summo Pontifice. Sicut enim in corpore naturali unicum est caput, in quo positi sunt omnes sensus ; sic in corpore mystico, quod est tota et universalis Ecclesia, est unum caput, quod summus est Pontifex, habens plenitudinem

potestatis. Hoc enim sic esse voluit ordinatio divina : voluit namque ut Ecclesia militans repræsentaret triumphantem, tanquam exemplata et formata instar Ecclesiæ triumphantis, in qua omnibus præsidet unus.

Huic concordans quidam doctor, effatur : Petrus apostolus summi pontificatus totius Ecclesiæ regimen a Christo sibi collatum suscepit, et princeps, magister ac pastor Ecclesiæ factus est. Hinc quidam præcipui expositores symboli Apostolorum, circa illud, Credo in Deum, conscribunt : Deus, ut nomen sonat, gubernator est. Dispositio autem rerum humanarum melius fit per unum quam per multos, quoniam multitudo præsentium sæpe in subditis dissensionem inducit. Hinc corpori hominis, ut bene regatur, anima una infunditur ; partesque corporis, ut bene in suis actibus regulentur, per unum caput seu cor regulantur. Familia quoque melius regitur per unum quam per duos ; similiter navis et civitas, regnum et mundus. Similiter in ecclesiastico regimine cernimus, quoniam toti Ecclesiæ unus Pontifex summus præponitur. Ideo dicit Thomas : Dispositio illa rerum humanarum est optima in qua toti multitudini præficitur unus.

Præterea, quidam expositores, doctores et sermocinatores mystice interpretantes illud Geneseos, Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet, exponunt ista de beatissimo Petro, dicentes : Per domum istam designatur Ecclesia, quæ est domus magna, quia ab oriente usque in occidentem, ab aquilone in meridiem dilatatur ; cujus imperium est regimen totius seu universalis Ecclesiæ ; cui prælatus est Petrus tanquam rector ipsius, quando a Christo consecratus et spirituali unctione unctus est in summum Pontificem. Hujus domus est duplex potestas, videlicet ecclesiastica et sæcularis ; et utriusque potestatis apicem tenet Pontifex summus : cujus imperium debet revereri, timeri ac diligere, cunctusque populus christianus ei obedire

lct. xii, 1-5.

Extrav.
ib. v, tit. 9.
c. 1.

Gen. xli, 40.

tenetur. Christus enim curam Ecclesiæ generaliter Petro commisit, et cathedram potestatis ei super alios Apostolos dedit. Hinc, sicut in Legenda S. Alexii scribitur, Arcadius et Honorius imperatores de adstante summo Pontifice asserebant : Hic curam gerit universalem regiminis pastoralis. Unde et Ubertinus super illud Joannis, Intuens Jesus Petrum, in persona Christi ait ad illum : Totius mundi prælatus eris, et totum mundum post me in fide firmabis. Hinc Sixtus ad senatum populumque Romanum disseruit : Fratres, convenit gaudere in Domino, quod superna clementia urbem hanc caput et fundamentum christianæ religionis effecit, et in ea primatum totius Ecclesiæ collocavit.

Joann. 1,
42.

Denique, in Practica magistri Laurentii docetur talis forma scribendi summo Pontifici : Sanctissimo in Christo Patri, Domino N. divina providentia sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summo Pontifici, Romanorum imperator et semper augustus : Vestræ apostolicæ Sedi, quam orbi Dominus præposuit universo, supplicamus cum reverentia subjectiva.

Postremo, summi Pontifices in quibusdam litteris suis communiter vocant se catholicæ Ecclesiæ episcopos. In collecta quoque de S. Urbano cantatur : Deus, qui Urbanum universali Ecclesiæ præfecisti, et per eum eandem Ecclesiam reformasti. In Legenda quoque Bonifacii episcopi sociorumque ejus, S. Gregorius appellatur præsul universalis : per quod evacuatur argumentum volentium persuadere quod Papa non præsit universali Ecclesiæ nisi divisim, eo quod Gregorius noluerit universalis Papa vocari. Sed de hoc in fine primi opusculi dictum est plenius.

ARTICULUS XXIII.

De prælatione et auctoritate Petri super alios Apostolos.

lib. I, art.
xviii, xix ;
lib. II, art.
xiii, xiv ;
lib. III, art.
iv, xvii.

QUAMVIS de hac re introducta sunt plurima, tamen quia adhuc aliqui dicere audent quod omnes Apostoli pares

A fuerunt in auctoritate, potestate et jurisdictione, et capita Ecclesiæ æque principalia, ita quod ceteris Apostolis Petrus non præfuit (contra quem errorem in secundo libello specialiter disputatum recorder) ; nunc ad veritatis declarationem aliqua reor addenda.

Ad quod Petrus de Alliaco allegat Augustinum dicentem : Solus Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Siquidem libro contra Donatistas secundo loquitur Augustinus : In Petro apostolo primatus Apostolorum tam excellenti gratia præminet. Sed et quarto libro contra eosdem testatur : Petrus tanti apostolatus meruit principatum. Septimo quoque libro adversus illos fatetur : Petrus in primatu Apostolorum martyrii est gloria coronatus. — Insuper, in Legenda Barlaam et Josaphat, quam Damascenus conscripsit, Petrus vocatur princeps Apostolorum ; similiter in Legenda S. Eucharii, primi Trevirensis episcopi.

Hinc super tertium Sententiarum Alexander de Hales affirmat : Id quod ait Hieronymus, quod Paulus Petrum non reprehendisset, nisi se non imparem cognovisset, intelligendum non est de paritate quæ est in officio ecclesiasticæ dignitatis, quoniam quantum ad dignitatem prælationis, Petrus inter Apostolos non habuit parem. Hinc, teste Chrysostomo, Petrus fuit sanctissimus vertex veri et apostolici chori.

Unde in Historia de assumptione beatissimæ Virginis scribitur Joannem dixisse ad Petrum : Dominus nobis te prætulit, et suarum ovium pastorem ac principem ordinavit. Sed forsitan quis dicet Historiam illam esse apocrypham. Fateor cum Hieronymo, quod quantum ad aliqua exstet apocrypha, sed non tota, præsertim quum S. Cosmas, Damascenus et alii viri clarissimi plura inde fide digna conscripserint.

In epistola quoque Melitonis, Sardensis episcopi, discipuli S. Joannis, quem Hieronymus inter viros illustres connumerat,

quest. 44.
Galat. v.
11.

asserens illum multa scripsisse opuscula, sic habetur : Petrus admonuit Paulum ut ipse præoraret. Qui respondit : Tuum est illud officium inchoare, maxime quum sis columna luminis, electus a Domino, et præcedas nos omnes in apostolatu. Quo dicto, omnes qui aderant vehementer gavisii leguntur. In eadem quoque epistola Joannes ait ad Petrum : Meruisti nos omnes merito fidei in apostolatu præcedere.

Sed et S. Dionysius quarto capitulo de Divinis nominibus scribit : Aderat autem et Petrus summa et provecissima theologorum summitas. — Præterea, vir magnæ illuminationis Joannes Ruysbroeck, in libro suo de Tabernaculo Moysis tractans illud Christi ad Petrum, Diligis me plus his? ait : Tunc factus est princeps et primas super ceteros Apostolos et super totum mundum.

Sed objici potest, quod non solum Petrus singulariter, imo Petrus et Paulus pluraliter aliquando principes Apostolorum vocantur; ex quo tamen non sequitur quod Paulus aliis Apostolis sit prælatus : ergo nec Petrus. — Rursus, in Passionali Sanctorum habetur quod Petrus aliquando legitur minor Paulo. — Sed et Paulus testatur, quod Petrus, Jacobus et Joannes videbantur columnæ esse : ergo tres illi fuerunt æquales.

Et respondendum, quod Petrus et Paulus non æque neque ob easdem rationes dicuntur principes Apostolorum : imo nusquam legitur quod Paulus fuit princeps Apostolorum. Sed Petrus et Paulus simul vocantur principes Apostolorum, quia principales inter eos quantum ad multa fuerunt, quamvis uterque non fuerit æque principalis. Propter quod Paulus dixit ad Petrum : Tuum est præcipere, meum orare. — Secunda objectio in Passionali sic solvitur : Interdum Paulus legitur minor Petro, quandoque æqualis, aliquando major : quoniam major fuit in actu prædicationis, æqualis in puritate conversationis, minor in dignitate atque officio prælationis. — Ad tertium respondetur, quod licet tres

A Apostoli præ ceteris dicantur columnæ, quia quantum ad aliqua eminentes, non tamen fuerunt inter se prorsus æquales, sed (ut decentissimus exigit ordo) unus eorum, scilicet Petrus, ceteris præfuit universis. Propter quod Græcus expositor super illud Lucæ, Facta est contentio inter eos, testatur : Christo per passionem Apostolis ablato, debuit unus eorum ceteris loco Christi præesse. Præterea, Ubertinus libro tertio de Vita Salvatoris, probans quod post Christi ascensionem et Spiritus Sancti missionem, pro se ipsis nihil haberent Apostoli in communi, sic ait : Quando aliqua regula aliquid habet in communi, licet non possint subditi dici illud habere ut singulares personæ, tamen prælati non possunt recte negare se illud habere in quantum sunt personæ communes. Petrus autem Apostolorum omnium princeps aperte disseruit : Argentum et aurum non est mihi. Quo patet quod ipse ceterorum Apostolorum et totius illius primitivæ Ecclesiæ Jerosolymitanæ, imo et Jacobi tunc ibidem episcopi, prælatus fuit et princeps. Ad hoc probandum, possunt pene innumerabilia allegari. Nam et Petrus de Tarantasia super quartum Sententiarum testatur, quod Christus plus commisit et dedit Petro quam Joanni, quia totius Ecclesiæ curam Petro commisit. Sed iterum ista sufficiant, præsertim quum supra rationibus et auctoritatibus copiosissime sint probata.

ARTICULUS XXIV.

Quod omnis princeps, prælatus ac legislator per prius comparetur ad totum populum sibi subditum et commissum conjunctim, quam ad eum divisim, vel ad aliquam ejus partem.

QUUM innumerabiles sint auctoritates in quibus dominus Papa asseritur toti ac universali Ecclesiæ præsidere, quidam id ipsum negantes, ut auctoritatibus satisfacere videantur, evasionem hanc invenerunt, quod præsit universali et toti Eccle-

siæ divisim, non conjunctim acceptæ. Quod A quam divisim consideratos ac sumptos. Matth. n
 quam nullius sit ponderis elucescet, si poterit demonstrari quod omnis qui pluribus præest, per prius seu immediatius magisque proprie comparetur ad illos ut conjunctim consideratos aut simul sumptos, quam ad eosdem divisim. Hoc igitur nunc, quantum Dominus dederit, est probandum.

Decret.
 p. 1, dist. 4,
 c. 2.

Ad quod primo occurrit quod ait Isidorus, sententialiterque in Decreto habetur, quod lex data et scripta est pro omni communi utilitate, pro nullius bono privato. Et istud S. Thomas in prima secundæ, B
 art. 4. quæstione nonagesima, pulchre declarat, dicendo : Lex est ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo qui curam gerit reipublicæ promulgata. Lex quippe est regula atque mensura actuum, per quam aliquis ad agendum vel non agendum inducitur. Quum ergo ad rationem pertineat regulare ac mensurare actus humanos, palam quod lex sit aliquid rationis, potissimum practicæ : in cujus intentione primum est finis sive felicitas, quæ movet ad operandum tanquam desideratum et ultimate intentum, propter quod omnia fiunt. Idecirco hunc finem et media ordinemque pertingendi ad eum lex respicit. Nam et particularis homo et privata ejus felicitas comparantur, referuntur et ordinantur ad totam communitatem communemque felicitatem, ut pars ad totum et imperfectum ad perfectum. Lex itaque spectat et respicit ad bonum commune. Plures autem seu diversæ personæ non constituunt communitatem, nec unam rempublicam faciunt, nisi in quantum conjunctim sumuntur seu D
 ordinantur : divisim enim acceptæ, sunt res singulares, privatæ et distinctæ. Quæcumque ergo lex pluribus datur, per prius respicit eos conjunctim quam divisim. Quilibet ergo prælatus, princeps seu legislator vel præsidens, eo ipso quo potest omnibus sibi subditis et commissis constituere legem, id est jussionem seu ordinationem, per prius comparatur [ad omnes] et auctoritatem præsentiamque sortitur super omnes sibi subiectos simul acceptos,

Hinc super illud Matthæi, Ambulans Jesus juxta mare, dicunt expositores, quos ibidem sequitur Nicolaus de Lyra : Lex non imponitur nisi multitudini. Ideo legislationem præcedit populi adunatio. Unde in veteri Testamento, antequam Deus contulit filiis Israel legem, per Moysen primo illos ab aliis separavit atque in unum collegit, ut patet in Exodo. In exordio quoque evangelicæ legis, antequam Unigenitus Dei hanc legem proponeret, plurimos congregavit, quibus collectis legem novam proposuit. Itaque ad legem pertinet ut imponatur populo adunato, seu perfectius adunando. Porro, quantum ad hoc, idem exstat judicium de lege et de rege seu præside, prælato aut principe : quia ad hoc in officio præsentiam collocatur, ut legem a suis faciat subditis observari. Ergo et ipse præficitur plebi sibi commissæ ut adunatæ, hoc est simul acceptæ et perfectius adunandæ : sicque per prius et immediatius comparatur ad totum gregem C
 suum conjunctim, quam divisim seu ad aliquam illius partem. Quo patet quod auctoritatem et præsentiam habet super omnes illos collectim.

Præterea, secundum Augustinum, judicandum est de re secundum id ad quod finaliter ordinatur ac tendit : quod etiam Philosophus docet. Finis namque potissima est causarum, et de mediis judicandum est secundum exigentiam et expedientiam finis : nam et bonitas mediorum a fine attenditur. Sed ad hoc ordinatur et tendit D
 omnis prælatio in hac vita, ut subditi ejusdem præsentis ad invicem et inter se pacifice vivant, in aliquibus observantiis, ritibus, consuetudinibus seu legibus communicando et concordando, sicque aliquo modo uniformiter conversando. Propter quod monet Apostolus : Id ipsum dicatis 1 Cor. 1. 10
 omnes, et non sint in vobis schismata ; itemque : Quum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis ? Hinc, secundum Augustinum, civitas aliud non est quam concursus civium multitudo. Talis ergo Ibid. in 3

debet esse auctoritas atque praelatio præsidentis, qualem requirit hic finis. Sed finis iste requirit quod præsidentis habeat auctoritatem et praelationem super omnes sibi subjectos, non solum divisim, sed etiam, imo et potissime conjunctim acceptos. Aliter enim non valet eos ad hunc finem perducere seu convenienter dirigere, atque in fine hujusmodi conservare, et impedimenta fini adversantia tollere, nisi possit omnibus et singulis sumptis seu pensatis conjunctim præcipere, constitutionem prohibitionemque facere seu legem præfigere, quum aliter finis iste nequeat obtineri et conservari perfecte, nisi omnes etiam simul media fini proportionata et apta observent impedimenta vitent.

Insuper, ad hoc tendunt lex atque praelatio, ut qui eidem subduntur, sint unum per animorum concordiam, unusque populus per legis et regentis communionem. Eo igitur modo competit præsidenti illis præesse, quo possit eos ad talem unitatem concordiamque efficacius compendiosiusque perducere : quod potissimum est per hoc quod potest eis præcipere aliqua quæ ab universis et singulis generaliter observentur, quantum id rationabiliter fieri potest. Sicque oportet ut super omnes etiam conjunctim auctoritatem habeat et jurisdictionem. Iterum, qui eidem subduntur, unus sunt grex unaque plebs, et quasi unum corpus per reductionem et comparisonem ad suum præsidentem, qui est caput ipsorum. Idecirco competit eis potissime collective illi subesse, et illi eis conjunctim præesse.

ARTICULUS XXV.

De specialibus rationibus propter quas concedi oportet, quod summus Pontifex per prius comparetur ad universalem Ecclesiam conjunctim consideratam quam divisim.

cap. 115-
117. **L**IBRO tertio Summæ contra gentiles sanctus Doctor pulchre demonstrat : primo, quod divinæ legis finis sit homi-

nem ad Deum ordinare; deinde, quod finis legis divinæ ac evangelicæ sit dilectio Dei, per quam homo Deo adhæret atque unitur; tertio, quod finis legis divinæ sit etiam homines ad mutuam dilectionem inducere, quoniam aliter ad finem beatificum nequeunt pervenire. Quum ergo nemine dubitante Papa sit Christi vicarius super universos Christifideles, ad hoc ut quantum Deo præstante potest, omnem inducat populum christianum ad evangelicæ legis observantiam, præsertim ad Dei ac proximi dilectionem, oportet quod taliter fidelibus præsit, qualiter præsendo potest istud efficacius, promptius atque facilius adimplere, ut præcedentis rationes ostendunt articuli. Sed istud compendiosius potest implere condendo leges et constitutiones ad quas tota Christianitas conjunctim teneatur, quam solum divisim. Nempe, per hoc quod omnes conjunctim tenentur, et ad quæ tenentur adimplent, magis proficiunt in mutua caritate, magis se mutuo juvant ad proficiendum, magis pacifice invicem vivunt, Deum magis honorant, copiosius citiusque ad felicitatem perveniunt.

Præterea, eo modo magisque proprie et per prius Papa præsidet omni ac toti populo christiano, quo modo magis directe ac proprie competit ei habere leges seu ordinationes et constitutiones easdem quas Papa potest ei præfigere. Sed easdem habere constitutiones et leges magis directe ac proprie convenit toti populo christiano conjunctim considerato ac sumpto : primo, quoniam dictum est quod lex proponitur communitati et populo adunato; secundo, quoniam diversi populi per hoc quod in eadem lege communicant, unus quodammodo populus fiunt. Unde, quo in pluribus legibus observantibusque communicant et concordant, eo plus fiunt et sunt populus unus. Ideo circa illud Machabæorum, Scripsit Antiochus ut omnes essent populus unus, dicunt expositores hoc fieri in eodem ritu et cultu communicando. Ergo toti Christianitati conjunctim præsidet

art. præced.

1 Mach. 1, 43.

Papa : præsertim quum ad hoc tendat ejus A dis magis competit ei habere unum in prælatio, ut omnes fideles sint unum seu terra pastorem atque pontificem. Sed hoc populus unus per concordem præcepto- est in quantum tota Ecclesia simul sum- rum divinatorum et ecclesiasticorum obser- pta, est una hierarchia, unus grex, unum vationem, quantum congrue fieri potest. ovile, unus populus, unum corpus, una Idcirco oportet ut habeat auctoritatem civitas, una domus, una sponsa, unum re- inducendi omnes simul ad talia obser- gnum, unus exercitus unaque navis : quæ vanda, præcipiendo, cohibendo et corri- omnia potissime conveniunt toti Ecclesie in quantum conjunctim accipitur. Ergo sic gendo.

Amplius, sicut lex evangelica multo me- lius observari potest ubique et semper ab universis et singulis conjunctim et divi- B sium, quam aliqua lex humana et positiva ; Innocentius ait : Unius Ecclesie debet esse sic nulli principi sæculari, imo nec spiri- unus rector, et econtra unius rectoris de- tuali prælato, tam proprie competit præ- bet esse una Ecclesia, ne Ecclesia videatur esse cunctis sibi subjectis conjunctim ac esse scortum : sicut videmus quod unus est maritus unius uxoris, et econtra (cau- divisim, ut summo Pontifici : quia præ- sa 21, quæstione 2).

omnibus illis condere potest leges et con- stitutiones ac canones evangelicæ legi propinquo- res et indeterminatiores, et per consequens ab universis simul magis observabiles. — Quamvis autem in Papa sit auctoritas præceptiva quantum ad omnes, quantum est ex parte excellentiæ auctori- tatis, aliqui tamen fidelium ex diversis C causis ab observantia quarumdam ordina- tionum et jussionum papalium rationabili- ter excusantur; nec decet summum Pon- tificem sua statuta nimis rigorose et inviolabiliter velle ubique ab universis impleri. Hinc libro de Auferibilitate Papæ ab Ecclesia Cancellarius loquitur : Nec summus Pontifex, nec aliquis aliorum de- bet conari ut canones positivi vel aliæ tra- ditiones humanæ immutabiliter observen- tur ubique per totam Ecclesiam et per omnes nationes. Oppositum satagere, dedit D forsitan Græcis occasionem recedendi a La- tinis ; dat quoque quotidie materiam mul- tarum litium et gravium scandalorum, dum æquali tenore quæritur observari lex humanam (sive sit illa canonica vel civilis) quemadmodum custodire legem divinam sine ulla variatione necesse est. Inde venit illa Christi conquestio : Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.

Matth. xv,
6.

Postremo, his modis magis præsidet Pa- pa toti et universali Ecclesie, quibus mo-

ARTICULUS XXVI.

Rationes ducentes ad quædam inconve- nientia et absurda et periculosa, si Papa dicatur non habere auctoritatem et præ- sidentiam et jurisdictionem super to- tam Ecclesiam simul acceptam et super generale concilium.

SOBRIE et modeste loquendum est in arduissima ista materia, et quæ nunc scribam in isto articulo, inquirendo, admirando et avisando, magis quam affirmando, judicando aut reprobando, scripturus sum.

Primum igitur quæro, an generale concilium teneatur sub præcepto ad quadra- gesimale jejunium, ad jejunia quatuor temporum, ad observandum Adventum, ad celebrandum festum paschale in die dominico, ad abstinendum a carnibus saltem in die Parasceves, ad celebrandum diem dominicum, et ad quædam similia quæ a summis Pontificibus instituta serva- rique jussa leguntur, sicut ex Chronicis et Gestis pontificalibus innotescit. Si dicatur quod sic, consequens erit quod Papa auctoritatem præceptivam et præsentiam pastoralem habeat super generale concilium.

lium : aliter illud non teneretur sub præcepto ad aliquid a quocumque summo Pontifice constitutum. Non enim major fuit potestas jurisdictionis in Petro quam in quocumque ipsius successore. Et si generale concilium teneatur temporibus istis ad ea quæ Petrus et quidam ipsius successores instituerunt universaliter observari, simili ratione parique potestate ac jure summus Pontifex tempore isto habet potestatem, prælationem ac jurisdictionem super generale concilium, quantum ad suam pertinet cathedram, puta in his quæ ipsi concilio exstant accommodata et saluti proficua evidentèrque bona, ita quod talia potest concilio generali præcipere. Porro, si dicatur quod ad nullum prædictorum teneatur concilium, hoc prima facie satis mirabiliter terribiliterque sonaret, nec personæ conciliares peccarent prædicta non observando. Si vero dicatur quod concilium non tenetur ad ista, quoniam statuta summorum Pontificum potest revocare, si viderit expedire : ergo saltem tenentur ad ista quamdiu non occurrit rationabilis causa ea revocandi et non observandi. Imo talis posset occurrere causa, quod etiam quæcumque privata persona non teneretur ad ista.

Præterea, secundum scripta istorum pro congregatione Basileensi scribentium, sicut Papa nullam habet auctoritatem, præsidendam et jurisdictionem super universalem Ecclesiam conjunctim consideratam, ita nec super generale concilium : quo concesso, mox concludetur quod generale concilium ad nullum prædictorum sit obligatum ; similiter nec tota Christianorum communitas conjunctim accepta.

Pono ergo per impossibile, quod universi et singuli Christiani qui sunt citra Papam, in aliquo uno latissimo campo sint congregati, et ad observandum præfata summorum Pontificum statuta bene dispositi : tunc quæro an tota illa congregatio simul pensata et sumpta, seu collective accepta, teneatur ad ista. Si dicatur quod imo, ergo Papa potestatem et jurisdictio-

nem habet super illam, et super universalem Ecclesiam conjunctim consideratam. Si vero dicatur quod non, hoc absurde (ni fallor) sonaret, præsertim quum juxta præhabita, communitati et multitudini conjunctim acceptæ potius competat habere easdem leges et ordinationes, quam si sumatur divisim.

Secundo interrogo, an Papa possit indulgentias facere generali concilio. Si dicatur quod sic, infertur quod auctoritatem et jurisdictionem habeat super illud : quoniam secundum omnium scholasticorum doctorum doctrinam super quartum Sententiarum, nulli prælato competit indulgentiam aliquibus facere nisi sibi subjectis, vel auctoritate ejus qui præsidet illis. Si autem dicitur quod non, hoc videbitur esse contra eorundem scripta doctorum, dicentium quod Pontifex summus potest universaliter et ubique, omni totique populo christiano indulgentias facere, eo quod habeat plenariam potestatem super thesaurum Ecclesiæ, de quo indulgentiæ conferuntur. Rursum, secundum hoc sequeretur quod concilium, quantum ad hoc, esset pejoris et infelicioris conditionis quam quæcumque alia particularis Ecclesia vel persona, quoniam capax non esset gratiæ tantæ, quum tamen indigeat ea sicut et ceteri homines. Præterea, si dicatur quod ipsummet generale concilium potest indulgentias dare etiam sibimetipsi : primo, hoc non invenitur in doctoribus scriptum, quod ad generale concilium spectet indulgentias dare propria auctoritate, quia, secundum omnes doctores, thesaurus Ecclesiæ commissus est plene domino Papæ, nec legitur commissus generali concilio, nec antiqua concilia indulgentias dedisse leguntur, ut æstimatur, nisi forte ex summi Pontificis ordinatione. Iterum, dicunt doctores super quartum, quod nemo possit sibi ipsi indulgentias facere, sicut nec se ipsum quis potest absolvere : tamen indulgentiam faciens, potest indulgentiæ quam aliis facit, particeps esse. Unde sibi soli non potest indulgentiam facere, prout Tho-

art. xxiv.

dist. xx.

mas et alii super quartum declarant. Quomodo ergo concilium sibi ipsi indulgentiam facit? Cancellarius autem quodam in loco quærit an ad concilium spectet indulgentias dare; nec tamen evidenter determinat dubium illud.

Tertio quæro, an domino Papa in generali concilio personaliter præsentem, et toto illo residuo conciliari mortaliter peccante etiam evidenter (quod possibile est, quum omnes illi possint simul esse in mortalibus culpis), an tunc Papa possit illos peccantes et punitione dignos, auctoritative corrigere, instruere, et punire tali punitione per quam bonum concilii non impediretur, sed potius promoveretur per gratiæ impetrationem majorem. Si dicatur quod sic, ergo præest omnibus illis tanquam prælatus et iudex. Si dicatur quod non, quæram ad quem vel ad quos pertinebit illorum correctio auctoritativa et judicialis. Non ad ipsos, quum ita se ipsos corrigere non sit reorum, imo reus et iudex diversi sunt: hoc modo ergo pertinebit ad Papam, vel ad nullum.

Quarto interrogo, si aliqua certæ personæ conciliares graviter peccent, an Papa præsens possit eas præfato modo corrigere. Si dicatur quod sic, ergo præsidet eis secundum modum præfatum. Si dicatur quod non, quærendum est, quum Papa ex suo officio et jure divino habeat quemlibet peccantem corrigere, si cernat et sciat ejus excessum, et loci ac temporis opportunitas adsit, cur illas personas non poterit ita corrigere. Si dicatur quod ratione conciliaris negotii, seu propter concilii prohibitionem, tunc quæstio quinta occurrit. Quum celebratio concilii non cedat in derogationem auctoritatis officii que papalis, ut Papa jure divino præsit saltem unicuique Christiano, ipsomet dempto, qua ratione, qua auctoritate, quo jure tunc se subtrahunt prorsus ab obedientia Papæ, quibus omnibus ante concilii inceptionem præfuit summa auctoritate? Et quamvis absente potestate papali concilium possit eos arcere, tamen salubrem, justum et

A pium usum ipsius non videtur impedire debere aut posse.

Hæc caritative, non malitiose conscripsi, ut sapientioribus detur occasio profundius cogitandi. Quomodo autem concilium quantum ad aliqua sit liberum a coerciva potestate et præsentia Papæ, habens præsentem ac dirigentem Spiritum Sanctum, dictum est sæpe.

Insuper, secundum Thomam in secunda secundæ et super quartum Sententiarum, schismatici proprie appellantur, qui propria sponte et ex intentione ab Ecclesiæ unitate se separant. Unitas autem Ecclesiæ in duobus consistit, scilicet, in connexionemembrorum Ecclesiæ ad invicem, et item in ordine omnium membrorum Ecclesiæ ad unum caput. Hoc autem caput est Christus, cujus vicem in terra gerit Pontifex summus. Ideo schismatici sunt, qui subesse renuunt summo Pontifici, et qui membris Ecclesiæ ei subjectis communicare recusant. Istud idem Raimundus, Durandus, Bonaventura et alii concorditer

C scribunt. Si ergo sit aliqua congregatio quæ se ab obedientia summi Pontificis omnino subducit, subtrahit, eximit, asserens se nequaquam summo Pontifici subjectam, ita quod ille nullam præsentiam et jurisdictionem super se habeat, videndum est quomodo excusetur a vitio schismatis. Si dicatur quod subtrahit se ab obedientia tali, non ut quædam congregatio particularis, sed in quantum universalem Ecclesiam repræsentat: ergo saltem ut existentialiter est quædam particularis collectio christiana, debet manere summo Pontifici obediens et subjecta in his quæ illius cathedram pontificiumque respiciunt, quum de jure divino referatur ad illum sicut ad caput vicarium, a quo et unitas Ecclesiæ secundario, secundum doctores, dependet. Dicit quoque Hieronymus: Nullum est schisma quod non aliquam sibi hæresim confingat, ut ab ecclesiastica unitate recte recessisse videatur.

Postremo, Thomas quarto libro Summæ contra gentiles, in fine capituli quo pro-

lib. I. art.
xvi, xvii,
xxix, xxxv,
Summ
lib. 2. 2. q.
xxxi, a. 1.
Sent. IV.
dist. xiii,
q. 2.

cap. 74.

bat quod toti universali Ecclesiæ summus A Pontifex præsit, ita concludit. Per hoc excluditur præsumptuosus error quorundam qui subducere se nituntur ab obedientia et subjectione Petri, successorem ejus Romanum Pontificem, universalis Ecclesiæ pastorem non recognoscentes. Ex hoc sequitur, quod et universalis Ecclesiæ pastor sit Papa, nec ideo ab ejus obedientia penitus excusetur concilium quia universalem repræsentat Ecclesiam, quum et illi præsideat Papa. Et si præsumptuosus fuit error eorum qui se subduxerunt ab obedientia subjectioneque Papæ, videndum an præsumptuosior sit error eorum qui non solum renuunt obedire et subjici summo Pontifici, sed absolute ponunt se super illum, ita quod potestatem et jurisdictionem habent in illum, non econtrario.

art. vi. Multa similia possent proponi; sed ista sufficiant, quæ non nisi caritative sunt tacta, ut veritas diligentius inquiratur, et nemo fallatur: præsertim quum multi jam dicant quod ad ordinationes generalis concilii tota Ecclesia etiam collective considerata, post concilii dissolutionem teneatur, non ad ordinationem summi Pontificis; sicque universali Ecclesiæ ut sic, scilicet conjunctim acceptæ, quo modo proprie dicitur universalis, competat regi non regimine monarchico et regali, ut dictum est, sed alia regiminis specie: contra quod satis est ex doctoribus disputatum. Nam et hoc concesso, sequitur quod absolute loquendo, major seu altior et plenior sit potestas in Ecclesia quam papalis: quum tamen Petrus de Alliaco et Cancellarius apertissime dicant, quod plenitudo, vertex atque supremitas ecclesiasticæ potestatis in solo sit summo Pontifice subjective atque formaliter, utputa vere, realiter seu existentially, in generali autem concilio repræsentative seu insinuate, in Ecclesia vero finaliter. Hæc superius diffusius sunt inducta, et nunc currenter breviterque in tantum sint tacta: quæ utique sine tædio et dolore non scribo.

ARTICULUS XXVII.

De negotiis quæ impertinentia et vitanda videntur generali concilio; et cur in primo opusculo scripsi sic, quod concilium non erret in his in quibus conciliariter procedit.

GENERALE concilium propter arduissimas atque altissimas causas definiendas et expediendas, puta quæ aliter rite expediri non valent, et propter quas dignum est generale agi concilium, convocatur et celebratur. Constat autem quod in parvis ac pluribus et impertinentibus occupari, vehementer impediatur saluberrimam occupationem in principalibus et magnis vicinioribusque salutem. Talia ergo generali concilio sunt vehementissime fugienda. Hinc communiter dicitur: Virtus unita fortior est quam dispersa; itemque:

Pluribus intentus, minor est ad singula sensus.

Hinc quidam doctor devotus in sermone quem fecit in Basileensi concilio, illo adhuc indubitanter durante, dolorose conqueritur et hortatur: Causarum particularium affectiones et occupationes, quæ multæ et nimis multæ in hoc (proh dolor!) decertant concilio, quia illæ dissidii caput et origo, unitatique ecclesiasticæ adversari atque ejus reformationem impedire solent, sunt amputandæ, quemadmodum in exordio conciliorum per Constantinum Magnum Historia tripartita recitat factum. O virus pestiferum, o damnosum studii genus, o infelix exercitium et sacrosancta universali indignum synodo ad causas altissimas congregata, quo eo devenitur, ut in hunc causarum labyrinthum sanctissimas ejus operas et divinos Ecclesiæ consumant labores, summam ejus inde auctoritatem in proverbium et hæsitacionem, ut ita dicam, exponentes multorum! Hæc doctor ille.

Quoniam ergo in talibus particularibus factis et causis ac litibus, quæ in concilio ad partem aguntur, tractantur et expediuntur, multiplex accidit error informa-

art. xi, xiii,
xxvi, xxxiv,
xxxv.

tiouque sinistra, in primo scripsi opusculo, A quod concilium non erret in his in quibus conciliariter est procedens, videlicet juxta formam præfixam in generali concilio observandam. Nec per hoc infirmavi auctoritatem concilii, quum etiam si per violentiam aut informationem sinistram ad mali aliquid traheretur, non ibi conciliariter procederetur : quod et sæpe legitur contigisse. Concilium enim a Spiritu Sancto debet directionem sperare et invocare, sicque cum debita libertate consulendo ac definiendo procedere.

art. xxii.

Præterea dictum est quantum pluralitas præsentium nocet, præsertim dum unus se intromittit de eo quod ad alium pertinet, nisi ille consentiat. Hinc istud inter summum Pontificem et concilium displicentiam parit, si concilium de quibuscumque se intromittat expediendis quæ ad ipsum directe non pertinent. Et si pro excusatione allegetur necessitas, non videtur bona quæ ad talia compulsi; et uno inconvenienti dato, plura sequuntur, quia

Rom. xiii, 1.

(secundum Apostolum) quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Teste quoque Ambrosio, nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.

Hinc Damascenus libro primo, capitulo quinto, probans quod plures Dii esse non possint, effatur : Qualiter a multis gubernabitur mundus, et non dissolvetur ac corruptetur, pugna in gubernantibus considerata? Differentia enim contrarietatem inducit. De hoc demum in originali historia sanctissimæ virginis Barbaræ legitur virgo illa contra idololatrias taliter disputasse : Hic Deus solus omnibus desideriis est petendus, quem confido unum esse hac ratione, quoniam nisi unus esset, tanta rerum concordia non foret. Omne enim quod unum est, id est propter illud quod unum est. Quomodo cælum curreret perpetua volubilitate, nisi esset una eademque voluntas unius creatoris, qui idem perduraret et sententiam non mutaret? Si enim duo vel tres essent, unus diceret, Currat, alter autem, Stet : et sic varia voluntas varium pareret ordinem.

Præterea, juxta Apostolum, ab omni specie mala est abstinendum, potissime his qui ideo sunt collecti ut totius Ecclesiæ reformationi intendant. Quum in Nicæno concilio quidam episcopi particulares suas causas niterentur proponere, sapientissimus imperator Constantinus respondit, propter talia non esse congregatum concilium, nec ea admisit.

ARTICULUS XXVIII.

B *Quomodo omnia bona Ecclesiæ sint summi Pontificis, et qualiter etiam regna et imperium ac cetera bona terrena sint ejus.*

EX Alexandro de Hales est allegatum, quod omnia bona Ecclesiæ sint Papæ, et accipiat inde quantum vult. Insuper ex Jacobo de Voragine dictum est, quod Petrus apostolus omnium regum terræ existit princeps. Videndum est ergo quomodo intelligenda sint hæc.

C Itaque Petrus de Alliaco libro de Ecclesiastica potestate de ista sic ait materia : Papa est universalis dispensator, tanquam supremum membrum Ecclesiæ, omnium generaliter ecclesiasticorum honorum, tam spiritualium quam temporalium : non sic quod eorum sit dominus, sed solum communitas Ecclesiæ universalis est domina ac proprietaria illorum honorum generaliter ; et singulæ communitates atque Ecclesiæ dominium habent in bonis sibi correspondentibus ; personæ autem singulares non habent jus domini, sed jus utendi vel dispensandi. Et hoc notavit Innocentius. Hinc patet error dicentium, quod solus Papa habet jus vel dominium in bonis Ecclesiæ, et non solum est administrator vel dispensator universalis Ecclesiæ, sed honorum ejus verus dominus ac proprietarius. Itaque Papa non potest ad libitum detrahere bona Ecclesiarum, ita quod quidquid de ipsis ordinet, teneat ; sed quum sit minister et dispensator bonorum communitatis, in quo requiritur bona

fides, non habet collatam sibi potestatem A fuerint, vel aliunde ea justo acquisierint super hujusmodi bonis, nisi ad necessitatem et communem utilitatem. Hinc denuo ait : Papæ incumbit cura Ecclesiæ generalis ; ideo ipse est universalis dispensator omnium ecclesiasticorum honorum spiritualium et temporalium. Propterea, sexto Decretalium, de Præbendis, capitulo 2, dicitur quod Papa plenariam habet dispositionem omnium beneficiorum.

Sext. lib. III, tit. 4, c. 2.

Insuper scribit hic doctor : Papa jure potuit ordinationes majorum et electivarum dignitatum ac collationes aliorum beneficiorum sibi et apostolicæ Sedi reservare, quia hæc ei antiquissimo jure competebant ; et ea non solum jure universali administrationis papalis potuerunt Papæ competere, sed etiam ex speciali causa, ratione materiæ subjectæ, utputa quia inferiores electores in suis electionibus et ordinarii collatores in beneficiorum collationibus abutebantur, et frequenter per potentiam laicalem suo jure libere uti non permittebantur.

His consonat quod in libro suo de Ecclesiastica potestate Cancellarius dicit : Potestas ecclesiastica papalis non ita habet dominia et jura terreni simul et spiritualis imperii, quod possit ad libitum de bonis clericorum (et multo minus laicorum) disponere, quamvis concedendum sit quod habet in eis dominium quoddam regitivum et regulativum et ordinativum. Et istud est medium inter duas pestes contrarias, puta, invidiam papali dignitati plus debito detrahentem, et adulationem ei nimis multa attribuentem. Nam quidam dixerunt, quod Constantinus imperator nil contulit Papæ Silvestro quod non esset prius suum, sed reddidit injuste detentum.

Huic verbo concordat Petrus de Alliaco, dicens : Papæ et prælatis Ecclesiæ non repugnat dominium habere in temporalibus et jurisdictionem ; nec tamen debentur eis per se ratione status sui, in quantum sunt vicarii Christi Apostolorumque successores, sed convenire potest eis habere talia, si eis ex donatione devota collata

Sed objici potest, quod ad Eugenium Papam libro de Consideratione scribit Bernardus : Tu heres, et mundus hereditas ; et rursus : Quid tam indignum tibi, quam ut totum tenens, non sis toto contentus, atque exiguas portiones ipsius tibi creditæ universitatis, tanquam non sint tuæ, satagas nescio quo modo adhuc facere tuas ? — Et respondendum, quod Bernardus hæc ait propter hoc quod summo Pontifici specialissime est commissa tota Ecclesia, et de omnibus habet exigentiam causæ et loci ac temporis ordinare, non tamen ut dominus principalis, sed potius ut minister et dispensator, ut præfato libro sæpius ait Bernardus. Hinc in Decreto, causa 12, quæstione 2, capitulo *Sine exceptione*, habetur : Rebus Ecclesiæ utatur episcopus ut commendatis, non tanquam propriis.

Postremo, Constantinus imperator omnia imperialia insignia contulit Papæ, et statuit ut cardinales uterentur ornamentis senatorum.

Decret. p. 11, caus. 12, q. 2, c. 52.

ARTICULUS XXIX.

Quomodo summus Pontifex possit a generali concilio judicari, secundum quosdam doctores præcipuos.

TRACTATU de Potestate ecclesiastica Petrus de Alliaco sic ait : Restat videre utrum Papa subjiciatur judicio generalis concilii, non obstante suæ potestatis plenitudine. Ad quod breviter (inquit) respondeo quod sic, et non solum subjicitur ei in casu quo accusaretur de crimine hæresis propriæ dictæ, sed etiam in quibusdam aliis casibus, qui possent quodammodo reduci ad hæresim large sumptam, et hoc, ratione obstinationis et incorrigibilitatis in crimine. — Ad argumentum vero quo objicitur, quod superior ab inferiore judicari non potest, ita respondet : Hæc propositio, Major non judicatur a minore, nec superior ab inferiore, licet regulariter

vera sit, tamen aliquando fallit. Nam rex Franciæ, qui major atque superior est in toto regno suo, sæpe in aliquibus casibus judicatur, et contra eum fertur sententia in suo Parlamento. Similiter Papa a simplici sacerdote in foro conscientiæ judicatur; etiam in foro exteriori judicari potest ab inferiore suo, si se ei sponte subjiciat.

Rursus ait hic doctor: Tam jure humano quam divino concedendum est Papam ab universali Ecclesia vel a generali concilio posse judicari, et ab eo ad concilium in multis posse casibus appellari, puta in casibus Ecclesiæ destructionem tangentibus. Aliter sequeretur Christum Ecclesiam suam non sufficienter ordinasse, quum illa communitas non sit sufficienter ordinata, quæ perditioni suæ et demolitioni publicæ non potest occurrere. Unde, si in talibus casibus Ecclesia non posset sibi metipsi providere, sequeretur quod non haberet sufficientem fecunditatem et fecundam virtutem ad se conservandum et continuandum, sicque posset deficere politia christiana.

His concordat quod libro de Auferibilitate Papæ ab Ecclesia Cancellarius scribit, dicens: Quamvis Papa talem habeat auctoritatem respectu omnium hominum, qualem non habet totum residuum Ecclesiæ, nisi insinuative* vel elective; ex hoc tamen non sequitur quin tota Ecclesia seu generale concilium illam repræsentans, possit auctoritativam jurisdictionem exercere, tanquam indeviabilis regula ad reducendum, corrigendum seu compescendum Papam, ne noceat sibi et aliis. Sic enim tradit Aristoteles quinto Politicorum, quod ad totam communitatem pertinet principis correctio, vel totalis destitutio si inemendabilis perseveret. Et hæc potestas inabdicabilis est a communitate libera, quæ de rebus suis facere potest ad libitum, nec per appellationem nec per aliquam legem potest suspendi: quanto magis hoc habebit Ecclesia? Hæc Cancellarius.

A Sed contra hoc objici potest: quia sic sequeretur quod quælibet communitas posset suum principem judicemve judicare, corrigere et auferre. — Iterum, quamvis superior possit judicari ab inferiore suo in foro conscientiæ, non tamen in foro judiciali, contentioso, exteriori, quo fertur sententia in invitum, ut super quantum Sententiarum dicunt doctores. Si igitur Papa præsit toti et universali Ecclesiæ, quomodo poterit judicari ab ea, nisi se ei sponte subjiciat?

B Ad primum responderetur, quod quando communitas habet judicem superiorem ad quem possit habere recursum, tunc auctoritas illa locum semper non habet. — Ad aliud responderetur, quod aliqui dicunt oppositum, asserentes quod sacerdos possit excommunicare episcopum suum, si fecerit furtum occultum in sua parochia: quia licet nemo possit ligare superiorem suum. tamen episcopus fecit se sacerdote suo minorem, committendo furtum in ejus parochia. Quidam tamen dicunt oppositum.

C Unde secundum intentionem Petri de Alliaco et Cancellarii esset dicendum, quod licet Papa ut pontifex summus præsit toti Ecclesiæ, tamen in quantum est res quædam christianæ communitatis et politiæ christianæ, puta minister datus Ecclesiæ propter ejus profectum, secundum hoc habet rationem inferioris, præsertim si fuerit intolerabiliter reus: sicque tota Ecclesia potest abjicere membrum enormiter scandalizans. Unde Origenes in homilia super Josue septimo, ait quod Ecclesia debet abjicere scandalizantem pastorem. Sed quia de hoc dictum est plenius opusculo primo, nunc transeo.

ARTICULUS XXX.

De auctoritate et utilitate generalium conciliorum, secundum Augustinum et Petrum de Alliaco.

IN libris contra Donatistas multa loquitur S. Augustinus de auctoritate generalis concilii. Etenim ibi secundo libro

sic ait : Ipsa concilia quæ per singulas A regiones vel provincias fiunt, plenariorum conciliorum auctoritati quæ fiunt ex universo orbe christiano, sine ullis ambagibus cedunt. Ipsaque plenaria concilia priora sæpe posterioribus emendantur, quum aliquo rerum experimento aperitur quod clausum erat, et cognoscitur quod latebat ; et rursus concilia posteriora prioribus apud posteros præponuntur, et universum partibus semper optimo jure præponitur. Insuper quarto libro testatur : Ecclesia paradiso comparata, indicat extra eam neminem B percipere salutem. Hæc est una quæ tenet et possidet omnem sui Sponsi ac Domini potestatem : per quam conjugalem potestatem etiam de ancillis filios parere potest. At vero quinto libro asserit : Boni regulam fidei diligenter inquisitam firmissime tenent, et si quid ab ea deviant, cito auctoritate catholica corriguntur. Hoc etiam libro recitat Augustinus, quemadmodum S. Cyprianus non acquievit Romano Pontifici sibi scribenti ac præcipienti ne ab hæreticis baptizatos rebaptizaret : et tamen, secundum Augustinum, Cyprianus determinationi plenarii concilii libenter acquievisset, si illud suo tempore vel ante determinasset, scilicet taliter baptizatos non esse rebaptizandos. Quo patet quod secundum Cyprianum et Augustinum, major sit generalis concilii quam Romani Pontificis auctoritas in determinatione eorum quæ fidei sunt et salutis. Præterea sexto libro contra quemdam erroneum episcopum ait : Non hoc censet Ecclesia, cui D Deus jam plenario concilio revelavit. Sed et septimo libro : Id, inquit, fiducia securæ vocis asserimus, quod in gubernatione Domini Jesu Christi universalis Ecclesiæ consensione roboratum est.

Hinc Petrus de Alliaco libro de Ecclesiastica potestate affirmat : Auctoritas generalis concilii merito extollenda est, et adeo magnificanda, quod Romana Ecclesia particularis ejus judicio subest in capite et in membris. — Ex præhabitis constat quomodo secundum istum doctorem

et alios præallegatos ista stent simul, quod Papa præest toti et universali Ecclesiæ, atque per prius comparatur ad eam quam ad quamcumque Ecclesiam particularem, et tamen concilium generale quoad aliqua superponitur ei : sicut et rex præsidet toti regno, et tamen tota communitas regni potest eum secundum modum prætactum corrigere.

Amplius, libro de Reformatione Ecclesiæ scribit Petrus de Alliaco : De his quæ videntur reformanda circa totum corpus Ecclesiæ, primo occurrit esse expediens et necessarium, ut sæpius quam hactenus factum est, generalia concilia celebrentur ; item ut sæpius celebrentur concilia provincialia : quoniam sancti Patres primo instituerunt ea bis in anno propter utilitatem Ecclesiæ celebrari. Postea vero, propter fatigationes, et ut optime haberentur hi qui congregandi sunt, statuto synodali definierunt, omni excusatione remota, semel in anno fieri ea, depravataque corrigi. Unde episcopi qui ad synodum venire contemnunt, et principes qui hoc prohibent sive impediunt, vel metropolitani qui absque rationabili causa hoc agere negligunt, canonicis subjacent pœnis, ut hæc in multis canonibus conciliorum probantur. Et in Toletano concilio legitur : Nihil pene mores disciplinæ ab Ecclesia Christi magis expellit quam negligentia episcoporum et sacerdotum, qui contemptis canonibus, ad corrigendos ecclesiasticos mores synodos facere negligunt. Et certe hodie docet experientia quot et quanta mala ex hujusmodi negligentia proveniunt. Ideo providendum est ut hujusmodi concilia sæpius fiant, et si non semel in anno, juxta rigorem canonum, saltem de triennio in triennium, ad evitandum vexationes itineris, laborum et expensarum.

Si autem dicatur, quod hodie non sit opus ut olim generalia aut provincialia concilia sæpius celebrare, quia Romana curia potest casibus emergentibus sufficienter providere ; respondetur quod non,

Decret.
p. 1, dist. 18,
c. 6, 7.

quia experientia docet, quod propter defectum conciliorum, et maxime generalium totius Ecclesiae, quæ sola potest audacter et intrepide omnes corrigere, ea mala quæ universalem tangunt Ecclesiam, diu manserunt incorrecta et impunita, adeoque creverunt et inveterata sunt, quod tandem multa injusta sub prætextu fictæ et corruptæ consuetudinis licita reputantur, ita quod multi suspicantur quod hæc dissimulaverit Romana curia et super his facere concilia neglexerit, ut possit ad suæ voluntatis libitum plenius dominari, et aliarum Ecclesiarum jura liberius usurpare : ob quam diffamiam expurgandam debet super congregatione conciliorum generalium ac provincialium providere, præsertim quum sanctissima illa Petri et aliorum Apostolorum curia legatur in Actibus Apostolorum quatuor concilia celebrasse. Præterea, aliqui sunt casus ardui necessario reformandi, in quibus non potest commodius quam per generale concilium provideri, ut patet primo de reformatione Romanæ Ecclesiae, quæ necessaria est, nec aptius quam per generale concilium fieri potest : idcirco non debet respuere ab illo concilio reformari. Deinde reformatio totius corporis Ecclesiae est de arduis pertinentibus ad fidem. Et specialiter providendum esset contra Sarracenos et alios infideles Christianitatem acriter impugnantes, et pro reductione eorum qui ab obedientia summi Pontificis recesserunt. — Hæc et multa similia scribit hic doctor libro præfato.

Act. 1, 15 et seq. : vi, 2 et seq. : xv, 6 et seq. : xxi, 18 et seq.

A pter propria commoda aliis præsidet. Primo modo bonis prælatis atque principibus dominium competit, secundo modo tyrannis. Imo, secundum Albertum, dominium primo modo acceptum, est de ratione hierarchiæ. Quo ergo præ universis principibus et prælatis Papa sublimior est hierarcha, altior digniorque prælatus, eo præclarius ipsi competit dominium tale super universis quibus præest ac providet.

Sed dictum istud quibusdam non placet, propter plura quæ S. Bernardus libro de Consideratione ad Eugenium loquitur Papam, dicendo : Superiorem te factum dissimulare non possumus, sed non ad dominandum ; et ut multum sentiamus de vobis, non dominium, sed ministerium vobis est datum. Disce exemplo Prophetæ præsidere non ad imperandum, sed ad factitandum. Nomen episcopi non dominium, sed officium tibi sonat. Quod habuit Petrus, hoc tibi dedit : sollicitudinem super Ecclesiam, non dominationem. Considera summum te dici comparatione non meritorum, sed ministeriorum. Sic te existimet homo ut ministrum Christi et summum inter ministros. Præsis ut prosis, non ut imperes. Considera ante omnia Romanam Ecclesiam Ecclesiarum matrem esse, non dominam ; te vero non dominum episcoporum, sed unum ex ipsis. — Multa similia scribit Bernardus ; et ad idem possent verba aliorum induci doctorum, quia Origenes atque Chrysostomus multa similia scribunt.

Jer. 1, 10.

C meritorum, sed ministeriorum. Sic te existimet homo ut ministrum Christi et summum inter ministros. Præsis ut prosis, non ut imperes. Considera ante omnia Romanam Ecclesiam Ecclesiarum matrem esse, non dominam ; te vero non dominum episcoporum, sed unum ex ipsis. — Multa similia scribit Bernardus ; et ad idem possent verba aliorum induci doctorum, quia Origenes atque Chrysostomus multa similia scribunt.

D quia de inordinato dominio, quo quis ex fastu superbiæ ac cupiditate aliis dominatur, sunt intelligenda. Ordinatam autem dominium, quia ad subditorum commoda ordinatur, recte servitus dicitur, loquendo de servitute administrationis et prælationis, caritatis ac dignitatis : sicque omnes christianæ prælationes et dominationes sunt servitutes. Ideo Pontifex summus scribit se servum servorum Dei. Romana quoque Ecclesia non est domina Ecclesiarum dominatione primo modo accepta, sed se-

ARTICULUS XXXI.

An Papa sit dominus Ecclesiae.

lib. I, art. xxii ; lib. II, art. xi.

QÆSTIO ista in duobus libellis præhabitis clarissime est soluta. Dictum est enim quod dominium duplex est : unum videlicet ordinatum, quo quis aliis præest ad utilitatem ipsorum, providens illis, non propria commoda quærens. Aliud est inordinatum dominium, quo quis pro-

cundo modo, præsertim ratione sui Pontificis. Sicque Jacobus de Voragine et alii multi vocant eam dominam Ecclesiarum.

Denique, Papam sic esse dominum Ecclesiæ præinducta demonstrant, quum et Anselmus Urbano Papæ in epistola de Incarnatione Verbi sic scribat : Domino et Patri universæ Ecclesiæ in terra peregrinantis. Hieronymus etiam, ut paulo ante habitum est, ait quod Petrus fuit dominus magnæ domus sibi a Christo commissæ, puta Ecclesiæ, in qua per totum mundum Deo pascha offertur. Sicque dominium competere Papæ Bernardus insinuat, dicens : Exspectabam si forte aliquis de filiis meis reverteretur et diceret : Joseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in tota terra Ægypti. Ubi per Joseph intelligit Eugenium Papam, qui ratione monasticæ professionis filius fuit Bernardi. Rursusque scribit ad eum : Quia semel loqui ad dominum meum cœpi.

Hinc Joannes Ruysbroeck in libro de Tabernaculo Moysis ait : Sacerdotium et omnes ecclesiasticæ dignitates sunt officia et servitutes; et quo servitus major est atque communior, tanto semper altior nobiliorque consistit. Et istud probamus in Christo, qui fuit totius mundi minister. Hinc scribit se Papa servum servorum; et oportet ut talem se sentiat, si Christi esse debeat imitator. — Hinc ait et Ubertinus : Status prælationis ratione sublimitatis et honoris et requisitæ ad eum perfectionis, est etiam ipsis summis Seraphim tremebundus.

Insuper Cancellarius ait : Quoddam est dominium evangelicum, quod secundum evangelicam legem exercetur, quod utique maxime competit summo Pontifici. Denuo ait : Mulier non est ordinis susceptiva, quia est sexus subjectionis, non hierarchicæ dominationis. Quo patet quod ad hierarcham dominari pertinet. Unde, quod quidam arguunt Papam esse inferiorem et subjectum, non superiorem et prælatum Ecclesiæ, quoniam vere scribit se servum servorum, potius ad oppositum militat,

quum hoc de servitute hierarchicæ prælationis, administrationis ac dominationis sit intelligendum : præsertim quum et ipse S. Gregorius, qui primo talem se scripsit, in Moralibus super Job dicat, quod Petro sit a Christo datus principatus atque primatus Ecclesiæ, ut sæpius est allegatum. Et nunc addo quod ait ibidem : Petrus quasi oblitus sui primatus, Paulo se humiliavit.

ARTICULUS XXXII.

De specialissimis causis propter quas Pontifex summus ejusque curia et ceteri prælati majores, incessanter conari debent ad reformationem Ecclesiæ, et ut generalia concilia tempore opportuno salubriter celebrentur.

QUEMADMODUM in Decreto habetur, majori reatu delinquit qui potiori honore fruitur, et graviora facit judicia peccatorum sublimitas peccantium : ita, quo in altiori statu digniorque gradu est Pontifex summus, eo culpabilior damnableiorque coram Altissimo apparebit, nisi cum omni conatu ac diligentia debitis adimpleverit debitum pontificii sui, pro reformatione totius Ecclesiæ omnique profectu fidelium peragendo quidquid valuerit, die ac nocte orando, hortando, scribendo, et consulendo atque cum adsistentibus sibi quotidie sapienter ac vigilantissime pertractando qualiter deformata et lapsa possint ubique reformari et erigi, quomodo quæ bona sunt valeant conservari ac perfici, qualiter honor Dei ac salus animarum queant incessanter augeri. Hæc omnia tanto infatigabilius atque ferventius exsequi debet, quanto ex adimplerione sui officii major oritur fructus in universa Ecclesia Dei, quanto etiam ex negligentia sua major ruina et plurimum perditio animarum sequuntur; rursus quanto ex conversatione sua virtuosa et debiti sui adimplerione sollicita sibi copiosior gloria confertur, quanto item negligenter agendo intolerera-

Cf. Decret. p. 1, dist. 40, c. 5, 6; dist. 50, c. 16.

ib. II, art. 1.

art. XXI.

Gen. XLV, 5.

Ibid. XVIII, 11.

art. XXI.

B

C

D

Philipp. II. 12.
 biliorē damnationem incurret. Si enim unicuique nostrum pro propria anima solatantum periculum imminet, ut dicat Apostolus, Cum metu, timore et tremore vestram salutem operamini : quam inestimabile periculum imminet ei, et quam timoratissime ac providentissima sollicitudine eum conversari oportet, cui totus commissus est mundus, cui universa Ecclesia tradita est, cui tam innumerabilium millium animarum imminet cura, qui pro universis redditurus est rationem ?

Ephes. IV. 1.
 Denique, quamvis unicuique Christiano supergloriosissimus Deus ob bonitatem suam purissimam et immensam sit super omnia toto corde amandus, tanto tamen ardentius eum amare debet Pontifex summus, quanto plura ac præstantiora ab ipso beneficia est sortitus, quanto sublimius est collocatus et super ceteros honoratus. Et quanto plus diligit Deum, tanto ferventius debet ipsius honorem exquirere, cultum augere, glorificationem optare, universos totis viribus inducendo ut vocatione qua vocati sunt, Deo honorabilitatis immensæ digne ambulent, Deo obediant, ejus honorem et gloriam jugiter super omnia quærant. Insuper, quum Pontifex summus sit paranympus et custos Sponsæ Domini Dei sui, debet illam reverenter ac diligentissime custodire ; quumque insuper sit sponsus vicariæ ejusdem, præ ceteris universis debet eam tota mente diligere, et zelo animarum in extremum mirabiliter esse succensus, et pro omnium salvatione fidelissime laborare.

Unde oportet ut in primis se ipsum totius sanctitatis et bonitatis exemplar exhibeat, et tanta gratiarum plenitudine decoretur, ut de abundantia suæ perfectionis influat cunctis. Deinde curiam suam ordinatissimam habeat, nec indecens aliquid inter suos esse sustineat ; præcipue quoque per majorum reformationem prælatorum conetur quod per illos alia corrigat collegia, claustra omnemque clerum reformet : quo reformato, plebs facilius corrigetur. Unde, quo omnia ista possint impleri, de-

bet indesinenter scrutari, tractare, dictare. Et quia ad hoc potissime confert celebratio generalis concilii, debet salagere ut generalia, imo et provincialia concilia salubriter atque frequentius celebrentur, et qui ad alios reformandos conveniunt, in primis reforment se ipsos. Deceret demum omnem summum Pontificem sæpius intueri ac legere librum S. Bernardi de Consideratione ad Eugenium Papam, in quo compendiosissima documenta traduntur per quæ Papa se ipsum, curiam suam ac ceteros omnes possit feliciter gubernare, reformare, salvare.

Quemadmodum autem hæc de summo sunt inducta Pontifice, sic ad ceteros prælatos tanto convenientius applicantur, quanto pluribus præsent et in altiori gradu officioque consistunt. Cui enim plus datum est, plus utique requiretur ab eo. Cogitent semper magni prælati, quam confusibile et pœnale eis foret post hanc vitam in infernum demergi ac dæmonibus subdi, qui nunc in Ecclesia in tanta sunt dignitate et gloria constituti. Quodcumque ergo potest manus eorum instantissime operetur.

ARTICULUS XXXIII.

An sacratissimus Petrus apostolus fuit fundamentum Ecclesiæ.

QUESTIO ista difficultatem magnam non habet : tamen, quoniam in verbis Sanctorum videtur de hoc diversa esse sententia, danda est responsio plana, et verba doctorum quæ videntur contraria, sunt concordanda.

Augustinus siquidem secundo libro contra Donatistas allegat Cyprianum dicentem : Petrum Dominus primum elegit, et super ipsum ædificavit Ecclesiam suam. Hieronymus quoque super Matthæum testatur, quod Christus super Petrum suam ædificavit Ecclesiam. Sed et Augustinus Apostolos frequenter appellat firmamenta et fundamenta Ecclesiæ. In epistola etiam

de morte Petri et Pauli (quæ epistola Dionysio sancto adscribitur) fundamentum Ecclesiæ Petrus vocatur. — Sed obviare videtur verbum Pauli dicentis: Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. Chrysostomus quoque in homilia de Pentecoste affirmat, quod Ecclesia non est fundata super Petrum, nec super hominem purum, sed super petram quæ Christus est.

Et respondendum, quod loquendo de fundamento primo ac principali, solus Christus est fundamentum Ecclesiæ. Apostoli autem sunt fundamenta Ecclesiæ secundaria; et inter eos Petro præcipue convenit ratio fundamenti, ratione sui officii, quia toti Ecclesiæ est prælatus, eamque verbo et opere stabilivit. In fidei quoque firmitate et dilectionis fervore legitur præfulsisse. Idecirco de eo Ambrosius ait in hymno :

Hoc, ipsa Petra Ecclesiæ,
Canente, culpam diluit.

Et Theophilus fassus est, quod Petrus cum Christo fuit robur et petra Ecclesiæ. Isidorus idem protestans : Petra, inquit, fundamentum Ecclesiæ est. Hinc ad Petri successorem, summum Pontificem, præcipue pertinet omnem populum christianum in fide et caritate, in legis evangelicæ observantia stabilire : nam et bonus virtuosusque pastor gregis sui fundamentum quoddam et robur consistit. Propter quod Sapientiæ sexto habetur : Rex sapiens populi stabilimentum est.

ARTICULUS XXXIV.

De eminentia Petri ex Scriptura canonica.

SI quis fundamentaliter curiosiusque scire peroptat quanta fuerit præ aliis beatis Apostolis excellentia atque auctoritas beatissimi Petri, non poterit hoc clarius certiusque cognoscere quam Actus

Apostolorum diligenter pensando. Ubi primo describitur quomodo post Christi ascensionem, ante Spiritus Sancti missionem, gloriosissimus Petrus volens Judæ proditori alium subrogari, exurgens in medio, dixit : Viri fratres, oportet impleri, etc. Ibi enim determinative auctoritativeque loquitur tanquam summus prælatus et omnium curam habens, quod oportebat loco proditoris alium in Apostolum ordinari; moxque omnes Petro consenserunt, et duos statuerunt concorditer, deprecantes ut Deus ostenderet quem ex illis duobus vellet in Apostolum promoveri.

Insuper, quum in die Pentecostes electissima illa centum viginti hominum turba Spiritum Sanctum accepisset et templum intrasset, Petrus præ omnibus ausus est loqui, tamque efficacissime prædicavit, quod tria millia Judæorum convertit. Nec aliquis Apostolorum legitur ibi locutus determinate, ita quod verba ipsius describantur, nisi Petrus, tanquam os, vertex et princeps sancti illius collegii : cui omnes tanquam prælato et ferventiori ac magnanimiori cesserunt quasi ipsimet Christo.

Insuper, post modicum temporis, quum Petrus claudum natum curasset, sua prædicatione quinque millia Judæorum convertit. Quumque prohiberentur Apostoli a principibus sacerdotum Christum amplius prædicare, Petrus pro omnibus grandi auctoritate respondit : Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate; et alia vice : Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Deinceps virum et conjugem ejus, qui de pretio agrum partem occultaverunt, Petrus verbo prostravit.

Recitat quoque Lucas quemadmodum Herodes Jacobum apostolum captum decollaverit; nec ibi scribit factam orationem ab Ecclesia pro liberatione. Deinde refert Petrum apostolum ab eodem Herode paulo post captum; et protinus addit, quod oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Quo patet quam singulariter necessarium sibi repu-

1 Cor. iii, 1.

Act. i, 15 et seq.

Ibid. ii, 1 et seq.

Ibid. iii, 14.

Ibid. iv, 18, 19.

Ibid. v, 29.

Ibid. i et seq.

Ibid. xii, 1, 2.

Ibid. 4, 5.

tavit Ecclesia Petrum, tanquam summum A
et universalem pastorem.

Act. xv, 7
et seq.

Postea, quum in concilio magna inquisitione fieret de observatione legalium, Petrus volens tractatui finem imponere, recitavit quomodo Deus per ipsum primo fidem Christi gentilibus nuntiavit, puta Cornelio centurioni et suis, quibus et Deus Spiritum Sanctum visibiliter dedit. Deinde intulit Petrus : Quid tentatis Deum, imponere onus humeris discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus ? Quo prolato, Jacobus apostolus et ibidem (scilicet in Jerusalem) episcopus, verba Petri mox confirmavit, sicque omnes concorditer assenserunt.

Ibid. 10.

Ibid. 13 et
seq.

ARTICULUS XXXV.

Epilogus prædictorum, et contra quoddam dictum quorundam.

AD hoc itaque trium opusculorum istorum quæ jam de auctoritate summi Pontificis ac generalis concilii compilavi, C disputatio conclusionaliter est perducta, quod dominus Papa sit summus, plenus ac generalis vicarius Christi super totam et universalem Ecclesiam, tam conjunctim quam divisim consideratam aut sumptam; quod item per prius comparetur ad totam universalem Ecclesiam militantem suo tempore existentem, quam ad quaecumque Ecclesiam particularem; rursus, quod ipsum quoque generale concilium, secundum Petrum de Alliaco et alios plures, per comparisonem ad Papam sit quædam particularis Ecclesia cujus Papa est caput; insuper, quod plenitudo, vertex ac supremas ecclesiasticæ potestatis in solo sit summo Pontifice vere, proprie, existentialiter, hoc est subjective atque formaliter; in universali vero Ecclesia et in generali concilio sit tropice et aliquo modo æquivoco: ita quod in Ecclesia universali dicitur esse finaliter, in concilio autem repræsentative. Unde, sicut magis vere, proprie et realiter est in summo Pontifice

quam in Ecclesia vel concilio, sic magis denominat illum quam illam vel illud: sicque nulla particularis ecclesiastica potestas æqualis est potestati Papæ, imo nec tota residua potestas ecclesiastica simul accepta æqualis est potestati papali absolute loquendo, præsertim quum in summo Pontifice sit utriusque potestatis vertex et plenitudo. Præterea est ostensum quomodo nihilo minus generale concilium quantum ad aliqua sit super Papam, possitque ei præfigere legem et judicare eundem, ut dicunt.

Reprobata est igitur opinio arbitrium, quod Papa non præsit toti Ecclesiæ nisi divisim, et quod generale concilium sit absolute et simpliciter super Papam, etiam seorsum considerando sumendoque Papam et ipsum concilium seu illud residuum. Sic enim in concilio et in Ecclesiæ esset absolute loquendo altior pleniorque potestas vere ac proprie, formaliter et subjective, quam in summo Pontifice: quod est contra præinductos doctores. Nempe, quum Hugo de S. Victore, Alexander de Hales et alii quidam testati sint Papam a solo Deo proprie judicari; alii vero, ut Raimundus, Ostiensis, Innocentius, Udalricus, etc., asserant eum non nisi propter hæresim proprie dictam a concilio judicandum: certum est quod secundum istos non sit super terram potestas major potestate papali, imo nec æqualis, absolute loquendo.

Amplius autem, præsertim in secundo opusculo, variis considerationibus est ostensum, quod Papa præsit toti Ecclesiæ simul acceptæ, tanquam caput, pastor pontifexque ipsius, et tanquam summus hierarcha unicuique monarcha. In primo quoque libello inductum est quemadmodum aliqui dicant universalem Ecclesiam considerari posse dupliciter: uno modo ut est corpus mysticum, quod donis et charismatibus regitur gratiarum, et sic dicunt Papam non esse caput Ecclesiæ; alio modo ut est corpus politicum, quod absque influxu divinatorum charismatum † sine

speciali adsistentia Christi debite regi potest, quantum ~~est~~ **wex humano iudicio**, lege humana aut divina. Sed quod istud sit impropriissime dictum, ibidem, vicesimo quinto articulo, est probatum.

Et nunc aliqua sunt addenda ad demonstrandum quod universalis Ecclesia ut mysticum corpus et ovile Christi, et secundum rationem Ecclesiæ, utputa ut supernaturalis politia, habeat in terra pastorem ipsum summum Pontificem tanquam prælatum ac caput et principem sacrum, sub quo tota Ecclesia præfato modo unus **B** est grex.

Quilibet namque vicarius legislatoris præesse et regere debet populum sibi commissum secundum tenorem, qualitatem, intensionem et exigentiam legis ipsius legislatoris seu principalis rectoris. Quum ergo Papa sit proprius Christi vicarius, præest populo christiano secundum tenorem, intensionem et exigentiam evangelicæ legis, quæ est lex Christi. Porro evangelica lex, est lex utique supernaturalis, supernaturalem finem intendens. Ergo **C** præsentia et gubernatio Papæ super Ecclesiam est vel esse debet supernaturalis per respectum ad charismata gratiarum, et per relationem ad finem supernaturalem, et non sine speciali adsistentia Christi. Imo, quum ipsa Ecclesia ad supernaturalem beatitudinem ordinetur, ad quam sine donis et charismatibus gratiarum nequit pertinere; contra rationem, conditionem et proprietatem ipsius est ut dicatur sine huiusmodi donis et gratiis posse regi. Nam et ipse summus Pontifex tenetur implere **D** gubernativum officium ex divino supernaturali infuso amore et recta intensione, nec sine gratiosa ac specialissima Christi adsistentia potest hoc adimplere.

Præterea, omnis vicarius legislatoris et principalis præsentis, præesse debet et regere sibi commissos secundum modum et rationem qua proprie sunt populus principalis rectoris seu legislatoris. Itaque Papa præest populo christiano, non ut est quædam civilis societas aut politica com-

A munitas lege humana iudicioque humano solo regibilis, sed ut est populus christianus, utputa fide et lege Christi formatus, ejusque ovile et grex. Sic autem acceptus populus christianus est mysticum corpus. Ergo ut mystico corpori præsidet ei Pontifex summus tanquam prælatus, caput et iudex.

At vero, Ecclesia Christi seclusis supernaturalibus donis et charismatibus gratiarum, amittit rationem Ecclesiæ: ergo nec sic competit ei regi secundum evangelicæ legis tenorem, quæ est ut secundum Christi doctrinam supernaturalem regatur. Sed de ratione papalis officii est ut regat populum Christi secundum evangelica documenta. Ergo est tam contra rationem Ecclesiæ quam contra rationem papalis præsentia, ut Ecclesia dicatur regi a Papa ut alia quævis civilis communitas aut politica societas.

Hinc quidam definientes Ecclesiam militantem, dicunt quod sit corpus mysticum organicum, fide Christi animatum. Cancellarius quoque in libro de Ecclesiastica potestate sic ait: Omnis politia ecclesiastica proprie appellatur divina, quia secundum leges supernaturales debet quilibet in ea regulationem accipere; itemque: Considerari debet Ecclesia prout instituta est a Christo supra firmam fidei petram, ad finem supernaturalem, secundum evangelicam legem et sacram Scripturam, secundum quam debet regulari iudicium de fide et moribus subditorum.

Denique, sicut præhabitum est, libro **art. xxxi.** præfato Cancellarius assignat sex species domini: quarum unam vocat dominium evangelicum, secundum evangelicam legem, nec alicui sub cælo tam proprie excellenterque competit ut summo Pontifici. Sed secundum evangelicam legem gubernare Ecclesiam, est eam gubernare ut mysticum corpus, et ut Christi ovile ac gregem, non ut quamdam communitatem pure civilem. Ergo hoc modo competit Papæ esse caput et pastorem Ecclesiæ, cui in hac vita competit regi non solum a

Christo per directionem internam, sed **A** sicut illi qui sunt de uno populo; Ecclesia etiam ab homine presidente per directionem dispositivam et exteriorem: sicque universalis Ecclesia ut mysticum corpus et conjunctim accepta, est unum ovile, unus grex, unus populus, una domus, unus exercitus Dei sub ejus vicario Pontifice summo.

Postremo, distinctio præinducta qua Ecclesia dicitur sumi dupliciter, scilicet ut corpus mysticum et ut corpus politicum seu politica quædam communitas, non videtur resoluta et clara, præsertim quum **B** et ipsa Ecclesia etiam ut mysticum corpus sit quædam politia: imo et triumphans Ecclesia politia vocatur. Patet hoc ex definitione politiæ, quam Cancellarius sic definit: Politia est communitas ordinata ad aliquem finem perfectum. Et addit: Politiarum alia est cœlestis, alia humana, quæ dividitur in ecclesiasticam et sæcularem. De hoc supra, octavo articulo, plenius dictum est, quomodo secundum doctorem istum et Petrum de Alliaco, juxta triplicem politiam naturalem de qua tractat **C** Philosophus, etiam in Ecclesia triplex politia consideretur. Unde et Thomas super quartum Sententiarum, distinctione vicesima, disseruit: Quum Ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio autem hominum sit duplex, videlicet œconomica, ut illi qui sunt de una familia, et politica, **A** sicut illi qui sunt de uno populo; Ecclesia assimilatur congregationi politicæ, quoniam ipse populus Ecclesia dicitur; sed conventus diversi vel parochiæ in una diœcesi simulantur œconomica congregationi in diversis familiis sive officiis.

Præterea, huic tractatulo finem hic more solito non impono, præstolans si forte contingat scriptum illius qui contra me scripsit, ad meum devenire contuitum, ut tunc ad singula, Domino conferente, respondeam. Veritas autem omnibus fortius ^{III. Esdr. iv. 25-41.} comprobatur: idcirco et prævalebit. Nec angulum quærit, ipsomet Christo protestante: Omnis qui male agit, odit lucem, ^{Joc. ii. 20, 21.} et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus; qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo facta sunt. Porro qui veritati adversatur, quanto illi acutius reniti conatur, tanto in profundiores falsitatum errores caliginesque delabitur, sicut et Augustinus in simili loquitur: Habet justitia quamdam lucem suam, perfundit et illuminat animam inhærentem sibi. Anima autem a luce justitiæ se avertens, quanto plus quærit quod contra justitiam inveniat, tanto amplius a luce veritatis repellitur, et in profunda tenebrarum demergitur. Hinc simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia simulatio est, et iniquitas.

www.libtool.com.cn

INDICES

www.libtool.com.cn

LOCA S. SCRIPTURÆ PRÆCIPUA

GENESIS.

- I, 4. In principio creavit Deus cælum et terram, 255 A', 353 D, 364 A', 366 C, 372 B', 374 C, 382 C', 406 D.
— 40. Congregationesque aquarum appellavit maria, 376 C.
— 46. Fecitque Deus duo luminaria magna : luminare majus, ut præset diei, et luminare minus, ut præset nocti, 48 A', 366 C, 379 C.
III, 45. Inimicitias ponam inter te et mulierem, 31 C.
IV, 4. Respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus, 316 A', 495 A'.
VII, 17. Multiplicatæ sunt aquæ et elevaverunt arcam in sublime a terra, 385 A.
XXX, 43. Beatam... me dicent mulieres, 29 D'.
XLI, 40. Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet, 655 C'.

EXODI.

- III, 14. Dixit Deus ad Moysen : Ego sum qui sum... Hæc dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos, 189 C'.
XXII, 28. Diis non detrahes, 365 D.
XXXIII, 20. Non... videbit me homo et vivet, 81 A, 88 D'.

NUMERORUM.

- XVII, 8. Sequenti die regressus, invenit germinasse virgam Aaron, 28 D, 29 B, 31 D'.
XXIV, 17. Orietur stella ex Jacob, 446 A'.

DEUTERONOMII.

- VI, 43. Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies, 243.

I REGUM.

- II, 30. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, 42 B, 449 B.

II REGUM.

- VI, 42. David... adduxit arcam Dei... cum gaudio; et erant cum David septem chori, 465 C.

III REGUM.

- II, 49. Positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus, 449 A, 453 D'.

TOBIÆ.

- XII, 49. Videbar... vobiscum manducare et bibere, sed ego cibo invisibili et potu... utor, 392 A', 476 C'.

JUDITH.

- XV, 40, 41. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, 469 D.

ESTHER.

- XIII, 9. Domine, rex omnipotens, in ditone... tua cuncta sunt posita, et non est qui possit tuæ resistere voluntati, 521 C', 522 D.

JOB.

- VII, 4. Militia est vita hominis super terram, 594 C'.
— 5. Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris, 640 B'.
IX, 17. Multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, 385 A'.

www.libtool.com.cn

LOCA S. SCRIPTURÆ PRÆCIPUA

GENESIS.

- I, 1. In principio creavit Deus cœlum et terram, 255 A', 353 D, 364 A', 366 C, 372 B', 374 C, 382 C', 406 D.
— 40. Congregationesque aquarum appellavit maria, 376 C.
— 16. Fecitque Deus duo luminaria magna : luminare majus, ut præset diei, et luminare minus, ut præset nocti, 48 A', 366 C, 379 C.
III, 15. Inimicitias ponam inter te et mulierem, 31 C.
IV, 4. Respexit Dominus ad Abel et ad munera ejus, 346 A', 495 A'.
VII, 17. Multiplicatæ sunt aquæ et elevaverunt arcam in sublime a terra, 385 A.
XXX, 13. Beatam... me dicent mulieres, 29 D'.
XLI, 40. Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet, 653 C'.

EXODI.

- III, 14. Dixit Deus ad Moysen : Ego sum qui sum... Hæc dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos, 489 C'.
XXII, 28. Diis non detrahes, 365 D.
XXXIII, 20. Non... videbit me homo et vivet, 84 A, 88 D'.

NUMERORUM.

- XVII, 8. Sequenti die regressus, invenit germinasse virgam Aaron, 28 D, 29 B, 31 D'.
XXIV, 17. Orietur stella ex Jacob, 446 A'.

DEUTERONOMII.

- VI, 13. Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies, 243.

I REGUM.

- II, 30. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, 42 B, 449 B.

II REGUM.

- VI, 12. David... adduxit arcam Dei... cum gaudio; et erant cum David septem chori, 465 C.

III REGUM.

- II, 19. Positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus, 449 A, 453 D'.

TOBIÆ.

- XII, 19. Videbar... vobiscum manducare et bibere, sed ego cibo invisibili et potu... utor, 392 A', 476 C'.

JUDITH.

- XV, 10, 11. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, 469 D.

ESTHER.

- XIII, 9. Domine, rex omnipotens, in ditone... tua cuncta sunt posita, et non est qui possit tuæ resistere voluntati, 524 C', 522 D.

JOB.

- VII, 1. Militia est vita hominis super terram, 594 C'.
— 5. Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris, 640 B'.
IX, 17. Multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, 385 A'.

- XII, 18. Balteum regum dissolvit, et præcingit tunc renes eorum, 505 B.
 XXXVIII, 12. Sapientia... ubi invenitur? et quis est locus intelligentiæ? 67 A.
 XXXI, 18. Ab infantia mea crevit mecum miseratio, 123 D.
 XXXIII, 15, 16. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines et dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina, 223 B'.

PSALMORUM.

- II, 7. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te, 235 D'.
 XXXII, 6. Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum, 255 B.
 — 15. Finxit sigillatim corda eorum, 406 A.
 XXXIII, 20. Multæ tribulationes justorum, 40 D.
 XXXVIII, 4. In meditatione mea exardescet ignis, 116 A.
 XLIV, 3. Speciosus forma præ filiis hominum, 25 B', 46 B, 56 B', 61 C, D', 112 A'.
 — 10. Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate, 34 D', 59 A, 165 A', 522 C'.
 — 41. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui, 115 B', 440 B'.
 — 42. Concupiscet rex decorem tuum, 50 C, A', 68 D, 137 B.
 — 43. Adducentur regi virgines post eam, 405 A', 172 C.
 L, 6. Tibi soli peccavi, 649 A'.
 — 8. Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, 44 D', 80 B, 439 B', 523 A, 531 A'.
 LI, 10. Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, 43 B.
 LXVII, 3. Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis, 496 A.
 LXVIII, 10. Zelus domus tuæ comedit me, 197.
 LXXIII, 14. Tu confregisti capita draconis, 145 D'.
 LXXXI, 6. Ego dixi : Dii estis, 365 B.
 LXXXIII, 5. Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te, 377 D.
 XCII, 5. Domum tuam decet sanctitudo, Domine, 204 B.
 XCIII, 19. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ

lætificaverunt animam meam, 116 D', 150 A', 414 B.

- CIII, 4. Qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem, 323 C'.
 CX, 9. Sanctum et terribile nomen ejus, 145 A'.
 CXVIII, 63. Particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua, 445.
 CXXXVIII, 6. Mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, et non potero ad eam, 83 C'.

PROVERBIORUM.

- I, 8, 9. Audi, filii mi, disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, 453 B'.
 VII, 4. Dic sapientiæ : Soror mea es; et prudentiam voca amicam tuam, 97 D.
 IX, 1. Sapientia ædificavit sibi domum, 170 C, 409 B.
 XI, 2. Ubi... est humilitas, ibi et sapientia, 73 B'.
 XVI, 33. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur, 225 D.
 XXV, 27. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum; sic qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria, 256 C', 609 B'.
 XXXI, 10. Mulierem fortem quis inveniet? 118 C.
 — 21. Omnes... domestici ejus vestiti sunt duplicibus, 172 D.

ECCLESIASTÆ.

- VII, 30. Inveni quod fecerit Deus hominem rectum, 117 C', 261 A.
 IX, 10. Nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, 326 C'.
 XI, 3. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit, 309 A.

CANTICI CANTICORUM.

- I, 1, 2. Meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis, 45 D, D', 561 D'.
 — 2. Oleum effusum nomen tuum, 146 B.
 — 3. Recti diligunt te, 122 A.
 — 5. Filii matris meæ pugnauerunt contra me, 40 C.
 — 15. Lectulus noster floridus, 59 D'.
 II, 4. Ordinavit in me caritatem, 111 C'.
 — 5. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, 109 B', 438 D'.

- II, 14. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, 86 D, 168 A'.
 — 16. Dilectus meus mihi, et ego illi, 435 B'.
 III, 11. Egredimini et videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius et in die lætitiæ cordis ejus, 113 C, 114 B', 167 A.
 IV, 1. Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es! 61 B.
 — 7. Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te, 62 A', 63 C, 137 A', 642 A'.
 — 9. Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor meum, 133 C, 135 B, 438 A', 643 C.
 — 11. Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris, 165 C'.
 V, 11. Caput ejus aurum optimum, 597 A'.
 — 12. Oculi ejus sicut columbæ super rivulos aquarum, 165 C'.
 VI, 3. Pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, 63 B', 136 D.
 — 7. Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus, 105 B.
 — 8. Una est columba mea, perfecta mea, 27 B', 105 A, 159 C', 535 C, 637 A.
 — 9. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? 17 A, 18 D, 43 D', 118 B', 595 A.
 VII, 5. Caput tuum ut Carmelus, 597 A'.
 — 10. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus, 44 C, 435 B'.
 VIII, 5. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? 62 B', 163 D', 166 D.
 — 6. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, 140 D'.

SAPIENTIÆ.

- II, 23. Deus creavit hominem inexterminabilem, 261 D.
 III, 7. Fulgebunt justi et tanquam scintillæ in arundineto discurrent, 172 D, 187 A.
 VI, 20. In corruptio... facit esse proximum Deo, 138 D.
 VII, 25. Nihil inquinatum in eam incurrit, 54 C'.
 — 27. (Sapientia) in animas sanctas se transfert, 73 A, 74 B, 80 D, 93 C, 177.
 — 29. Est... hæc speciosior sole, et super om-

- nem dispositionem stellarum luci comparata, invenitur prior, 158 A'.
 VIII, 16. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa : non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius, sed lætitiæ et gaudium, 56 A', 78 C.
 — 19. Puer... eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam, 90 A'.
 XI, 21. Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti, 33 A, 156 C, 369 C'.

ECCLESIASTICI.

- III, 22. Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, 134 D'.
 IV, 33. Pro justitia agonizare pro anima tua et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te, 589 A.
 XVII, 6. Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, 261 B.
 XXIV, 9, 10. In omni populo et in omni gente primatum habui, 25 C'.
 — 16. In plenitudine Sanctorum detentio mea, 133 C.
 — 29. Qui edunt me, adhuc esurient, 438 B'.
 — 31. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, 18 D'.
 XXVI, 21. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus ejus, 21 C'.
 XXXII, 1. Esto in illis quasi unus ex ipsis, 143 C'.
 LI, 31, 33, 34. Indocti... congregate vos in domum disciplinæ;... comparate vobis sine argento (sapientiam), et collum vestrum subjicite jugo, 409 A.

ISAIAE.

- I, 2. Filios enutrivit et exaltavi, ipsi autem spreverunt me, 517 B.
 VII, 14. Ecce virgo concipiet, 47 A', 77 B, 101 D.
 IX, 6. Parvulus... natus est nobis, et filius datus est nobis;... et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis, 33 C', 53 B, 92 B, 233 D', 318 A'.
 XI, 2. Requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus consilii, 579 D.
 XXVIII, 9. Quem docebit scientiam? et quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus, 74 C, 361 A.
 XXIX, 13. Appropinquat populus iste ore suo

et labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me, 205C.

XXX, 33. Præparata est... Topheth a rege... profunda, 368D'.

XXXVIII, 17. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, 517A.

XLI, 23. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis vos, 216D.

XLV, 8. Aperiatur terra et germinet Salvatorem, 30A'.

LIII, 2. Ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sitiendi, 47B'.

LV, 5. Ecce gentem quam nesciebas vocabis, 277C, 473B.

LVIII, 3. Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. 206A.

LX, 8. Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras suas? 83C.

LXVI, 9. Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam?... Si ego qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero? 257B', 485A'.

JEREMIÆ.

VIII, 7. Milvus in cælo cognovit tempus suum; turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, 224C'.

XX, 9. Factus est (sermo Domini) in corde meo quasi ignis exæstuans,... et defeci, ferre non sustinens. 439B, 614B'.

XXIII, 5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, 254A.

— 6. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster, 254B.

XXXI, 22. Creavit Dominus novum super terram: femina circumdabit virum, 53B', 346C.

THRENORUM.

II, 19. Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini, 135A'.

IV, 1. Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, 524D.

BARUCH.

III, 38. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est, 68B, 611B.

EZECHIELIS.

XVIII, 21, 22. Si... impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis..., omnium iniqui-

tatum ejus quas operatus est, non recordabor, 308C'.

DANIELIS.

XII, 1. In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus,... et veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt, usque ad tempus illud, 404D'.

OSEE.

I, 11. Congregabuntur filii Juda et filii Israel pariter, et ponent sibimet caput unum, 538C, 638D.

XII, 6. Spera in Deo tuo semper, 407D'.

AMOS.

VII, 14. Non sum Propheta, et non sum filius Prophetæ, 362C, 587A.

ZACHARIÆ.

VII, 5. Quum jejunaretis et plangeretis... per hos septuaginta annos, numquid jejunium jejunastis mihi? 206B.

MALACHIÆ.

II, 3. Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatumstrarum, 205B'.

— 13. Non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra, 299B'.

— 15. Nonne unus fecit, et residuum spiritus ejus est? 299D'.

I MACHABÆORUM.

I, 43. Scripsit rex Antiochus... ut esset omnis populus unus, 659D'.

MATTHÆI.

I, 21. Vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum, 99A.

III, 13. Tunc venit Jesus... ad Joannem, ut baptizaretur ab eo, 411C'.

IV, 18. Ambulans... Jesus juxta mare Galilææ, 638A'.

- V, 3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, 413 C'.
 — 4. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, 413 D'.
 — 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, 414 A.
 — 6. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur, 198, 414 B.
 — 7. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, 414 D.
 — 8. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, 80 D, 191 D', 414 A'.
 — 9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, 414 C'.
 — 10. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, 414 D'.
 — 13. Vos estis sal terræ, 413 D.
 — 14. Vos estis lux mundi, 413 D.
 — 16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est, 413 A'.
 — 21, 22. Audistis quia dictum est antiquis : Non occides ; qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit consilio ; qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis, 296 C, 413 D'.
 — 23, 24. Si... recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te..., vade prius reconciliari fratri tuo, 416 B.
 — 27, 28. Audistis quia dictum est antiquis : Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo, 416 C.
 — 33, 34. Iterum audistis quia dictum est antiquis : Non perjurabis... Ego autem dico vobis, non jurare omnino, 416 C.
 — 38, 39. Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo et dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo ; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram, 296 C, 416 D, 473 C.
 VI, 1. Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, 416 C'.
 — 9-13. Pater noster, qui es in cœlis, etc., 221 A', 296 B', 316 A, 341 A, 417 A, 478 B, 640 D, 642 D'.
 — 17, 18. Tu autem quum jejunas, unge caput tuum et faciem tuam lava, ne vi-
 dearis hominibus jejunans, sed Patri tuo, 417 B'.
 VI, 22. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, 417 D'.
 — 24. Nemo potest duobus dominis servire, 417 D'.
 — 25. Ne solliciti sitis... quid manducetis, 418 A.
 VII, 1. Nolite iudicare, 418 A.
 — 3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides ? 418 B.
 — 13. Intrate per angustam portam, 193 B', 418 D.
 — 15. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, 418 A'.
 X, 2. Primus Simon, qui dicitur Petrus, 590 C.
 — 29. Nonne duo passeris asse veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro ? 506 C.
 XI, 12. Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud, 294 C', 419 C'.
 — 30. Jugum... meum suave est et onus meum leve, 295 C, 465 C'.
 XIII, 23. Fructum affert, et facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero tricesimum, 174 A'.
 — 43. Justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum, 173 A, 187 A.
 XVI, 18. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, 547 B, 550 A, 592 D, 642 C', 651 D', 652 B, 654 D, 670 D'.
 — 19. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcumque ligaveris super terram, etc., 536 A', D', 541 C, 550 A, 534 D', 535 C, C', 537 C', 558 A, 573 D', 606 B, C, 617 A, 636 A, 652 A.
 XVIII, 8, 9. Si... manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum et projice abs te ;... et si oculus tuus scandalizat te, erue eum et projice abs te, 547 A.
 — 13-17. Si... peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum ; si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ ; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus, 546 D', 550 B, 537 B, 605 A, 606 C', 624 D.

XVIII, 18. Quæcumque alligaveritis super terram erunt ligata et in cœlo, 606D, 617A, 645A.

— 19, 20. Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo... : ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, 546D, 551B.

XXII, 32. Non est Deus mortuorum, sed viventium, 397D.

XXIII, 5. Magnificans fimbrias, 217A.

XXIV, 24. Surgent... pseudochristi et pseudo-prophetæ, 401B'.

XXV, 15. Dedit... unicuique secundum propriam virtutem, 87B.

XXVI, 39. Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste, 114D.

XXVIII, 19. Euntes... docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, 236A', 267D'.

— 20. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, 536B', 546A'.

MARCI.

XII, 29-31. Primum omnium mandatum est:...

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua;... secundum autem simile est illi : Diliges proximum tuum tanquam te ipsum, 114D', 433D.

XIV, 15. Ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, 652C.

XVI, 15. Euntes in mundum univèrsam, prædicate Evangelium omni creaturæ, 267D', 293C, 474D', 605A.

LUCÆ.

I, 15. Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, 71B.

— 26, 27. Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem... Nazareth, ad virginem, 46D'.

— 27. Et nomen virginis Maria, 146D.

— 28. Ave, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, 47B, 48C', 71A, D, 94A', 164C', 345C', 410D'.

— 29. Quæ quum audisset, turbata est in sermone ejus, 47C, 94C', 345B', 410D'.

— 34. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? 47D, 92D', 127B'.

— 35. Spiritus Sanctus superveniet in te, et

virtus Altissimi obumbrabit tibi, 54A, 71D, 80D', 92D', 131C, 161D.

I, 38. Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum, 47C', 107D, B', 131C, 411B.

— 42. Benedictus fructus ventris tui, 42A.

— 45. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a Domino, 50D, 51B, 106D.

— 46. Magnificat anima mea Dominum, 39C', 92B'.

— 48. Respexit humilitatem ancillæ suæ, 129B, C, 169A.

— — Beatam me dicent omnes generationes, 23C, 93D', 94A, 159B.

— 49. Quia fecit mihi magna qui potens est, 39C', 50B.

— 54, 55. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros. 100D'.

II, 10, 11. Dixit illis angelus :... Evangelizo vobis gaudium magnum, ... quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David, 33B', 51C', 53D.

— 19. Maria... conservabat omnia verba hæc... in corde suo, 75B', 76A', 79D, 91B'.

— 34, 35. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur; et tuam ipsius animam pertransibit gladius, 40B, A', 41B', 138D', 151C'.

— 51. Erat subditus illis, 57B, D.

— 52. Jesus proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deum et homines, 57B', 58B.

V, 3. Sedens docebat de navicula turbas, 533B'.

— 4. Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam, 538D'.

— 7. Impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur, 643D'.

VI, 19. Virtus de illo exibat, et sanabat omnes, 38B.

IX, 28. Assumpsit Petrum et Jacobum et Joannem, 533B', 606B.

— 33. Faciamus tria tabernacula, 533C'.

X, 16. Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit, 609D.

— 21. Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Etiam, Pater, quoniam sic placuit ante te, 531A.

— 23. Beati oculi qui vident quæ vos videtis, 38C'.

— 42. Unum est necessarium, 600B'.

- X, 42. Maria optimam partem elegit, 49 A, 91 C'. www.libtool.com.cn
- XI, 27. Beatus venter qui te portavit et ubera quæ suxisti, 38 B'.
- XII, 41. Ait... ei Petrus : Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes? 533 D', 606 C.
- XIX, 26. Omni habenti dabitur, et abundabit, 402 A'.
- XXII, 19. Hoc facite in meam commemorationem, 556 D, 537 A, 604 D'.
- 24. Facta est... contentio inter eos, 657 A'.
- 25, 26. Reges gentium dominantur eorum, ... vos autem non sic, 604 D.
- 32. Ego... rogavi pro te ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, 534 A, 536 A', 555 D', 571 D, 590 A', 652 A.

JOANNIS.

- I, 4-3. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, 253 C, 372 D', 454 B'.
- 11. In propria venit, et sui eum non receperunt, 253 D.
- 14. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis ; et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, 253 D, 372 D'.
- 40. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, 590 A'.
- 42. Intuitus autem eum Jesus, dixit : Tu es Simon filius Jona, tu vocaberis Cephas, 533 C', 590 B', 656 A.
- III, 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei, 143 B, 237.
- V, 19. Quæcumque... ille fecerit, hæc et Filius similiter facit, 319 A'.
- VI, 38. Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, 544 C, 545 B.
- VIII, 36. Si ergo vos Filius liberaverit, vere liberi eritis, 26 A'.
- X, 1. Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro, 293 D.
- 29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est, 348 D.
- 30. Ego et Pater unum sumus, 348 C.
- XIII, 13. Vos vocatis me Magister et Domine, 604 D, 614 C'.

- XIV, 2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, 600 D'.
- 6. Ego sum via et veritas et vita ; nemo venit ad Patrem nisi per me, 237, 473 D'.
- XVI, 13. Quum... venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, 546 B', 644 C.
- XVII, 3. Hæc est... vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum, 67 B, 177, 267 B, 468 B'.
- XVIII, 17. Dicit... Petro ancilla ostiaria, 533 D'.
- 27. Iterum... negavit Petrus, 590 C'.
- XIX, 25. Stabant... juxta crucem Jesu mater ejus. etc., 439 C, 442 B, 452 D'.
- XX, 17. Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum, 347 C'.
- 22, 23. Accipite Spiritum Sanctum ; quorum remisistis peccata, etc., 556 A', C', 604 D', 605 C, 606 A.
- XI, 11. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, 534 A, 590 C'.
- 15-17. Dicit Simoni Petro Jesus : Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei : Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei : Pasce agnos meos, etc., 533 A', 534 A, C, 535 B, 536 D, 542 B', 555 A, D', 556 A, D', 557 C, 605 B, 606 D', 613 A', 616 D', 617 D, 628 A, 645 C, 652 A, B', C', 653 C', 657 B.
- 19. Sequere me, 533 D, 541 C'.
- 22. Sic eum volo manere donec veniam, 544 D'.

ACTUUM.

- II, 4. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, 71 C.
- IV, 31. Quum orassent, motus est locus in quo erant congregati, 549 C'.
- XVII, 24, 25. Deus, qui fecit mundum et omnia quæ in eo sunt, ... nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, 36 B.

AD ROMANOS.

- V, 19. Sicut... per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientem justus constituentur multi, 265 D'.
- VIII, 21. Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, 26 A'.

XI, 33. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius | 82 B, 257 B, 512 C'.

XII, 4, 5. Sicut... in uno corpore multa membra habemus... ita multi unum corpus sumus in Christo, 595 A'.

XIII, 1. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, 561 A', 609 B.

— 14. Carnis curam ne feceritis in desideriis, 419 A'.

XIV, 23. Omne... quod non est ex fide, peccatum est, 285 B'.

I AD CORINTHIOS.

VI, 20. Glorificate et portate Deum in corpore vestro, 37 C, 65 D'.

XI, 3. Caput vero Christi Deus, 563 A.

XII, 8. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ, 74 C'.

XIII, 10. Quum... venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est, 268 B'.

— 12. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, 88 D, 180 A', 267 C.

II AD CORINTHIOS.

X, 8. Quam (potestatem) dedit nobis Dominus in ædificationem, et non in destructionem, 544 D, 545 C, 568 C, 618 D.

XII, 2-4. Scio hominem... sive in corpore, nescio, sive extra corpus, nescio, Deus scit, raptum... usque ad tertium cœlum, 86 C', 132 C, 159 A, 262 B, 366 A', 519 D'.

AD GALATAS.

II, 9. Iacobus et Cephas et Joannes, qui videbantur columnæ esse, 535 C, 637 C.

— 11. Quum... venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat, 543 D', 554 B', 580 A', 606 B', 608 A, A', 649 B, D', 656 C'.

AD EPHESIOS.

IV, 5. Unus Dominus, una fides, unum Baptisma, 363 D, 621 A.

— 7. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, 72 C, 617 C, D.

— 13. Donec occurramus... in virum perfe-

ctum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, 389 A'.

V, 23. Christus caput est Ecclesiæ, 622 B.

— 25-27. Christus dilexit Ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, 536 A, 547 B, 567 B, 640 A, 642 B'.

AD PHILIPPENSES.

II, 8. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, 400 C.

III, 20. Nostra... conversatio in cœlis est, 81 D, 103 C, 150 B.

AD COLOSSENSES.

III, 20. Filii, obedite parentibus per omnia, 572 C'.

I AD TIMOTHEUM.

V, 4. Seniores ne increpaveris, 649 A', 650 C'.

II AD TIMOTHEUM.

II, 5. Non coronatur nisi legitime certaverit, 294 C', 594 D'.

AD HEBRÆOS.

I, 3. Portans... omnia verbo virtutis suæ, 357 B', 380 A.

XII, 20. Si bestia tetigerit montem, lapidabitur, 19 C'.

XIII, 9. Optimum est... gratia stabilire cor, 121 C'.

JACOBI.

II, 20. Fides sine operibus mortua est, 363 B'.

V, 20. Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum, 271 A.

I PETRI.

III, 15. Parati semper ad satisfactionem omniposcenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe, 304 C, 477 B.

II PETRI.

www.libtool.com.cn

I, 4. Maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ, 318 A, 365 B'.

I JOANNIS.

I, 3. Quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio ejus, 365 D'.

IV, 1. Nolite omni spiritui credere, sed pro-

bate spiritus si ex Deo sint, 244 D, 494 A'.
IV, 19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos, 134 D, 297 B, 434 D.

APOCALYPSIS.

XII, 1. Signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim, 144 A'.

XXII, 16. Ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina, 99 D'.

www.libtool.com.cn

INDEX ANALYTICUS

A

- AARON**, primus pontifex, in fide dubitans, a B. Maria superatus est, 407A'. Ipse et filii ejus a vino abstinere debebant, antequam intrarent in tabernaculum testimonii, 298B.
- ABBAS**, secundum se acceptus, major est toto residuo monasticæ congregationis, 539B, 603B', cui præest, 638C'; habet potestatem et jurisdictionem super totam communitatem, 568D', nihilo minus in variis causis quæ conventualiter proponuntur, majori parti acquiescere obligatur, 569A. — An in omnibus major ipsi debeat obedientiam quam Papæ, 572C. — Cf. Pastor, Prælatio.
- ABLATIO**. Vide Negatio.
- ABLUTIO** corporalis nihil vel parum confert ad internam puritatem animæ, 314B', 315A, quæ abluitur per penitentiam et satisfactionem, 314D'; verumtamen figurative nonnunquam in V. T. jubebatur, 314D'. — Multæ insanæ ablutiones in Alcorano præcipiuntur, 314D.
- ABRAHAM** non propria voluntate, sed ex divina commissione ac dispensatione Agar dimisit, 299B'. Non accepit a Deo legem specialem, sed quædam mandata, 292D', 474B', præsertim præceptum circumcisionis, 383A, et ipse nonagesimo nono ætatis suæ anno se circumcidit, 269A'. Totis præcordiis expectavit ac desideravit Salvatoris sui adventum, 305B', atque ex imaginaria et typica visione Christi futuri gavisus est, 39D'. Commendantur ejus fides, 407B, et humilitas, 429D'.
- ABSTINENTIA** ab alimentis divinitus instituta est, 475A, et valet ad obtinendam populi emendationem, 508C'. — Abstinencia a mulieribus, non est viris impossibilis per auxilia gratiæ, 295B, quum timorati conjuges sacris ac festivis temporibus ab omni abstineant se complexu, 295D.
- ACCIDENS** habet esse proprii generis et essentiam sui prædicamenti, 493B.
- ACEDIA**, vitium latræ virtutis oppositum per defectum, 215A, ex amore sui nascitur, 434A.
- ACTIO** est suppositorum, 628B. Sine ordine actio est præsumptio, sine actione ordo est negligentia, sine scientia actio est reprehensibilis, 597B. — Actio sibi connaturalis necessaria est intellectualis essentiæ beatitudini, 259C, quæ ipsa est perfectissima actio optimæ potentiæ ac virtutis dignissimæ, 281D, 468A'.
- ACTUS** secundus primum actum præsupponit, 639A, sicut agere præsupponit esse actuale, quia agere et pati proprie est suppositorum, 487B', et agere præsupponit in agendo actuale esse propriæ speciei ac ordinis sui, 487C'.
- ADAM** in justitia originali creatus est, 417C', scilicet in gratia gratum faciente, virtutibusque et donis ei annexis, 417D'.
- ADJURATIO** nec ex ordinatione divina, nec ex institutione Ecclesiæ habet virtutem certam agendi id quod per eam petitur aut intenditur, 218D, dum sacramenta indubitanter efficiunt ea ad quæ facienda a Christo sunt instituta, 218C. Modo licita est, modo illicita, 216B' et s., 217A': quum fit licite, certum est illam a Deo effectum obtinere, quando hunc obtinet, 219C', sed proferenda non est nisi per modum humilis obsecrationis ad provocandum Dei subsidium, 218A'; illicita, vitium est latræ oppositum, 215A'. — Instruendi sunt fideles qualiter rite ac virtuose possit fieri adjuratio, 219D, nam in ea frequenter aliqua superstitiosa miscentur, 219A', et quidam inducuntur ad credendum illam licite fieri, quia communiter sortitur effectum, 219B', dum sæpe ope-

- ratione diaboli effectum acquirit, 219C'. — Qui vitiosa adjuratione utuntur ad bonum temporale consequendum, 220B, nec Dei nec Ecclesie prohibitionem curantes, in statu damnationis consistunt, 220C, contra caritatem erga Deum agentes, 220D. — Cf. Superstitio.
- ADOLESCENTULÆ** illustrissimæ pro Christo passæ sunt magna tormenta, quæ describuntur, 428 B' et s. — Mystice, adolescentulæ sunt animæ incipientium, 106 A.
- ADORATIO** actus est latræ, 213, sed in Scripturis interdum accipitur pro veneratione dulciæ, 327A'.
- ADVENTUS** Christi a principio mundi ardentissime desideratus est ab electis, 262D', et ab omnibus Prophetis prædictus, 410 C'. — Duplex est: alter, in humilitate ac paupertate, ut judicaretur et crucifigeretur Christus, 410 D, et hic fuit occultus, quia non nisi paucis innotuit, 410B'; alter, in majestate et gloria, ut judicet Christus omne genus humanum, 410 A, et hic erit omnibus manifestus, 410 B'.
- ÆGIDIUS** (S.), Ord. Min., adeo sæpe in divinis rapiebatur, ut angelicam vitam in terris ducere videretur, 86 A. (Acta SS. die XIII^o Aprilis.)
- ÆGIDIUS Romanus** (Ægid. Colonna, archiep. Bituricensis), Ord. S. Augustini theologus, contra philosophorum astrologorum stultissimos errores scripsit, 223 B. — Citatur de potestate principis, 598 D, 600 D, 609 D', et de tribus regiminibus in domo, 601 B. — Adde 510 C, 511 D.
- ÆGYPTII** multi Moysi crediderunt, 329 B'.
- AER** est infra orbem cœlestes mobiles et ignem elementarem, 369 D, atque post judicium generale fulgebit ut cœlum, 386 A. Cf. Cœlum.
- AFFIRMATIO.** Quæ sit cognitio Dei per affirmationem, 83 D'.
- AGAR** ab Abraham dimissa fuit ex divina commissione et dispensatione, 299 B'.
- AGATHA** (S.) martyr, laudata de eximia pulchritudine, minus fuit formosa quam B. Maria, 61 D. Cumulata donis gratiæ et naturæ, 90 D', a Christo ad cœlestes nuptias invitata, 151 B', sua vix sensit tormenta, et gloriabatur in illis sicut in deliciis, 152 A. Ejus martyrium describitur, 429 A et s. (Acta SS. die v^o Februarii.)
- AGILITAS** dos est corporum glorificatorum, 172 A', 186 B', quæ in momento movebuntur, id est in tempore brevissimo, non tamen in instanti, 187 B. Cf. Corpus.
- AGNES** (S.) martyr, eximie fuit pulchritudinis, sed minus formosa quam B. Maria, 61 D. Ornata donis gratiæ et naturæ, 90 D', præfecti Romanorum filium suscitavit a mortuis, et in medio ignis stetit illæsa, 430 C. (Acta SS. die XXI^o Januarii.)
- ALANUS** (de Insulis), Parisiensis theologus, citatur de auctoritate summi Pontificis, 541 C, 560 B'.
- ALBATEGNI** (Mohammed ben Gâbir el-Battâni), Arabs philosophus et eruditus astronomus, citatur, 376 B'.
- ALBERTUS Magnus** (de Bollstædt), Ord. Præd., episcopus Ratisbonensis, B. Mariæ commendat plenitudinem gratiæ, 72 B' et s., et puritatem, 68 C', 70 B, quam tamen supponit in omni originali conceptam, 70 D. Sæpius citatur: de B. Virgine, 64 C', 76 A', 98 B et s., 141 C', 142 D', 144 B, 145 A, 146 D, de auctoritate Papæ, 538 D, de dispensatione voti, 582 A', de donis gratis datis, 95 B, D, de pulchritudine, 61 B'. Explicat in quo consistat nobilitas, 26 B. — Adde 86 D', 223 C, 544 B, 560 A', 590 D', 597 A, 601 C, 614 D.
- ALBUMASAR** (Djafar ben Omar Abu-Maschar), excellens, 376 A', et eruditus astronomus, 376 B', citatur de Virgine, 56 C, D. Omnia inferiora, etiam actus humanos, de necessitate fieri ac evenire juxta constellationes falso asserit, 223 A.
- ALCORAN** seu Alforcan. Sicut liber legis Christi Evangelium, ita liber legis Mahometi Arabicæ Alcoran, Latine Alcoranum appellatur, 239 C, quod interpretatur collectio mandatorum, 239 C. Dividitur in azoaras, seu capitula, 239 A'. — A Sarracenis laudatur tanquam liber excellentissimus, 276 A, 277 D et s., 279 B', 288 A, 480 B, et a Mahometo, 276 A, 277 D et s., qui finxit illud sibi per Gabrielem angelum datum ac revelatum fuisse, 239 A', 275 A', 339 A', C', 361 B' et s., 367 D', mentiens se esse Dei nuntium, 327 A', 328 A', et prophetam, 362 C, 366 C', in lege Moysis et Evangelio prænuntiatum, 451 D'. — Æstimat miracula inutilia esse ad probandam ejus doctrinam, 320 D et s., 321 D, 329 B', 330 A; fatetur tamen quod si Mahometus patrasset magna prodigia, illi plus crederetur, 321 C. Idcirco studiose congnat præstigiū de divisione lunæ a Mahometo

factum, 354 C et s., 496 B', et laudibus effert sublevationem istius deceptoris ad Deum et ad paradysum, 354 B, 355 B.

Nil delectabile habet, nisi forte quamdam consonantiam, 278 B'. — Commendat per pauca honesta et vera, 239 B, 278 A', et pietatis aliqua opera, 362 D'. Ponit quædam moralia quæ naturalem nequaquam rationem transcendunt, 280 C, neque subtilia, neque profunda, 280 A. — Introductus vi gladii, 320 B', 328 D, iste liber diabolica inspiratione editus, 349 A, tot continet contraria philosophicis documentis, 279 A', tam multa nequiora a Judæis addita, 274 C' et s., 275 D, 383 D, 387 A, et ex Talmud sumpta, 350 C, 378 B', tot libidinoso et porcino, 278 A', 328 B, 468 B, ut dæmones ipsi talia scribere erubescerent, 278 D. Pariter complectitur tam multa fabulis vetularum similia, 338 C, 367 B', 373 C', tam superflue et tædiose eadem repetit, 280 C, 311 C, 344 B', toties sibi contradicit, 311 A, 321 D' et s., 322 C, 448 A', 471 C et s., ut nullibi legatur tam stultum et irrationabile scriptum, 314 B. Denique, adeo plenus est perfidiis et mendaciis, 290 B', 303 B, 314 C, 334 B, 339 D, 346 B, 347 A, 457 C, B', 480 B, ut in uno capitulo plus proferrat quam viginti quatuor mendacia, 459 A.

Libris Prophetarum stabilem fidem adhibere jubet, 255 B, Evangelium laudat tanquam nil falsi includens, 449 D', atque sæpe fatetur illud Christo a Deo collatum, 249 D', et tamen pene in singulis capitulis, veritati tam N. quam V. T. contradicit, 274 B', 276 C, 279 A', 280 C, 290 D, D', 291 B, A', 326 A, 328 B', 330 A', 349 D', 450 A, 480 A'. Omnium principalium hæresiarcharum gentiliumque sacrilegas falsitates renovans, 243 A, D, 276 C, 279 D, 322 A, 447 A', horribiles blasphemias in Deum concludit, 279 C, 347 C'. Admittit quidem unitatem Dei, 363 B, 365 A, et ejus adorationem indicit, 241 C, frequenter commendat Creatorem ab effectibus suæ misericordiæ ac providentiæ circa homines, 280 B, quædam illius attributa extollit, quamvis minus devote quam Scriptura sacra et sancti Patres, 280 A' et s.; sed irreverenter, imperite ac ruditer de Deo loquitur, 258 C', quem supponit ens materiale, 289 A; a vero deerrat circa Omnipotentis sapientiam, 396 A', justitiam, 315 B, 396 C, 407 A, caritatem et bonitatem, 277 A, 308 A', 310 C, 316 C', 341 A', 478 D, 479 C', circa claritatem et

thronum ejusdem, 369 B et s., circa amorem Deo ab hominibus debitum, 276 B, 296 C'. — Dicens quod si Deus esset trinus, tres dii forent, 241 D, et quod Deus non habeat uxorem, nec proinde filium, 241 A', 292 C, pernegat trinitatem personarum in Deo, 241 C, 246 D, 317 D', 480 D' et s., quæ tamen solidis argumentis confirmatur, 482 A et s., 483 D et s.

Prædicat Christum esse Messiam in lege et Prophetis promissum, 474 C, Dei nuntium, 318 C, Virginis filium, 405 A, 450 A et s., virum optimum, 23 B', verbum et virtutem Dei, omnium Prophetarum sapientissimum et sanctissimum, 297 A', Moyse majorem, 370 A', et Mahometo, 297 A', 474 B, at hominem purum, 305 A, 317 C', 484 C', 485 B, non Filium Dei æqualem et cœternum, 292 C, 314 B, 347 B', 365 A, 390 A'. Ipsi attribuit falsa et absurda miracula, 304 C', 311 C', 458 D'; imo insinuat ipsum nequaquam docuisse se ut Deum esse adorandum, 305 A', cujus oppositum copiosissime et clarissime ex utriusque Testamenti scripturis probatur, 366 A, 486 D', 494 B'. — Amplius, blasphemat Jesum non esse passum, 311 C', 421 D, 448 D', licet omnes Prophetæ passionem ejus prædixerint, 312 A et s., et quatuor Evangelistæ concorditer eam descripserint, 312 C'.

De angelis multo minus recte disserit quam Patres, 280 B', errans circa eorum naturam et potestatem, 289 B, C, C', 290 B, 303 D', 322 D, 323 D, 340 C, C', 366 C, 368 D, 373 C et s., 377 A, 380 D, 382 B', 383 B' et s., 392 B et s., 397 D' et s., 405 D, 473 A', 476 C et s., 478 B'. — Pauca et fabulosa recitat de dæmonum subtilitate, scientia et experientia, 280 C', 323 B, 340 C, D', 352 A, 357 B, D' et s., 379 D, 382 B', 479 B, D. — Prave judicat de creatione cœli, terræ, 353 C, 374 B et s., 375 C et s., 406 B et s., lunæ, solis et ceterorum astrorum, 378 C', 379 D, D', de creatione hominis, 340 C, C', 372 D, de anima rationali, 371 A', 381 A' et s., 479 C, et de formatione fetus humani in alvo materno, 408 B'; stulta narrat de animalibus terrestribus, 386 D et s., de piscibus, 387 D', de ventis, 379 B', de montibus, 374 A', 386 B, de maribus, 387 C et s., imo de entibus universis, 243 C'. — In mundo contendit omnia ex fato et necessitate accidere, 448 B, et sic tollit ab homine libertatem arbitrii, 407 A, et negat

omnia dona supernaturalia gratiæ, 365B', et etiam quædam dona naturæ, 365B.

Falsitates falsitatibus contexit quoad mortem malorum et justorum, 358A', quoad finem hujus mundi, 357C et s., 385D, et resurrectionem mortuorum, 357C et s., 385D. Generale iudicium fatetur, sed mendose illud describit, 241A', 243D', 313B', 341C, 370B', 373C', 384B', 396A, 398B' et s., 400D' et s., atque iudicium particulare prætermittit, 339C'. — Stolide depingit paradisi capacitatem, 305D', brutalemque beatitudinem hominibus promittit, 243B', 267D, 278D', 281A et s., 284A et s., 389A et s., 391C, 467D' et s., 468D et s.; affirmat in alio sæculo esse infernum, 297D, 369C', sed hanc veritatem deformat, 368C', 388A, 393B'; inepta et falsa dicit de damnatis, 321A', 326B', 329C, 341C' et s., 478D', et de animabus in purgatorio detentis, 347C, 479D'.

Perperam intelligit legem divinam, 292B', 363D, censendo eam gravia ab hominibus nequaquam exigere, 294B', quod longe est a doctrina Christi et philosophorum, 294C', Apostolorumque ac Prophetarum, 294D', dicitantium arctam esse viam salutis, 294B', 418D. Indifferentissimum religiosum edocet, 294D, D', 317D, insinuans unumquemque in sua lege posse salvari, 473C'. Sed simul declarat quod Sarracenus legem Mahometi relinquens pro lege Christi, dilectionem Dei amittit, 474B, et in igne æterno peribit, 297D, 475A': idcirco prohibet disputari de lege Alcorani, 304A, 477A, quia superior est legi Christi, 327B', et multa minatur his qui Mahometo non credunt, 280C, 294A', 314B; quidquid vero contra incredulos dicit, in ipsum Mahon et in ejus sequaces redundat, 322B. — Imo, sæpe hortatur ad expugnandum, prædandum et occidendum incredulos, 280C, 310D', 471D et s., quousque ingrediantur ad fidem Sarracenorum, sub pœna æternæ damnationis, 328C, D', maxime Christianos, quos infideles appellat, 241D, C', 294A', 305C'; et promittit beatitudinem his qui in tali obierint pugna, 306A.

Arbitratus abstinenciam a mulieribus esse viris impossibilem, 295A, provocat omnes ad turpitudinem, 280D, et concedit uno marito vitiosam uxorum pluralitatem, 464B et s., scilicet, quatuor principales uxores, empicias vero et in bello obtentas tot quot

quis potuerit habere et ferre, 306C, 309D': quod finibus matrimonii repugnat, 306D, impedit contemplationem, 307A, ac perfectionem, 307B, et quod possunt facere soli divites, 310A. — In tertio gradu consanguineas personas, connubio licite conjungi declarat, 309B, contra legem Ecclesiæ has personas usque ad quartum gradum inclusive a matrimonio excludentis, 309B' et s. — Promulgat legem impiam et injustam, 462A', de uxorum repudio, 298B', 462B', in quatuor casibus, 301B, quod est contrarium legi Christi, 298D', et rationi, 298B', repugnat matrimonii sanctitati, 300A et s., pietati ac æquitati, 301C, sobolis bonitati nocet, 301B', et malis moribus favet, 301A, D. Amplius, mulieri repudiatæ prohibet alteri nubere, nisi mensibus quatuor evolutis, infra quos vir qui eam abjecit, deliberet an eam recipere velit, 300D'. — Irrationabiliter versus Mecham orandum esse præscribit, 293D', quasi ibi domum et mensas et oblationes Deus hominibus constituerit, 318D'. — Sæpe judaizat, 294C: legem nempe talionis imponit, 296B, 475C, post coitum et egestionem, ac ante orationem, ablutiones præscribit, 310A, 314D, prohibet porcina carnem, 294C, 390B, et sanguinem, 472D'. Jejunium sic imperat, ut tota pene nocte ad libitum epulari liceat, 295D, 314B', 474D'. — Interdicit vini etiam exigui potum, 475C' et s., et severius punit ebrios, 371D'; sed potus vini in terra illicitus, erit in Mahometi paradiso licitus, 391B', 392C'. — Ludum alearum et scacorum, etiam moderatum, æstimat maximum peccatum, 297B', 475C' et s. — Modo jurandi utitur Scripturis opposito, 353D'.

Adulterat historiam Adæ et Evæ, 289C, 323A, 381D' et s., 382A', 403A, 408C, 473C, 478A', Abel et Cain, 316D, Noe, 323D', 330B et s., 384D', 388B', 391B, 398D', 407B', Japhet, 390D et s., Seth, 403D, C', 407B', Cham, 408A, Abrahæ, 292B', 330D' et s., 352A', 354A, 383A, D, 404A, 405D', 407B', 474D, Saræ, 404B, Lot et Sodomitaram, 325D, 331A, C, Ismaelis, 347A, 404C, Jacob, 370D, Joseph et fratrum ejus, 331C et s., 334D et s., 337D et s., 459B et s., Job, 353B, Moyses, 316C, 324B et s., 329B', 344B', 348A, D', 349C, 350D, 367A, 370C, 383B, B' et s., 384C', 458A, Pharaonis, 353C, Saulis, 302B, Nathan, 332D', Davidis, 352A', 364A,

- 369D', 371D', Samuelis, 302C, Salomonis, 293B', 349B' et s., 352A, 370A, 457C', Jonæ prophetæ, 352B', Alexandri regis, 345A, Zachariæ patris Joannis Baptistæ, 304D, 345B et s., Joannis Baptistæ, 348B', 479D', B. V. Mariæ, 345A' et s., 407A', 458B, 485A, Apostolorum, 303D, 319C, quos appellat viros vestibus albis indutos, 250C, 319B, septem Dormientium, 342C et s., Judæorum, quos dicit Abraham adorare, 326D', Christianorum, quos insimulat criminis approbandi vitiosos prælatos, 316D', et adorandi sacerdotes suos et pontifices, 326D', denique sacerdotum et præsulum catholicorum, qui, ut mendose asseverat, Mahometo crediderunt, 318B', 478D.
- Summatim confutatur Alcoran per purissimam et supernaturalem Christi doctrinam, 414B', 417B' et s., 420C' et s., 432C' et s., specialiter per admirabiles Christi sermones in monte, 413B', et in Cœna, 421D et s., per cuncta præcepta legis evangelicæ, 415D et s., per multa miracula quæ narrantur in Evangelio, 419A, et multa alia signa quæ non narrantur, soli Deo possible, 420B', 441A, 454D, per vitam sanctissimam Apostolorum et fidelium primitivæ Ecclesiæ, 425D et s., per miracula Apostolorum, 425D', et aliorum sanctorum Christianorum, 430A et s., 454D', per amarissimam mortem quam pro Christi fide martyres perpessi sunt, et miracula multa quæ in suppliciis fecerunt, 427B' et s., per sacrosanctam conversationem sanctorum patrum in eremo, 431C et s., per operationes quas Deus in cordibus fidelium efficit, scilicet contemplationem theoreticam, 439D et s., raptus et ecstases, 434C' et s., 437D et s., 441C et s. — De doctrina Alcorani quid recitet Petrus Cluniacensis, 275A et s. — Cf. Mahometus, Sarraceni.
- ALEXANDER (S.) Papa I filium S. Hermetis martyris suscitavit a mortuis, 430D'.
- ALEXANDER (de Hales), Ord. Min. theologus, « Doctor irrefragabilis ac solidissimus », 648A', « maximus temporis sui theologus et devotissimus homo », 184D, citatur, 510C, 638C, 654C', 664B'.
- ALEXANDER Magnus, primus Græcorum rex, idololatra, valde ambitiosus ac libidinosus, non habuit omnium rerum scientiam, quamvis ferve laboraverit et multum profecerit, 345A.
- ALEXIUS (S.). Ejus Legenda citatur, 656A. (In Legenda aurea, cap. 89.)
- ALFORCAN, nomen aliud Alcorani, 363D', 366B', 460A, C', 461A, C, B'. *Vide* Alcoran.
- ALGAZEL (Abu Hamed el-Gazzâli), Peripateticus philosophus, inferiora omnia et actus humanos de necessitate fieri ac evenire juxta constellationes falso asserit, 223A; in contemplatione beatitudinem hominis statuit, 282B', 469B, 473A'.
- ALI, consobrinus, discipulus ac successor Mahometi, 274D', et filius Abitalib, indigne tulit morientem Mahometum perdidisse sensum, 274A.
- ALKINDI (Jaquib ben Ishaq el-Kindi), philosophus et astronomus Arabs, inferiora omnia, etiam humanos actus, de necessitate fieri ac evenire juxta constellationes falso asserit, 223A.
- AMANDUS, quidam magistratus, « re et nomine amandus », sæcularis et uxoratus, divino zelo accensus, cui scribit Dionysius noster, 198, tractatum offerens de Modo agendi processiones, 199A.
- AMBROSIUS (S.), Mediolanensis episc., expositor catholicus Scripturæ, hæreses per multa præclara miracula destruxit, 455C'. — Genealogiam Christi describit, 24A' et s. — Citatur : de B. Maria, 47A', 64A', 92B', 142B, de Ecclesia, 597C, de auctoritate Papæ, 652C', et concilii generalis, 549B'. — *Adde* 33B', 199C', 511B, 533B', 542C, 558B, 606B. (Migne *Patrol. lat.* tom. 14-17.)
- AMELIUS (S.) quantum dilexerit Amicum, 113A. (Acta SS. die xii^{te} Octobris.)
- AMICITIA, quum sit præcipuum vitæ præsentis bonum, maxime est appetenda, 464B'. — Amicorum est eadem velle et nolle, 44C', et mutuo sibi pandere sua secreta, 44D', 89B'.
- AMICUS (S.). *Vide* Amelius.
- AMOR est emanatio voluntatis, 484D. — Duplex est, nempe amor sui et amor Dei, 433C'. — Amor sui improbus et privatus, 433D', venenum est amoris divini, 434C, pervertit judicium, 279A', 465D', et omnium est vitiorum origo, 433C', 434A; crescens usque ad contemptum Dei, facit hominem diaboli filium, 434B: unde omnino vitandus est, 433A'. Septem habet effectus, per quos describuntur proprietates divini ecstæticique amoris, 434C': quorum primus est concavitas oculorum, 434D', secundus, desiccatio membrorum, 435C, tertius, pauca et defe-

ctiva locutio, 435 A', quartus, siccitas oculorum, 435 D', quintus, pulsus inordinatus, 436 B, sextus, profunda occupatio versa ad interiora, 436 C', septimus, quod taliter amerosus dum videt rem rei dilectæ consimilem, quasi insanire videtur, 437 A.

Amor Dei naturalis et acquisitus, bonis ac malis, fidelibus infidelibusque communis, 276 B, non excludit peccata mortalia, 438 C. — Amor Dei supernaturalis carnales voluptates temporalesque divitias contemnit, 276 C', omniumque est origo bonorum, 433 C', 434 B; crescens usque ad contemptum sui, constituit hominem Dei filium adoptivum, 434 B. Alius est autem amor concupiscentiæ, quo quis Deum intuitu proprii commodi diligit, 437 C, alius amor amicitiae, quo quis Deum diligit propter illius bonum, non ob proprium commodum, 437 D. — Deus est super omnia diligendus, si non semper intensive, saltem appreciative, 296 D': sex gradus hujus amoris explicantur, 438 B et s.; tunc autem perfecte Deum amamus, quum ad ipsum referimus quidquid possumus, agimus et habemus, 433 C. — Hic est ordo amoris, ut amemus primo Deum, secundo nos ipsos, tertio proximos, quarto proprium corpus, 434 D. — *Cf.* Caritas.

AMPLEXUS purissimi fuerunt quibus Sanctus Sanctorum et Mater sanctitatis se invicem amplectebantur, 39 A', 60 B et s. — Viri excellenter heroici se invicem amplectebantur, et spiritualibus amplexibus vix poterant satiari, 60 B'.

ANACHORETA. *Vide* Eremita.

ANACLETUS (S.) Papa citatur de electione Papæ, 533 A.

ANASTASIUS (S.) martyr suscitatus fuit a mortuis a S. Juliano martyre Antiocheno, 430 D'.

ANDREAS (S.) apostolus fecit miracula præclara, 426 A', totam Achaiam replevit ecclesiis et fuit martyr, 426 B'.

ANGELI sancti, peccantibus apostatis, qui Deo inordinate assimilari volebant, 289 C, 322 B', 543 A', Creatori suo fidelissime adhæserunt et servierunt, 397 A, et statim meruerunt a Deo beatificari, 323 B, et confirmari in bono, 323 C, 392 D. — Sunt deiformes intellectus ac simplices mentes, 323 B', et spiritus, 323 C', 340 C, C': unde nec manducant nec bibunt, 392 A', 476 C, D', nec habent inter se corporale colloquium quod per localem

approximationem percipi possit, 358 A; habent tamen, ut aliqui opinantur, in sua natura spiritualem materiam, 392 B'. Cur dicantur ignis urens, 323 C'. Quasi infiniti numero, 184 B et s., in novem choris sunt distributi, qui enumerantur, 366 C, et quo angelicorum spirituum chorus est altior, eo plures spiritus continet, 184 C', sicque multo plures sunt in summo choro quam in infimo, 184 D', 368 B'; species vero specialissime angelicorum spirituum soli Deo sunt agnitæ, 183 A; una sunt tamen civitas Dei, 183 B'. — Supremæ sunt Dei creaturæ, 406 A', amici Dei et filii adoptivi, 396 D, splendidissimi et fortissimi milites Omnipotentis, 184 D', non tamen condigni genus humanum redimere, 263 B et s., 490 C. — Magnificentiam Dei noscunt, venerantur et regratiantur omnes, 396 B', præsertim angeli primæ hierarchiæ, qui Creatori cum summa reverentia adsistunt, 380 C'. — Præ hominibus scientia præditi, 289 D, illuminant animas infantium sine Baptismo defunctorum, 185 B', animas Beatorum, 185 D', animas in purgatorio detentas, 186 A. Omni die ac nocte, de cælo empyreo, ubi habitant, 369 C, descendunt ad homines invisibiliter, et aliquando visibiliter, 392 C, ut eos regant et instruant, 358 B', 382 D', et in oblatione Sacramenti incessabiliter adsunt, 358 C'. In die iudicii cunctis hominibus visibiliter apparebunt, 402 B'. — Cuilibet homini in hoc mundo, etiam infideli, datur specialis angelus custos, 184 D, 385 C', de infimo ordine, 184 A', 368 D, etiam puero in utero materno, imo et Antichristo dabitur, 184 D; unde patet tot ad minus esse angelos de infimo choro quot sunt homines, 368 A'. Quomodo angeli custodes in accidentalibus præmio possint crescere usque ad diem iudicii, 342 B. — In Alcorano angeli Mariam laudant, 23 B'.

ANIMA humana non ab astris dependet, sed immediate a Deo creatur et infunditur, 374 B', 406 D', corpori hominis, ut bene regatur, 655 B'. — Rationalis est et simplex, tota in toto corpore et tota in qualibet ejus parte, 384 D', 493 C'. — Quomodo anima rationalis a corpore separata intelligat, 183 C, juxta Platonicos et Peripateticos, 185 D; juxta theologos, quomodo cognoscat anima infantis baptizati qui ante discretionis tempus mortuus est, 183 B', anima non baptizati defuncti, 185 C', anima ejus qui scientia præditus

- erat in hac vita, 185D', et anima hominis in purgatorio detenti, 186A. — Anima beatæ se invicem omnesque angelos vident et noscunt per species intelligibiles sibi a Deo impressas, 188B'.
- ANNA**, sterilis conjux Elcanæ, per votum Samuelem peperit, 28C.
- ANNA** (S.), uxor Joachim, cujus nomen gratia interpretatur, 30C, mulier fuit honesta, 28B, omnino sancta et benefica erga pauperes, 30A, ex Bethlehem in tribu Juda nata, quæ multis annis sterilis, 27C', ex angelica nuntiatione, 27A', C', miraculose concepit B. Mariam, 27A', D', 28A. Sciens se genuisse filiam futuram Messie matrem, lætata est, 29D', et infantulam ablactatam duxit ad templum, 32C, ut edoceret in Scripturis, 77C. — In Alcorano laudatur, 23C'.
- ANNA**, sanctissima vidua et prophetissa, Christum cognovit et de eo omnibus loquebatur, 411C'.
- ANONYMI** auctores, quorum dicta recitantur : quidam doctor christianus (Raimundus Martinus, Ord. Præd.) et quidam Sarracenus (apud Vincentium Bellov. Spec. Hist. lib. XXIII cap. xl), 272C, 348C', 393C. — Concionatores Basileensis concilii, 620B, 663B'. — Græcus expositor (Apollinaris Laodicensis, in Catena Græca), 657A'. — Doctores et theologi, 220A', 221D', 232D', 344C', 583D, 603A, 655A'.
- ANSELMUS** (S.), Cantuariensis archiepisc., scribit Urbano Papæ II de auctoritate summi Pontificis, 594C. — Citatur : de laudibus B. Mariæ, 68D et s., 426A, 435D', de angelis, 184A, de dotibus corporum glorificationum, 172A'. — *Adde* 187B, 604C. (Migne *Patrol. lat.* tom. 158, 159.)
- ANTICHRISTUS** angelum custodem habebit, qui etiam illum ab aliquibus retrahet malis, 184D. — Christum se esse perhibebit, et per mendacia, comminationes, munera, cito sibi alliciet innumerabiles populos, 401C'; in Christianos crudeliter, sed breviter sæviet, per tres annos cum dimidio, 402A. — Per Enoch et Eliam redarguetur, 402B, et Christo jubente occidetur, 402C.
- ANTIOCHIA**, metropolis Syriæ, in qua discipuli Christi primo vocati sunt Christiani, 388A', ubi etiam sedit Petrus annis septem, tanquam proprius pastor, 613B' : unde Antiochena Ecclesia super ceteras Ecclesias obtinuit principatum, 613C'.
- ANTONIUS** (S.), abbas et eremita, vir apostolicæ sanctitatis, pater innumerabilium monachorum, 431D', in studio libri naturæ eminentem scientiam invenit, 77B', et gratiam prophetiæ habuit, 407D. — Atrociter tentatus a dæmonibus, 479D, frequenter totis noctibus stetit vigilans in oratione, quousque sol de mane super faciem ejus irradiaret, 85B'. Animam S. Pauli primi eremitæ vidit ab angelis ferri in cælum, 347A', 431C'. — Cunctis hæreticis invictissime restitit, 431D', et hæresim Arianam per duos annos prædixit futuram, 432A. — Citatur, 97C'. (Acta SS. die xvii^{te} Januarii. — Migne *Patrol. lat.* tom. 73.)
- APELLES** hæresiarcha, tempore Apostolorum, 288D, evangelium juxta suas conscripsit perfidias, 454A.
- APOLLONIUS**, abbas anachoreta, cujus vita abstinentissima fuit, 432D, et cui raptus et ecstases præstitit Spiritus Sanctus, 432A'. (In *Vitis Patrum*, lib. II, cap. 7.)
- APOSTATA** a fide, quo sensu ad fidem cogens sit, 344A'.
- APOSTOLI** in Scriptura vocantur dii, 365C, amici et filii Dei, 396D, Ecclesiæ firmamenta et fundamenta, 670D', secundaria, 671B, post Christum scilicet, qui est primum et principale fundamentum, 671A; in Alcorano appellantur viri vestibus albis induti, 250C, 305D, 319B, 450D, C'. — Probabiliter a Christo fuerunt baptizati, 143C. Christo crucifixo, a fide corruerunt, 246D', sed post ejus resurrectionem denuo crediderunt, 247A. — Necessitate compulsi, Matthiam sorte elegerunt, 225A'. — In die Pentecostes acceperunt Spiritum Sanctum, 68D', 94D', 101B' et s., 496D', et dona linguarum, 95A, 287A, confirmati sunt in gratia, 108C, 566B', et tria millia Judæorum ad fidem Christi converterunt, 247C. — Deinde, proficientes in caritate ceterisque virtutibus, 71C, B', 247B, vitam sanctissimam duxerunt, 425D et s., pro se ipsis nihil habentes in communi, 657B', ad altissimam contemplationem elevati, 85C, vinum tamen bibentes, 298A, 476A. Tunc dono prophetiæ sublimiter splenderunt, 94D, et tanquam bajuli doctrinæ Christi, fecerunt miracula, 96C et s., 247D, C', 276A', 321A, 329C', 451A', 452B', multo plura ac majora quam Christus fecit, 442C'. Simples et idiotæ, nec in philosophiæ argumentis eruditi, 452C, 531A', multa do-

cuerunt quæ naturalem rationem omnino transcendunt, 452 D. — Absque formidine Jesum prædicaverunt, 247 B, 497 A, quindecim circiter annis, post ascensionem, in Judæa et ejus circuitu, 157 A, sæpeque convenerunt, 607 D'. Multos Judæos converterunt ad fidem Salvatoris, 247 D, non solum in Jerusalem, sed in aliis urbibus Samariæ et Galilææ, 247 B', vaticinia Prophetarum in Christo impleta annuntiantes, 312 C', quantumvis prohiberentur a principibus sacerdotum amplius evangelizare, 671 C'.

Postea, a se invicem divisi, 247 B', per totum mundum prædicantes fidem, innumerabiles gentiles converterunt ubique, 247 C', 450 A', a Deo missi ut invitarent infideles ad pœnitentiam, 341 A'. Atrocissime vexati sunt a multis regibus, 247 D', præsertim a Romanis, qui tunc monarchiam tenebant, 248 A; attamen, sine armis, speciali autem Dei adjutorio, 450 B', nec per eloquentiam, nec per potentiam, neque per humanam sapientiam, 321 A, neque per magicas artes, 423 C', Italiam, Africam, Galliam, Germaniam atque Hispaniam et Asiam converterunt ad Christum per se ipsos ac suos discipulos, 426 B. — In transitu et assumptione B. Virginis convenerunt, 153 A. Pauca de ea scripserunt, 152 D', sed excellentissime illam laudaverunt tanquam Matrem Dei, 153 A, et in interpretatione Scripturarum a Maria illuminationem accipiebant, 75 A, 95 B', et ab ea edocti sunt de Verbo incarnato, 76 C'.

Septem potestates receperunt omnes simul a Christo in Cœna, 537 A, 604 D', 607 B et s., scilicet potestatem consecrandi, 556 D, et administrandi sacramenta, 537 A, 604 D', absolvendi et ligandi, 537 A', 605 D', 645 A, apostolatus, 537 B, 603 A, judiciariæ correctionis in foro exteriori, 537 B, 603 A, potestatem dispositionis ministrorum quoad determinationem jurisdictionis ecclesiasticæ, 537 C, 603 A, 607 B, et exigendi necessaria vitæ ab his quibus spiritualia ministrabant, 537 C, denique miracula faciendi ad fidei confortationem, 537 D. — An claves Ecclesiæ immediate acceperint a Christo, vel a Petro, 536 D', 604 B' et s., 603 B et s., 645 A et s. — Habuerunt ecclesiasticas potestates papatus et cardinalatus, 615 C, et prius fuerunt cardinales quam episcopi, 615 A': non tamen fuerunt omnes in potestate et jurisdic-

ctione Petro æquales, 610 A, 656 D. Possunt enim tripliciter considerari: primo, ut Christo adstantes ante ascensionem, 615 D'. et in primo hoc statu, pares fuerunt, 616 A; secundo, ut adstantes Petro, tanquam primo pastori, ante separationem, 615 D'; tertio, ut separati a Petro: et in secundo et tertio statu, Petro impares fuerunt, 616 A. Unde ceteri Apostoli non loquuntur determinative et auctoritative, sicut Petrus, 671 A', os, vertex et princeps sancti collegii, 674 B', cui omnes tanquam prælato cesserunt quasi ipsimet Christo, 671 C'. — Audiendi sunt semper, nunquam spernendi, 609 D. — Cf. Cardinales, Concilium, Ecclesia, Episcopatus, Papa, Paulus, Petrus.

APULEIUS, philosophus Platonicus, dicit idolatriam non esse contra rationem, 452 C.

AQUA universam circuit terram, 374 B'. Post judicium generale fulgebit sicut crystallus, 386 A. Erit in inferno pro supplicii damnatorum augmento, 369 D'. — Aqua benedicta ordinatur ad dæmonum repressionem, 221 A. — Aquæ multæ designant populum multum, 535 A'.

ARABES carminibus et poeticis cantilenis studere consueverunt, 278 C'. — A principio fuerunt idolorum cultores, 275 B, deinde infesti peste Mahometi, 275 A', etsi primi ejus sectatores linguam Arabicam ignoraverint, 278 D.

ARCA Noe, Deo jubente constructa, 384 D', ferebatur motu incerto juxta impetum aquæ, 383 B. Figuratur B. Mariam, 31 C'. — Arca testamenti etiam figuratur B. Mariam, 31 C', 153 C, ejusque deportatio sequentibus sacerdotibus et populo Israel, repræsentat processiones quæ fiunt in Ecclesia, 200 D. Cum quanta devotione et reverentia deferri consueverit, describitur in Scriptura, 201 C.

ARCADIUS imperator, frater Honorii imperatoris, citatur de auctoritate Papæ, 636 A. (In Legenda aurea, cap. 89.)

ARCHIEPISCOPUS habet potestatem a Papæ potestate dependentem, 537 B. Cf. Episcopatus.

ARISTOTELES, ob eminentiam scientiæ vocatus grande miraculum, 54 C'; licet paganus fuerit, 634 C', reprobavit Epicureos, qui in carnis delectationibus summum hominis bonum statuerunt, 281 C, et contra Platonem, posuit animam non præcedere corpus, quod consonat fidei nostræ, 183 A'. — Citatur: de intelligentiis, 323 D, de principe, 378 A', de

- prudencia, 579 C. — *Adde* 19 C', 179 B, 180 D, 289 C, 340 C', 374 B, 380 A, 386 C, 431 C, 437 D, 493 C, 560 B, 594 C, 600 C.
- ARIUS, sacerdos hæresiarcha, tempore Constantini imperatoris, 454 A, proprii sensus adinventionem et diabolicam inspirationem sapientiæ totius Ecclesiæ præferens, 279 D', ab Alexandrino archiepiscopo ab Ecclesia ejectus est, 232 A. In concilio Nicæno condemnatus, 248 B', 454 B, 531 C', in sua permansit pravitate, et acquisivit in Alexandria multos discipulos, 248 B'. Morte expiravit turpissima, 248 C, 456 A, a Deo horrendè plagatus, 455 D'. — Affirmat dogma Trinitatis Scripturæ contrarium esse, 250 A, et cum simplicitate divinæ essentiæ, Deitatisque unitate, trinitatem personarum in Deo stare non posse, 243 B, 248 A'. Finxit impiissime B. Mariam genuisse hominem, sed non verum Deum, 65 B'.
- Ariani false Scripturas exposuerunt, 455 A', C'. — Manu violenta persecuti sunt veros Christianos, 454 D. Sub imperatoribus Arianis pluribus, 454 A', multiplicati sunt in tantum, quod media pars Christianitatis et amplius exstitit Ariana, 248 D', et quod istius hæresis extirpatio videtur non minus miraculosa quam divulgatio Evangelii, 249 A, 454 A', nec rationabiliter fingi potest qualiter illa hæresis aliter fuerit eradicata, 249 B. — A S. Martino redarguti sunt, 430 D et s., et a S. Antonio eremita, 431 D', qui hanc hæresim per duos annos prædixit futuram, 432 A. — Confutantur per testimonium plebis christianæ, affirmantis Deum esse unum et trinum, et Christum esse Deum et hominem, 250 B, quæ per tot centenaria annorum ita credit, 250 C.
- ARMENII fere mille annis subtraxerunt se ab obedientia Papæ, 576 D', 610 B, usque ad concilium Ferrariense, 576 D'. Perperam dixerunt omnes Apostolos fuisse æquales in potestate, 610 B.
- ARS et virtus sunt circa difficilia, 294 C'. — Ars notoria illicita est. superstitiosa, 226 A, et inefficax, ideo omnino vitanda, 226 C. — Ars magica nequaquam miracula divina facere valet, 251 B, 321 D, sed diabolica tantum præstigia, 355 B', 356 B, nec introduxit apud homines legem evangelicam, 246 A', 251 A. — *Cf.* Magia. Superstitio.
- ARSENIUS (S.) abbas, cujus vita abstinentissima fuit, 432 D, interdum inventus fuit stans elevatis manibus in raptu, 85 B', 432 A', decem digitis ejus instar decem lampadarum splendentibus et ardentibus, 83 C'. (Acta SS. die XIX^a Julii. — In Vit. Pat., lib. v, libel. 18, n. 4.)
- ASTROLOGI quædam futura ex consideratione causarum certitudinaliter possunt præcognoscere et licite prænuntiare, 216 A, 222 A', quædam autem prænuntiare possunt tantum conjecturaliter, 216 B, 222 B'. — Quidam astrologus consilio non mediocriter confortavit Mahometum, 273 A.
- ATHANASIVS (S.), Alexandrinus patriarcha, a synodo condemnatus, ab apostolica Sede fuit justificatus, 576 B'. (Acta SS. die II^a Maii.)
- AUGURIUM, seu divinatio quæ fit per motum et garritum avium, 224 C, aliquando licitum est, 224 C', aliquando superstitiosum et illicitum, 224 D'. *Cf.* Divinatio, Superstitio.
- AUGUSTINUS (S.), Hipponensis episc., investigator expositorque Scripturæ, 154 C', destruxit hæreses per multa præclara miracula, 455 C'. — In homiliis suis quantum excedat Alcoranum, 280 B'. — Citatur : de B. Maria, 21 B', 24 A', 35 D', 136 A, 138 C', 139 A, de Ecclesia, 566 C, de auctoritate Papæ, 570 C, et concilii generalis, 549 D', de prælato, 579 B', de superstitione, 227 D. — *Adde* 150 C, 179 C, C', 184 C, 182 A, 183 B', 185 D, 204 B', 286 B', 506 A, 563 C', 573 D', 593 C'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 32-47.)
- AURORA figurat B. Mariam, 18 D, 29 A'.
- AVARITIA ex amore sui nascitur, 434 A; vitanda est ex præcepto Christi, 417 C', maxime a principe christiano, 514 A'. — Avari corda sua non figunt in cælo, sed in terra, 417 C'.
- AVERROES (Abul Walid Mohammed Ibn-Roschd), seu Commentator, philosophus Peripateticus, citatur de intelligentiis, 323 D. — *Adde* 447 C', 491 C', 493 A.
- AVICENNA (Abu Ali el-Hosein Ibn-Sina), philosophus Peripateticus, in contemplatione beatitudinem hominis statuit, 282 B'. Citatur : de Christo, 327 C', de miraculis, 450 D', de intelligentiis, 323 D. — *Adde* 289 C, 447 C', 469 B, 473 A', 474 C, 484 A', 491 C'.
- AZOARA, divisio seu capitulum Alcorani, 239 A', 480 C.

B

BALAAM de Virgine et adorando Filio ejus prophetavit, 31 C, sed accepit donum pro-

- phetiæ in ministerium tantum, non in proprium profectum, 95 C.
- BAPTISMUS** janua est sacramentorum, 143 B, spiritualis nativitas, 304 A', et regeneratio spiritualis, qua homo moritur culpæ et incipit vivere Deo et gratiæ, 268 A; primum sacramentum, a Christo institutum, 267 D', circumcisioni, Deo jubente, succedens, 292 C', sacramentum necessitatis, 143 B, universis gentibus utriusque sexus præceptum, 268 D', contra originale peccatum, 143 D, 267 C', 268 D'. — Purgat ab universis peccatis, 292 B', culpam aufert ac pœnam; unde qui suscepto Baptismo mox moritur, sine pœna ignis ad cœlum perducitur, 347 B'. Imprimis characterem, 143 C, 646 B', et ponit hominem in statu filiationis divinæ, 646 C'. — Unum est Baptisma, sicut una fides et una Ecclesia, 621 A, et a sua forma unitatem sortitur, 621 C. Nunquam reiteratur super eandem personam, 646 C', etiam baptizatam ab hæretico, ex jussu Papæ, 667 C. — Cf. Circumcisio.
- Christus fuit baptizatus, 143 A', non quod indigeret baptismo, qui omni caruit culpa, 441 C', sed ut humilitatis daret exemplum, 441 D', et suæ sanctæ carnis tactu vim regenerativam aquis præstaret, 268 B. — B. Maria fuit baptizata a Christo, 143 A'; item Apostoli, 143 C.
- BARBARA** (S.), virgo et martyr, Cartusie Agripinensis singularis patrona, 529, eximie fuit pulchritudinis, 61 D, quia in ea dona gratiæ perficebant dona naturæ, 90 D'; sed minus formosa quam B. Maria, 61 D. — A Christo ad cœlestes nuptias invitata, 151 B', disputavit contra idololatrias, 664 C. (Acta SS. die 14^a Decembris.)
- BARLAAM** (S.), cujus Legendam S. Joannes Damascenus conscripsit, 656 B', quantum amaverit S. Josaphat, 60 A'. (Acta SS. die xxvii^a Novembris.)
- BARTHOLOMÆUS** (S.) apostolus innumerabilia miracula fecit, quæ narrantur, 427 D. (In Legenda aurea, cap. 118.)
- BASILEENSE** concilium non fuit concilium generale in omnibus sessionibus, 620 B, nec constabat ex personis gratiam gratum facientem habentibus, 547 A'. — A Papa Eugenio IV terribiliter reprehenditur, 575 C' et s., qui illud transtulit, eique Ferrariense substituit, 576 D'. Reprobatur etiam in sermone cujusdam devoti doctoris, 663 B', quasi reformationem Ecclesiæ impediens, 663 C. — Decrevit concilia generalia frequentius esse celebranda, 509 B'. — Cf. Concilium.
- BASILIDES**, hæresiarcha, hæreticum evangelium conscripsit, 288 D, 454 A.
- BASILIUS** (S.), Cæsariensis episcopus, citatur de B. Maria, 138 D', 139 A, et de principe, 511 B. (Migne *Patrol. gr.* tom. 29-32.)
- BEATITUDO** Dei perfecta exigit personarum trinitatem, vel saltem dualitatem, 260 B, quia nulla intellectualis essentia plene beata est absque actione sibi connaturali, 259 C. — Beatitudo hominis in abstractione ac separatione a carnalibus consistit, 468 D; definitur Deo ordinata assimilatio, 284 C, 444 A', et perfecta conjunctio cum summo bono, 468 A', seu clara, immediata fruitivaque visio divinæ essentiae, 263 B, sicque est perfectissima actio optimæ potestatis ac virtutis dignissimæ, 281 D et s., 468 A' et s., et quodammodo dignitatis immensæ, 263 C. Beatitudo animæ, post resurrectionem, in corpus redundabit, 389 D'. Fuscè describitur in Scriptura, 267 A et s., 283 A et s. — Beatitudo Epicureorum in delectationibus carnis consistens, 281 C, 282 B', reprobatur, 280 D' et s. — In Alcorano spurcissima ac brutalis beatitudo promittitur, 267 D, 278 D', 280 D' et s., 494 D'.
- Beati tot perducendi sunt ad regnum cœlestē, quot in eo angeli stantes et boni manserunt, 184 B, quorum multitudo quodammodo est infinita, 184 C. — Gaudium inæstimabile consequuntur de essentiali præmio, 191 B et s., seu de visione essentiae, perfectionis ac majestatis Dei, 189 B' et s.; non tamen comprehendunt Deum, 181 D, quamvis divinam essentiam clare inspiciant, 181 B'. — Excellentiam Dei venerantur, jugiter confitentur eique regratiantur, 396 B', sed non mereantur felicitatis incrementum, 341 D'. — Fruuntur quoque accidentali præmio, 192 D, quod haud magni faciunt respectu præmii essentialis, 184 A. — Non omnia vident in essentia divina quæ continentur in ipsa, 181 B', id est omnia præterita, præsentia et futura, 181 C', 182 B' et s.; sed omnes sciunt et conspiciunt in Deo quæ naturaliter scire desiderant, 182 B, utputa Christi humanitatem, 192 A', B. Mariæ pulchritudinem, 192 B', 390 A, omnes angelicos ordines, 192 C' et s., per species intelligibiles sibi a Deo impressas, 185 B, 188 B'; sed inferiores Beati non sciunt

in particulari quidquid in mentibus superiorum intellectualiter continetur, 188C. In increata luce sui Creatoris, 183B, vident se invicem, 183B', 188B', et unusquisque magis conspicibilis est aliis, quam in hac vita sibimetipsi, 188C'; cognoscunt mutuo dona naturæ, gratiæ et gloriæ sibi condonata, 188B', et secreta conscientiarum cogitationumque suarum, 187D'; sicque omnes sunt concives supernæ Jerusalem et summa ununtur concordia, 183C', sibi invicem congaudentes de hac mutua agnitione interiorum, 188B, et de omni felicitate sua, 183D'. — Imo scire possunt ea quæ aguntur in terra, per animas hinc decedentes et illuc pervenientes, 186A; specialiter noscunt homines qui invocant eos in speciali, 186B, quamvis Augustinus contrarium affirmet, 186C, argumentis ejus nihil concludentibus, 186D; insuper, supplicant pro viatoribus, 376D'. Sed interiores actus nostros qui ex mera libertate procedunt, scire non valent, nisi ex revelatione divina, 182C. — Denique, conspiciunt et sciunt totum ordinem universi, 182B, omnium entium naturas specificas et proprietates, 182A', et illæ cognitiones eis sunt valde delectabiles, 182D. — Licet non omnia sciant quæ in divina splendent essentia, perfecte tamen sunt beati, 183D. — Post diem iudicii decorabuntur quoad animam tribus dotibus, 186A'.

In resurrectionis momento, descendentes de cælo, suis repente corporibus unientur, 398B, quæ erunt dominio animæ plene subjecta, 186B', 187A, pulcherrime colorata, juxta exigentiam dispositionis suæ naturæ partiumque suarum, 187C', decorata quatuor dotibus, 186B', 283C, scilicet agilitate et subtilitate, 186C', impassibilitate, 393B, et claritate, 187C, et etiam pervia et transparentia, 187D, B', solida tamen, ac ossibus et carne non nudata, 186D'. Unde videbunt oculo corporali, 183C, omnia corporis viscera, juncturas ac disposituras, 187A', venas, nervos et musculos, et quidquid sub pelle est, 188A', omnesque harmonias corporis quæ nunc latent intrinsecus, 187B', nec in illis aliquid impuritatis aut indecentiæ invenient, 188A', gaudentes omni delectatione decenti in sensibus, 469D' et s. — Deum vero secundum divinam essentiam corporali oculo non videbunt, nec angelos, nec animas, tanquam visibile per se, 188C',

quia Deus est simplex spiritus, angeli quoque et animæ sunt essentiæ immateriales, 188D'. — Non habebunt vestimenta, 189A, etiam pervia et transparentia, 189B, quia nulla intemperies frigoris aut caloris erit in cælo, 189C, et confirmati in bono non erubescunt propter nuditatem suam, 189D; sed metaphorice dicuntur habere vestimenta, scilicet splendorem exteriorem et decentissimos mores, 189A'.

Ad beatitudinem cælestem, quæ impeditur per peccatum mortale et etiam veniale, 432D', atque originale, 267B', ascendunt Beati per octo beatitudines viæ, quæ exponuntur, 413C' et s. — Ut simus post mortem beati, nunc peccatis viriliter resistamus, carnem cum vitiis crucifigamus, 193A', per arctam viam infatigabili corde tendamus ad patriam, 193B'.

BEDA (S.) Venerabilis, Ord. S. Benedicti, hæreses destruxit per multa præclara miracula, 435C'. — Citatur: de B. Maria, 76B', de Ecclesia, 546B', de auctoritate S. Petri, 533C', 590A', B', C', 606C. — *Adde* 538B, 585B, D, 614C. (Migne *Patrol. lat.* tom. 90-95.)

BENEDICTIO Dei est collatio et multiplicatio beneficiorum ejus, potissime spiritualium donorum gratiæ et gloriæ, 94A'.

Benedictio quæ fit pro curandis vulneribus aut sanitate acquirenda, aliquando licita est, aliquando illicita, 216B' et s., 217A'. — Etiam licita, nec ex ordinatione Dei, nec ex institutione Ecclesiæ habet certam virtutem agendi id quod per eam petitur, 218D, sicut sacramenta, quæ indubitanter operantur, 218C; unde proferenda est per modum humilis obsecrationis ad provocandum Dei subsidium, 218A', et quum effectum obtinet, certum est hunc effectum a Deo provenire, 219C'. Benedictio etiam non superstitiosa, vitanda est ac prohibenda propter annexa pericula, quia in ea frequenter aliquid superstitionis miscetur, 219C, et curati debent instruere fideles qualiter rite et virtuose possit fieri illa benedictio, 219D. — Benedictio illicita, vitium est latriæ oppositum, 215A'; nec licitam facit eam effectus secutus, 219B', quia sæpe operatione diaboli hunc effectum acquirit, 219C', et qui illa utitur vel ad bonum temporale consequendum, 220B, contra præceptum Dei et Ecclesiæ agit, 220D, et in statu damnationis consistit, 220C.

- Aqua benedicta ordinatur ad dæmonum repressionem, 221A; et quum dæmones se misceant frequenter tempestatibus et tonitruis, contra illa uti adpersione aquæ benedictæ virtuosum est, 221B, aliquando tamen superstitiosum, 221C. *Cf.* Superstitio.
- BENEDICTUS** (S.) abbas, dono prophetiæ sublimiter insignitus, 94D, mortis suæ diem præcognovit, 151A'. — Vidit animam S. Germani, Capuani episcopi, ferri in cælum, 347A', et multa fecit miracula, 430B'.
- BENEFICIA** Dei tam generalia quam specialia et singularia B. Mariæ collata, quanta sint, 82C', 83A'. — Quanta sint beneficia per B. Virginem hominibus donata, 82D'. — Sicut in anno jubilæo Judæis multa temporalia beneficia dabantur, 200A, sic in eodem anno Christianis spiritualia beneficia copiosissima a Deo trihuuntur, 200B, quem propterea diligere debemus, 297B.
- Omnia beneficia ecclesiastica sunt Papæ, quo sensu, 665A et s.
- BERNARDUS** (S.), Claræ Vallis abbas, « illuminatissimus ille magnus », 560B', 586C, et « divinus », 593A', infinita fecit miracula, 430C', et dono prophetiæ sublimiter splenduit, 94D, 407D'. — Eugenium Papam III, in libro de Consideratione hortatus est et increpavit, 543A, 579D' et s., 586A et s. — In homiliis suis quantum superet Alcoranum, 280B'. — Devotus Mariæ puer, 136D', et cultor, 154D, fatetur se indignum laudare Dei Matrem, 21D. — Citatur sæpe : de B. Virgine, 28B', 42A', D', 50A, 80C', 125D, B', D', 131D, 133A', 135C', 145D', 146D, 164D et s., 166C, 170D, B', de auctoritate Papæ, 534D' et s., 586A, C, 591A', de episcopis, 561B', de contemplatione, 82A et s., 87D' et s., 88C. — *Adde* 204B', 516D', 517B, 539B', 562A. (*Migne Patrol. lat.* tom. 182-185.)
- BERNARDUS** Batonus Parmensis, jurisconsultus, citatur, 540A, 581A', C'.
- BESSARION** (S.) abbas stetit per quatuordecim dies in raptu continuo, 85C', et fecit solem ad tempus stare in cælo, 432C. (In *Vitis Patrum*, lib. v, libel. 12, n.3; lib. vi, libel. 2, n.3.)
- BESTIA** in voluptatibus gustus et tactus summum suum constituit bonum, 468B. — Figuratur hominem carnalem, 19C'. — *Cf.* Bruta.
- BETHSABEE** typus est B. Mariæ, 32A.
- BOETIUS** (Anicius, Manlius, Torquatus, Severinus) philosophus, citatur, 534A', 613B, 618D'. (*Migne Patrol. lat.* tom. 63, 64.)
- BONAVENTURA** (S.), Albanensis episcopus, Ord. Min., Doctor devotus, 540D', et illustrissimus, 181C, citatur de summa auctoritate Papæ, 540D', 555B', 561C', 587C, A', 599A, 617A', 645A', 647A', et de contemplatione fratris Ægidii, 86A. — *Adde* 183C', 558A', 618B'.
- BONIFACIUS** Papa IV instituit festum Omnium Sanctorum, 602C'.
- BONIFACIUS** Papa VIII, tanquam alter Herodes Petrum (Cælestinum Papam V) servavit in carcere, 635C. Citatur, 591D', 599C, 615C'.
- BONIFACIUS** (S.) martyr, episcopus Moguntinus, citatur de auctoritate Papæ ex Legenda diei festi ipsius, 656C. (*Acta SS.* die 1^o Junii.)
- BONITAS** est communicabilitatis origo et diffusionis principium, 258D'; unde, quum bonitas Dei sit infinita, quodammodo exigit trinitatem personarum, 259A, quia bonum est naturaliter sui diffusivum, 259C et s., 486A et s., 488D. — Quanta fuerit bonitas Verbi, quod suum esse hypostaticum tam plene communicavit humanæ naturæ, 488D. — Bonitas mediorum a fine attenditur, 658C'. — Quomodo rei bonitas in ejus unitate sit sita, 600A'.
- Boni et mali commisceruntur in Ecclesia, 563B', sed soli boni existentes in caritate, sunt essentialiter partes Ecclesiæ, 642C'. Tenent regulam fidei, 399A', etsi maculentur quotidie per venialia peccata, 567A; nam si quid ab ea deviant, cito auctoritate catholica corriguntur, 667B.
- BONUM** commune dignius est quam bonum speciale, 564D, 582A'. — Bona corporalia spiritualium comparatione bonorum permodici sunt momenti, 389C. — Omnia bona Ecclesiæ sunt Papæ, et accipit inde quantum vult, 648B'.
- BRIGITTA** (S.) ab ipsa B. Maria multas revelationes recepit, 25C, 86B, quæ non semper concordant cum revelationibus B. Elisabeth, 137B, et multis post mortem suam miraculis claruit, 407D'. — Citatur de B. Virgine, 25C, 28B', 41D, B', 48A', 52C, D, 57D et s., 90A, 132D, 146C', 156A', 157C et s., de scandalis prælatorum et principum, 517C.
- BRUTA** non habent dominium sui actus, aguntur magis quam agunt, 224D, non possident nisi animam sensitivam et organicas vires, 224A', sed per impressionem cælestium corporum sortiuntur quendam cogni-

tionem et instinctum, 224 B'. Aliquando moventur a Deo seu angelo ad serviendum hominibus, 224 C', interdum a dæmonibus ad decipiendum animas rationales, 224 D'. — Omnia bruta quæ in fine mundi in terra exstiterint, igne morientur, 402 A'. — *Cf.* Bestia.

C

CADARAST, magus Græcus, fecit diabolica signa, et sic multos seduxit, 355 C'.

CAIPHAS, non obstante sua malitia, prophetavit, 94 B, accipiens donum prophetiæ, non in proprium profectum, sed in commodum aliorum, 95 C.

CAJETANUS Thomas (Ord. Præd.), cardinalis S. Sixti, citatur, 528.

CANCELLARIUS Parisiensis. *Vide* Gerson.

CANDELABRUM templi figurat B. Mariam, 31 D'.

CAPUT dicitur a capiendo, eo quod omnes sensus inde initium capiunt, 597 A', unde dignius est membrum corporis, 597 B'. — Influit caput membris dupliciter, scilicet, quodam fluxu intrinseco, 564 C', et secundum quamdam exteriorem gubernationem, 564 D'. — Sicut in corpore naturali unicum est caput, 597 C, in quo positi sunt omnes sensus, 655 D, ut partes corporis bene in suis actibus regulentur. 655 B', ita in corpore mystico, seu Ecclesia, unum est caput, 597 D, 655 D. — Deus est caput Christi, 563 A; Christus est caput Ecclesiæ, 562 C, 585 B', essenziale, 565 C, et omnium hominum juxta gradus diversos, 563 D. — Papa est caput totius Ecclesiæ militantis, 563 D', accidentale, 565 D, secundarium et vicariale, 564 C', et caput concilii, 568 A'; et sic non sunt duo capita in Ecclesia, 565 A, quoniam Christus et Papa non sunt capita æque prima, sed subordinata, 565 B. — Prælati et principes, subditorum sunt capita, 564 D'; episcopus vero, caput alicujus Ecclesiæ particularis, 565 B. — Diabolus caput est malorum, 565 C'. — In Scripturis multipliciter aliquid dicitur caput, 565 B.

CARDINALES, ex dictis S. Claræ in cœlesti revelatione, succedunt Apostolis, 616 C et s., in quibus cardinalatus præfulsit, 615 C, et qui fuerunt prius cardinales quam episcopi, 615 A', atque prius cardinales orbis quam cardinales urbis, seu Ecclesiæ Romanæ, 615 B'. Repræsentant Apostolos,

616 A, et aristocratiam in Ecclesia, 625 D, D'. Papæ adsistunt, tanquam ipsius principales assessores et consiliarii in regimine Ecclesiæ, 615 D, vice et nomine tam Romanæ quam universalis Ecclesiæ, 615 B'. Se obligant ad tuendum fidem usque ad sanguinis effusionem, 616 B, in cujus signum galerum vel pileum rubrum ferre dicuntur, 616 C. — Possunt reeligere eundem Papam qui renuntiavit papatui, 648 D. — Ex voluntate Constantini imperatoris utebantur ornamentis senatorum, 665 B'.

CARITAS est virtus unitiva, conformativa, calida et penetrativa, 438 C proprie tendens in alium, quum sit unio amantis et amati, 486 C. — Dei perfecta caritas exigit trinitatem personarum, 259 C', quia ipsa est communicabilitatis origo et diffusionis principium, 258 D', et requirit duos, amantem et cui impendat amorem, 259 C'. — Quanta sit caritas Dei ad genus humanum, 488 A'. — Caritas erga proximum docetur a Christo, 415 D' et s., 416 D et s., 417 D. — *Cf.* Amor.

CARO humana virtuosorum est actuum instrumentum, 65 C', dum sub rationis dominio servetur, 295 A'. — Quid sit nobilitas carnis, 25 D' et s. — Spiritu gustato, desipit caro, 468 C'. — Teneri carne apti sunt mente ac indolis bonæ, 62 C', 90 B'.

CAROLUS Magnus, sanctus vir, 507 D, quasdam barbaricas nationes gladio convertit ad fidem catholicam, 251 D. Non sine sudore potuit expugnare Sarracenos, 507 D, sed tandem Deo auxiliante, triumphis eos oppresit, 507 A'.

CASSIODORUS (Aurelius), Vivariensis abbas, doctor eloquentissimus, citatur de auctoritate Papæ, 654 A'. (*Migne Patrol. lat.* tom. 69, 70.)

CATAPHRYGÆ hæretici Montanum magistrum suum magnificaverunt, 405 D'.

CATHARINA (S.), virgo Alexandrina, Costis regis filia, 428 B', in qua dona gratiæ perficiebant dona naturæ, 90 D', a Christo invitata ad cœlestes nuptias, 151 B', martyrium perpressa est, 428 B' et s. (*Acta SS. die xxv^a Novembris.*)

CATHARINA (S.) de Senis, sancta et innocens virgo, contemplatrix fuit altissima, 86 B. (*Acta SS. die xxx^a Aprilis.*)

CATHEDRA seu magisterium, 612 C', Petro super alios Apostolos a Christo data est, 656 A, cui obediendum est in his quæ cathedram

- suam concernunt, 609 B. Triplex est, imo quadruplex: *regalis*, in qua sedit Petrus tanquam princeps omnium regum, et totius mundi praelatus, 651 A', 652 B; *magistralis*, in qua sedit tanquam doctor omnium Christianorum, 651 B'; *sacerdotalis*, 651 A', et *judicialis*, in qua sedit tanquam iudex omnium, 651 C'.
- CAUSA** alicujus, naturali ordine prior est illo cujus est causa, 614 B'. — Quod est causa causæ, dicitur esse causa causati, 99 C. — Quatuor sunt causæ universales: Deus, intelligentia, anima nobilis et natura, 43 D. — Aliquæ causæ ex necessitate et semper suos producunt effectus, 216 A, 222 A'; aliæ producunt suos effectus ut in pluribus, ita quod raro a productione eorum deficiunt, 216 A, 222 B'; aliæ secundum se consideratæ, sunt indifferentes ad utrumque oppositorum, ita quod raro aut libere suos producunt effectus, sicut voluntas et intellectus, 216 B, 222 B'; aliæ ad utrumlibet se indifferenter habent, ut constat in his quæ fiunt a fortuna et casu, 216 C, 222 B'. — Exponuntur diversæ causæ somniorum, 223 C et s., et augurii, 224 C et s.
- Liber de Causis, cujus auctor David fuit Judæus philosophus, allegatur, 289 C, D, 473 D.
- CERINTHUS**, hæresiarcha miserrimus et odibilissimus, æternaliter damnatus, 138 C', affirmabat B. Mariam non Deum sed purum hominem peperisse, 65 A', 242 D'. Contra quem conscripsit evangelium suum S. Joannes, 454 C'.
- CHALCEDONENSE** concilium, a S. Leone Papa I convocatum ad eliminandam erroris Eutychniani insaniam, 576 D, acclamavit Leoni Papæ tanquam universali patriarchæ, 646 C, et damnavit Dioscorum, Alexandrinum patriarcham, qui præsumpsit Leonem Papam excommunicare, 553 A'. — Citatur de auctoritate concilii generalis, 552 A. — Cf. Concilium.
- CHAM**, filius Noe, qui non operuit pudenda patris sui, maledictus est, 650 C, et sic damnavit illos qui præpositorum suorum culpam produunt, 650 D. — Quemadmodum pejor fuit fratribus suis, ita posterii ejus ceteris hominibus fuerunt deteriores, 408 A.
- CHARACTER** est quoddam spirituale signaculum Christo consignativum, et a ceteris distinctivum, 646 B', quod non potest deleri, 646 C'. Imprimatur in Baptismo, 143 C, A', 144 C, 646 B', Confirmatione, 144 C, et Ordine, 646 B'. Non imprimatur in consecratione episcopi novus character, sed ampliatur in eo character sacerdotalis, magis in archiepiscopo, supermaxime in Papa, 646 D'.
- CHORAIS** (Koreish), Arabica tribus e qua ortus est Mahometus, 272 D'.
- CHRISTIANI**. Sic Antiochiæ primo vocati sunt discipuli, 388 A', a nomine Christi, 651 D'. — Veri Christiani, et ipsi dumtaxat, sunt filii Abrahamæ, 266 B', amici, dilecti et filii Dei adoptivi, 315 C, 358 C', 478 A, at quantum ad substantiam et esse specificum nihil aliud sunt quam homines, 478 C. — Primi Christiani in Baptismate Spiritum Sanctum recipiebant in signo visibili, 247 C', gratiam prophetiæ et abundantiam charismatum, 247 D', 407 C. Post apostolica tempora, 407 D, et ipsius Mahometi adventum, 407 D', multi ornati sunt gratia prophetiæ, 407 D, et fecerunt miracula, 430 A et s., 454 D'. — Atrocissime a Romanis imperatoribus vexati sunt, 248 A; sed pro uno occiso frequenter multa millia paganorum ad Christum convertebantur, 248 D. — Pace reddita et cessantibus hæreticis, a caritate vigoreque fidei corruerunt Christiani, 249 C, deinde per Sanctos ad devotionem reformati sunt, 249 A'. — Ob sua peccata, ne æternaliter condemnentur, 315 C, et ob alias causas, 415 B, 512 B' et s., a Deo clementer castigantur, 315 C, per infideles Turcas, Sarracenos et alios, 478 A; sed perfecti, in adversitatibus quasi in omnibus divitiis gloriantur, 434 C. — In fine mundi, pauci erunt fidem catholicam publice consistentes, 401 D'.
- Actus suos ex spirituali dilectione Dei debent principiare, 510 B; non solum amicos, sed inimicos quoque diligere, 237, ac proinde infidelium optare conversionem et salutem, 271 C, et tam innumerabili populo Sarracenorum condolare pereunti, 271 A': conantes enim eos ad Christum convertere, caritative agunt, 293 B. — Parati pro Christo mori, 514 A', pugnare debent contra inimicos Ecclesiæ, 516 C', in Deo principaliter sperantes, quantumlibet multi et robusti consistent adversarii, 513 D, nequaquam diffidentes, si interdum in præliis contra infideles succumbant, 513 A'. — Multi Christianorum impie vivunt, quia multi sunt vocati, pauci vero electi, 317 A. Qui ad Sarracenorum le-

gem convertuntur, sunt impudici, legis evangelicæ regulas non ferentes, 279 A; de Mahometi secta esse se simulant, sed nunquam ex corde cum ea sunt, 279 B, et Mahometo ajusque legi maledicunt, 279 C.

CHRISTINA (S.), cujus martyrium describitur, 429 A' et s. (Acta SS. die xxiv^a Julii.)

CHRISTUS verus est homo et verus Deus, ut probatur per Scripturas N. et V. T., 252 C', maxime per Prophetas, 412 C et s., Isaiam, 253 D', 254 C, D', Jeremiam, 254 A, Michæam, 254 A', David, 254 B', Zachariam, 254 C', per Evangelistas, 412 B' et s., præsertim per Joannem, 253 C; per rationem, 486 D' et s., per affirmationes ipsius, 305 A', 318 C, 319 A', D', per decreta concilii generalis Nicæni contra Arianos, 454 B. — Est vere una persona subsistens, 264 C, in qua tam divina natura quam humana manet inconfusa et integra, 264 C', ita ut humana adscribantur Deo, divinaque homini, 264 D'. Tanquam homo, manducavit, bibit, 247 A, 297 C', 476 A, dormivit, mortuus est, sepultus est et resurrexit, 318 B'; tanquam Deus, prorsus invariabilis, impassibilis, ininiciabilis æternaliter perseverat, 263 A. — Ut Filius Dei, habet in cœlis Patrem sine matre, ut filius hominis, in terris habuit virginem Matrem sine patre, 320 B, humanam assumens naturam, quia decuit ut in ea homines salvaret, 262 D et s., 263 C et s.

Annuntiatus per angelum B. Mariæ, 440 D', in utero vir fuit, non corporis quantitate, sed sapientiæ ac virtutum perfectione, 346 D, a primo suæ creationis instanti, 263 B, non purus viator, sed excellentissimus comprehensor, 263 C. — In omni paupertate et humilitate inter homines apparere eligens, 246 B', 412 D', ut judicaretur et crucifigetur, 410 D, natus est in diversorio, 411 B, vicesimo quinto die Decembris, 370 C; adoratus est a pastoribus, 411 C, a tribus Magis, 411 D, in templo præsentatus, 411 A', et subditus fuit Mariæ et Joseph, 561 B. — Baptizatus est, 268 B, 411 C', non quod indigeret baptismo, qui omni caruit culpa, 411 C', sed ut humilitatis daret exemplum, 411 D'. Doctrinam sanctam et puram prædicavit, 414 B', 415 D et s., 417 A et s., 420 C' et s.; docuit octo beatitudines, 413 B' et s.; fecit multa miracula, quæ narrantur, 419 A et s., etiam in cruce pendens, 496 D, et multa alia quæ non narrantur, 420 B'; personaliter nul-

lum librum edidit neque composuit, 368 B. — In Cœna prænuntiavit suam passionem, resurrectionem, Spiritus Sancti missionem, 421 A'. Ante mortem suam prædixit Judæis quod post passionem suam essent credituri in eum, 310 A'. — Per suam passionem redemit homines, 410 C. Tertia die gloriosus resurrexit a morte, 246 D', et post resurrectionem, reduxit discipulos ad fidem, 247 A, septemque sacramenta instituit, 267 D'; tandem coram discipulis suis ascendit in cœlum, 247 A, 425 B. — In secundo adventu, judicabit omne genus humanum, 399 B', D' et s., in majestate et gloria veniens in terram, 410 A'.

Plus a Deo dilectus quam totum residuum creaturarum simul acceptum, 265 B', caput est Ecclesiæ, 536 C, 562 C et s., cui promisit adstantiam indesinentem, 546 A', et omnium hominum juxta gradus diversos, 563 D; Ecclesiæ fundamentum, 671 A, primum et principale, 671 B, ac petra, 671 C; pastor, 536 C, et minister discipulorum suorum, 561 A, humilitate, 561 B; summus hierarcha, 596 A', sapientissimus princeps exercitus Dei, 595 A, honorandus veneratione patriæ, 319 A'. — Comminationes facit contra eos qui non credunt in ipsum, 266 B'. Conqueritur contra prælatos et principes christianos negligentes et scandalosos, 514 C' et s.

In Alcorano laudatur ut verbum Dei, vir sapiens et optimus, 450 A et s., et B. Mariæ filius, 23 B', 239 A' et s.; creditur Messias in lege a Prophetis promissus, 24 A, sed creatura tantum, non Deus, 24 B, 239 B' et s., 240 C'. — Cf. Generatio, Humanitas, Passio, Salvator, Verbum.

CHRONICA Martini Poloni, Ord. Præd., citantur de auctoritate Papæ, 553 A', et concilii generalis, 551 B'.

CHRYSOSTOMUS (S. Joannes), Constantinopolitanus episcopus, quem catholicorum præsulorum synodus condemnavit, sed apostolica Sedes absolvit, 576 C', citatur: de auctoritate Petri et Papæ, 533 D, A', D', 553 D', 590 D, 607 C', de caritate S. Pauli apostoli, 417 D, de oratione, 362 B', 547 C'. — *Adde* 217 C', 548 D, 633 D. (Migne *Patrol. gr.* tom. 47-64.)

CICERO (Marcus Tullius) laudat pietatem Julii imperatoris, 423 A. Citatur de prudentia, 508 A'. Cf. Tullius.

CIRCUMCISIO, instituta contra peccatum originale, 143 D, 268 D', et Abrahæ præscripta a

- Deo, 383 A, erat spiritualis nativitas, 304 A'. Necessaria fuit omnibus, etiam sanctificatis in utero, 143 B. — Non observatur a Sarracenis secundum præceptum divinum, 474 B'. — Tempore evangelicæ legis cessavit, quia imperfecta est respectu Baptismi tripliciter, 268 B', et eam servare est vitiosum ac damnable, 269 A.
- CISTERCIENSES reputantur rigorosiores quam Cluniacenses, 545 A.
- CIVITAS, quasi civium unitas interpretatur, 600 A, et non est aliud quam concursus hominum multitudo, 600 B, 638 D', qui pertinentes ad eundem principatum, secundum easdem leges, principis gubernationi subsunt, 598 D. — Juxta Augustinum, duæ sunt civitates, una honorum, altera malorum, 596 B'. Civitas Dei est Ecclesia electorum, 600 A, quæ comprehendit tam comprehensores quam viatores, hoc est tam triumphantem quam militantem Ecclesiam, 599 D', 600 A, 635 D.
- CLARA (S.) Assisiensis, quum graviter infirmaretur, 616 C, monita fuit in visione cœlesti, se non morituram quousque Dominus cum suis discipulis veniret, 616 D, et postquam a Papa et cardinalibus fuisset visitata, Deum laudavit, 616 A'. (Acta SS. die xii^a Augusti.)
- CLARITAS Dei est ipsemet supersplendidissimus Deus, 369 D. — Quid claritas creata, 369 A'. — Claritas est dos corporum glorificatorum, 472 A', 486 B', quæ erunt sole clariora, 487 A, 389 A', tantoque clariora, quanto interna lux animæ fuerit major, 486 C', 487 C.
- CLAVIS Ecclesiæ una est essentialiter, quæ est potestas sacerdotalis, seu ordinis et consecrationis, 536 C, sed in effectibus duplex est, 536 B. — Petro, qui vocatur regni clavicularius, 653 D, a Christo claves cœlorum promissæ sunt, 536 C', et datæ, 628 B', D', ita ut potestatem suam immediate habuerit a Christo, non ab Ecclesia, 604 B' et s. An solus Petrus immediate a Christo claves acceperit, 535 A et s.
- CLEMENS (S.) Papa I, martyr, « beatus et illustrissimus », 57 A, etsi Petri successor et Papa, 570 C', minor fuit cœvo suo B. Joanne evangelista, gratia et perfectione, sed major potestate ac jurisdictione, 570 D'. — Misit Parisios divinum Dionysium a S. Paulo conversum, 427 D'. (Acta SS. die xxiii^a Novembris. — Migne *Patrol. gr.* tom. 1.)
- CLEMENS Papa V Cœlestinum Papam V canonicavit, cessionem illius laudans, 648 C, 655 A.
- CLEMENTINÆ, seu compilatio decretorum a Clemente Papa V facta, citantur, 592 B'.
- CLERICUS tenet infimum gradum in ministris Dei, 635 A', et tamen cum licentia Pape potest consecrare virgines, 540 A'. — An clericus qui vovit continentiam possit, Papa permittente, contrahere matrimonium, 581 B. — Clerici verbo et opere debent sæculares instruere et ædificare, 510 D, orare pro principibus et politis eorum, 510 C', et vitam emendare, ne flagellis et plagis visitentur, 522 D. — Cf. Presbyteri, Sacerdotium.
- CLUNIACENSES censentur minus rigidi quam Cistercienses, 545 A.
- CŒLESTINUS (S.) Papa I primam Ephesinam synodum apostolica auctoritate firmavit, 576 B, generalibus conciliis S. Spiritum, imo totam Trinitatem præesse protestans, 551 B.
- CŒLESTINUS (S.) Papa V, cujus vitam tam eleganter quam devote scripsit Petrus de Alliaco, 653 B, vir miræ simplicitatis, sed in spectantibus ad regimen Ecclesiæ inexpertus, 655 A, renuntiavit papatui, 648 A, et a Bonifacio Papa VIII servatus est in carcere, 635 C. — Canonizatus fuit a Clemente Papa V, qui cessionem illius laudavit, 648 C.
- CŒLUM immediate a Deo creatum in principio mundi, 374 C, est sphæricæ figuræ, omnia intra se ambiens et continens elementa, 374 A'; nec grave, nec leve est, 374 B', et circa galaxiam, album seu lucidum esse videtur, 374 D. In fine sæculi mutabitur in aliud, modo et qualitate, 340 A. — Novem ad minus sunt cœli mobiles, quibus quidam astrologi addunt decimum orbem volubilem, 333 A', 369 D. — Cœlum empyreum, semper quietum, immobile et inter omnia corpora nobilissimum, 381 A, locus est Dei, 378 A, et angelorum, 369 C; similitudinarie terra vocatur, 414 A, quia est Beatorum fixa mansio, 284 D', 381 A; describitur, 285 A, 306 A. — In Scripturis cœli interdum designant angelos et incolas cœli, 382 C', et montes vocantur, 377 C. — Cœlestia corpora appellantur calida causaliter, non formaliter, 379 C'. Non sunt elementaris naturæ, 374 C, 379 D, sed incorruptibilia, 357 D: unde, quantum ad suam substantiam non peribunt, sed quantum ad quamdam accidentalem dispositionem peritura dicuntur, 357 C'. Post judicium generale ampliori lumine vestientur, 386 A, et decorabuntur, 386 B. — Cf. Beatitudo.
- COMPREHENSOR fuit Christus, Deitatem clare

per speciem cernens a primo creationis animæ suæ instanti, 87D, *vel quodam modo* B. Maria, quæ Deum per speciem vidit saltem interdum, 86D, D', et forsam frequenter, 87D, B'. — Ex comprehensoribus constat Ecclesia triumphans, 633D. — *Cf.* Beatitudo.

CONCILIUM generale vocatur quasi oculus dexter Ecclesiæ, 578B'. Est congregatio legitima auctoritate facta, scilicet per sententiam Romani Pontificis, 533B, a quo sortitur auctoritatem et robur, 577A', in certum locum, ex omni hierarchico totius Ecclesiæ statu, 546C', 578D, ad definiendum quid pertineat ad fidei veritatem et morum æquitatem, 578A. — Considerari potest vel sicut mysticum corpus, 577C, cujus caput est Papa, et membra ceteri, 649A', qui a Spiritu Sancto infallibiliter diriguntur, 524C', 546A', 577C, 664A, licet esse possint vitiosi et gratia gratum faciente carentes, 547A', 548B', 578D', 644C; vel sicut corpus politicum, quod res aliquas tractat juxta sensum humanum, et tunc errare potest, 577D, in facto et in his quæ facti sunt, quod potest contingere sine peccato, 643A' et s., et sine salutis periculo, 643B'; sed non errat in his in quibus conciliariter est procedens, 664A.

Est saluberrimum necessariumque bonum, 508D, C', 568B, præsertim in temporibus malis, 508C, mediumque peropportunum, quia quod quæritur a pluribus doctissimis, facilius invenitur, 578C, et aptissimum ad reformationem ecclesiastici status in capite et membris, 578A, populique christiani in omni regno, provincia, urbe et pago, 508C', 509D, 516A', ad reductionem perfidorum infidelium ac Sarracenorum, 508D', ad exstirpationem hæresum et schismatum, 288B', 578C', 668C, denique ad arduissimas altissimasque causas definiendas, 663A'. — Quocirca non est negligendum, 508D' et s., quia propter defectum generalis concilii, mala diu impunita crescunt et inveterascunt, 668A, et qui illud impedire conantur, Christi et Ecclesiæ sunt hostes, 578B'. Nec tamen jugiter sine intermissione celebrari debet, 634A', sæpius vero quam hactenus factum est, 667B', quum a S. Petro et Apostolis quatuor generalia concilia celebrata sint, 509C, 668B.

Quia repræsentat Ecclesiam, habet plenitudinem potestatis, 628B, etiam potestatem aliquas personas conciliares graviter peccan-

tes arcendi, 662D, definitivamque sententiam, 552A : unde, sicut quatuor Evangelia, ita quatuor concilia sunt veneranda, 551C. Attamen, priora sæpe posterioribus emendantur, et rursus posteriora prioribus apud posteros præponuntur, 667A. — Concilium generale, ut quidam dicunt absolute, est super Papam, 567A', 623A' et s., quia majus est Papa, quum sit totum, et Papa pars ejus, 630A' : hinc potest summum Pontificem judicare et deponere, 546C'. At, ut moderatius affirmant alii, concilium est super Papam, in his solum quæ directe spectant ad forum concilii generalis, 567C', 604D, 642C', non in his quæ papalis prælationis mensuram concernunt, 567D' et s. : unde non debet se intromittere de quibuscumque expediendis quæ ad ipsum non directe pertinent, 664B. Potest et debet a Papa regulari, regi et judicari, quia ab ejus obedientia non est exemptum, 627C, et ad totius plebis certificationem, a Papa postulare tenetur confirmationem decretorum suorum, 577B'. Potest a Papa muneribus indulgentiarum ornari, sed non valet indulgentias dare etiam sibi metipsi, 661C'. Tenetur sub præcepto ad quadragesimale jejunium, ad celebrandum diem dominicum, et ad similia quæ a Papa jussa sunt, 660D'. — Denique, quum exuberantius illuminabitur, si exstet magis Deo gratum, satagat esse Ævotum, 579A, ut de plenitudine sua aliis communicet, 579B; a Spiritu Sancto directionem speret et invocet, 664A, et petat prudentiam, 579C, donumque consilii, 579D.

Concilia particularia seu provincialia non habent auctoritatem generalium conciliorum, 667A, nec prærogativas in directione certissima Spiritus Sancti, 577A'. Idcirco, quædam concilia provincialia a SS. Patribus fuerunt condemnata, 577D. Non sunt tamen negligenda, 509C, ab episcopis, 667C', et saluberrima sunt, maxime si in illis præsideat vir magnæ sapientiæ et virtutis, 578B. Debent particularia concilia celebrari sæpius quam antea factum est, scilicet bis aut semel in anno, 667B', aut saltem de triennio in triennium, ad evitandum vexationes itineris et expensarum, 667D'. — *Cf.* Basileense, Chalcedonense, Constantiense, Constantinopolitanum, Ephesinum, Ferrariense, Nicænum; — Ecclesia, Episcopatus, Papa, Petrus.

CONCORDIA, quum sit præcipuum vitæ præ-

- sentis bonum, est maxime exquirenda, 464 B'.
- CONCUBINÆ.** Sic dicuntur sanctorum Patriarcharum uxores legitimæ, sed secundariæ et minus principales, 463 C. — Mystice, concubinæ designant animas proficientium, 103 B'. — Dare usum corporis ad tempus est contractus concubinarius, 300 D.
- CONCUPISCENTIA** carnis cum animi consensu in delectationem vel in opus, est mortale peccatum, 416 C. Refrenatur facile per supernaturalia auxilia gratiæ, 295 B, aut per matrimonium, 300 A', 307 D, 308 D, 464 A'.
- CONFESSOR** primus Filii Dei fuit Petrus, 653 D. — Plurimi sancti confessores utriusque sexus fecerunt miracula, 251 C', 276 A', et habuerunt gratiam prophetiæ, 407 D.
- Confessor, seu confessarius, Christi personam tenet, vicem et locum, 575 B. — Confessores B. Mariæ fuerunt S. Joannes, vel Jacobus, vel Petrus, 143 C'.
- CONFIRMATIO**, ut sacramentum, baptizatis datur ad robur et ad exercitia christianæ militiæ, 143 D', contra adversarios Dei, 646 C'; imprimi in anima characterem, 144 C, 646 B', et nunquam reiteratur super eandem personam, 646 C'. — Quomodo intelligatur confirmatio in gratia, post Pentecosten concessa Apostolis, 108 C, 566 B', et fidelibus, 643 A. — Confirmatio totius Ecclesiæ, 643 B et s., non pertinet ad concilium generale, 643 D.
- CONSILIUM**, ut virtus, est actus prudentiæ, 569 C, 579 B; ut donum, est habitus per quem mens dirigitur a Spiritu Sancto ad intuendum quid in arduis sit agendum, seu vitandum, 96 D', 579 D. — Qui dixerit fratri suo, Raca, reus erit consilio, quo sensu, 416 A. — Duodecim consilia evangelica perducunt homines ad vitam angelis proximam, 268 B', 296 D, et ad sanctissimam Dei dilectionem, 498 C. — Quam utilia sint consilia, 578 A'.
- CONSTANS I**, filius Constantini, qui imperavit in Oriente, a sacerdote Ariano deceptus, hæresi Ariana fuit infectus, 248 C', 454 D.
- CONSTANTIENSE** concilium sacrosanctum et illustratum lumine legis divinæ, juxta Gersonem, 623 D', liberavit Ecclesiam a pestifera doctrina docente Papam esse super concilium generale, 546 A, 624 A, 629 A', Joannem XXIII judicavit tanquam sibi subditum, 624 C, et deposuit propter scelera sua, 552 C'; declaravit concilium generale habere potestatem suam immediate a Christo, 552 B', et decrevit concilia sancta frequentius esse celebranda, 509 B', ad hæresum et schismatum extirpationem, 509 C'. Cf. Concilium.
- CONSTANTINOPOLIS**, metropolis Græcorum, a Sarracenis vastata est, 509 B'. — Constantinopolitanum concilium citatur de auctoritate concilii generalis, 532 B.
- CONSTANTINUS Magnus**, imperator potentissimus, 453 D', prudentissimus, 454 A, et sapientissimus, 664 A', primum crudelis Christianorum persecutor, ad fidem christianam conversus est, 248 B, et post baptismum a lepra prorsus curatus est, 248 C; ne omnes occideret paganos aut ad fidem compelleret, a Papa impeditus est, 231 C, 311 D. Eo instigante S. Silvester convocavit contra Arianos concilium, 248 A', 454 B, quod fuit primum concilium, 553 B, id est Nicænum, cujus sententias venerari fassus est, æque ac si de cælo latæ fuissent, 552 A'. Ibi nonnullis episcopis particulares suas causas nitentibus proponere, respondit propter talia non esse congregatum concilium, 664 A'. — S. Silvestro Romam concedens, urbem reliquit, 592 A'; in quo nil contulit Papæ, juxta quosdam, quod non esset suum, sed reddidit dumtaxat injuste detentum, 665 D. Insuper, omnia imperialia insignia concessit Papæ, et statuit ut cardinales ornamentis senatorum uterentur, 665 B'.
- CONSTANTINUS (S.)**, unus ex septem sanctis Dormientibus, 342 C'. (Acta SS. die xxvii Julii.)
- CONSTANTIUS II**, filius Constantini, qui imperavit in Occidente, a quodam sacerdote Ariano deceptus, hæresi Ariana fuit infectus, 248 C', 454 D.
- CONSUETUDO**, quasi altera est natura, 207 B', ideo consuetudinem vincere gravis est pugna, 207 A'. — Consuetudo Ecclesiæ maximam auctoritatem habet, 550 B, et vim legis sortitur, 207 B. Per solum Papam amoveri potest, si spectet ad religionem, ut de carnibus non comedendis, 539 C, sed non debet faciliter immutari, 609 D', quia ex tali mutatione majus contingit incommodum, 610 A. — Mala et ficta quæ reputat quædam mala esse licita, 509 B, 668 A, quia est maxime vitiosa et summe periculosa, 207 A', est abscindenda, 206 C', rationi et veritati postpo-

nenda, 206D', quantumcumque antiqua et divulgata, 207A', nam consuetudo sine veritate seu æquitate et ratione, vetustas erroris est, 207B.

CONTEMPLATIO Dei ardentissima supplere potest alimenta corporalia, 470D'. Duplici modo obtinetur: primo, ad eam conando, 439D', secundo, absque proprio conamine, per supernam illustrationem, 440C; sed ad istam contemplationem theoreticam pauci pertingunt, quare, 440C'. — Juxta S. Bernardum, quatuor sunt species contemplationis, quarum prima est admiratio majestatis, 82A, secunda, consideratio judiciorum Altissimi, tertia, speculatio beneficiorum Dei, 82B, quarta, divinorum attentio promissorum, 82C. — Species contemplationis adhuc aliter distinguuntur, 83C.

Contemplator B. Mariæ, quæ in omnibus contemplationis speciebus fuit altissima, 82D, non debet esse carnalis homo, 19C' et s., sed purus, 20A, D, fide formata et spirituali caritate ornatus, 20B, contritus, 20C, ad misericordiam ejus impetrandam, 20D, A', et propriæ indignitatis conscius, 20C', 21B'. Tunc ad eam laudandam et contemplandam accedat cum fiducia, 20D', humilitate et reverentia, 21A, cum jucunditate, 20D', 21B, simul et formidine, 21D, Sanctorum instar, 21D, deiformiter procedendo, 21C', scilicet ex mulierum consideratione ad contemplationem B. Virginis consurgendo, 21D', primo, ascendendo per viam positionis, 22A, laudando ejus virginitatem et fecunditatem, 22B, integritatem et castimoniam, 22C, et generaliter virginum omnium ac mulierum perfectiones ei attribuendo, seclusa omni imperfectione, 22A' et s.

CONTINENTIA laudabilior est in pulchris, sicut incontinentia vituperabilior in deformibus, 61A'. — Religioso statui essentialiter est annexa, 582C. — Conjugalitatis continentia inferior est virginali, 282D; sed per supernaturale auxilium gratiæ, perpetua continentia in conjugio a multis servari potuit et potest, 293C.

CONTRITIO debet esse vera et cordialis, adæquata gravitati culparum, 308D'. Peccatum delet, et emundat conscientiam a peccato, 642B'.

CORPUS humanum non est perfectissimum secundum naturam ante statum viginti quinque annorum, 64D'. Totum ægrotat, si

languor non fuerit curatus in capite, 650C'. — Quamvis sit multipliciter defectuosum, 37C, 186C', ex primorum transgressione parentum fomite infectum, 37D, et vilificetur animæ repugnando, 37A', tamen quia per Christum et Mariam liberatum est, 37D, et nobilitatur rationi obediendo, 37A', seque præbendo instrumentum cultui Dei, 37B', valde honorandum est, quia præ corporibus mixtis ceteris est dignius, 37C, maxime corpus Sanctorum, per quod patrantur miracula, 37C', 65D'. — Quia cooperatur animæ, ad quam ordinatur tanquam ad finem, 281B', et ei obedit in actibus bonis, præmii erit consors, 172D. Unde corpus in patria glorificatum possidebit quatuor dotes, 172A', 186B', 283C, et quo major fuerit animæ beatitudo, eo his dotibus eminentius decorabitur corpus, 172C', 186C'. Dominio animæ plene subjectum, 186B', 187A, 389D', mirabili pulchritudine erit, 187B', bellissime coloratum, 187C', agile et subtile, 186C', in momento movebitur, id est in tempore brevissimo, etsi non in instanti, 187B; impassibile, 393B; clarum, 187C, et etiam pervium ac transparens, 187D, B', solidum tamen, ossibus et carne non nudatum, 186D'; nec vestitum erit, etiam vestimentis perviis et transparentibus, 189B, ut quidam minus eruditi dicunt, 189A, quia nulla intemperies frigoris aut caloris erit in cælo, 189C, et quoniam Beati in bono confirmati non erubescunt propter nuditatem, 189D: unde non nisi metaphorice dicitur quandoque vestiendum, scilicet quoad splendorem exteriorum et decentissimos mores, 189A'. — Corpus B. Mariæ, ab omni labe immune, 37D', ineffabilis excellentiæ fuit, 38A, et inestimabiliter dignificatum, ob quinque rationes, 38A, et per illud dignificata sunt corpora omnium nostrum, 37C et s. Sicut Sanctorum corpus adhuc in terris animatum dulciter redolebat, ita corpus B. Virginis, 64C. — Quomodo Ecclesia dicatur corpus unum mysticum, 562D, vel totus mundus unum corpus, cujus caput sit Papa, 593B. — Cf. Caput, Membrum.

CORRECTIO fraterna a Christo præcipitur, 438B, 546D', et necessaria est his qui vivunt in communitate, 595D; verumtamen in quinque casibus non urget hujus præceptum, 548B.

COSMAS (S.), vestitor, Apostolorum vicinus

temporibus, citatur de B. Maria, 454 A', 656 D'.

(Migne *Patrol. gr.* tom. 106, col. 1006.)

CREATIO est actio potentiae infinitae, et instantanea, 353 D, quae purae creaturae non competit, 303 A; ideo actus creandi non est communicabilis creaturis, non ex impotentia Dei, sed propter incapacitatem earum, 303 B, nam creare est aliquid ex nihilo facere, 340 C.

CREATURA nulla comparatione esse increati dicitur esse, imo potius fertur non esse, 190 A, nam esse ejus non est vitale, sed imperfectum, 190 B et s. — Dicitur tamen particeps Dei, quoniam aliquid divinae perfectionis ab Altissimo sortita est, 318 A. Unde omnis creatura est bona quantum ad id quod a Deo recepit, 340 C, non quod bonitas Dei in se partes habeat partibilisve existat, 365 D, sed quoniam creatura habet aliquid bonitatis divinae, 365 B, atque per id Deum quodammodo imitatur, et ei in aliquo assimilatur, 365 A'. Dicitur quoque verius habere esse in Deo quam in se ipsa, quia in Deo habet esse ideale, 632 C', sed non habet esse ratum, creatum, propriae speciei, cum proprietatibus suis, 632 D'.

Hinc omnis creatura quidam est radius Creatoris, 365 A', et enarrat omnipotentiam, sapientiam ac bonitatem Dei, 77 D, cujus cognitio ex creaturarum notitia potest facillime erui quantum ad *quia est*, 77 A', sicut ex visibilibus cognoscuntur invisibilia, ex corporalibus incorporalia, ex temporalibus et caducis aeterna ac divina, 78 B. — Nulla fuit creatura ab aeterno, 381 C, et absolute omnis creatura dependet a Deo in esse et permanere, 396 C'. — Suprema creatura est angelus, quem Deus in principio fecit, 406 A'. — Rationalis creatura ex aeterna dilectione a Deo condita est, 179 A, ad supernaturalem ipsius beatitudinem, 180 A, scilicet ad laudandum Deum, ad serviendum ei, ad fruendum eo, 179 B'. — Nulla pura creatura condigna fuit redimere genus humanum, quare, 263 B et s.; imo nulla aliquid sine Christo posse dicitur, 546 A'.

CULTUS patriae Deo soli debetur: ordinatur primo ad reverentiam Deo plenarie exhibendam, 215 B; secundo, ad hoc ut homo instruatur a Deo quem colit; tertio, ad directionem actuum humanorum a Spiritu Sancto secundum praecepta Scripturae, 215 A'.

CURIA sanctissimi Petri et Apostolorum qua-

tuor concilia celebravit, 668 B. — Curia Romana, juxta Petrum de Alliaco, non valet casibus emergentibus sufficienter providere, 667 D', unde fit ut videatur dissimulare mala inveterata et diu impunita, 668 A, ut possit ad suae voluntatis libitum plenius dominari, et aliarum Ecclesiarum jura liberius usurpare, 668 B. Sit ordinatissima, 670 D, juxta instructiones S. Bernardi in libro de Consideratione, et tunc feliciter a Papa poterit gubernari, reformari et salvari, 670 A'.

CYPRIANUS (S.), martyr, doctor et praesul Carthaginensis, 207 B, non acquievit Papae ventanti ab haereticis baptizatos rebaptizari, sed determinationi plenarii concilii libenter acquievisset, 667 C. — Ex divina revelatione diem mortis suae cognovit, 451 A'. — Citatur de auctoritate Papae et Petri, 670 D', et de consuetudine, 207 A et s. (Acta SS. die xix Septembris. — Migne *Patrol. lat.* tom. 3, col. 1184; tom. 4, col. 423.)

CYRIACUS (S.) Papa, Deo revelante et admonente papatum reliquit reclamantibus cardinalibus, 648 D. (Sic in *Legenda aurea*, cap. 154.)

CYRILLUS (S.), patriarcha Jerosolymitanus, citatur de auctoritate Papae, 633 B', 633 A'.

CYRILLUS (S.), Alexandrinus episcopus, vidit tres mortuos a S. Hieronymo resuscitados, qui ei retulerunt impiorum tormenta, 431 A. — Citatur (pseudo-Cyrillus) de auctoritate summi Pontificis, 566 A', 568 A, 570 A, 571 A', 586 B', 590 D, 591 B, 593 A', 607 C', 630 B, 633 B', 633 B', et de sapientia, 177.

D

DACIANUS praeses S. Vincentium martyrem variis modis cruciari jussit, 428 C et s.

DÆMONES naturalia nullo modo amiserunt, 280 C': ideo occultas rerum naturalium noscunt virtutes, easque imperceptibiliter applicant ad producendos diversos mirabiles effectus, 219 D', 336 C. Cooperantur in observantiis superstitionis, 219 D' et s., et inquisitionibus astrologorum, 222 D', quibus occulte aliqua insinuant quae agnoscere possunt magis quam homines, 223 A. — Tempestatibus frequenter se immiscet, 221 B; aliquando movent bruta ad decipiendum homines, 224 D', et Deo permittente possunt etiam Sanctos flagellare, 344 A, et quasi usque ad mortem eos vulnerare, 432 A. At quae in po-

- testate naturæ non sunt, agere nequeunt, nisi in præstigio tantum quod diu non permanet, 356 D. Hinc non valent producere ecstasim divinam, 441 C'. — In propria natura corporalem non habent auditum quo quidquam percipiant auscultando, 338 A. Non habitant terram, sed aerem caliginosum aut tartarum, 382 D'. — Babylonis constituunt civitatem, 566 D, et atrociter tentant homines, 479 D, nitentes ad damnabiles incredulitates eos inducere, 220 A; erubescerent tamen scribere tam stulta et inhonesta quæ in Alcorano continentur, 278 D, et facile eis esset azoaras seu capitula multa elegantiora facere, 280 C'. — Finaliter quærunt homines perdere, 222 C; ideo quamvis aliqua vera dicant, semper sunt vitandi, 222 D, nec unquam invocandi, 222 B, interrogandi aut consulendi, quia hoc pertineret ad pactum et amicitiam cum inimico implacabili Dei ac hominum, 222 C. — Reprimuntur et expelluntur per angelos sanctos, 357 C, et per aquam benedictam, 221 A. — Cf. Diabolus, Satanas.
- DAMASCENUS** (S. Joannes), sacerdos, virgo et doctor eximius, præclarus philosophus ac profundus theologus, 158 A', et virgini Mariæ multum devotus, 158 B', vir clarissimus, ex Historia de assumptione B. Mariæ plura fide digna conscripsit, 656 D', composuit quoque Legendam Barlaam et Josaphat, 656 B'. — Citatur: de B. Maria, 24 B', C', 77 B, 154 A', de auctoritate S. Petri, 533 C', de veneratione sanctorum reliquiarum, 202 D, B', 204 D', de verecundia, 120 A'. — *Adde* 184 D', 189 D', 224 D, 603 A'. (Migne *Patrol. gr.* tom. 94-96.)
- DAMASUS** (S.) Papa, de adulterio diffamatus, coram quadraginta episcopis se purgavit, 553 A'. — Citatur de auctoritate concilii generalis, 550 D'. (Ap. Anastas. de Vitis Rom. Pont., c. 39.)
- DAMNATIO** æterna pro uno mortali peccato infligitur, 436 B'. Quanta immineat his qui in patres suos peccant, 650 C. — Quomodo usque ad diem iudicii possit augeri, 342 B.
- Damnati licet usu rationis non careant, 326 B', non possunt in inferno demereri, quia non sunt in statu merendi aut demerendi, 326 C': ideo, quamvis incessabiliter impia agant, Deum odiendo, non merentur pœnæ augmentum, 341 D'; puniuntur supplicio ignis et aquæ, 369 A, D'. — Nunquam de suis dolent peccatis in quantum sunt Dei offensiva, sed in quantum sunt eis tantæ miseræ causa, 321 B'; verumtamen, si eis ad vitam redire daretur, memores pœnarum inferni, omnino satagerent ne retruderentur ad tale supplicium, 321 C'. — Non desiderant Judicis adventum, et sententiam ejus reformidant, 399 D: nam ante resurrectionem, quantum ad animam solam in inferno habitant, 329 C; postea vero corporibus suis resumptis, gravius affligentur, 341 D'. — Usque ad diem iudicii augeri potest eorum pœna, quando nempe ab illis scandalizati et perdit in infernum corruunt, 342 A. Post iudicium finale, habebunt visum et auditum corporeum ad suæ damnationis augmentum, 326 B', corruent vivi in tartarum et ignis conflagrationis eos involvet, 386 A, sine remissione, 394 A'.
- DANIEL** propheta prædixit certum tempus adventum et passionis Christi, 312 A. — Explicatur ejus locus de multitudine angelorum, 184 B.
- DAVID**, sanctus et devotissimus rex, 200 C, sanctior Salomone, 370 A, laudatur de mititate, 128 A'; sed non semel erravit, v. g. quando juravit se Nabal interempturum, 128 B', et quando adulterium homicidiumque commisit, 277 B; et castigatus fuit propter duplex scelus, 351 A', 467 D. — Statuit in domo Dei duos psallentium choros, 200 C. — Jubente Deo, 368 B, psalmos edidit, non simul, sed temporibus valde diversis et a se invicem remotis, 364 A, 369 D'; imo non solus hos composuit, 364 B. Quasi ad libitum recepit divina oracula et responsa, 58 D. Passionem Christi tam evidenter prædixit in psalmo XXI, ut potius videatur rem gestam narrare quam futuram prænuntiare, 312 A'. De B. V. Maria multa prophetavit, 31 D.
- DEBORA** prophetissa typum gerit B. Mariæ, 32 A.
- DECANUS** est caput alicujus Ecclesiæ particularis, 565 B; præest toti collegio canonicorum, 638 C', in quibusdam tamen non est super illud collegium, 631 C. Cf. Prælatio.
- DECIUS**, imperator Romanus, persecutor Christianorum, 342 C', jussit septem Dormientes, ut fame morerentur, in spelunca includi, 343 A. — Post martyrium S. Laurentii, a dæmone arreptus, miserrime obiit, 428 B.
- DECRETUM** (Gratiani) citatur, 203 C', D', 206 C', 217 C, 228 C et s., 535 C, 538 C', 541 D, 550 B', C', D', 551 C, A', 553 A et s., 555 B, 571 D,

574B, 575B, 586B', 608D, A', B', 649D, 625D, 631C, 650C et s., 651A, 654D, B', 658A, 665B', 667B', 669B'. — Item Decretales (jubente Gregorio IX Papa, a S. Raimundo de Pegnafort collectæ), 204B, 581A' et s., 582D, 583A', 644C. — Item Sextus liber (Bonifacii Papæ VIII), 572A, 583A', 591D', 592A, C, 599C, 602C', 665A. — Item Clementinæ (Clementis Papæ V), 592B'. — Item Extravagantes (Joannis Papæ XXII), 655C.

DEFORMITAS uxorum causa est legitima repudii apud Sarracenos, 301C, non apud Christianos, 463D'. *Cf.* Matrimonium, Repudium.

DESPERATIO est peccatum gravissimum, 477C, maxime Deo displicens, 340C.

DEUS, ut nomen sonat, gubernator est, 655B', natura naturans, seu auctor naturæ, 72C', actus purus, 340A', 479C, simplicissima unitas et separatum purissimumque esse, 340A', ens absolute omniformiterque perfectum, 283C'. Incircumscribibilis et immensus, omnem mentem creatam in infinitum transcendens, 283C, 485B', incomprehensibilis est nobis in se, 17A, 82A, 256D' et s., 482B, 492C, 506D', et in omnibus operibus naturæ et gratiæ, 17A, C, A', nec tam clare et plene cognosci potest ab ulla creatura, sicut ex natura cognoscibilis est, 181D, ne a Beatissimis quidem, 181A' et s. — Omnia in se cognoscit, 180D' et s., præterita, præsentia et futura in ipso suæ æternitatis momento tanquam præsentialiter intuens, 215C' et s., 406C. — In se ipso æternaliter illocaliterque consistit, et nunc est ubi ante omnium creationem fuit, 377B'; ibi tamen dicitur esse ubi operatur, 378A. — Omnipotentiam suam monstravit in totius mundi creatione, 290A, 493C, et suam sapientiam in conservatione et gubernatione, 396A'. — Sicut bonitatis est infinitæ, sic et communicabilitatis prorsus immensæ, 259A, 260C, 485D', et ex sua æterna dilectione, 271A, condidit creaturam rationalem, 179A et s., propter ipsius supernaturalis beatitudinem, 180A et s. — Pius est, 488A', et amandus propter se ipsum et propriam amabilitatem, 297A, necnon propter beneficia sua et futura sua promissa, 297B. — Justissimus, punit peccata unius regni per aliud, 505A et s., et nullam culpam deserit impunitam, 477A'. — Nunquam injustus, 396C, nulli impossibilia præ-

cipit, sed per gratiam infirmis subvenit, 463B'; cur permiserit passionem innocentissimi Christi, 313A, adversitates Sanctorum in hac vita, 385A', 396B, et atrocissima tormenta, 343C, B'. — Essentialiter verus et Veritas, nequaquam per sua miracula testimonium perhibet falsitati, 250A'. — Unus est essentia, quia plures Dii esse non possunt, 664C, sed trinus personis, 258D', 482A et s. — Quomodo generet Verbum æternum, 257A' et s., et producat Spiritum Sanctum, 258C. — *Cf.* Creatio, Providentia.

DEVOTIO ut actus patriæ, 213, est promptitudo et fervor actusque voluntatis ad ea quæ Dei sunt, 126D et s., ex consideratione et caritatis affectione emanans, 126A', D'. Devotioni tanto solet major conjungi spiritualis jucunditas, quanto ipsa devotio alacrior ferventiorque consistit, 127B'. — Perfectissima devotio exterioribus lacrimis caret, quare, 436A.

DIABOLUS, caput malorum, 565C', quomodo seduxerit et vicerit primos parentes nostros, 261B, 262A'. — Quotidie tentat homines, et virtuosos acrius quam pravos et infideles, 340D'. — Potest humanos sensus decipere dupliciter, 356A', sed non potest directe agere in apicem affectivæ, 441D'. — Inspiravit Mahon et multos hæreticos in compositione librorum mendacium, 349A. — *Cf.* Dæmones, Satanas.

DIACONUS potest cum licentia Papæ conferre diaconatum ordinesque minores, et consecrare virgines, 540A'. — Post Pentecosten, constituti sunt in primitiva Ecclesia septem diaconi, 130B', non sorte, sed discipulorum electione ordinati, 225C'. — *Cf.* Subdiaconus.

DIGNITAS creaturæ est assimilari Creatori, 34D'. Quanta sit dignitas animæ rationalis et corporis humani, 37C et s. — Quanta sit dignitas B. Mariæ, 36C, per quam cuncta creata dignitatem præcipuam sortita sunt, 36B, scilicet terrestria, 36A', cœlestia, 36B', elementa et mixta, 36C'. Quanta item supernaturalis dignitas corporis B. Mariæ, 37C, 38A, atque singulorum ejus sensuum et membrorum, 38A', utputa tactus, 39A, gustus et olfactus, 39B, oculorum auriumque, 38C' et s., oris et labiorum, 39B, pedum et crurum, 39C, manuum, 39B, A', 71D', brachiorum, 39C, B', colli, 39C, uberrum, 39B, B', 45D et s., et ventris, 38B' et

- s., 42 A et s., 53 D', 54 A, 71 D'. — Duplex est dignitas: prælationis, quæ pertinet ad dona gratiæ gratis datæ, et conversationis, quæ pertinet ad dona gratiæ gratum facientis, 539 D. — Omnes ecclesiasticæ dignitates sunt officia et servitutes, 669 C.
- DILECTIO** vult alicui bonum, 44 C, 437 D, et condilectum requirit, qui sit vinculum amoris amborum, 486 C. Inter eos qui moribus multum conformes sunt, major ac naturalior solet esse, 62 D'. Multiplex est, puta naturalis, socialis, familiaris, carnalis ac spiritualis, 433 D; ex quibus spiritualis est meritoria, carnalis vitiosa, 433 D, ceteræ sunt indifferentes, 433 A'. — Dilectio Dei spiritualis, pura et irreflexa, 437 B', habet plures effectus, qui explicantur, 437 C' et s. — Dilectio spiritualis hominum, est qua nobis ac proximis volumus felicitatem æternam, 433 A'. — Debemus diligere Deum propter se ipsum et propriam amabilitatem, 297 A, ac propter beneficia sua et promissa futura, 297 B, proximos nostros sicut nos ipsos, 297 C. — Cf. Amor.
- DIONYSIUS (S.)** Areopagita, summus philosophus, 427 D', divinus, 22 A, et divus, 566 D, a S. Paulo apostolo conversus Athenis, 407 A', Judæam adivit, et S. Joannem accessit, ut sibi demonstraret B. Mariam, 55 D, 407 A', qua visa, præ jucunditate et admiratione corrui tanquam mortuos, 55 A'. A S. Clemente Papa Parisiis missus, mortem amarissimam pertulit pro fide, 427 D', in carcere ac tormentis a Christo visitatus, confortatus, et ad æternæ felicitatis invitatus delicias, 451 B'. — Dono prophetiæ sublimiter ornatus, 94 D, contemplationum sublimium artifex et magister ac prædicator, 85 D', profundissimos edidit libros, 428 A, 453 D. — An ex verbis illius queat probari B. Mariam in corpore et anima fuisse assumptam, 454 D' et s. — Citatur de auctoritate summi Pontificis, 537 D et s., 538 A', et de hierarchia, 596 B, C', D'. — *Adde* 56 A, 69 A, 83 D', 89 A, B, 181 C', 184 B, 368 D, B', 531 C', 542 D, C', 543 A, 561 C, 595 C'. (*Migne Patrol. gr.* tom. 3, 4.)
- DIONYSIUS (S.)**, unus ex septem sanctis Dormientibus, 342 C'. (*Acta SS. die xxvii^o Julii.*)
- DIONYSIUS** Cartusianus qua intentione et methodo scripserit opuscula de Dignitate et Laudibus B. Mariæ, 48 D' et s., 49 A', de Mutua cognitione Beatorum, 478, et Contra perfidiam Mahometi, 243 D', 252 C', 271 A'. — Laudat eos qui affirmant, et bene, B. Virginem in originali peccato non esse conceptam, 69 D et s., 70 B; contradicit Thomæ dicenti B. Mariam alios non edocuisse, 96 A, nec miracula fecisse, 96 D. — Multa quæ statum, causam et eventum Ecclesiæ concernunt, per revelationes scivit, 503, ex quibus tres recitantur, scilicet prima, 547 C', secunda, 549 D', et tertia, 522 D'. — Hortatur principes ad resistendum infidelibus, 503, et ad convocandum generale concilium in quo tractetur de emendatione in omni gradu ecclesiastico, 508 C. — In tractatu de Auctoritate summi Pontificis, S. Thomam sequi cupit et proponit, 569 B', et circa auctoritatem Papæ et generalis concilii, medium veritatis servare intendit inter duas positiones nimis extremas, 533 A, 647 C', de cetero declarans plane se sub correctione omnia scribere, 642 A'.
- DIONYSIUS (S.)** Papa (*lege* Damasus) de adulterio diffamatus, coram quadraginta duobus episcopis se purgavit, 553 A'.
- DIOSCORUS**, Alexandrinus patriarcha, hæreticus, B. Mariam contendebat non Deum sed purum hominem peperisse, 65 A', 454 A'. — Præsumpsit S. Leonem Papam I excommunicare, 553 A', et synodum apud Ephesum secundo vocatam, ad approbationem Euty-chiani erroris vi et arte traxit, 576 C, sed ipse in concilio Chalcedonensi damnatus fuit et excommunicatus, 553 A', 576 D.
- DISCRETIO** actus est prudentiæ, 97 C', et frequenter prudentia pro discretione sumitur, 97 D. Nulla virtus tam cito hominem ad perfectionem perducit, 97 C'. Cf. Prudentia.
- DISPENSATIO** est jus, non autem juris diminutio, seu ejus in aliquo læsio, 544 B', et designat amotionem obligationis præcepti in casu quantum ad aliquem vel aliquos, 544 D'. — Ut valeat et a culpa excuset, necesse est ut juxta Dei voluntatem concedatur, 544 A', puta ex necessitate vel vera utilitate, 544 D', rationabilique causa, absque juris injuria, 544 B'. Non tuta est dispensatio apostolica pro illo cujus conscientia ligatur divina sententia, 545 A: unde elucescit, quando et qualiter dispensatio a culpa excuset, quam rationabiliter sit petenda et quam prudentialiter exhibenda, 545 A'. — Papa eam concedere debet ordinate et cum discretione, 544 C, quia non est dispensator in

destructionem, sed in ædificationem, 545C. — *Valet dispensatio a Papa concessa de continentia quoad clericos futuros*, 581B, in irregularitate, 581D', 582A, in omnibus votis dispensabilibus, 645D', 646A; an valet in causa matrimoniali, 581C, A' et s. — *Non valet dispensatio a Papa concessa in his quæ sunt contra articulos fidei*, 581B, contra substantiam monachatus, 581C, et in quatuor casibus specialibus circa Ordinis sacramentum, 582B. — *An valet dispensatio a Papa data contra jus naturale, divinum et humanum*, 581A, 582B', D', contra generale statutum Ecclesiæ, 581B et s., contra quatuor concilia, 581B', contra statuta Apostolorum quorumcumque, 582C', in his quæ sunt simoniaca, 581A, A', 582B, in voto solenni continentie religionis, 582C, in juramento et homicidio voluntario, 581C'. — *Quatenus valet dispensatio ab episcopis concessa de irregularitate ad ordines suscipiendos*, 582A.

DIVINATIO, species superstitionis virtuti latricæ opposita, 245C, est usurpata prænuntiatio futurorum eventuum, 245B', ex operatione dæmonis, 246D, qui multis modis homini futura prænuntiat, 246A'. — *Omnis divinatio utens consilio dæmonis, qui vel expresse invocatur*, 222B, vel vanæ inquisitioni futurorum se ingerit ut hominem vanitatibus implicet, 222C, omnino illicita et condemnata est, 222B. — *An sit licita divinatio per astra*, 222A' et s., per somnia, 223C et s., per augurium, 224C et s., et per sortes, 225B et s. — *Cf. Magia, Superstitio.*

Divini vocantur qui indebito modo sibi usurpant quod Dei est, utpote prænuntiare futura, 245B'.

DIVITIÆ sæpe impeditivæ sunt spiritualis profectus et incrementi divini amoris, 498D, ac beatitudinis æternæ, 432D'. A Deo dantur reprobis, qui paulo post æternaliter puniuntur, 207D', tanquam præmium pro quibusdam bonis vitæ æternæ non meritoriis, 208A. Ideo contemnendæ sunt ex consilio Christi, 433A, ut homo gratia impleatur et Deo liberius vacet, 413C'. — *Spirituales divitiæ sunt interna charismata Spiritus Sancti, virtuosique actus ac merita*, 132D', quæ sunt veræ divitiæ rationalis creaturæ, quæ ei invite auferri non queunt, 132C'. Æternales divitiæ sunt summi boni visio, tentio et fructio, 413D'.

DOCTORES nonnulli de Deo loquentes, utuntur sæpe adjectivis perfectionalibus ad Dei laudem spectantibus, 280B. — *Omnes doctores catholici scripta sua declarationi et correctioni Ecclesiæ subjiciunt*, 548D'; torpentia corda excitant et falsitatibus invicte resistunt, 644A'; in sermonibus quantum excedant Alcoranum, 280B'. — *Pro fide Christi plures eorum crudelissimas mortes passi sunt*, 453B', et fecerunt miracula, 231C'. *Quum sint sal terræ et lux mundi*, 415D, et quum ad eos spectet potissime sapientia quæ est donum gratiæ gratis datæ, 74D', debent esse maxime virtuosissimi et exemplares, 351B. — *Petrus ut Papa doctor fuit omnium Christianorum*, 634B'.

DOCTRINA sana tenet medium inter duos errores contrarios, 648D'. — *Catholicorum doctorum doctrina ab Ecclesia habet auctoritatem*, 550B. — *Supernaturalis doctrina per supernaturalia argumenta est probanda, instituenda et roboranda*, 320B'.

DOMINICUS (S.) multa fecit miracula, 288B', inter cetera, duos reducens defunctos ad vitam, 430C'. (Acta SS. die 15^{ta} Augusti.)

DOMINIUM dupliciter sumitur: primo, prout servituti opponitur, 560B, et est secundum oppressionem, arrogantiam fastus superbiæ, 604D, ac cupiditatem, 668D', quale competit tyrannis, qui propter propria commoda aliis præsidet, 668A'; et hoc inordinatum est, 668D, prohibetur a Christo, 604D, et in statu innocentie non fuisset, 560C. Secundo, prout dicit gubernationem sive prælationem, 560D; et hoc est superpositionis, propter providentiam et gubernationem subditorum, 604D, et pertinet ad bonos prælatos, qui aliis præsumunt ad utilitatem ipsorum, non ad propria commoda, 668D; et recte servitus dicitur, loquendo de servitute administrationis et caritatis, 668D'. Tale dominium, quod fuisset in statu innocentie, 560A', ordinatum est, 668D, et est de ratione et perfectione hierarchiæ, 604A', 668A', ideo invenitur in spirituali regimine militantis et triumphantis Ecclesiæ, 560A'. Bonis prælatis et principibus competit, 668A', et Papæ, 669A, quia non dominium, sed ministerium superioribus est datum, 668B'. — *Est quoddam dominium evangelicum, quod juxta legem evangelicam exercetur, et competit maxime summo Pontifici*, 669D.

DOMINUS est qui habet servum proprie di-

ctum, 560 B. — Quo sensu Papa sit dominus Christianorum, 560 C, A', 561 A'. — Quomodo Ecclesia sit domina summi Pontificis, 560 A et s., 562 B.

DOMUS magna est Ecclesia, quæ ab oriente usque ad occidentem, ab aquilone in meridiem dilatatur, 635 D', in qua per totum mundum Deo pascha offertur, 669 A. Et quia una domus est, sicut omnis domus, requirit unum supremum patremfamilias, 600 D', 634 B', habens tria distincta regimina, utputa nuptiale, paternale et dominativum, 601 B. Quapropter domus hæc Petro tradita est, 632 D, et cuiuscumque ejus successori legitimo, 632 A', ut ab eis regeretur, 632 B'.

DONA Spiritus Sancti septem sunt, ab Isaia enumerata, 439 A', et inseparabiliter caritati et gratiæ conjuncta, 73 A, 579 D. Sunt habitus supernaturales per quos mens creata fit prompte docibilis ac dirigibilis a Spiritu Sancto, 73 B, 96 B'; quorum primus et altissimus est sapientia, 439 B'. — Dona gratiæ non excipiunt hominem ab observatione legis naturæ, 542 D. — Dona gratiæ gratis datæ ordinantur finaliter ad dona gratiæ gratum facientis, 603 B'.

DORMIENTES (SS.) septem, quorum fusius narratur historia, 342 C' et s. (Acta SS. die xxvii Julii.)

DOROTHEA (S.), virgo et martyr, etsi eximie pulchritudinis, fuit minus formosa quam B. Maria, 61 D. (Acta SS. die vi Februarii.)

DOTES quatuor ponuntur corporum glorificatorum, puta claritas, agilitas, impassibilitas et subtilitas, 172 A', 186 B', 285 C, et tres animarum beatarum, quæ tribus virtutibus theologicis correspondent, scilicet visio, tentio et fruitio, 186 A'.

DULAS abbas, de S. Bessarione narravit, quod stetit per quatuordecim dies in raptu continuo, 83 C'. (In Vit. Pat., lib. v, libel. 12, n. 3.)

DULCEDO. A Deo interminabiliter dulci dulcedo creata manans infinite distat ac deficit, 136 A'.

DULIA est cultus venerationis, et in Scripturis aliquando adoratio pro dulia sumitur, 327 A'. Cultu duliæ Dei vicarios veneramur, 327 C, quia sacerdotes et præsules Deum nobis representant, 327 B.

DURANDUS de S. Portiano (Doctor resolutissimus), Ord. Præd., scripsit super quatuor libros Sententiarum, 544 D'. Citatur : de Deo ut est objectum fidei, 549 A, de cognitione

Beatorum, 482 D, de auctoritate summi Pontificis, 537 B, 541 A, 553 A', 572 B, D', 573 D, 587 C, 596 C, 602 D, de Ecclesia, 562 C, de perfectione legis evangelicæ, 561 D, de dispensatione, 544 D', de obedientia, 569 B, 598 D.

DURANDUS (Campanus), Ord. Min. theologus, auctor Summæ confessoriorum, citatur de clavibus Ecclesiæ, 536 B, et de auctoritate Papæ, 548 D, 555 B', 559 D', 581 A, D, B', D', 582 C, 599 A, 602 D. Cf. Summa.

E

EBION, impiissimus ac odibilissimus hæreticus, æternaliter confusus et reprobatus, 138 C', adhuc vivente et prædicante S. Joanne apostolo, asseruit Christum esse purum hominem, 242 D', negavit B. Mariam esse virginem, 65 A', et legalia simul cum Evangelio esse observanda contendit, 390 C. Contra quem conscripsit evangelium suum S. Joannes, 454 B'.

ECCLESIA triumphans est congregatio Beatorum in cœlis, 417 B, 635 D; regitur regimine monarchico ac regali, 621 B', 623 B'. Militans, a triumphanti per similitudinem derivata, 638 D, in qua omnibus præsidet unus, 635 A', sic vocatur, quia ad hoc in hujus campo exsili et certaminis constituta est, ut contra aciem vitiorum prælietur, 594 C'. — Ecclesia multipliciter sumitur, 634 D', scilicet : pro ecclesia materiali, 635 A, et sic est locus supplicationis, 376 D'; prout contra Synagogam distinguitur, 635 B; pro universis fidelibus qui a principio mundi fuerunt, sunt et erunt usque ad finem, 563 B; 635 B; pro universitate electorum, seu Deum amanti, qui sunt viatores, vel comprehensores, 635 C; pro congregatione Christianorum ad supernaturalem beatitudinem tendentium, 673 C, qui soli vere fideles sunt, 417 C; pro parte populi christiani ad divinum obsequium quodam speciali signaculo deputati, 635 A'; pro universis fidelibus eodem tempore existentibus, 635 B'; pro ovili simul cum summo ejus vicario capite, 635 C'; pro toto christiani populi residuo, præter Romanam Ecclesiam, vel pro particulari Ecclesia, vel pro ecclesiastico prælato, 635 D'; postremo, impropriissime sumitur pro prævorum collectione, 636 B, seu ecclesia malignantium, 642 A, qui sunt membra diaboli, 642 B.

Quoad auctoritatem, triplex est Ecclesia, puta: universalis, respectu cuius Papa dicitur summus Pontifex, 619B; Romana, respectu cuius dicitur Pontifex Romanus, 619C; et Ecclesia universalis in concilio generali collecta et repræsentata, 619C, quæ respectu Papæ, est quædam particularis Ecclesia, 619C, B'. — Hæc triplex Ecclesia est triplex corpus mysticum, cuius Papa est caput immediatum, 563D', 619D, non absolute loquendo, nam comparatus ad Christum, Papa est caput secundarium et ministeriale, 564C', alii autem sunt membra, 619A'. — Regitur regimine regio, sed mixto cum aristocratia et democratia, 623A, quod fuit regimen in populo Israel, 623B, et melius est quolibet alio regimine, 623A; sed Ecclesia habet tria hæc regimina aliter unita quam in politia civili, propter divinæ legis unitatem, 625C'. — Duplici jure ac gladio gubernatur, utpote civili ac spirituali, 510A, sed non utitur gladio materiali, 635A'. — Infallibili directione Spiritus Sancti movetur et loquitur, 546D, 546C', qui in ea inhabitat, 524A. — Tanquam communitas, domina est ac proprietaria omnium bonorum spiritualium et temporalium, 664C'. — Habet auctoritatem in expositione sacræ Scripturæ, et in determinationibus credendorum ac necessariorum ad salutem, 643D, necnon in causis matrimonialibus, 309D, B'. — Universalis Ecclesia divisim accepta, non est nisi ipsæ particulares Ecclesiæ seorsim seu conjunctim sumptæ, 614B'. — Romana Ecclesia, quam rexit Petrus, 613B', ejusque successores, 613C', super ceteras Ecclesias obtinuit principatum, 613C', sicut antea Ecclesia Antiochena, cui præfuit septem annis, 613B'. Regina, mater et domina est omnium salvandorum, 654A', dominatione non inordinata, 668D' et s., sed ordinata, 669A: unde negare eam esse caput omnium Ecclesiarum est hæreticum, 614A. — Universalis Ecclesia a concilio generali repræsentata, originaliter habet a Christo jus eligendi sibi caput, seu Papam, 632C: nam Ecclesia, Papa non existente, 638D', adhuc est tota, etsi non perfecta quantum ad omnes sui partes officiales, 639A. — Potest summum Pontificem accusare, corripere, 546D', punire, 548A, et publice ac intolerabiliter Ecclesiam scandalizantem deponere, 547A. Sola valet omnes audacter et intrepide corrigere, 668A.

Ita volente Christo, Ecclesia regitur sub uno et ab uno monarchice, 621A, 623C, B', et una est non solum per reductionem ad Christum, sed etiam per reductionem ad Papam, 621D et s., 622D et s., 662B': unde comparatur arcæ, quæ velut in uno cubito consummabatur, 636B'. — Vocatur navis Petri, 533B', grandissima navis facta ex omnibus, 586B, 637A, quæ indiget uno summo gubernatore, totius navis hujus curam et gubernationem habente, 599A' et s., 634B'. Dicitur unum corpus mysticum per similitudinem ad corpus hominis naturale, 562D, habens unum et idem caput, 597C et s., 653D; exercitus Dei, 594C', a Christo optime ordinatus, 595A, qui pugnat sub uno duce, Papa, 595B et s.; una ecclesiastica hierarchia, 596D, cuius summus hierarcha est Christus, 596A'; denique, una domus, 600D', quæ requirit unum supremum patremfamilias, 654B', quam Christus Petro commisit regendam, 632B', et cuius est dominus quicumque Petri successor legitimus, 652A'; item, sponsa Dei, 516A, et Christi, 516C', 562B, 598C', mater fidelium, 516A, habens fecundam virtutem ad se conservandum et continuandum, 666B, generans filios ex aqua et Spiritu Sancto, 561D', et per hanc conjugalem potestatem etiam de ancillis filios parere valens, 667B; vinea Dei, quæ quot protulit electos, tot quasi uvas produxit, vel tot palmites emisit, 563B. — Diffusa est in tribus partibus mundi, puta Africa, Asia et Europa, 631C', quamvis impugnata sit a plurimis hostibus, Judæis, tyrannis, gentilibus et philosophis, 447A, atque a perfidis Sarracenis miserabiliter calcata, 507B; et multiplicatæ Ecclesiæ fidelium unam catholicam Ecclesiam efficiunt, 614D.

Domus est disciplinæ, 409B, gratiæ et salutis, 409C, in qua invenitur ipsemet Deus, seu æterna et increata Sapientia, et sapientia creata et infusa, 409A', et acquisita, seu divinarum Scripturarum notitia, 409B'; ænaculum grande, in quo Christus cœnam ultimam fecit, 652D, stratum varietate virtutum et linguarum, 652A'; grex et ovile Christi, seu congregatio ovium ejus, charismatibus gratiæ informata et recta, 566B, et fide Christi animata, 641C'; civitas Dei, quam constituit Dei amor crescens usque ad contemptum sui, 566C; paradus, extra quem

nemo valet salutem percipere, 667 A, præsertim tempore legis evangelicæ, 291 D; Deo carior cælo et terra, angelis, Apostolis et Prophetis, 635 D. — Sancta est, 641 A', imo sola sancta, 642 C', non habens maculam, 640 A et s.; quam credere sanctam, est articulus fidei, 641 B', 642 B. Sancta tum ratione formæ suæ, seu fidei, quæ jugiter manet recta et sana in se, 641 C', tum ratione sacramentorum, 641 D', quæ inquinari non possunt ministrorum malitia, 642 A, præsertim sacramentorum Baptismi, 642 B, et Pœnitentiæ, 642 C, tum ratione divinæ inhabitationis, 642 C, et invocationis, 642 D. Sancta, non ratione partium materialium, scilicet hominum, 641 C', quum comparetur sagenæ missæ in mare et ex omni genere piscium congreganti, 563 B', sed ratione quarundam partium suarum, puta eorum qui sunt in caritate et gratia, 642 D et s., ita ut boni soli, seu existentes in caritate, sint essentialiter partes Ecclesiæ, 642 C'; ratione virtuosorum virorum qui sunt, fuerunt et erunt semper in ea, 642 B, 643 A, et Sanctorum, qui fuerunt decorati donis prophetiæ, 94 D, 407 D', 508 B, et miraculorum, 276 D, 407 D', 430 A, D', 435 C', 498 B', qui in hac vita cum arctissima devotione Deo colloquentes immediate, 362 B', beatitudinem cœlestem adeo prægustabant, 284 D, ut a sensibus exterioribus alienarentur, 83 B', 284 A', 432 A', atque hæreses per exemplarem vitam ab Ecclesia extirpaverunt, 249 C, et eam reformaverunt, 249 A'. — Libera est, libertate a servitute dæmonis et peccati, 561 C, non libertate obedientialis subjectionis, aut corporalis temporalisve servitutis, 561 D, et confirmata in gratia, 634 D, 642 D'. Quapropter non potest errare in fide et moribus, 577 D', 634 D, nec tota a fidei veritate deficere, 643 B; sed potest errare in facto et in his quæ facti sunt, et hoc contingit sine peccato, 643 A', sicut multo tempore feminam pro Papa tenuit, 643 B'. — Non potest tota simul cadere in peccatum mortale, 547 B, 566 D' et s., 643 B, quia navis Ecclesiæ nunquam submergitur totaliter per peccatum, sed tantum pro parte, 643 D'; quo sensu, licet confirmata sit in gratia, dicatur aliquando lapsa et deformata, 643 C'. Ipsa vero conqueritur de filiis suis ingratis, rebellibus, 545 D', et scandalosis, 546 C' et s., 547 C' et s., et apte reformat christianum populum, prælatos et

principes, 507 C, per concilia generalia, 508 D', 509 D, 668 B, et provincialia, 509 C.

— Sancta Ecclesia describitur a S. Gregorio Magno, 642 C', et a S. Bernardo, 643 B. — Cf. Apostoli, Cardinales, Cathedra, Concilium, Curia, Episcopatus, Papa, Petrus.

ECSTASIS vere divina produci non potest a dæmonibus, 441 C', et est demonstratio veritatis fidei nostræ, 441 C et s. — Habet septem effectus, qui explicantur, 434 C' et s. — Cf. Amor.

EFFECTUS omnis est quædam participata similitudo suæ causæ, 323 A', 365 A'; durante et stante causa, stabit et durabit, 503. — Septem sunt effectus amoris carnalis et divini, qui describuntur, 434 C' et s., necnon et multi effectus puræ et irreflexæ Dei dilectionis, 437 C' et s. — Cf. Causa.

ELECTI, quorum numerus est certus, 391 D, sæpissime generantur ex malis, 466 A'. Omnes a justo Abel usque ad ultimum, ad Ecclesiam pertinent, 563 B. Aliquando per infirmitatem delinquant, sed per compunctionem mox quod violatum est abstergunt, 642 B'. — In hac vita a Deo adversitatibus affliguntur, sive propter peccata, ne æternaliter damnentur, 467 A', 477 A' et s., sive propter copiosius augmentum in gratia et gloria, 385 A', 396 B, 449 C, 518 C'. — Cur, Deo permittente, ab impiis superentur in bellis, 512 B' et s. — Post iudicium generale, confirmati in bono, 394 B', omnes ascendent cum Christo in alta cœlorum, 386 A.

ELEMENTA, quum sint qualitatum contrariorum, in se invicem agunt, parsque unius mutatur in alteram, 372 D. — Post iudicium generale quatuor elementa mirabiliter ornabuntur, 386 A.

ELIAS propheta, sanctior Salomone, 370 A, zelo salutis animarum vehementissime accensus, 113 D', diuturnas ac miras jejurationes ac abstinentias sine defectu fecit, 452 B, orationes et misericordias impendit, 296 A. Ex paradiso terrestri veniet ad prædicandum contra perfidiam Antichristi, 402 B, a quo occidetur, ad debitum mortis solvendum, 402 C.

ELISABETH (S.), mater S. Joannis Baptistæ, ob felicem suam imprægnationem fuit B. Mariæ causa vehementis gaudii, 48 B.

ELISABETH (S.) de Spalbeec, innocens virgo, quotidie septies sic rapiebatur in Deum, quod totum corpusculum ejus jacuit rigi-

dum instar saxi, 86A. (Acta SS. die xix^a Octobris.)

ELISABETH (S.) Schonaugiensis, Ord. S. Bened., de B. Mariæ morte et assumptione habuit revelationes, 456 D, quæ non semper concordant cum revelationibus S. Brigittæ, 457 B. — In quibus item agitur de quodam Cyriaco Papa (*sic*), qui Domino revelante, papatum reliquit reclamantibus cardinalibus, 648 D. (Acta SS. die xviii^a Junii.)

ELIU (Buzites), amicus Job, quamvis multa vera dixerit, 279 D', verbis fatuis utebatur, 280 A.

ENOCH ex paradiso terrestri veniet ad prædicandum contra Antichristum, 402 B, 493 B', a quo occidetur, ad debitum mortis solvendum, 402 C.

EPHESINUM concilium primum a S. Cælestino Papa I firmatum est, 546 D, secundum, a S. Leone Papa I, missis tribus legatis ut præsentibus, 576 B. Cf. Concilium.

EPICURUS, rudis, turpis carnalisque philosophus, summum bonum vitæ præsentis in sensuali posuit delectatione, 282 B', sicut ejus discipuli Epicurei, grossi philosophi, 281 C, 282 B', 468 B'.

EPIPHANIUS monachus citatur de præsentatione Mariæ in templo, 32 C, 77 B. Dicit quod B. Virgo, post ascensionem Salvatoris, vixit viginti quatuor annis, 456 A'. (Migne *Patrol. gr.* tom. 120, col. 491 et 211.)

EPISCOPATUS ab aliquibus dicitur ordo, 646 C', 647 D, ab aliquibus eminentia ordinis, vel dignitas ordini superaddita sacerdotis, 646 D', non ordo, sed nova potestas, 647 A', quæ non imprimit novum characterem, sed ampliat characterem sacerdotalem, 646 D, et tamen initerabilis est, 647 A, ita ut non iterum consecrentur episcopi, si post hæresim reconcilientur, 647 C'. — Episcopi succedunt Apostolis, in quantum isti fuerunt episcopi, non in quantum fuerunt cardinales, 645 A', C', 616 A, nec recipiunt, in quantum successores Apostolorum, potestatem faciendi miracula, 557 D, licet multi sancti præclara miracula fecerint, 251 C', 252 A. — Cum sua Ecclesia matrimonium contrahunt verum, 644 B, et spirituale, 544 A', quod habet fortius vinculum quam carnale, et a solo Deo valet dissolvi, 644 C, vel a Papa, 644 C'. — Summi sunt sacerdotes, 650 D, principes, 561 B', capita Ecclesiæ suæ particularis, 533 D', 563 B, iudices singulis civitatibus

præpositi, 598 A'. Plures sunt episcopi, pauciores archiepiscopi, paucissimi Patriarchæ, unus Papa, 540 D', qui est et ipse episcopus, episcoporumque princeps, 569 D', simul episcopus universalis Ecclesiæ et particularis Ecclesiæ Romanæ, 613 C', et qui solus tenet potestatem suam immediate a Christo, 645 A.

Ordinati a Papa, et ad loca diversa directi, 645 D', et domini terrarum plebiumque suorum, 561 A', suam particularem Ecclesiam purgant, illuminant, perficiunt, gubernant et judicant, 534 D; habent potestatem hierarchicam supra sacerdotium, 647 A'; ideo possunt usum potestatis curatorum qui subsunt ipsis, limitare et arcere, 646 A'. — Semper retinent potestatem ordinandi, quæ non potest eis auferri, et valide ordinant si ordinent in forma Ecclesiæ, 647 B et s., etiam hæretici et degradati, quamvis graviter peccent hæc agendo, 647 C'. — Quoad consecrationem et ordinem pares sunt Papæ, 606 A'; sed tenent jurisdictionem a summo Pontifice, 644 D', qui solus potest eos instituere, confirmare et destituere, 539 A, 569 C', 644 B', atque transferre, 538 D', accipere renuntiationem episcopi electi vel confirmati, 539 A, construere de novo sedem episcopalem, dividere unum episcopatum in duos, unire duos episcopatus in unum, 539 B. — Non possunt condere legem generalem pro tota Ecclesia, 602 A'; nec indulgentias concedere, nisi sibi subjectis, 661 B', et solum partiales, atque ex concessione Papæ, 603 B; nec dispensare totaliter de irregularitatibus, 581 D', 582 A, neque in omni juramento, 645 D'. — Ab eis requirit perfectio episcopalis ut curam subsectorum gerant et eorum salutem procurent, 646 B, et faciunt se sacerdote suo minores, crimen committendo, 666 B'. — Quum nomen episcopi non dominium sed officium sonet, 668 B', rebus Ecclesiæ utantur ut commendatis, non tanquam propriis, 665 B'. — In concilio generali non proponant particulares suas causas, 664 A'. Synodos facere tenentur, 667 C', et qui ad synodum venire contemnunt, 667 B', canonicis subjacent pœnis, 667 C'. — An mali possint accusari a subditis suis, 650 B' et s. A Deo sunt iudicandi, a fidelibus autem portandi, 650 D. — In concilio Nicæno fuerunt trecenti decem et octo de toto mundo collecti, inter quos multi sancti, 248 B', qui deinde ab Arianis imperatoribus undique in

- exsilium relegati sunt aut occisi, 248 D'. — In omnibus finibus mundi a Christo suscitati sunt qui sua sanctitate, prædicatione et miraculis, hæresim Arianam funditus everterunt, 249 A. — *Cf.* Apostoli, Cardinales, Cathedra, Concilium, Curia, Ecclesia, Papa, Petrus.
- EREMITA** primus fuit S. Paulus, 431 A', cujus vita mirabilis narratur, 431 B'. — Multi eremitæ habuerunt gratiam prophetiæ, 407 D; die ac nocte Deo intenti, ab omni sæculari inquietudine liberi fuerunt, 431 D, et nil eis negabatur a Domino, 432 C. — Per sacrosancctam suam vitam probant divinitatem religionis christianæ, 431 C et s.
- ERROR** modicus in principio, magnus erit in fine, 394 C.
- ESSENTIA** divina in se infinite et universaliter perfecta, 483 A', omnium in se rerum, omnium generum ac specierum perfectiones complectitur, 483 B'. Una numero, 484 A, non est convertibiliter idem cum aliqua divina persona, 482 D', et in tribus personis permanet una, 483 A : sicut enim in creaturis essentia rei intellectæ, in verbo mentali aliquo modo relucet et continetur, sic essentia Patris vere substantialiter habetur in Filio, 484 B, nec multiplicatur neque dividitur in personis, 484 C. — Essentia quarumdam creaturarum est una genere, quarumdam una specie, 483 D'. Omnis creata essentia Creatori obedit ad nutum, 492 D.
- ESTHER**, Persarum regina, figurat B. Mariam, 32 A. In Scripturis laudatur de eximia pulchritudine, sed fuit minus formosa quam B. Virgo, 61 D.
- EUCCHARISTIA**, instituta a Christo, multas ob causas, 494 A et s., Christi corpus, sanguinem et animam, totumque Christum verum Deum et hominem continet, 491 A', quomodo, 492 D et s.
- EUCHARIUS** (S.), primus Trevirensis episcopus, cujus *Legenda* citatur, 636 B'. (*Acta SS.* die xxvii^a Februarii.)
- EUGENIUS** Papa III, vir religiosus et virtuosus, 379 D', Joseph appellatur a S. Bernardo, quia ratione monasticæ professionis filius fuit Bernardi, 669 B. — In libro de Consideratione admonetur et reprehenditur a sancto abbate firmiter et audacter, 334 D', 343 C, 343 A, 380 D, 386 A, C, 391 A', 663 A', 668 B'. — Epistolam scribit ad Cistercienses de auctoritate Papæ, 399 C'.
- EUGENIUS** Papa IV Basileensè concilium transulit et Ferrariensè substituit, 376 D'. — Universitati Montis Pessulani epistolam direxit, in qua contra Basileensem synodum terribiliter loquitur, 375 C' et s., 377 D'. — Ipsi favent nonnulli theologi, 346 B.
- EULOGIUS**, patriarcha Alexandrinus, a Gregorio Magno, suo amico, humillimam epistolam accepit, 386 B', quæ citatur et explicatur, 386 C'. (*Greg. Epist. lib. viii, ep. 30.* — *Migne Patrol. lat. tom. 77, col. 933.*)
- EUNOMIUS**, hæresiarcha impius, 202 A, contendebat cum divinæ essentiæ unitate trinitatem personarum in Deo stare non posse, 243 B; B. Mariam genuisse quidem deum, sed non verum Deum, 65 B'; nullamque reverentiam Sanctorum reliquiis esse impendendam, 202 A.
- EUTRAPELIA** est virtus moralis per quam homo se bene habet in ludo, 298 A', 477 A.
- EUTYCHES** monachus, hæresiarcha qui post Nestorianam pestem insurrexit, 376 B, docuit errorem contrarium Nestoriani errori, 618 D', et damnatus fuit in Chalcedonensi synodo, 376 D.
- EVANGELISTÆ** quatuor, post susceptionem Paracleti, doctrinam et opera Christi, id est Evangelium, conscripserunt, 368 B. — Pauca de B. Maria dixerunt, 132 D', sed excellentissime eam laudaverunt tanquam Matrem veri Dei, 153 A. — Passionem et resurrectionem Christi concorditer descripserunt, 312 C'. — *Cf.* Evangelium.
- EVANGELIUM**, liber legis Christi, 239 B, prædicatum fuit ab Apostolis linguis diversis, et nunquam ab eis corruptum, 287 A. — Exponit doctrinam puram et sanctam, 413 B', 414 B', 415 D et s., 417 B' et s., 420 C' et s.; narrat multa Christi miracula, 419 A, sed non omnia, 420 B'. — Non credendum esset, nisi auctoritas Ecclesiæ nos commoveret, 348 D'. — Juxta Sarracenos, qui in Alcorano illud simul laudant et ipsi contradicunt, 430 A, Christo a Deo collatum est, 249 D', 286 A, sed postea inficiatum fuit, 285 B, per quosdam posteros Christianos, 450 C, quod etiam Manichæi dicunt, 249 D'. — Evangelium S. Joannis, specialiter approbatum et veneratum a Sarracenis, 253 A, probat tam evidenter Christi divinitatem, 253 C, quod nulli illud perlegenti potest esse ambigua, 233 A'. — Evangelium Nicodemi et Nazaræorum non est canonicum, ideo

non admittendum, 549 C. — Quo sensu superstitiosum sit evangelica verba circa collum deferre, 217 C'. — Non debemus evangelizare ut manducemus, sed econtra, manducare ut evangelizemus, 282 A. — Cf. Evangelistæ.

EXTRAVAGANTES Joannis Papæ XXII citantur, 653 C. Cf. Decretum.

F

FAMILIA melius regitur per unum quam per duos, 655 B'.

FECUNDITAS omnis a Deo procedit, 22 C, et causa est nobilitatis, 35 C. — In quibusdam feminis laudatur fecunditas, 22 B, in nonnullis puellis invenitur virginitas, sed cum infecunditate, in aliis fecunditas, sed cum libidine, 22 B'; in B. Maria dumtaxat, quæ proprium generavit artificem increatum, 43 C, ex se ipsa, absque virili consortio, 33 A, et sic omnium creaturarum fecunditatem transcendit, 22 B', 43 D, A' et s., invenitur virginalis fecunditas, et secunda virginitas, 22 B'. — Ecclesiæ data est fecunditas sufficiens ad se conservandum et continuandum. 666 B.

FELICITAS est naturalis, 180 C, vel supernaturalis, 180 A'. In actione intellectus ac sapientiæ consistit, quia est optima speculatio optimi speculabilis, 468 B'. — Deum beatifice intueri, eo æternaliter frui, summa et consummata est felicitas, 284 B, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus, 389 C: non requirit tamen omnem voluptatem, sed omnem voluptatem decentem, 391 D. — Ineffabilis electorum felicitas fusius describitur, 283 A et s. — Cf. Beatitudo.

FEMINA est defectuosa et imperfecta, 23 A, debilis in ratione, 306 B', mollis, fragilis et instabilis, 301 A, 464 C': unde non potest recipere sacramentum Ordinis. 143 D', et quando censetur habere revelationes, non sine cautione credenda est, ne contingat deceptio, 157 A; quo autem est sexu fragilior, eo si sancte vixerit, gloriosior est coram Deo, 66 A, 148 D. — Multæ fuerunt eximie sanctitatis, 105 A. — Præ viris Christo adhæserunt, illum mente et corpore sequentes, et ei de suis facultatibus ministrantes, 58 C'. — Quædam laudantur ob virginitatem, 22 B, licet sterilem, 22 B', aliæ

ob fecunditatem, 22 B, quædam ob conservatam virginalem integritatem in ipso conjugio, aliæ ob castimoniam vidualem, 22 C. — Sicut prima femina per intemperantiam cecidit, ita reparatrix femina in omni intemperantia præfulsit, 149 B'; sicut femina omnia deformavit, ita femina omnia refecit, 170 C; sicut decepta et infatuata femina perdidit mundum, ita femina sapiens et insuperabilis eum salvavit, 148 C. — Debet esse femina præcipue pia, dulcis et clemens, 125 C. — Cf. Mulier.

FERRARIENSE concilium, propter causas gravissimas, ab Eugenio Papa IV in locum Basileensis synodi fuit substitutum, 576 D'. Cf. Concilium.

FIDES et lex interdum pro eodem sumuntur, sed realiter distinguuntur, 363 A. — Virtus est theologica supernaturaliter infusa, intellectum inclinans ad acquiescendum veritati rationem transcendenti, 363 A, oculus et lumen rationis, 285 A', omnium virtutum et meritorum fundamentum, 106 B'. — Fides in Christum, saltem implicita, ad salutem semper fuit necessaria, 266 D, 490 C', et sic omnium electorum una est, 266 A'; sine actu interiori et exteriori sufficit ad salutem pro infantibus baptizatis, non autem pro adultis, 363 B'. — Fidem suscipere, voluntatis est, susceptam vero tenere, necessitatis, 344 A'; nemini tamen imponatur, 251 C, 314 D, B'. — Una est fides, sicut unum Baptisma et una Ecclesia, 621 A et s., quæ catholica vocatur, quia generaliter convenit cunctis electis ab exordio mundi, 495 A', quæ primo absque ulla humana arte prædicata et divulgata, 246 A', usque in præsens mirabiliter conservata est, 247 D' et s. — Quum sit de rebus summe incomprehensibilibus, nihilo minus probari potest, 304 B, 477 C, sed non per naturales rationes, 495 C. Demonstratur autem per miracula soli Deo possible, 244 B', 246 B', 250 B', 314 A, 321 A, 329 C', facta a principio mundi, 495 A' et s.; per prophetiam veteris Testamenti, 244 D' et s.; per sanctitatem vitæ Christianorum, atque doctrinæ legis evangelicæ, 245 D et s., 251 B; per diuturnam et finalem Judæorum derelictionem, 245 C' et s.; per conservationem, imo et augmentationem ejus inter innumerabiles ac ferocissimas persecuciones, 246 B, 248 C; per innumerabiles doctos et potentes ad hanc conversos, 250 D',

- 251 A ; per innumerabiles sanctos martyres, 250 D', 251 A' et s.; per alia diversa argumenta, 494 A' et s.
- Fideles sunt soli Christiani catholici, 338 C', 417 C, qui Deum veraciter honorant et sunt filii ejus, 345 C', per dona gratiæ, 346 A. Quamvis distinguantur per diversas diœceses, efficiunt tamen unum populum christianum, 335 D'. — Quotidie tentantur a diabolo, vel acrius quam infideles, 340 D'. Cur interdum per infideles, Deo sic jubente, tribulentur, 345 B, atque vincantur, 445 B. — Sua conversatione debent Deum honorare et proximos ædificare, 445 A'. — *Cf.* Christiani.
- FILLÆ naturaliter valde diliguntur ab avis suis, 29 D'. — Filiæ Judæorum non consueverunt diu differre connubia sua, 65 B. — Filiæ Job pulchræ fuerunt, sed minus speciosæ quam B. Maria, 62 B. — *Cf.* Filii, Mater, Parens.
- FILII, ex lege naturæ, parentum heredes sunt, 300 B. Quo matrem suam ferventius amant, eo plus satagunt eam remunerare, 454 A. — Christus solus est Filius Dei naturalis, 327 A, 328 B, 478 C, Patris imago plena ac perfecta, 484 B, D, consubstantialis ei, cœqualis et cœternus, 484 B'; filii vero adoptivi, qui constituuntur per amorem Dei crescentem usque ad contemptum sui, 434 B, sunt universi Beati sanguine Christi liberati, 474 B, Christiani a Deo electi, 345 B, 478 A, præsertim catholici, 338 C', et etiam Judæi qui tempore veteris Testamenti vixerunt, 345 B'; filii, inquam, adoptivi, scilicet non quantum ad naturam, sed per dona gratiæ, 346 A, 327 A. — Filii Ecclesiæ liberi sunt libertate a spirituali servitute peccati, non a servitute corporali, 564 D; erga spirituales patrem ita devoti esse debent, ut nulla temeritate ad ejus vitam nedum judicandam, sed nec reprehendendam prosiliant, 553 C. Quomodo Papa sit filius Ecclesiæ, 560 A et s. — Filii diaboli constituuntur per amorem sui crescentem usque ad contemptum Dei, 434 B. — Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, quo sensu, 444 C'. — *Cf.* Filiæ, Mater, Parens.
- FOEDITAS corporalis uxoris, apud Sarracenos, est causa legitima repudiationis, 304 B, non apud Christianos, 463 D'. *Cf.* Repudium.
- FORTITUDO, virtus cardinalis per quam timor circa pericula mortis refrenatur, virtus est præcipua principum, 544 B, sed minus nobilis quam prudentia, 544 D.
- FRANCISCUS (S.) Assisiensis, seraphicus ille, in contemplationibus suis frequenter elevabatur in aere, et tam alte quod videri vix poterat, 86 A. Dono prophetiæ sublimiter splenduit, 94 D, 407 D', et innumera miracula fecit, 288 B', 430 C', 435 B. (Acta SS. die 14^a Octobris.)
- FREDERICUS II, imperator Germaniæ, depositus fuit ab Innocentio Papa IV, 540 B.
- FRUITIO, dos animæ beatæ, caritati correspondet, 186 B'. *Cf.* Beatitudo.
- FULBERTUS (S.), Carnotensis episcopus, citatur de B. Maria, 27 B'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 144, col. 327.)
- FUTURA dupliciter prænoscentur, scilicet in se ipsis, vel in suis causis, 245 C'. Aliquando certitudinaliter possunt præcognosci ac licite prænuntiari, 246 A; aliquando conjecturaliter tantum, seu probabiliter, 246 B; quædam non possunt prænosci, nisi ex revelatione divina, 246 C. — Illicite prænuntiantur ope invocationis dæmonum, 222 B et s.; an licite præcognoscantur per astra, 222 B', per somnia, 223 C et s., per augurium, 224 C et s.

G

- GABRIEL (S.) archangelus, B. Virginis paranympus, 172 A, de tertio ordine angelorum, 377 A, cur electus sit a Deo ad annuntian- dum incarnationem Altissimi præ angelis summi chori, 49 D'. — Revelavit Danieli certum tempus adventus Christi et ejus passionem, 342 A, et apparuit Zachariæ, 49 D'. — Venit desuper missus, salutans B. Mariam inaudita antea salutatione, 47 B, 48 B, 94 C', et per modum certæ assertionis ei prædixit quod Patris æterni conceptura esset Filium, 47 D, et qualiter mox futura esset mater Dei, 48 B. — Asserit mendose Mahometus ipsum sibi dedisse et revelasse Alcoranum, 239 A', 275 A', 361 B', et sæpe sibi apparuisse, 275 D'.
- GAUDIUM est diffusio animi in conceptu boni, et oritur ex unione potentiæ cum objecto convenienti, 59 B, 141 B.
- GAUFRIDUS, Doctor venerandus, citatur, 574 D'.
- GEDEON dubitavit subinde in fide, 407 A'. — Per vellus ejus figurabatur B. Maria, 28 A', 31 D'.
- GELASIUS (S.) Papa citatur de auctoritate Pa-

- pæ et concilii generalis, 530C', 586B', 587B, et de dispensatione legum, 545D. (Migne *Patrol. lat.* tom. 59.)
- GENEALOGIA** illustris B. Mariæ explanatur, 24B et s.
- GENERATIO** Filii a Patre non est carnalis et corporalis, sed intellectualis et purissima, 484C; non est nisi perfectissima et actualissima profluxio actus ab actu, 483B. Elsi res generans et res genita non sint una persona, nec una prædicetur de alia, 483C, res genita potest in se habere et per generationem accipere essentiam generantis, 483D, et ad generationem sufficit quod genitum a generante naturam accipiat generantis, 488A. Generatio autem illa tam excellens et sine mutabilitate soli Deo competit, 485A'. — Describitur Verbi generatio, 236C' et s. — Sæpissime electi generantur ex malis, optimi ex pravissimis, 466A'. — Generationes omnes dicunt beatam esse Mariam, 23C, non solum generationes justorum, sed etiam pravorum et reproborum, 23A' et s. — Cf. Christus, Humanitas, Verbum.
- GENESIUS** (S.), histrio et martyr, quantum in tormentis Christum dilexerit, 438A'. (Acta SS. die xxv^a Augusti.)
- GENTILES** idololatræ plus errare videntur quam Sarraceni, 363C'. Primo hostes Ecclesiæ, 447A, multi conversi fuerunt sine violentia armorum, sine verborum subtilitate, 450A'.
- GERMANUS** (S.), Capuanus episcopus, cujus defuncti anima in cælum transferri visa est a S. Benedicto, 347A'. (Acta SS. die xxviii^a Maii.)
- GERMANUS** (S.), Antisiodorensis episcopus, admirabilis vir, 435B, filium Volusiani principis a mortuis suscitavit, 430B', et alia fecit miracula eximia, 430C'. (Acta SS. die xxvi^a Julii.)
- GERMANUS** (S.), Constantinopolitanus antistes, B. Mariæ assumptionem describit, 134A'. (In Dormitione B. M. sermo III. — Migne *Patrol. gr.* tom. 98, col. 369.)
- GERSON** (Joannes de), Cancellarius Parisiensis, 517D, egregius ille doctor, qui tempore concilii Constantiensis floruit inclite, 613D, 620D', laudat illud sacrosanctum concilium, 623D', et de Ecclesiæ et Papæ auctoritate diversos tractatus composuit, 620D'.
- GILBERTUS**, abbas Swinshetensis, Ord. Cist., laudat nomen B. Mariæ, 146C. (Migne *Patrol. lat.* tom. 184.)
- GLORIA** et gratia sunt quædam tota potestativa, 163B'. — Gloria æterna per adversa, tentationes, persecutiones et inopiam obtinetur, 433B'. — Vana gloria est vitanda, 413B'.
- GLOSSA** ordinaria (Walafridi Strabi) citatur de auctoritate Papæ, 590D', 592C, 607A, 608C, A', 649C, A'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 113, 114.) — Glossa Juris (Bernardi Parmensis) citatur, 540A, 533D', 581A', C. — Glossa Decreti (Joannis Teutonici, Bossinensis episcopi, Ord. Min.) citatur, 574B.
- GOFFREDUS**. Vide Gaufridus.
- GORRA**. Vide Nicolaus.
- GRADUS** diversi sunt gratiæ, 72B, 563D, et multiplices gradus plenitudinis gratiæ, 71B, tres gradus sapientiæ, 73D, atque sex gradus divini amoris interni, 438B et s. — Assignantur gradus consanguinitatis, de quibus in matrimonio Papa dispensare potest, vel non, 581C, B'. — Gradus superioritatis determinat modum obedientiæ, 609B.
- GRÆCI** quasi quingentis annis a Romanæ Ecclesiæ obedientia et devotione recesserunt, 576D', 610B, quia quosdam canones positivos observare noluerunt, 660D. Perperam dixerunt Romanum Pontificem non præesse toti Ecclesiæ, 610B, 646B, quem tam Græci quam Latini expositores concorditer accipiant hanc veritatem, 590C; et Spiritum Sanctum a Filio procedere negaverunt, 646B; sed eorum schisma in concilio Ferrariensi finitum est, 576D'. — Contra horum errores Summam Thomas scripsit, 645C'. — Oppressi a Sarracenis, 509A', ab omnibus Christianis adjuvandi sunt, 509B', 516B'. — Græcus quidam expositor (Apollinaris Laodicenus, in Catena Græca) citatur, 637A'.
- GRATIA** gratum faciens, an sit realiter distincta a caritate et alia quacumque virtute, 71A. — Gratia gratians est gratia gratiam creatam producens, et gratia gratiata est gratia producta et infusa, 72D'.
- GRATIANUS** (Joannes), decretorum compilator, citatur de SS. Petro et Paulo, 606B', 608A. Cf. Decretum.
- GREGORIUS** (S.) Papa I, qui primus scripsit se servum esse servorum Dei, 538C', 669A', Papæ universalis nomen humiliter respuit, 586B', et a Stephano episcopo laudatus, laudem illam ferre non potuit, 587A. (Migne *Patrol. lat.* tom. 77, col. 862 et 933.) — Hæreses destruxit per multa præclara miracula, 453C', et instituit processiones, 200B'. —

- Citatur: de angelis, 184 A, de diabolo, 565 C', de reprobis, 207 C', de Ecclesia, 563 B, 595 A, 614 D, 642 C', de auctoritate S. Petri, 534 A, 605 D', Papæ, 590 C', concilii generalis, 554 C, D, de vita contemplativa, 78 A', 81 A'. — *Adde* 67 B', 177, 182 D', 183 B, 187 A', 188 C', 197, 506 A, 542 A', 583 B, 590 B, 599 B, 640 B'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 75-79.)
- GREGORIUS (S.) Papa II prohibuit vanas observationes, 228 C.
- GREGORIUS (S.) Papa VII citatur de consuetudine, 206 D'.
- GUIGO, Prior majoris Cartusie, ad Innocentium Papam II scribens, laudat auctoritatem summi Pontificis, 591 A'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 153, col. 763.)
- GUILLELMUS (Arvernus), Parisiensis dictus, Parisiensis episcopus, profundus ille doctor, 203 C, et præcipuus, conscripsit librum de Fide et legibus, 507 A', et contra quorundam philosophorum astrologorum stultissimos errores, 223 B. — Citatur: de cognitione Beatorum, 183 A, de superstitione, 203 C, 219 B', 220 A', de dispensatione, 544 B', 582 B. — *Adde* 517 D, 539 B, A', 602 D.
- GUILLELMUS Cartusianus, frater laicus, cui conscripsit Dionysius noster tractatum de Mutua cognitione Beatorum in patria, 178.
- GULA ex amore sui nascitur, 433 D'; impedit spirituales profectum et incrementum divini amoris, 498 D.
- GUMBRAM, vel Gumebram, filius Elusan, historicus Arabs, citatur de morbo et morte Mahometi, 274 A, B. (Ex Vinc. Bellov. Spec. hist., lib. xxiii, c. 47.)
- H**
- HADIJA, seu Khaddjah, ditissima filia Hulert, fuit et uxor Mahon, 272 C'.
- HÆRESSES multæ ortæ sunt, 447 B, et per temporum intervalla et in locis diversis sæpe renovatæ sunt, 454 D. Extinctæ fuerunt per præclara et copiosa miracula, 454 A', per concilia generalia, 578 C', per B. Mariam, quæ universam perimit hæreticam pravitatem, 170 D. — Circa venerationem reliquiarum sanctarum sunt duæ hæreses extreme, 202 A.
- HÆRESIARCHÆ et hæretici, caligine excæcati, non intuentes sincere quid abhorreat, quid diligat Deus, 65 B', erraverunt, quia ex consideratione eorum quæ fiunt in rerum natura, voluerunt de his quæ christianæ fidei sunt judicare, 492 B. Multi fuerunt, 405 C', et quidam ab exordio prædicationis Apostolorum cœperunt exsurgere, 242 D', qui a S. Joanne evangelista confutati sunt, 454 B'. Diabolica inspiratione libros composuerunt valde subtiles et mendaces, 349 A, eorum tamen nullus, Mahometo excepto, gladio voluit aliquem ad suam sectam trahere, sed callida arte et loquacitate, 328 D'. Nunquam fecerunt miracula, 454 D', 455 D'. — Quo sensu, qui fidem semel acceperunt, ad fidem cogendi sint, 311 A'. — De Sede apostolica male sentientes, hæretici a Sanctis vocantur, 589 A'. — An Papa hæreticus possit a generali concilio judicari, 665 C' et s.
- HEBRÆI dicti sunt ab Heber, qui post diluvium fuit, 407 B'. Cf. Judæi.
- HELIBIDUS, Indus magus, per miracula diabolica multos seduxit, 355 D'.
- HELVIDIUS, hæresiarcha impiissimus ac odibilissimus, æternaliter confusus et damnatus, 138 C', negavit B. Mariam esse virginem, 65 A', et a S. Hieronymo refutatus fuit, 562 A.
- HENRICUS de Gandavo, Doctor solennis, citatur de anno jubilæo, 200 A.
- HENRICUS de Hassia, Ord. Cartus. theologus, scripsit de plenitudine gratiæ B. Mariæ, 71 B' et s. — Citatur de potestate consecrandi a Christo Apostolis concessa, 556 A'.
- HENRICUS de Segusia. *Vide* Ostiensis.
- HERMES (S.) martyr, cujus filius ab Alexandro Papa I a mortuis suscitatus est, 431 A. (Acta SS. die xxviii^a Augusti.)
- HERMOGENES magus, a S. Jacobo Majore penitus confusus, non tamen fuit ad fidem coactus, 311 C. (In *Legenda aurea*, cap. 94.)
- HIERARCHIA est quoddam totum potestativum, 603 D', sacer principatus, 596 A', sacrorum ordinata potestas, in subditis retinens dominatum, 597 A, et sancta personarum congregatio per gradus et officia ordinate distincta, 537 B', ad Dei conformitatem assimilata, 596 B. — In cœlis exstat, ubi est plena fidelitas, 640 D', et tamen prælatio, imo et jurisdictio, 641 A. — Tota militans Ecclesia dicitur una ecclesiastica hierarchia, 596 D, per ordines divinitus disposita, angelicæ hierarchiæ conformata, 538 A', 596 D'. — Ordo recipiendi divinas illuminationes, vocatur hierarchia, quare, 596 C, C'. — Papa est summus hierarcha totius Ecclesiæ, sicut Christus, 596 A'. Quo sublimior est hierar-

- cha, eo præclarius ipsi competit dominium ordinatum super universis quibus præest, 668 A'.
- HIERONYMUS (S.)** frequenter per hebdomadas integras exstitit raptus, 85 D', hæreses destruxit per multa miracula præclara, 453 C', post mortem quoque suscitavit tres mortuos, 431 A. Aurea verba proferens, 652 D, conscripsit contra hæreticum Vigilantium, 202 D, et contra Helvidium, 562 A; Aristotelem simul laudat et vituperat, 54 C'. Cur de morte et assumptione B. Virginis ambigere videatur, 451 A, 454 C'. — Citatur: de B. Maria, 21 D, 22 D', 76 C', 77 B, 117 B, 121 B', 151 A, 163 D' et s., de Ecclesia, 595 A, de concilio generali, 549 D', 550 A, 551 A', de veneratione sanctarum reliquiarum, 204 D, de oratione, 547 C', de correctione fraterna, 548 B, de praelatis, 579 B'. — *Adde* 507 A', 547 B, 558 A, 585 B, 589 A', 599 B. (*Migne Patrol. lat. tom. 22-30.*)
- HIERONYMUS de Praga**, devotissimus doctor, scripsit contra Hussitas, 654 C.
- HILARION (S.)** eremita, vir ineffabilis sanctitatis, cujus miracula narrantur, 432 A. (*Acta SS. die XXI^a Octobris.* — *Migne Patrol. lat. tom. 23, col. 34 et 49.*)
- HILARIUS (S.)** Papa, quum esset diaconus, a S. Leone Papa I deputatus fuit ad præsidendum Ephesino concilio secundo, 576 B.
- HILARIUS (S.)**, Pictaviensis episcopus, suscitavit mortuum unum, 430 C'. — Explicat genealogiam Christi, 24 A'. — Citatur, 122 C, 189 D'. (*Acta SS. die XIII^a Januarii.* — *Migne Patrol. lat. tom. 9, col. 919 et 1045; tom. 10, col. 28.*)
- HISTORIA** de assumptione B. Mariæ citatur, 656 C', de qua, etsi apocrypha, viri clarissimi plura fide digna mutuati sunt, 656 D'. — Allegatur Historia tripartita (Cassiodori, Vivariensis abbatis), 663 C'.
- HOMO** seu res habens humanitatem, 487 A', sic dicitur a sua humanitate in proprio et creato esse personali suppositata, 487 B'. — Innumerabiles sunt homines in hoc mundo, quod ex Scripturis pendere possumus, 484 A', et sunt unius speciei, 494 D'. — Nullus sanctus et innocens homo fuit aptus ad salvandum genus humanum, 490 C. Nullus quoque salvari potest nisi credendo in Christum, 263 C', fide saltem implicita, 266 D, et evangelicam legem servando, 266 B.
- HONESTAS** ad temperantiam specialiter pertinet, 120 C; unde casti et sobrii appellantur honesti, 120 D.
- HONORES** mundani beatitudinem æternam impediunt, 432 D', spiritualement profectum incrementumque divini amoris, 498 D.
- HONORIUS** Papa II, dubitans an sua electio esset bona, papatui renunciavit et cardinalibus fuit reelectus, 648 D. (*Migne Patrol. lat. tom. 166, col. 1214.*)
- HONORIUS** Papa III citatur de auctoritate summi Pontificis, 651 B'.
- HONORIUS** imperator, frater Arcadii, citatur de auctoritate Papæ, 656 A. (*In Legenda aurea, cap. 89.*)
- HONORIUS** anachoreta (Honorius Augustodunensis), vir illustris, 29 D, cui perperam tribuuntur libri de Ornamentis gloriæ S. Mariæ, 25 A', et de Laudibus B. Mariæ (Richardus a S. Laurentio), 154 A', laudat B. Virginem, 25 A', 29 D, 62 D, 147 B', 154 A', S. Annam, 30 C, et S. Joachim, 30 D.
- HORA** in qua fuit concepta B. Maria, recte vocatur aurea hora, 29 B. Felix est hora ab æterno præordinata in qua misit Deus Filium suum in terram, 48 A'.
- HUGO** de S. Victore, canonicus regularis, citatur de auctoritate Papæ, 538 D, 540 D, 597 B', 609 B' et de hierarchia, 597 B. — *Adde* 510 C, 544 B, 560 A', 566 D, 638 C. (*Migne Patrol. lat. tom. 175-177.*)
- HULERT**, pater Hadijæ, uxoris Mahometi, 272 C.
- HUMANITAS** Christi nunquam fuit existens in esse propriæ personalitatis, 488 C. — Licet nostræ similitudo fuerit in essentialibus, longe præstantior fuit in accidentalibus, 488 D', imo inæstimabiliter pulchrior omni angelico spiritu, 489 A. — *Cf.* Christus, Generatio, Verbum.
- HUMILITAS** ex duplici pendet cognitione, videlicet Creatoris et sui ipsius, 129 C'; ad omnium divinorum charismatum susceptionem, profectum et perfectionem disponit, 129 A'; efficit mentem capacem divinæ illustrationis, 531 B, præsertim luminis sapientiæ, 73 B'. — Commendatur in Evangelio, 420 C'. — Humiles sunt pauperes spiritu, 413 C'.
- HUSSITÆ**, detestabilissimi hæretici, 654 C, pontificiam majestatem penitus evertunt, 537.

I

IDOLOLATRIA species est superstitionis, qua creatura colitur potius quam Creator, 215 B,

- vitium oppositum non modo latræ virtuti, 215 A', sed et rationi sapientiæque naturali, licet multi et acuti philosophi oppositum defenderint, 432 C. Non fuit in prima mundi ætate, ab Adam usque Noe, ideo non est causa diluvii, 324 A. — Idololatra potest habere virtutes naturales et acquisitas, 507 B', unde misericordia Dei converti valet, 316 C'. — Cf. Superstitio.
- IGNATIUS** (S.), Antiochenus episc. et martyr, egregius ille et pretiosus, 53 B', a Joanne apostolo fuit conversus pluribus annis post ascensionem Christi, 456 C', et informationem accepit a B. Maria, 55 D', 76 D', 95 A', 96 A, cui frequenter scripsit, 456 D', 407 A'. — Citatur, 53 B' et s., 76 D'. (Migne *Patrol. gr.* tom. 5, col. 941 et 943.)
- IGNIS** elementaris infra orbis cælestes mobiles situs est, 369 D, proximus contiguusque sphaeræ lunæ, 375 D', summe activus inter elementa et mixta, 393 C'; post iudicium fulgebit sicut astra cæli, 386 A. — Ignis conflagrationis qui in fine sæculi terram purgabit, quamvis præcalidus futurus sit, non tamen terram omnino consumet, 369 A, 385 D', 402 A'; nullam Sanctis inferet læsionem, impios vero exuret, et eos involvens, simul cum eisdem in infernum descendet, 398 B'. — Ignis inferni in medio terræ situs creditur, 368 C', sed eam penetrare non valet, 368 D'.
- IMPASSIBILITAS** dos est corporum glorificationum, 172 A', quæ animæ felicitatem augebit, et necessaria est beatitudini, 393 B.
- IMPERATOR** cælestis et terrenus est Papa, 592 A', ideo ad oscula pedum ejus imperatores procumbunt, 630 B. — Unus est Imperator, 654 B', nec possunt esse duo simul, 654 D'. — Minister legis et justitiæ divinæ, 648 C', dicitur semper augustus, 656 B, et tamen a Papa recipit auctoritatem ad suum officium, 648 C', et subjicitur summo Pontifici, 648 D', præsertim ad puniendum vel occidendum maleficos, 648 C', et ab illo potest confirmari vel cassari, 569 C', et proinde judicari, 648 D'. — Imperatores pagani plurimi generalem ac atrocissimam persecutionem intulerunt undique Christianis, 248 A; deinde fidei Salvatoris collum suum humiliter subjecerunt, 248 B; sed postea multi Ariana hæresi infecti, undique in exsilium Catholicos relegaverunt aut occiderunt, 248 D'. — Cf. Princeps, Regnum, Rex.
- INCANTATIO** aliquando est licita, aliquando illicita, 216 D' et s., 217 B', 218 D'. — Plerumque incantatio serpentium est illicita, quia per dæmones sortitur effectum, 219 B. — Cf. Superstitio.
- INCREDULI** habent angelos custodes, 368 A'. Singulariter judicantur, dum moriuntur, et generaliter judicabuntur in die extremi iudicii, 340 A, sed non discussionis iudicio, quare, 339 D'.
- INDULGENTIÆ** sunt de communi thesauro Ecclesiæ, 603 C, 661 B'. Ut valeant, quatuor principaliter requiruntur, 655 C, scilicet auctoritas in conferente, idoneitas in recipiente, pietas in fide, utilitas in opere, 655 D, et quantum potest addi, 655 C, quod est congruitas in tempore, 655 D. — A Papa solo concedi possunt, 602 D', saltem plenæ, seu quoad remissionem totius pænæ satisfactoriæ, 603 B, et quoad omnem populum christianum, 661 A', B', quia ei commissus est plene Ecclesiæ thesaurus, 661 D'; ab episcopis non possunt dari nisi quædam indulgentiæ partiales, ex concessione Papæ, et tantum in sua diocesi, 603 B.
- INFANTES** materno in utero habent angelos custodes, 368 A'. Quidam adhuc ubera sugentes dant signa præcipuæ devotionis, 32 D, ad præsignandum excellentiam futuræ suæ sanctitatis, 32 A'. — Infantes baptizati, ante tempus discretionis morientes, felicitatem perpetuam sortiuntur, 267 C', 480 A; non baptizati, pro solo originali peccato beatitudine privantur æterna, 267 B'. — Octava die post nativitatem, juxta præceptum Abrahæ datum, debebant circumcidi, 269 B.
- INFERNUS** in medio terræ creditur situs, 368 C'; in Scriptura vocatur Topheth, id est gehenna, lacus, puteus abyssi, 368 D'. Locus est ubi damnati ante resurrectionem sunt quoad animam, 329 C, et ubi propter acerbiter pænarum, brevissimum tempus longissimum esse videtur, 478 D'. Cf. Limbus.
- INFIDELES** non semper in omni actu Deum offendunt, 285 B', facere possunt opera aliqua bona quæ sunt de naturalis dictamine rationis, 285 C', sicut laudare B. Mariam, 23 C et s.; sed sæpissime graviter peccant, quoniam eorum opera etiam bona in se, fiunt mala intentione et perfido fine, 285 D'. Minus acriter tentati a diabolo quam fideles, 340 D', illuminati a Deo, 341 B', a Prophetis et Apostolis invitati ad pœnitentiam, 341 A',

possunt converti Dei misericordia, 316 C', et in fine mundi omnes convertentur ad fidem, paucis exceptis, 402 C. Debemus pro conversione eorum orare, 341 B', illosque salubriter admonere ut christiani fiant, 409 B' et s.: tenentur enim esse catholici et obedire Papæ, 610 B', neque in iudicio particulari, neque in generali se poterunt excusare, 385 C'. — Christianitatem acriter impugnantes, reducendi sunt modis in concilio generali propositis, 668 C. — Cur interdum fideles vincant, 415 B, 505 C'.

INJURIAE Dei a principibus ulciscendæ sunt, 514 B'; injuriæ autem propriæ sufferendæ et condonandæ sunt ex lege Christi, 416 D et s., 417 D, 421 A, 475 C.

INJUSTITIÆ principum impediunt Dei adiutorium, 511 B', et causa sunt translationis regni a gente in gentem, 505 B.

INNOCENTIUS Papa II, cui scripsit Guigo Prior majoris Cartusie, laudans auctoritatem summi Pontificis, 591 A'.

INNOCENTIUS Papa III Othonem Superbum, Germaniæ imperatorem, deposuit, 540 B.

INNOCENTIUS Papa IV Fredericum II, imperatorem Germaniæ, deposuit, 540 B. Citatur de auctoritate summi Pontificis, 593 C.

INVOCATIO. Vide Adjuratio.

IPHIGENIA (S.), Deo consecrata, non acquievit nubere regi promittenti se cum regno suo ad fidem convertendum, si ipsa sibi conjux daretur, 582 B'. (In *Legenda aurea*, cap. 135.)

IRA Dei concitatur per peccatum, 503; impedit spiritualem profectum et incrementum divini amoris, 498 D. Cf. *Vindicta*.

ISIDORUS anachoreta, cujus vita abstinentissima fuit, 432 D, habuit a Spiritu Sancto altissimas illuminationes et ecstases, 432 A'. (In *Vitis Patrum*, lib. VIII, c. 1. — *Migne Patrol. lat.* tom. 73, col. 1091; tom. 74, col. 251 et 343.)

ISIDORUS (S.), Hispalensis episcopus, citatur: de angelis, 182 C', 183 A, de auctoritate Papæ, 597 A', 638 C', S. Petri, 671 C, concilii generalis, 546 D, 550 D', 551 B, de lege, 658 A. (*Migne Patrol. lat.* tom. 81-84.)

J

JACOBUS (S.) Major, apostolus, columna Ecclesiæ, 657 C, quum confudisset Hermogenem magum, non eum coegit ad fidem, 311 C. — Pro eo ab Herode capto non oravit Ecclesia,

quare, 671 D'. (In *Legenda aurea*, cap. 94.)
 JACOBUS (S.) Minor, apostolus, episcopus Jerosolymorum a Petro ordinatus statim post ascensionem Christi, 613 B', 615 D', frater Domini appellatus, aderat morti et assumptioni B. Mariæ, 155 A et s., cujus fuit forsans confessarius, 143 C'. — Petro inferior, 637 B', in concilio Jerosolymitano, postquam Petrus quasi iudex locutus est, 672 A, Jacobus verba Petri mox confirmavit, 672 B.

JACOBUS de Voragine, Ord. Præd., archiepiscopus Januensis, doctor clarissimus, qui ad communem utilitatem Ecclesiæ multa conscripsit, 651 D, specialiter *Legendam auream*, 651 A', citatur de auctoritate Ecclesiæ Romanæ, 669 A.

JEJUNIUM non more hypocritarum factum, 417 B', juvat ad vitiorum refrenationem, 475 A, ad satisfactionem pro culpis præteritis, et expeditiorem facit mentem ad contemplationem, 295 B'. In cladibus est præscribendum, 513 A'. — Quam irrationabiliter præcipiatur in Alcorano, 295 D, 314 B', 474 D'.

JOACHIM (S.), vir S. Annæ, 23 C', pater B. Mariæ, 24 B', natus ex Nazareth in tribu Juda, 27 C', gratia impletus, et beneficus erga templi ministros, 30 A, ab angelo præmonitus, 27 A, C', miraculose genuit B. Virginem, 27 D', 28 A, et ablactatam infantulam duxit ad templum, 32 C, ut edisceret Scripturas, 77 C. — Comparatur beato Job, 30 B, et laudatur in Alcorano, 242 D.

JOANNA (S.), uxor Chusæ, beata fuit, quia Christum mente et corpore secula est, et ei de suis facultatibus ministravit, 58 C'.

JOANNES (S.) Baptista, ex sanctis parentibus, 25 B, 30 B, et sterilibus miraculose generatus, 27 D', multis in nativitate ejus gaudentibus, 28 D', a Deo per angelum accepit nomen, 28 C', apud Hebræos satis commune, 345 C, officium, gratiam et vitam, 46 D', 47 A, 242 B'. — In utero matris ratione miraculose præventus, Christum cognovit, 32 B'. Post hanc sanctificationem a Gabriele prædictam, 71 B, ab ipsa infantia, in eremo vitam duxit angelicam, 246 B', et usque ad ultimum vitæ suæ diem crevit in gratia, 71 B. Jejunavit, oravit, et misericordias impendit, 296 A, vinum et siceram non bibit, 298 C. — Christi paronymus, 25 B, prædicavit Judæis et baptizavit plures eorum, 246 B'; non fecit, saltem publice, miracula, 95 B. Baptizaturus Christum, 268 B, 411 C', ejus sanctitatem agno-

- scens, vehementer expavit, 414 D'. — Declarando se non esse Christum in lege et Prophetis promissum, 246 C', neque prophetam, ex profundissima humilitate, non fuit mentitus, 362 A'. — An fuerit unus ex Sanctis qui surrexerunt cum Christo et apparuerunt multis, 345 D.
- JOANNES (S.)** apostolus, B. Mariæ filius adoptivus, custos, 172 A, et forsan confessarius, 143 C', theologiæ purissimum organum, 533 C', columna Ecclesiæ, 657 C, licet inferior Petro, 657 C', ut confirmatus in gratia major fuit Clemente Papa, minor tamen prælationis dignitate, 570 D'. — Fecit multa miracula, 426 B, atque totius Asiæ fundavit ac rexit Ecclesias, 426 B, habens pro discipulo Melitonem, Sardensem episcopum, 636 D'. — Evangelium suum scripsit contra hæreticos negantes divinitatem Christi, 454 B', puta contra Cerinthum, Ebionem ac Marcionem, 454 C', ubi clare describit Christi divinitatem, 253 B et s. — Altas habuit visiones, quæ in Apocalypsi continentur, 85 A'. — An viderit Deum per speciem in hac vita, 86 A', D'. — Diem mortis suæ ex divina revelatione cognovit, 454 A'. Invitatus a Christo ad epulas paradisi, 451 B', facta oratione, ad suos est appositus fratres, tam alienus a mortis dolore quam immunis a carnis corruptione, 452 A. — In ejus sepulcro non nisi manna fuit inventum, 458 C. — Laudatur a Sarracenis, 253 A.
- JOANNES (S.)** anachoreta, de quo in exordio primi libelli Vitaspatrum habetur, 407 D, de cella nunquam exivit, et pene omnia mundi secreta ei revelavit Spiritus Sanctus, 432 D. (Vit. Pat. lib. II, c. 4; lib. VIII, c. 43. — Martyrol. Rom. die xxviii^o Martii.)
- JOANNES (S.)**, unus de septem sanctis Dormientibus, 342 C'. (In Legenda aurea, cap. 96.)
- JOANNES** Papa XXIII, in favorem cujus scripsit Universitas Parisiensis epistolam imperatori Germaniæ (Sigismundo), 649 D' et s., a concilio Constantiensi tanquam subditus fuit judicatus, 624 C, et depositus, 552 C'.
- JOANNES** cardinalis (Jean Lemoine), auctor Apparatus super Decretales Bonifacii VIII, citatur, 653 C.
- JOANNES** (Teutonicus, Bossinensis episcopus), Ord. Min., glossator Decreti et auctor Summæ confessoriorum, citatur de Papa scandalizante judicando, 575 B. Cf. Summa.
- JOANNES** de Mandevilla, Anglus, peregrinator qui inter Sarracenos diu moratus est, scripsit in Itinerario suo multa de Mahometo, 275 D', 341 C', 393 C.
- JOANNES**, Parisiensis Cancellarius. Vide Gerson.
- JOANNES**, Vide Chrysostomus, Damascenus.
- JOB** de patientia specialiter collaudatur, 128 A'; disputans tamen contra amicos, multa dura et increpatoria eis locutus est verba, 128 B'.
- JOSAPHAT (S.)**, cujus Legendam conscripsit S. Joannes Damascenus, 656 B', quantum Barlaam dilexerit, 60 A'. (Acta SS. die xxviii^o Novembris.)
- JOSEPH** patriarcha, filius Jacob, visum somnium refert fratribus suis, 334 D, qui ei invidentes, 334 A', illum cogitaverunt interficere, 334 B', et vendiderunt Ismaelitis, 334 C'. — Putiphari venditus, qui præposuit eum omnibus quæ habebat, 335 A, deinde falso accusatus a domina sua, 335 B, et in carcerem missus, 335 D, interpretatur somnia principis pincernarum, 335 A', magistri pistorum, 335 B', et regis Pharaonis, 335 D' et s., qui constituit eum super universam terram Ægypti, 336 B. — A decem fratribus adoratus, quasi ad alienos durius loquebatur, 336 C, eosque castigavit et afflixit ad libitum, 128 B', 336 B'. Tandem declarat se esse Joseph, 336 D', et veniens ad patrem suum, irruit super collum ejus, 336 B'. — Voluit in Terra sancta sepeliri, quia novit in terra illa Dei Filium moriturum ac resurrecturum, 458 C. — An habuerit augurandi scientiam, 225 A. — In Alcorano historia ejus adulteratur, 337 D et s.
- JOSEPH (S.)**, pater Christi putativus, vir Mariæ et minister fuit, quare, 51 D', 346 D'. Ascendit cum B. Virgine in Bethlehém, 51 D', ubi in diversorium quoddam divertens, 52 A, candelam accensam fixit in muro, et exiit ne partui interesset, 52 A'. Post nativitatem infantuli, admiratus est cum lætitia, 52 D, et intrans puerum adoravit, 53 A. — Non intellexit verba Jesu amissi et in templo inventi, sola Maria hæc perfecte intelligente, 88 A', C'.
- JOSIAS**, filius Amon, cujus per prophetam Deus prænuntiavit conceptum, nomen et officium, vir fuit eximius, 46 D', 47 A.
- JOSUE**, sanctus vir, princeps Israeliticæ plebis, 511 D', expugnavit idololatrias ex Dei præcepto, 328 B', sed in obedientia B. Mariæ fuit multo inferior, 432 A.
- JUDÆI** tempore V. T. dicebantur filii Dei, 345 B',

prælectus et peculiaris populus Dei, 245C', et erant multis donis ac privilegiis divinitus adornati, 496 B, sanctos Prophetas ac Dei amicos et miracula habentes, 496 A. — A Deo non puniebantur, quando repudiabant uxores suas, 299 C, ad vitandum uxoricidium, ad quod, feroces et duri, erant proclives, 299 D, 451 B', 463 D; poterant quoque licite pecuniam sub usuris mutuam dare, 299 D, 463 A'. — Indurati, a principio mundi sanctos et innocentes trucidarunt, 313 B', deinde multum peccaverunt, 497 D et s. — Ex eis carnales putabant Christum venturum in potestate et gloria in primo adventu, 100 D', dum spirituales sciebant eum venturum in humilitate et paupertate, 101 A. — Obstinati, excæcati perfidique, non intelligentes Scripturas, 254 C, assueti inhærere sensui litterali, 451 C, Verbum non receperunt, 253 D, et pauci ab illo conversi sunt, 496 C', etsi a Joanne Baptista plures eorum baptizati fuerint, 246 B', quem communiter æstimabant, ob ejus vitam sanctissimam, esse Christum, 246 C'. — Messiam eis desuper missum spreverunt et occiderunt, 245 D', licet juxta Sarracenos, Jesum capere æstimantes, Judam ceperint eique intulerint quidquid Jesu se inferre putabant, 311 D'. — Ante Salvatoris passionem multi in eum crediderunt, 246 D', deinde turbati per passionem corruerunt a fide, 496 C'. — Sed postea, ut Christus eis prædixerat, 310 A', die Pentecostes tria millia ad fidem evangelicam conversa sunt, 247 C, 497 A, ex sacerdotibus, Scribis et Pharisæis, 247 D, deinde, quinque millia, 247 C; conversi vero Petrum arguebant, quia ad Cornelium introisset, 650 A.

Nunc non sunt veri filii Abrahæ, 266 B', sed mali et perfidi, 313 D', 317 B. Ob gravissimum scelus quod patrarunt, 491 A, a Deo derelicti usque in præsens, 245 D', 253 D', et traditi manibus Romanorum, 497 B', quamvis idola nunquam interim coluerint, et pro sua liberatione die ac nocte precati sint, hucusque tamen non sunt exauditi, 246 A. — Per terras dispersi et oppressi, templo et urbe cultus divini privati, 496 C, codices Prophetarum ubique portarunt, et sic facti sunt testes fidei nostræ, 286 B', nunquam dicentes nos vetus Testamentum corrupisse, 286 D. Verumtamen in aliquibus locis infererunt litteram librorum propheticorum,

254 D, 286 C'. Imo, increduli et hostes Ecclesiæ, 447 A, 498 B, ac Christi, 456 C', multos errores docent, 406 A, blasphemis injuriisque Salvatorem persequuntur, 413 A, et super Sacramento altaris Christianos derident, 491 C et s. — Plus errant quam Sarraceni, quoniam Jesum esse Christum non credunt, nec B. Mariam virginem confitentur, 293 B. — Insuper, in Mecha cum idololatris habitantes, 274 A', omnia turpia et nequiora quæ sunt in Alcorano, Mahometo scribere persuaserunt, 274 C', 362 B, et ipsi huic libro multa addiderunt, detraxerunt aut mutaverunt, 274 D', 275 D. — Qui ad Sarracenicam convertuntur sunt impudici, legis suæ regulas non ferentes, 279 A; de Mahon secta esse se simulant, sed nunquam ex corde cum ea sunt, 279 B, Mahometo ejusque legi maledicentes, 279 C. — Ex consideratione prophetiarum nunc innumerabiles ad fidem convertuntur, 246 A, quotidie, 451 C, 497 D'. — In fine mundi convertentur omnes, paucis exceptis, 402 C. — Cf. Hebræi.

JUDAS (S.) apostolus, quum confudisset duos nequissimos magos, non coegit eos ad fidem, 311 D. (In *Legenda aurea*, cap. 103.)

JUDEX debet esse viva lex et animata justitia, 511 C. — In Scripturis judices vocantur dii, propter excellentem quamdam participationem divinæ auctoritatis et causalitatis, 363 C. — Deus est justissimus judex, cujus judicia valde occulta, sunt semper rationabilia, 512 C'; sæpe punit peccata unius regni per aliud, 505 A et s. — Papa, quum sit ordinarius judex singulorum, a nemine potest judicari, 649 A, neque ab Augusto, neque a clero, neque a populo, 553 D', sed a Deo solo, 649 B, et a concilio generali, 665 C' et s.; et a Deo tanto strictius judicabitur quanto altioris est conditionis, 669 C', nam graviora facit judicia peccatorum sublimitas peccantium, 669 B'. — Princeps, ut judicia justa valeat proferre, etiam in intricatis causis, 511 B, prudentia fulgere debet et virtutibus, 511 A, et vitii carere quæ in subditis plectit, 511 B, immobilisque in omni æquitate ac veritate constare, 511 C. — Quum homo juste occidit, lex est quæ occidit, non judex, 648 C'. — Cf. Prælatio.

Judicare accipitur vel proprie, prout procedit ex auctoritate superiori in examinandis factis et puniendis, 649 B', vel improprie et communiter, extenso vocabulo ad arguere,

corripere et monere, 649 C'. — Judicandum est de re secundum id ad quod finaliter ordinatur, 658 C'. — Quo sensu dixerit Christus: Nolite judicare, 418 A; qui occiderit, et qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, 445 D'.

JUDICIUM particulare, quantum ad animam, a Deo exercetur in mortibus singulorum, 339 D'; celerrime ac instantanee absolvitur pro innumerabilibus quotidie morientibus, 371 A. — Generale iudicium, quo secundum corpus et animam remunerabuntur aut punientur homines, 339 C', post discussionem, 339 D', differtur usque ad sæculi finem, 339 C'. Probabilius, totum mentaliter perficietur, 371 D, in valle Josaphat, 384 A', et in illo omnia planabuntur, expedientur et ordinabuntur, 394 D, postquam ministerio angelorum ad locum iudicii omnes homines delati fuerint, 398 A'. — Post iudicium generale, damnati corruent in tartarum, electi vero ascendent cum Christo in alta celorum, 386 A; per ignem terra purgabitur, 385 D', mundus innovabitur, 386 A, cœli decorabuntur, 386 B. — Finale iudicium fusius describitur secundum Scripturas, 399 D' et s., 401 B' et s., et juxta Mahon, 241 A', 243 D', 341 C, 370 B', 479 A'.

JUDITH venerabilis post primum connubium cœlibem vitam duxit, 22 C. Licet eximie pulchritudinis, minus fuit formosa quam B. Maria, 61 D, 62 B, cujus typus fuit, 32 A.

JULIANUS (S.), Antiochenus martyr, S. Anastasium defunctum suscitavit, 430 D'. (Acta SS. die ix^a Januarii.)

JULIUS, episcopus Puteolanus, unus ex tribus Papæ legatis ad synodum Ephesinam secundam, 576 B.

JURAMENTUM non nisi gravi de causa permittitur, 446 C. — Quum juramentum Deo reddere sit præceptum primæ tabulæ, 581 C', an in illo possit dispensare Papa, 581 D, C', 646 A, aut episcopus, 645 D'.

JUSTITIA habet quamdam lucem suam, et illuminat animam inhærentem sibi, 674 B'. Justitia Dei in passione Christi immensa apparet, 343 B. — Justitia præcipua est virtus principis, 544 A, qui est quasi justitia animata, 544 C; atque ad stabilem subsistentiam principatum et regnorum confert, 503 B'. — Justitiæ actus est copula cum uxore legitima, dum fit causa reddendi debitum, 344 C'.

K

KAFF, juxta Mahon, est mons ex smaragdis paradisi, qui orbem terræ cingens, cœlum sustinet, 374 A', et ex eo alii montes prodeunt, 386 B.

KHADIDJAH. *Vide* Hadija.

KOREISH, Arabica tribus ex qua ortus est Mahometus, 272 D'.

L

LACRIMÆ perfectis devotis deficiunt, quare, 436 A; coram Deo effundantur in cladibus, 513 A'.

LAICUS cum licentia Papæ potest consecrare virgines, 540 A'.

LATRIA est virtus moralis inter superstitionem et acediam medium tenens, 215 A, promptitudo voluntatis ad ea quæ Dei sunt, 126 D, et pars justitiæ, cultum et cærimoniam Deo offerens, 126 C, cujus actus sunt adoratio, devotio, oratio, gratiarum actio, celebratio, decimarum oblationumque solutio, 213; soli Deo debetur, 320 A, 327 C, A', et Christo, 349 A'. — Actus latriæ nequaquam ad manducationes et commixiones carnales ordinare debemus, 282 A; sed copula carnalis cum uxore legitima est actus latriæ, dum fit intentione prolis ad Dei obsequium educandæ, 344 C'.

LAUDATOR verus B. Mariæ non debet esse homo carnalis, 19 C' et s., sed purus, 20 A, D, fide formata et caritate ornatus, 20 B, et saltem contritus, 20 C, ad ejus misericordiam impetrandam, 20 D; tunc ad eam accedat cum fiducia, 20 D', humilitate et reverentia, 21 A, cum jucunditate, 20 D', 21 B, simul et formidine, 21 D, propriæ conscius indignitatis, 20 C', 21 B', Sanctorum instar, 21 D, laudando ejus virginitatem et fecunditatem, 22 B, integritatem et castimoniam, 22 C.

LAURENTIUS (S.) martyr, super ferream craterem assatus, 428 B, sua vix sensit tormenta, et gloriabatur in illis sicut in cunctis deliciis, 452 A. (Acta SS. die x^a Augusti.)

LAURENTIUS (Magister) docet formam Papæ scribendi, 656 B.

LAZARUS (S.) beatus fuit, quem in amicum Christus elegit, 58 B'. (Acta SS. die xvii^a Decembris.)

LEGATUS a latere quid possit aut non possit concedere, 539 C et s.

LEGENDÆ Sanctorum citantur: S. Alexii, 656 A, S. Bonifacii episcopi sociorumque ejus, 656 C, S. Eucharii primi Trevirensis episcopi, 656 B'; item Legenda aurea a Jacobo de Voragine scripta, 154 D', 651 A', et Legenda Barlaam et Josaphat, quam S. Joannes Damascenus edidit, 656 B'.

LEO (S.) Papa I Ephesinam synodum secundam auctoritate firmavit, missis tribus legatis ut præsidentibus, 576 B. — Excommunicatus a Dioscoro, Alexandrino patriarcha hæretico, 553 A', Chalcedonense concilium convocavit ad eliminandum Eutychni erroris insaniam, 576 D, et a Patribus omnibus tanquam universalis patriarcha acclamatus est, 646 C. — Citatur: de SS. Petro et Paulo, 592 C', 603 B', 608 A, de Papa, 576 A, 593 B, de concilio generali, 551 A. — *Adde* 36 C, 545 D. (Migne *Patrol. lat.* tom. 54-56.)

LEO (S.) Papa IX, dubitans se legitime electum, renuntiavit papatui, et a cardinalibus reelectus est, 648 D. (Acta SS. die XIX^a Aprilis.)

LEPRA uxoris, apud Sarracenos, causa justa est repudii, 301 C, 463 A', sed apud Christianos, causa justa tantum separationis quantum ad cohabitationem, 301 D, 463 D'.

LEX et fides interdum pro eodem sumuntur, sed realiter distinguuntur, 363 A. — Lex est ordinatio rationis, potissimum practicæ, ad bonum commune, 658 B, et proprie idem est quod præceptum, 363 A, 602 B', seu regula et mensura actuum, per quam aliquis ad agendum vel non agendum inducitur, 658 B. — Pro fine habet felicitatem, quæ movet ad operandum tanquam desideratum ac ultimate intentum, propter quod omnia fiunt, 658 B. — Principaliter intendit bonum commune, non bonum particularis personæ, 300 C, 463 C', 658 A, et ad hoc tendit, ut subditi sint unum per animorum concordiam, 659 B: idcirco non imponitur nisi communitati ac populo adunato, 292 C', 658 A'. Præterea, quia pluribus datur, per prius respicit eos conjunctim quam divisim, 658 D, et privilegia paucorum nunquam faciunt legem communem, 308 C. — Lex non debet faciliter mutari, 609 D', quia ex tali mutatione majus contingit incommodum, 610 A, sed interdum patria lex dimittenda est pro altera lege, 455 B' et s. — Quum homo juste occidit, lex est quæ occidit, non judex, 648 C'.

Lex Dei multiplex est, scilicet æterna,

naturalis, positiva, Mosaica et evangelica, 363 A', 465 A'. Hominem ad Deum ordinat, 659 D, pro fine habet Dei et proximi dilectionem, 659 A', et per divina miracula est probanda ac roboranda, 320 B'. — Lex Mosaica dispositio fuit ad legem Christi, sicut et aurora ad claram diem, 268 D, et cessare debebat, non quasi mala in se, sed ut legi meliori cederet, 268 C. — Rigorosior, spiritualior lege Mahometi, 415 C', quædam prohibuit, quæ Deo permittente, licita erant in lege naturæ, 306 C'.

Lex Christi, cœlestis et spiritualis, omnia quæ in mundo sunt contemnens, 279 B, inter omnes leges est perfectissima, 327 B', 415 D', 465 A', nil doli, nil continens falsitatis, 441 A, lex perfectæ libertatis, quia liberat ab onere veteris legis, 561 D, et a servilitate peccati, 561 A', lex supernaturalis, supernaturalem finem intendens, 673 B, summa atque finalis, cui a Deo lex alia non succedet, 362 D', et quæ propter suam perfectionem est argumentum fidei nostræ, 498 C. — A Prophetis prædicta tanquam per totum mundum diffundenda, 327 D', omnes obligat homines, 465 D, 473 C', qui, omni alia lege relicta, eam amplecti tenentur, 297 B'. Multo melius observari potest ubique et semper, ab universis et singulis, conjunctim et divisim, quam aliqua lex humana et positiva, 660 A. — Non excipit hominem ab observatione legis naturæ, 542 D, et prohibet multa quæ in lege Moysis licita vel permissa erant ex dispensatione divina, 306 D'. — Lex humana, canonica vel civilis, non obligat sicut lex divina, 660 D.

Lex Mahometi tota carnalis et venerea, 275 C', injusta, 308 A', 462 A', impia et sacrilega, 448 B' et s., 465 D, rudis, 465 B', laxa et facilis, 465 D, non est lex in lege Moysis ac Prophetis prænuntiata, 451 D', et Abraham a Deo data, 474 B', sed turpissima fæx et innumerabilium incitamentum vitiorum, 462 B', atque via ad inferos, plena mendaciis, ac utriusque Testamenti corruptio, 297 D, 328 B, 362 C', data non a legislatore virtuoso, irreprehensibili, justo et exemplari, 351 B, sed a carnalissimo, 307 C, legum destructore, 464 B. — Lex de repudiatione uxorum specialiter est impietate et crudelitate plena, ac naturali legi contraria, 298 B', et Christi doctrinæ, 298 D', ita ut illam etiam animalia, si loqui possent, injustam clamarent, 298 C'.

- Quomodo in mundum introducta fuerit, 272 A et s., 275 B', 277 B, qualiter et per quem lex Mahometi ortum habuerit, 274 C et s., 275 C. — Cf. Alcoran, Evangelium, Præceptum.
- LIBER** præcipuus, in quo invenitur magna scientia, est ipsa rerum natura, 77 B'. — Cupienti crescere in profunda Scripturæ notitia, non opus est multos libros revolvere, sed sufficit in puritate interna crescere, 76 A. — Nullus liber fuit a Christo personaliter editus neque compositus, 368 B. — Liber conscientiarum in generali judicio revolvens, spiritualiter sumitur, 479 B', et est ipsa conscientia secundum quod in ipsa merita vel demerita continentur et cognoscuntur, 371 C, 479 A'.
- Citantur libri : Meteororum (Aristotelis), 379 C'; de Causis, cujus auctor (David) fuit Judæus philosophus, 289 C, D, 473 D; de Ecclesiastica hierarchia (Dionysii Areopagitæ), 566 D, 574 B', de Angelica hierarchia (ejusdem), 537 D, B', de Divinis nominibus (ejusdem), 542 D; de Tabernaculo Moysis (Joannis Ruysbroeck), 657 B, 669 B; de Ornamentis B. Mariæ (Honorii anachoretæ), 25 A', 29 D, 30 C, D, 62 D, 147 B', de Laudibus B. Mariæ (ejusdem), 154 A'; liber Thesaurorum (Cyrilli Alexandrini), 566 A', 570 A, 574 A', 586 B', 590 D, 593 A', 607 C'; liber contra Helvidium (Hieronymi), 562 A; de Civitate Dei (Augustini), 505 C', 560 D, 566 C, 593 C', 596 B', 601 A, de Præsentia Dei ad Dardanum (ejusdem), 640 A', liber contra Faustum Manichæum (ejusdem), 548 D', contra Donatistas (ejusdem), 635 C, D', 640 C, 656 A'; de Duabus naturis Christi (Boetii), 618 C'; de Conciliis (Isidori), 546 D, 551 B, de Viris illustribus (ejusdem), 653 C; liber Moralium (Gregorii Magni Papæ), 653 A; de Sacramentis (Hugonis de S. Victore), 510 C, 597 B', 609 B'; de Consideratione (Bernardi), 534 D', 538 A, 543 C, 545 A, 558 C', 579 D' et s., 586 A, C, 587 A', 604 A', 610 A', 636 C'; de IV Cœquævis (Alberti Magni), 538 D, 597 A, 601 D, 603 D', 629 D'; de Fide et legibus (Guillelmi Parisiensis), 507 A'; de Reformatione Ecclesiæ (Petri de Alliaco), 509 A, 643 C', de Ecclesiastica potestate (ejusdem), 619 A, 624 D', 628 A, 630 D; de Regimine principum (Ægidii de Roma), 510 C, 598 D; de Vita Salvatoris (Ubertini de Casali), 644 B, 657 A'; de Ecclesiastica potestate (Gersonis), 621 A, A', 622 D', 623 C', 625 A', 628 B', 630 B', de Ecclesiastica unitate (ejusdem), 622 B, 643 A', de Ecclesiasticis statibus (ejusdem), 621 C', 623 B, 646 D, de Auferibilitate Papæ ab Ecclesia (ejusdem), 622 A', 623 C, 660 C, de Numero schismatum (ejusdem), 648 D, liber contra Petrum de Luna (ejusdem), 622 C'. — Liber apocryphus de Ortu et vita B. Mariæ cum laude allegatur, 27 B', 30 A, 32 C, 63 B'. — Liber Sextus. *Vide* Decretum.
- LIBERALITAS** origo est communicabilitatis et diffusionis principium, 258 D', et virtus præcipua regum, 514 C.
- LIBERTAS** arbitrii a Deo omni homini concessa, in Alcorano negatur, 407 A.
- LIBERUM** dicitur quod est causa sui, 560 B. — Ecclesia libera est libertate a servitute dæmonis, non libertate obediæntialis subjectionis, 561 C, sicut filii Ecclesiæ sunt liberi libertate a spirituali servitute peccati, non a servitute corporali, 561 D.
- LIBIDO** irrefrenata hominem deprimit, eumque brutalem facit, 464 D'; non satiatur, non contentatur, sed quo per plures mulieres vagatur, eo plus irritatur, 350 D', 467 A. Cf. Concupiscentia.
- LIGATURA** objecti sacri ad collum, ordinarie illicita est, ut vitium latræ oppositum, 215 A', 217 C', et superstitionis, 227 A'. Cf. Superstitio.
- LIMBUS** patrum, seu locus quo sancti usque ad Christi passionem descenderunt, 262 A', quandoque dicitur infernus, 262 C', et terra tenebrosa, 262 B'; sed ibi de salute certi erant, 390 B', et gavisus sunt de nativitate B. Mariæ, 29 A et s., et Christi, 53 A'. — Limbus puerorum, seu locus infantium non baptizatorum, non habet pœnam sensus, 267 C'.
- LINUS** (S.) Papa, minor fuit Joanne evangelista, qui confirmatus erat in gratia, sed major jurisdictione et potestate, 570 D'.
- LOMBARDUS** (Petrus). *Vide* Magister.
- LOTHARIUS II** rex increpatus fuit a Nicolao Papa I, 551 A'.
- LOTIO** faciei expediens est ante orationem, in quantum repellit somnolentiam et torporem, 315 A. Cf. Ablutio.
- LUCAS** (S.) apostolus et evangelista, probabiliter instructus a B. Maria, 76 B', plus ceteris Evangelistis et Apostolis de ea conscripsit, 152 D'. — Describit genealogiam Christi secundum gradum sacerdotalis originis, 24 A', 25 A. — Locus ejus de amissione et inventi-

one Jesu infantis in templo explicatur, 88 A'.
 www(Acta SS. die xxviii Octobris.) — Cf. Evangelistæ.

LUCIFER, primus angelus apostata, peccavit quia voluit Deo inordinate assimilari, 322 B'.
 Cf. Dæmones, Diabolus, Satanas.

LUDOLPHUS (e Saxonia), devotus Ordinis nostri auctor, qui Vitam Jesu Christi scripsit, citatur : de potestate consecrandi a Christo Apostolis data, 556 B', de auctoritate S. Petri, 534 B, de correctione fraterna, 548 C.

LUDOVICUS (id est Hildericus III), rex Francorum, depositus fuit a Papa Zacharia, 540 B.

LUDUS laudabilis esse potest, si referatur ad finem honestum, 298 A', et tamen a Mahometo æstimatur peccatum maximum, 297 B', 475 C'.

LUNA tanta est quanta tertia vel quarta pars terræ, 354 D; cur creata sit a Deo, 378 C'. Post judicium generale splendet sicut sol, 386 B. — Quomodo dignitatem sortita sit per B. Mariam, 36 B', quam figurat, 18 A', et cujus speciem miratur, 137 D'. — In Alcorano, fingitur divisa et denuo integrata a Mahometo, 496 B'.

LYRA. Vide Nicolaus.

M

MACARIUS (S.), eximius Dei amicus, fuit miraculis plenus, 432 C. (In Vitis Patrum, lib. 1. — Migne *Patrol. lat.* tom. 73, col. 413.)

MACROBIUS (Aurelius). cubiculo præpositus imperatoris Theodosii, allegatur de virtutibus moralibus, 419 A.

MAGIA in Evangelio sub æternæ damnationis periculo prohibetur, 441 B. — Magi Pharaonis fortiter restiterunt Moysi, 452 A', quem in tribus signis imitati sunt, 324 C, 355 A', magica arte, 356 D', sed non in quarto signo, virtute divina prohibiti, 324 D, 355 B'. — Magi quidam ab Apostolis, quibus strenue restiterunt, 452 A', confusi coram omnibus, non fuerunt ab illis coacti ad fidem, 341 C et s.; alii prodigiis diabolicis multos seduxerunt, 355 C', inter quos fuit Mahometus, 349 B. — Tempore B. Mariæ, fuit magus qui in specie angeli apparens virginibus, plurimas defloravit, 345 C'. — Tres Magi cognoverunt per stellam Christi nativitatem, 411 D. — Cf. Superstitio.

MAGISTER in Sententiis (Petrus Lombardus)

allegatur de Trinitate, 92 C, et de Deo, 479 B', 481 C'.

MAHOMETUS, seu Mahon, homo pestifer, 293 A', diabolicus, 277 C', 290 D, 330 C', 349 B, 363 C, 375 B', undique monstruosus, 362 D', valde scandalizativus pusillorum, imo et omnium, 351 A, fur pessimus, latroque maximus, qui tot innumerabilia animarum millia Deo subtrahit, 293 D, 334 C, in Apocalypsi per bestiam designatur, 326 A'. — Arabs natione, vilis genere, 275 B, et pauper, 405 A', tempore Heraclii imperatoris natus, parum post S. Gregorium Papam I, 275 B, ex familia quæ vocatur Choraïs, 272 D', fuit incircumciscus, 399 B. — In philosophia ineruditus, 380 D', et in sacra Scriptura, 312 C, imo idiota, 274 D, 275 B, 277 C', nec legere sciens, nec scribere, 277 D', 326 C, fuit primum pupillus in sinu patris sui, et diu cultor idolorum in Mecha, 272 B', 275 B, 277 A, 399 A, 403 B'; postmodum validus corpore, 275 D', in sæcularibus satis strenuus, 275 B, caliditate multa de egeno dives factus est, 275 B, perveniens ad servitium camelorum Hadijæ, filix Hulert, omnino divitis, quam duxit uxorem, 272 C'. — Discipulus Judæorum, 274 C', 275 D, 278 B, 364 A, et Sergii monachi Nestoriani, 249 C, 274 A', 275 C, 278 B, 279 C, 302 A, 362 B, 364 A, veneratus est Nestorii sectatores, 348 C', pactumque cum eis iniit, antequam verbum Dei descenderet super eum, 348 D'. — Deinde, totius erroris princeps, 243 C, et magister, 243 D), atque prodigiosus signifer falsitatum, 334 B, renovavit insanias gentilium philosophorum, præsertim Porphyrii, 243 D, et omnes hæreses Nestorii, Photini, Arii et Eunomii, 243 A et s., 413 C, Marcionis et Manichæi, 343 C, 366 D', 413 B; omnia legis evangelicæ sacramenta abiecit, 243 B', et utriusque Testamenti paginas cassavit, 312 C. Ut admirationi populo esset, 377 D', simulans se Dei esse prophetam, 272 D', 273 C, 274 D', 275 C, ultimum, post quem nullus esset venturus, 407 C', Alcoranum suum candidit, 275 D, quod paulatim per tomos a Gabriele archangelo sibi allatum mentitus est, 275 A'. Ope cujusdam astrologi non mediocriter confortatus, 273 A, decepit homines rudes, 275 A', 278 D, C, atque, quum esset epilepticus, satis morosus, 275 D', phantasticus, 374 D', et amens, 349 B, uxorem suam fefellit, dicens sibi angelum apparere, 275 D', seque præ divinorum reve-

lacione cadere in ecstasim, 276 A. — Facundus, et in verbis ac factis valde maturus, 275 D', ad mundi divitias honoresque jugiter anhelans, 328 A, 361 B, conatus est super gentem suam arripere principatum, 272 C', velamine religionis, 273 C. — Mechæ, quadraginta stipatus custodibus, 273 C, pestiferos alios homines, fugitivosque et homicidas, sibi aggregavit, 273 A, et ab eis, ut concupierat, in regem sublimatus est, 275 A'. Tunc cum illis insidiatus est negotiatoribus ac iter agentibus, ad diripiendum et interficiendum eos, 273 B. Per suos socios expeditiones fecit, et per se ipsum, 273 D, pro rapinis reportandis, 273 A', 275 B, et pupillis cujusdam carpentarii filii abstulit domum, 273 C. — Asiæ partes cum tota Africa ac parte Hispaniæ undique discurrens, legem suam prædicavit, 275 A', legum destructor, 464 B, falso asserens se legem Abraham sequi, 305 B'; infundensque sociis furorem suum, 328 D, atque implens eos sua nequitia, fecit eos sibi arma, 328 A', feminas in prælio acquisitas illis concedens, ut viri per hoc fortius ad præliandum animarentur, 302 B; vel tributis impositis, 277 B, 303 C', vel virtute gladii, 353 C', 407 B', 471 D, sibi contradicentes proditorie jugulans, 273 A', idololatrias, incredulos et infideles ad suæ legis susceptionem compulsi, 277 B, 303 B', 328 D, C' et s. — Fuit totius immunditiæ princeps, 293 C', magis carnalis quam Epicurus, 282 B', 468 B', incontinentissimus, 295 B, et præcunctis hominibus qui unquam fuerunt, lubricissimus ac libidinosissimus, 350 D', cujus vita contraria est non solum legi divinæ, sed etiam honestati humanæ, 320 C', ribaldus vitiosissimus, 468 D, homo « vaccinus », 467 B, verus taurus, 351 A, 466 C', 467 A, 469 A, ardelio et leno, 350 C', sordidissimus scortator mulierum, 351 B', vir mœchus, qui merito Mecham urbem elegit, 293 C'; uxores ingenuas quindecim habuit, et duas ancillas, 273 C', 293 C', 327 D', 467 A, adulteria et incestus sine remorsu perpetravit, fingens sibi soli a Deo datam esse licentiam maritalitas aliis ac sibi propinquas cognoscendi, 293 C', 328 A, 350 C', 466 C, 467 A. Venereos ritus inducens, concupiscentiis relaxavit habenas, 243 B', 320 D', et promisit spurcissimum paradysum, 278 D', 281 B, 284 A. — Semel inebriatus, renuntiavit vino et suis illud prohibuit, 393 D. — Nunquam habuit

donum prophetiæ, 273 D, et ad probandam suam missionem nulla fecit vera miracula, 246 D, 275 C', 278 A, 321 B, 328 C', 375 C', ipso fatente non sibi datum esse signum aliquod facere, 287 D. Imo, sciens se non posse vera miracula operari, 320 D', contestatus est ea inutilia esse ad doctrinam roborandam, 320 C et s., 329 B', 330 A, 472 B, C'. — Verumtamen quidquid per humanam astutiam consideravit accommodum ad suæ legis divulgationem, hoc finxit sibi desuper destinatum, 302 A. Idcirco fabulatus est se a Gabriele in Jerusalem ductum esse, et inde in cælum levatum, iterumque depositum, 355 B; lunam in duas partes divisisse eamque denuo integrasse, 354 D, 496 B', et quum venenum sibi in ove assa propositum esset, miraculose periculum mortis effugisse, 354 D', tandem miracula alia fecisse æque ridicula, 354 B', 355 C. Si fecerit aliqua prodigia, magica arte et phantastice operatus est, 356 B' et s., nam fuit magus et dæmoniacus, 349 B, 375 B'.

Vixit sexaginta tribus annis, quorum viginti tres in sua prophetia expendit, 274 B; deinde infirmatus per quatuordecim dies, 274 A, suis præcepit ne eum mortuum sepelirent, eo quod tertio die assumendus esset in cælum, 273 D', quod non evenit, 274 A. — Non habuit successorem ex se genitum, 351 A', eoque mortuo, sectores illius reversi sunt unusquisque statim ad suam idololatriam, 274 B. — Maledictus, 327 A, damnatissimus, 347 A, qui sacrilega mendacia Deo imponere non expavit, 330 C', 351 A, æternaliter et intolerabilissime damnatus est, 445, et quia inter pseudopphetas fuit præcipuus, 452 A, et multorum exstitit hominum deceptor, 239 B, tot reprobatorum pœnas solus æternaliter sustinebit, quot decepit, 342 A. — Citatur quidam auctor magnifice loquens de generatione Mahometi, 403 A et s., sed omnia quæ narrat, sunt falsa et stultissima, 404 B' et s. — Cf. Alcoran, Saraceni.

MALCHUS (S.) fuit unus ex septem sanctis Dormientibus, 342 C'. (Acta SS. die xxvii^a Julii.) MALUM vitatur per anticipationem, ne veniat, vel per correctionem, dum contingit, 378 D'; ad Deum autem pertinet per anticipationem illud vitare, 379 A. Malum pœnæ dumtaxat, non malum culpæ, rationem appetibilis potest habere, 341 C'. — Mala diu impunita cre-

- scunt et inveterascunt, 509B. — Quo sensu dicamus; Sed libera nos a malo, 417A'. — Cf. Peccatum, Pœna.
- Mali et boni continentur in Ecclesia, 563B', et explent officia ecclesiastica, 563C'. Etiam mali in persona Ecclesiæ sine mendacio possunt Orationem dominicam et Symbolum fidei recitare, 642D'.
- MANDEVILLA.** Vide Joannes.
- MANICHÆUS** (Manes), impiissimus hæresiarcha, sibi ipsi spiritum prophetiæ mendaciter adscripsit, 362A', præteritorum sæculorum secreta sibi præ ceteris revelata jactans, 366D', proprii capitis adventiones sapientiæ totius sanctæ Ecclesiæ præferens, 279C', et de Deo nihil credere volens, nisi quod per rationem valet comprehendere, 237D'. — Mentitus est B. Mariam non hominem verum sed phantasticum generasse, 65B', 413B; negavit Christum esse veraciter pro mundi salute passum et crucifixum, 243C, 413B, et a mortuis surrexisse, 286D'; dixit animas hominum simul esse creatas, 406A; scripturas N. T., secundum quod Ecclesia eas habet, non recepit, sed in multis inficiatas esse finxit, 249D', 286B, 449C', præsertim librum Actuum Apostolorum, 405D'. — Manichæi magistrum suum affirmant non fuisse nisi spiritum, per cujus vocem corpoream Deus suos fideles in omnem perduceret veritatem, 405C'.
- MANUS** non potest esse caput, 620C; item si oculorum officia ambirent, provenirent confusio et ruina totius corporis, 620D. — Manus Dei spiritualiter intelliguntur, 408A', et designant omnipotentiam sapientiamque ejus, 364C'. — Manus Mariæ plenæ gratiæ misericordiæ et largitatis, 71D', beatissimæ fuerunt, quæ Filium Dei ac suum crebro in se tenuerunt et duxerunt, 39B, A'.
- MARCELLINUS** Papa, in idololatriam lapsus, 551B', in concilio cum lacrimis culpam suam confessus est, 553D, et tulit sententiam contra se, 553A'. (Ap. Anastas. de Vitis Rom. Pont., cap. 30. — Migne *Patrol. lat.* tom. 127, col. 1467.)
- MARCIANUS**, imperator Constantinopolitanus, citatur de auctoritate concilii generalis, 552A'.
- MARCION**, hæresiarcha, tempore Apostolorum hæreticum evangelium conscripsit, 288D, 454A, quod refutavit S. Joannes in evangelio suo, 454B'. — Affirmabat Christum non esse veraciter pro mundi salute passum et crucifixum, 243C.
- MARCUS** (S.), evangelista et martyr, in carcere et tormentis a Christo visitatus et confortatus, ad æternæ felicitatis fuit invitatus delicias, 151B'. Cf. Evangelistæ.
- MARE** est unum de quatuor elementis a Deo immediate creatis, 372A'. Quam irrationaliter Mahometus in sua Doctrina asserat esse septem maria extra mundum, 376C et s.
- MARGARETA** (S.) virgo et martyr, laudata de eximia pulchritudine, fuit minus formosa quam B. Maria, 61D. Plena fuit donis gratiæ et naturæ, 90D', et martyrium strenue passa est, 429D.
- MARIA** soror Moysis, nomine et effectu præfiguravit B. Mariam, 31D'.
- MARIA** mater Christi. — *Prænuntiationes et figuræ.* — Multipliciter B. Maria, sicut Christus, fuit prophetata, 30A', tam in lege naturæ quam in lege scripta, 30B' et s., ab exordio mundi, 31C, præsertim a Balsam, 31C, David, 31D, Isaia, 31A', Jeremia et Salomone, 31B'. — Præfigurata est per Mariam Moysis sororem, 32A, filias Job, 62B, Deboraham, Jahel, Bethsabæe, 32A, Esther, 161D', Judith, 22C, 32A, Sunamitem, 44A, Saram Tobiæ uxorem, 23A, 32A, et Susannam, 77C; multotiesque præsignata est, 28D, scilicet per arcam Noe, extra quam nemo evasit diluvium, 31C', per rubum sine læsione ardentem, 28D, 31D', per tabernaculum Moysis, arcam testamenti, propitiatorium et velamen, 31C', et candelabrum templi, 31D', per virgam Aaron florentem ac fructificantem, 28D, 29B, 31D', per sedem sapphirinam super firmamentum, 28A', et thronum Salomonis, 31D', per vellus Gedeonis, 28A', 31D', per portam clausam, 28A', 31D', per lucidam nubeculam in exordio factam, de qua die quarto legitur sol formatus, 31C', et est virgula de qua flos ille processit quem reges et Prophetæ videre desiderabant, 29C. — Comparatur mulieri forti, 118C et s., mulieri amictæ sole, 144A', habenti lunam sub pedibus suis, 144C', et in capite coronam stellarum duodecim, 144A', quæ significant duodecim illius prærogativas, 144D', 145D, et etiam quatuordecim privilegia, 145A, quæ ad duodecim possunt reduci, 145C. — Assimilatur turturi pudicissimæ solitaria diligenti loca, 73D', 165C', columbæ, quoad speciem et simplicitatem, 165D', stellæ ma-

ris, 99 D', 145 B, 146 B', auroræ, 18 D, soli, 18 B', 21 C', 137 D', luna, 18 A', 137 D'. — Grande miraculum, 34 D', 33 A et s., Deifera virgo, 118 A, et mater, 125 B, filia Regis æterni et heres regni Dei, 136 B, Patri comparentalis, 44 D, 106 C, 109 B, 123 B. unica sponsa ejus, 44 D, 45 B, 47 A, D, 48 D, 53 B, 160 A', et Christi, 136 B, Spiritus Sancti thalamus, thronus, triclinium, 160 A', 162 D', templum et sacrarium, 31 B, 102 C, 135 B', 136 B, dignificata fuit quoad corpus, 19 A', 37 C et s., 149 B', quoad animam, 19 A', 68 C et s., 149 B', quoad cor, 19 A', 106 C et s., 149 B', quoad corpus et animam, in gloria, 19 A', 149 B' et s.

Quoad corpus. — Habuit illustrem genealogiam, quæ fuse describitur, 24 B et s. — Ex honestissimo et sancto conjugio procreata, 25 B et s., 28 B, 30 A et s., etsi non immediata filia regis, 23 D', a familia satis divite exorta est, 26 C, sed non excellenter potente, 33 A; ab angelo nuntiata, 27 A', C', 28 D, A', miraculose concepta, 27 A', 28 D, ex sterilibus parentibus, 27 C', D', 28 A, et per preces eorum, 28 C, venit in mundum propinquius et similis habens se ad Christum quam Joannes Baptista, 28 C', 29 B', parentibus, vicinis, angelis electisque gaudentibus, 28 C', 29 A et s. — Ad templum ducta a parentibus post ablactationem, 32 C, ascendit absque subsidio per universos illius gradus, et hoc non incredibile est, 32 D; deinde, consecrata Domino, in ipso templo commorata est litteris sanctis instruenda, 32 C', 91 A. — Puella desponsata fuit fabro Joseph, ob quinque rationes, 33 A et s. — Ab angelo corporaliter apparente in clauso cubiculo, 49 B', salutata inaudita antea salutatione, 47 B, 48 B, edocta fuit de conceptu et nativitate Filii sui, 46 D', 47 D, ut conveniens erat ad dandum consensum requisitum, 47 A; turbata, seu potius admirata, 47 C, 94 C', 345 B', 410 D', prudenter nuntium cœlestem interrogavit, 47 D, A' et s., et audita informatione Archangeli, dociliter credidit et consensit, 47 C'; cognita quoque imprægnatione cognatæ suæ Elisabeth gavisa est vehementer, 48 B. — Postquam humillimum dedit responsum, 48 C, protinus a Patre assumpta est in sponsam, 48 D, et mystico spiramine fecundata, 44 A, 47 B', 48 A', D'; sicque in ventre Virginis celebratæ sunt nuptiæ personales inter Verbum et assumptam ab eo humanitatem, 54 A. — Quum

Maria præ ceteris ineffabiliter contemplativam duxerit vitam, 49 B, pie creditur quod, dum ei fiebat annuntiatio conceptionis Filii Dei, 49 A, fuit in contemplatione sublimi, 49 C, et simul exorans, 345 B', pro communi hominum salute adventuque Messis, 49 C, quoniam per hujusmodi actus disponebatur ad recipiendum revelationem de Christi incarnatione, 49 D, B'. Et forsitan erat in secreto sui oratorii, genibus flexis, et angelo reverentiam exhibuit, assurgendo ei, 49 B'. — De incarnatione Altissimi non admonita fuit per angelum summi chori, 49 C', quia Filius Dei venit in mundum in humilitate et paupertate, 49 D'. — Christo concepto, statim surrexit et sanctam Elisabeth visitavit, 346 A'. — B. Virgo, quæ verissime facta est genitrix veri Dei, 33 C', et propria mater Verbi incarnati, 34 D, ad divinam maternitatem immediate et consummative disponebatur, 50 D', per caritatem, 50 B', C', 51 A', mediate per ceteras virtutes et dona cum actibus suis, 50 D', utputa, per fidem, 50 D, D', 51 B, A', humilitatem, 50 A', D', 51 D, A', et obedientiam, 51 B', per pulchritudinem suæ mentis, 50 A', 51 A, per mundissimam castitatem, 50 A', D', 51 D, B', per actum doni sapientiæ, seu contemplationem, 50 A', 51 A, A'. — Partu imminente, ascendit cum B. Joseph in Bethlehem, 51 D', civitatem Dei summi magnifice exaltatam, 53 A, ubi in diversorio, 52 A, 411 B, in noctis frigidissimo medio, 52 A, 411 C, sine dolore et corruptione, 52 A, 54 B, sine verecundia, 458 A', cum dulcissimo spirituali gaudio, 346 C, 411 B, supernaturaliter, instantanee, et virginali signaculo manente penitus illæso, 52 A, 346 B', mirum in modum fecunda, 43 C, genuit Salvatorem et lumen æternum, 53 B, et sic omnium creaturarum fecunditatem transcendit, 43 D, A' et s. Protinus adoravit Infantulum, verum Deum, 52 B, verum suum Filium, 44 D, 47 D' et s., cum reverentia eum levavit, pectori suo vultuique adstrinxit, calefecit, pannis involvit, et in præsepio super fœnum reclinavit, 52 C, 411 B. — B. Virgo, circa vicesimum quintum ætatis annum, concepit Dei Filium, juxta Albertum, 64 C', quia corpus non est perfectissimum ante statum viginti quinque annorum, 64 D', et fuit desponsata circa eandem ætatem, 65 A; at verius, juxta Cartusianum, concepit circa quintumdecimum annum, 64 C', impleto sci-

licet tempore quo virgines in templo deser-
 www.vatican.va/vatican.va/vatican.va
 videntes consueverunt desponsari, 65B. — Post
 adorationem pastorum et magorum, 411C,
 Jesum tulit in templum, 411A'. — In domo
 Nazareth, læta Mater sumpsit cibum cum
 Unigenito suo ablactato, 60D', qui mensam
 frequenter paravit, apponenda apposuit, re-
 movenda removit, 61A. In lectulo suo se-
 cum collocatum puerum amplectebatur et
 deosculabatur, 60B, B', carnem Filii sui
 non sensuali, sed naturali ac spirituali amo-
 re intense diligens, 60C. Unde, quoad exte-
 riorem hominem, seu quoad corpus, 58C,
 beator fuit quam Moyses, qui ad Deum
 locutus est solummodo mediante angelo,
 58D, et quam viri qui Eliam adspexerunt,
 58A', beator quam Martha Christi hospita,
 et Maria ejus auditrix, et Lazarus ejusdem
 amicus, 58B', quam Joanna et Susanna,
 quæ Jesum secutæ sunt et ei de suis facul-
 tatibus ministrarunt, 58C', beator quam
 aulici qui ad imperatoris aut regis latus ad-
 sistunt, 58D', et quam regina Saba, quæ vi-
 dit sapientiam Salomonis, 59A, quia Mater
 Christi habuit Deum et Dominum ut filium
 et amicum, 58A', et conspexit eum, non per
 angelum, 58D et s., sed ad oculum, clare,
 imo oculis mentis et corporis, 58B', a Deo
 electa in diuturnam cohabitricem, in se-
 cretissimam auditricem, 58C', Sapientiæ
 æternæ vere ex ipsa incarnatæ, 59B, in
 nutricem, de suo sanguine præbentem ei
 incarnationis materiam, 58D', atque in do-
 minatricem Dominatoris universorum, 59A.

Quantum ad corpus suum, ab omni labe
 peccati etiam venialis immune, 37D', inæsti-
 mabiliter dignificata fuit. Virgo benedicta,
 38A, scilicet: in ventre, 38B', 42A et s., cui
 conveniunt dignissimæ appellationes. 42C',
 in uberibus, 39B, quæ fuse et magnifice
 commendantur, 45D et s., in visceribus et
 in ceteris quæ minus honesta apparere pos-
 sent, 39D, in pectore, 39C; in singulis sen-
 sibus et membris, 38C', utputa, in tactu,
 39A, gustu et olfactu, 39B, in oculis, 39A,
 46B, A', in auribus, 39A, in ore et labiis,
 39B, 46A', in manibus, 39B, et brachiis,
 39C, 46D, in collo, pedibus cruribusque, 39C,
 in crinibus, 46A'; in omnibus actionibus,
 videlicet in osculis et amplexibus, 39A',
 46D. Amplius, prætendebat vultum venu-
 stum, 46A, 61B, angelicum, 64A, igneum
 lucifluumque, 63D', 64B, ac dulcem odorem

effundebat, 64C, et hæc luminositas et re-
 dolentia virginæ carnis, post Filii ascen-
 sionem auctæ fuerunt, 64A'. Insuper, frue-
 batur pulchritudine morali et interiori, quæ
 radiabat in facie ejus et actibus, 62D, 71D',
 et sic totum corpus Virginis Creatori ama-
 bile erat, angelisque et hominibus honora-
 bile, 62A'. Denique, fuit B. Maria nobilissi-
 mæ ac tenerrimæ complexionis, 62C', 75D,
 90B', indolis præclaræ, ad omnium perfe-
 ctionem virtutum aptissima, 62D', et in
 harmoniæ æqualitate suo simillima Filio,
 63A, B, atque in suo sexu omni naturali
 perfectione sublimer decorata, 63C. Uno
 verbo, quoad corpus tota fuit divinæ sapien-
 tiæ circino formata, 63D; dedit quoque di-
 gnitatem præcipuam, 36B, omnibus creatis,
 36C, terrestribus, 36A', cœlestibus, 36B',
 elementis et mixtis, 36C' et s., specialiter
 corpori humano, 37C et s. — Pulcherrima
 inter filias hominum in Scripturis laudatas,
 61C et s., 62A et s., et inter sacratissimas
 virgines, 61D, formosissima fuit, 61B, et
 tantæ excellentiæ, ut ipsam in carne morta-
 li viventem viri sancti videre optarent ac
 festinarent, 54B', ex Judaismo vel pagani-
 smo conversi, 55D, 56A, 76D', ut fertur de
 divino Dionysio, qui, ea visa, præ admiratio-
 ne et jucunditate corruit tanquam mortuus,
 55A', de S. Ignatio martyre et pontifice,
 55B', qui appetens adspectum hujus « san-
 ctissimi monstri », 55C', in epistola sua ad
 Dominam mundi aiebat: Christiferæ Mariæ
 suus Ignatius, 55D'; de S. Paulo, qui venit
 Jerosolymam videre Petrum, et benedictam
 Virginem, 56B, et de aliis plurimis utrius-
 que sexus sanctis personis, 56C.

Quoad animam. — Non solum B. Maria
 fuit deificata in corpore, sed etiam in men-
 te, 68C, et tanta puritate resplenduit, quod
 major sub Deo intelligi nequit, 68D et s.,
 74B, quamvis anima Christi exstet purior
 anima Virginis, 68C'. — Divitiis gratiæ tan-
 tum adimpleta fuit, 17A' et s., 22A et s.,
 26B et s., 34A et s., 35A' et s., 42A, 43C et
 s., 54B, quantum sine unione personali potuit
 pura capere creatura, 45B, 47B, 50B, 72C,
 132D', ut de plenitudine sua queat commu-
 nicare ac omnium indigentias locupletare,
 133A, tanquam fons fluminis gloriosi, qui
 totam irrigat Ecclesiam, 133C; et usque ad
 ultimum vitæ suæ diem crevit in gratia, 71B.
 — In utero S. Annæ sanctificata multo excel-

lentius Joanne Baptista, 28D, ut affirmatur a quibusdam, et bene concepta fuit sine peccato originali, 69D et s., ab omni indigna servitute diaboli liberrima, 26D et s., quamvis in ea fuerint pœnalitates peccati, 118A. — Die annuntiationis, plena fuit gratia, 71A, A', 72B', totaliter, permanenter, superfluentur, 71B', et quodammodo infinite, licet minus large quam Christus, 72A, quia habuit tantum gratiam sufficientem ad statum ad quem erat divinitus electa, 72D, et gratiæ plenitudine decorata fuit juxta moderamen sapientiæ, 72A'. — Die Pentecostes, accepit Spiritum Sanctum abundantissime præ omnibus Apostolis, 68D', 71B', 101B' et s., 102A et s. — Crevit quoque in gratia per sacramenta Baptismi, 143D et s., 144C, Confirmationis, 143D', 144C, et Eucharistiæ, quæ indubie suscepit, 144A, forsitan et Extremæ Unctionis, 144A, D. Imo, sacramentum Pœnitentiæ non vitavit, confessa S. Joanni, vel Jacobo, vel Petro, 143C', in quo se habuit potius per modum pœnitentis et confitentis quam fuit vere pœnitens, 143D'. Non recepit gratiam sacramenti Ordinis, 143D', neque Matrimonii novæ legis, 144A.

In omni dono Spiritus Sancti fuit heroica et divina, 26D. Donum sapientiæ habuit, 73A, in tertio gradu, qui perfectis convenit, 73D, et in dono isto, major ac splendidior ceteris Sanctis exstitit, 73A', 79B' et s., quia fuit in Dei amore ferventior, 73B, humilior, 73C', quietior mente, 73D', corde purior, 74B, spiritualior, 74D, ac Deo incarnato propinquior et similior, 74B'. — In donis intellectus et consilii perfectissima, 96A', ea quæ fidei sunt, quantum viatrici menti possibile est, penetravit, 96C', argumenta fidei clarissime agnovit, 96D', 97B, atque a Spiritu Sancto indeviabiliter directa, quid agendum aut omittendum esset per inspirationem instruebatur, 97A. — Habuit dona gratiæ gratis datæ, 94A', scilicet : sapientiam, 74C'; etiam ante conceptionem Christi, interpretationem sermonum, seu elucidationem Scripturarum, 94D', quas profundius intellexit universis Apostolis et Prophetis, 75A, quare, 75B et s., 76A et s.; discretionem spirituum, vel ante annuntiationem dominicam, 94C'; genera linguarum, quæ cum Apostolis accepit die Pentecostes, 95A; virtutem faciendi prodigia, 95A, et donum

prophetiæ, 93C' et s. — Juxta quosdam doctores, non usa est scientia et sapientia ad proximi ministerium, 76D et s.; sed juxta alios, edocuit S. Lucam de his quæ ipse solus de mysteriis Virginis et Filii ejus conscripsit, 76B'; instruxit quoque Apostolos post ascensionem, 76C', multas virgines quæ cum ipsa habitabant, et multas alias excellentes personas, 76D'. Insuper, usa est dono linguarum alios instruendo, 95B, A'; non tamen prædicavit, nec fecit miracula publice, sed privatim, 77A, 95B et s.

Penitus mortua mundo et carni, 81C, A', cum Christo in Deo abscondita, dum infra Sancta Sanctorum habitaret, 81D, vitans publicum, amans secretum, et domi libenter residens, 78D, nec unquam circa temporalia inordinate sollicita, 78B', nec impedita per exercitia vitæ activæ ab exercitiis vitæ contemplativæ, 78C', fuit contemplativa, 78C, D'; atque per frequentissimas orationes quotidie proficiens, facta est contemplativissima, 79A, et antecelluit Adam in statu innocentis, ac vitæ angelicæ appropinquavit, 79B. Mysteriorum Christi sedula ac devotissima meditatrix, 79D', consiliaria et secretaria Omnipotentis, 80B, novit plura secreta clarior quam alii Sancti, 44D', 45A, 80A, quare, 80C et s., 81B'. — In quatuor speciebus contemplationis præeminens fuit, 81C', quarum prima est admiratio majestatis et intuitio incomprehensibilis Deitatis, 82A, A'; secunda, consideratio judiciorum Altissimi, 82B, B'; tertia, speculatio beneficiorum Dei, 82B, C' et s.; quarta, divinorum attentio promissorum, 82C, 83A et s. — Insuper, altissima fuit in contemplatione adorandæ Trinitatis, 83C et s., quam præclare cognovit, etiam ante conceptionem Filii sui, 92C, 92D', tanquam in Scripturis eruditissima, 92D, et totius Trinitatis futura cooperatrix, 92A', 93A et s.; et in consideratione humanitatis Verbi ex se incarnati, 83C, A'. — Ad mysticæ theologiæ perfectionem excellenter pervenit, 83C', seu ad perfectissimam cognitionem Dei per affirmationem, 83D', et per negationem, 84A, ob incomparabilem puritatem et tranquillitatem, 84B', ceterasque virtutes, 85A et s., 86C; et in hac speculatione superavit sanctos Apostolos, et B. Paulum, qui raptus fuit usque ad tertium cælum, 85C, S. Joannem et S. Mariam Magdalene, 85A', S. Mariam Ægyptiacam, S. Anto-

nium et S. Arsenium, 85B', et alios sanctos abbates, 85C'. S. Hieronymum, qui frequenter per hebdomadas integras exstitit raptus, 85D', seraphicum S. Franciscum, 86A, SS. Catharinam de Senis et Brigittam, 86B; et omnes has heroicas personas vincens, nec alienationem, nec ecstasim passa est, 85A, 86C. — Insuper, in hac vita vidit Deum per speciem, 86D, sicut Moyses, 86A', Paulus, 86C', et Joannes apostolus, 86D', ex privilegio, 88C, D', 89B, non semel tantum et ad tempus determinatum, 86A', sed frequentius, clarius, gloriosius ac diuturnius, 86D', 87D, B', 88C, 106A'; attamen non habuit Dei perfectam comprehensionem, 89C.

Naturali dispositione ingeniosissima, 90C, aptissima fuit ad naturalem sapientiam et scientiam, 77A, D'. Adhuc infantula, usu rationis anticipato potita, 63B', in templo circa Scripturas fuit studiosissima, 77B, 89A'. — Deinde, per subtilitatem ingenii sui, 77C', profunde ordinem universi attendit, 78A, et celerrime ex creaturis ad Creatorem, ex temporalibus ad æterna suam transtulit mentem, 78B. — Præterea, naturaliter valde ingeniosa et sapientiæ avida, 90C, Unigenitum suum familiariter interrogavit, 89D, B', 90B, atque, etiam quando videtur responsa Filii sui non intellexisse, 88A' et s., ab illo multa didicit, 89D, 90B, D, de plena ac clara Scripturarum intelligentia, 89A', C', de mysteriis Dei, judiciis, consiliis secretisque, 89B', de Deitatis natura, de gloria Trinitatis, de Incarnatione, de statu animarum post mortem, 89D', imo accepit multo plus quam petiit, 90D, A'. — Auditrix avidior Maria Magdalene, 91C', diligentius Jesum prædicantem advertit, 91A', universa verba illius auscultavit, 91C, sapientialiter intellexit, 91D', tenaciusque retinuit, 91A'. Denique, verba aliorum de Filio suo loquentium, memoriter tenuit, et in suo contulit corde, 91B'.

Quoad cor. — B. Virgo, in qua relucent infinita Dei bonitas, liberalitas, omnipotentia, sapientia ac justitia, 66A', tam inseparabiliter Deo conjuncta fuit, 44B', et ad originalis justitiæ perfectionem tam præclare perducta, 117C', ex nimia gratiæ præventione, 117D', ut non solum nunquam fuscata sit culpa etiam minima, 97B', 138B', sed nec peccare potuerit, 44B', 118B. — Omnibus

virtutibus fuit prædita præ ceteris, 18A, A', C', 26D, 105A et s., 106C, 149B', scilicet theologicis, moralibus et intellectualibus, 84C'. — In fide robusta, vicit Abraham, 107B, et illustrissimos viros, 107A'. — Spei fuit superplenæ, 107D' et s., multis de causis, 108C' et s., et confidentiæ excellentissimæ, 109A et s., ex revelatione speciali sciens se esse sanctissimam omnium Sanctorum post Filium suum, et super omnes angelos exaltandam, 108B'. — Ardentissima supernaturali caritate dilexit Deum, 109B' et s., et naturali dilectione Filium suum, secundum naturam ejus assumptam, 111C', tanquam filium et unigenitum, 111D', et propter alias plures causas, 112A et s. Item ferventissima caritate flagravat erga proximos, 113C, et zelo salutis animarum vehementissimo, 113A', sciens se constitutam esse Dei et hominum mediatricem ac miserorum refugium, 114B; et quamvis naturali affectu desideraverit suum Filium non pati, 114D, voluit tamen eum pro mundi redemptione mori, 114A', et plene eminenterque duo caritatis præcepta implevit, 114D'. — Post ascensionem cum ignitis affectibus visitavit et inspexit loca in quibus prædicavit et passus est Christus, 116C, et ad ejus præsentiam suspiravit, 117A. Sacrificavit se ipsam Deo hostiam prorsus acceptam, 116D, et ardentissime desiderans hominum conversionem, tam Judæorum quam paganorum, 91B', 116A', pro mundi salute inenarrabilibus intercessit gemitibus, 116B'.

Mulier fortis, 118C, omni morali virtute fuit summe ornata et insuperabiliter armata, 118B', gradu heroico ac perfecto, 118D', 119C. — In stadio peregrinationis istius semper victoriosa contra aciem vitiorum et contra turbas invisibilium inimicorum, 121B, in omni constantia et firmitate animi completa, 121C, fundata supra petram et immobilis in Creatore, 121D, in veritate et æquitate nunquam dubitans aut vacillans, 121A', evasit non solum universorum mortalium, sed venialium quoque omnium peccatorum ruinam, 121A. — Prudentissima, 97C, et in cunctis discretissima, 97B', nec præcipitata unquam inventa est, nec inconsiderata, 97C', præsertim in gubernatione virginum cum ea degentium, 97D', nec in omni sua electione unquam excessit neque erravit, 97A'. — Spiritualissima et delicatis-

sima Virgo, 119 C', in omni temperantia præfulsit, 119 B'. Coelestibus refertissima consolationibus et inebriata internis saporibus, 119 C', nequaquam ad corporalia pabula aut pocula inordinate afficiebatur, 119 D'; nunquam in somno, verbo, cogitatu aut omissione recedebat a medio, 120 B. Pudicissima, honestissima, modestissima fuit, 119 A' et s., omne quod probitati derogat et offensivum est divinæ præsentiae, toto corde detestans, 120 C; an ipsi verecundia competat, 120 D et s. — Justitia rectissima fuit ornata, 122 A, cujus vita nulli fuit culpæ obnoxia, 122 B, ita quod quidquid egit aut pertulit, optime ordinavit ad Dei amorem et honorem, 122 C, quanquam de condigno non poterat æquivalens reddere Creatori pro beneficiis ejus, 122 A'; proximos quoque summe ædificavit, eisque in spiritualibus maxime subvenit, 122 D'. — In omni actu religionis devotissima fuit, 126 C, et in omni actu devotionis, scilicet cordis, oris et operis, 127 C'. Quo enim fuit in divino amore ferventior, eo et promptior ad omnem actum cultus divini, 126 B'; et quamvis interdum in exterioribus occupata, a vocali oratione cessavit, ab intimis tamen laudibus Dei non destitit, 126 C', et tanto religiosior et devotior exstitit, 127 D, quanto mens ejus longius et purius erat elongata ab omni affectu a Christo et ejus amore impediante, 127 A'. — Quum devotioni soleat conjungi spiritualis jucunditas, 127 B', Maria, felicissima matrum, vehementissime in suo Filio lætata est, 59 B'. Delectabatur in familiari cohabitatione Christi, 56 A', 59 C, C', in adpectu Pueri omni corporali et morali venustate decoratissimi, 56 B', 59 B', in ejus sanctitate et exemplaritate, 56 C', benevolentia et complacentia, 56 D', suavissima facundia et delectabili affatu, 57 A, ac promptissima obedientia, 57 B, 59 B', in sermonibus Christi, quos præ cunctis avidius audivit, 91 B, A', in miraculis copiosis ac præclarissimis quæ vidit, 92 A, sicque nulla mater tantam habuit consolationem et delectationem in sobole sua, quantam benedicta Maria, 59 C'. — At vero, in hac vita sæpe afflictata fuit, 40 D, et plurimum contristata, 57 C. Dolorem sensit in nativitate et circumcissione Filii sui, 40 D; in die præsentationis, dum Simeonis prophetiam audivit, 40 A, A', 41 B'; in persecutionibus Herodis, qui occasione innocentissimi Infantis pluri-

mos pueros innocentes occidit, 40 B'; in amissione et investigatione pueri sui, 40 D'; in meditatione futuræ passionis dominicæ, 40 C', 41 D, C', quam certissime præcognovit, 91 D, 100 D', 401 A. Condoluit et expavit quando advertit Judæos Christo contradicentes et irridentes, 40 D', 41 C'; quando Jesus Scribas et Phariseos increpabat, 91 D'; quando in die Cænæ recessit ab eo, et audivit illum jam esse captum, viditque lamentabiliter immutatum, 41 A; quando loca passionum sui Filii visitabat, 41 B; quando tandem attendit ea quæ fideles sustinuerunt pro Christo, 41 C, C'. Verumtamen, voluntatem suam conformans voluntati Dei, 41 A', et a Spiritu Sancto recreata, 41 B', semper fuit simul mater læta et dolorosa, 41 A'. — Ex sublimi consilio Patris, passioni sui dilectissimi Filii præsens fuit, 142 A', tanquam salutis nostræ cooperatrix præcipua, 142 B' et s. — Præcordialissime Unigenito compassa est in passione ejus, ob quinque rationes, 139 C et s., et illa materna compassio corporali martyrio gravior, 139 D, continue aucta fuit, maxime in viginti duabus circumstantiis passionis, 139 D' et s. An gloriosa Virgo, Filio suo in cruce pendente, habuerit gaudium ex consideratione fructus dominicæ passionis, 140 D' et s. — Fonti totius pietatis et misericordiæ familiarissime unita, quem vere concepit, 124 A', in omni pietate imitatrix Dei, 123 B', qui regnum misericordiæ illi commisit, 124 C', Maria, cui proprium est misereri, subvenire, indulgere et parcere, 123 B', præ universis fuit misericordissima, 123 A', et prorsus piissima, 123 B', subvenit miseris, pauperrimis condolet, 123 D'. — De magnitudine pietatis suæ et misericordiæ a sanctis Patribus laudatur, 125 C, specialiter a S. Bernardo, 125 D, B', D', 126 B, et a S. Anselmo, 126 A. — Delectabilis et amœna Virgo, merito dulcis vocatur, quæ Ecclesiam dulcedine sua clementer reficit et exhilarat, 136 B', genitrix dulcedinis summæ et suavitatis universæ, 136 C'. — In adversitatibus patientissima ac tranquillissima, 128 B, vicit omnes viros eximios mititate præclaros, 128 D, scilicet Moysen, Job, David, 128 A', et Joseph filium Jacob, 128 B'. Nunquam increpatoria verba suis aut Filii sui persecutoribus locuta est, 128 C', 129 A, nunquam contra eos iram aut aversionem concepit, 128 C. — Sicut in ceteris virtutibus,

in sancta obedientia omnes incomparabiliter superavit, 132 A : omnia præcepta adimplevit, ac se totam Creatori integerrime subdidit, 121 D, 123 B, nec voluit aut effectit aliquid Deo displicens, 44 C'. Se recognoscebat membrum Ecclesiæ et B. Petri prælati-cæ auctoritati subjectam, 645 D. — Docilissima Christi discipula, 130 A', et magistra humilitatis, 130 D', propriam nihilitatem profunde intellexit, 82 D, A', 129 D', et Creatoris sui majestatem, perfectionem excellentiamque immensam, 129 C' : qua virtute disponebatur ad omnium divinorum charismatum susceptionem, 129 A', et ad tam supernaturalem maternitatis divinæ elevationem, 129 C. Quo plus honorabatur ab omnibus, eo amplius humiliavit se, 130 C', 131 B, et humilitatis Filii respectu, se ipsam et omnem suam humilitatem reputavit pro nihilo, 82 B'. — Ab omni motione sensualitatis liberrima, 138 C', et ab omni passionum inquietudine, 78 D', 90 B', in omni virtute voluntatem pulchrificante plene perfecta, 137 D, perpetuam virginitatem servavit, 138 C. Tota pulchra dicitur, in qua splendidissimus nitor gratiæ et virtutum exstitit, 137 A', et tantus interior decor, quod de sinu Patris Deum deorum in medium sui castissimi ventris attraxit, 138 A.

Maria beata in anima et corpore. — Felicissima Virgo incomparabiliter exaltata est ac remunerata, non solum in cœlis ab Unigenito, 149 B', sed etiam, post ascensionem ejus, in hac vita, 150 A. Nam contemplationi gloriæ Filii sui assidue intenta, non sine interna consolatione, 150 D, et in corde suo habens Jesum assumptum, cum illo ascendeat, quiescebat et habitabat in cœlo, 150 B. — Quanto de passione Christi vehementius fuerat contristata, tanto de fructu passionis hujus cordialius lætabatur in Domino, 150 A', et de martyrum constantia meritisque gloriabatur ac regratiabatur Altissimo, 150 B'.

Completo vitæ hujus curriculo, per corporalem mortem beata Domina a sæculo isto migravit, 150 D', cujus corpus ab anima separatum, 151 A, in vallis Josaphat medio sepultum est, 151 B. — Qua in morte quinquepartita gratia fuit donata, 151 C: primo, diem mortis suæ ex divina revelatione cognovit, 151 A'; secundo, mox moritura, fuit a Filio suo ad gloriam invitata, 151 C, B'; tertio, obiit sine dolore, 151 C, C'; quarto, protinus evolavit;

quinto, paulo post resurrexit ac cum corpore et anima in cœlum conscendit, 151 C, 152 C', quia decuit Christum sibi plenissime sociare in patria dilectissimam Matrem suam, 153 B et s. — Quamdiu virgo Maria post Christi ascensionem vixerit in hoc mundo, contravertitur, 156 C. Juxta Revelationes B. Elisabeth, vixit uno anno post ascensionem Filii sui, et paulo amplius, 156 D, quod non verisimile est, 156 B' et s.; juxta Passionale Sanctorum, duodecim annis; juxta Revelationes B. Brigittæ, quindecim annis, 156 A', quod credibilis æstimatur, 157 A, sicque in toto vixit sexaginta duobus annis aut circiter : quod verius videtur, 156 B'; juxta S. Epiphanium, vixit post ascensionem Salvatoris, viginti quatuor annis, sicque in toto septuaginta duobus annis in isto exsilio, 156 A'.

Ascendit gloriosa Virgo in cœlum deliciis affluens spiritualibus, 166 D. Cum canticis cœlestis militiæ, 164 D, 165 B et s., processionaliter deducta fuit et glorificata a S. Trinitate, 159 C' et s., tam a Patre, 161 A, quam a Filio, 161 B et s., et a Spiritu Sancto, 162 A, collocata in throno gloriæ, 164 C et s., elevata in dexteram Patris, prima post Christum, 166 B, super omnium angelicorum ordinum altitudines, 166 A', etiam super Cherubim et Seraphim, 166 B'. — Beatifica visione correspondente perfectioni caritatis, 162 D, præcunctis angelicis spiritibus, etiam seraphicis, meruit B. Maria Deo uniri, 162 C', quia fuit in caritate incomparabiliter perfecta præ omni viatore et præ omni angelico spiritu, 162 A'. Ideo, omni felicitate et gloria ineffabiliter est repleta, 162 D' et s., et cum ineffabili jucunditate contemplatur Christi humanitatem, 167 A et s., Filium suum osculatur et amplexatur, 168 A, nunc gloria et honore coronatum, 168 C, quem adspexit in cruce suspensum factumque opprobrium hominum, 168 D, atque in regno ejus et super mensam edit et bibit, 168 B'. Ab universis civibus cœlestibus amatur, honoratur et laudatur, 169 A', quia concepit, peperit et lactavit omnium Salvatorem, 169 B', nullo angelico spiritu mulieri huic tam eminenti subijci dedignante, 169 D', imo universis et singulis reginam humillimam extollentibus, 170 A, in ipsa Deum, ac ipsam in Deo laudantibus, 170 C, in ipsa exsultantibus, 170 A', per quam Cherubim ac Seraphim purgan-

tur, illuminantur et perficiuntur, 170 D'. — In omnibus **Beatis intime gloriatur**, 171 B, et de singulorum salute ac decore delectatur, 171 C, pro quibus tam intense in hac vita exoravit et tam fortiter laboravit, 171 D. In millibus his innumerabilibus animarum sanctarum cernit passionem Filii sui fructificasse, 171 A', et vehementer gaudet in cunctis electis et Beatis, 171 A, scilicet, in sanctis Patriarchis, 171 C', in Prophetis et Apostolis, 171 D', præcipue in suo adoptivo filio et custode Joanne, in Gabriele suo paranympo, in parentibus suis, in suo sponso Joseph, 172 A, in prælecta illa Maria Magdalene, et in victoriosis martyribus, in confessoribus heroicis et sacris virginibus, 172 B. His omnibus tanquam diademate coronatur, et tanquam sponsa ornata suis monilibus decoratur, 172 C. — Ineffabiliter fruitur quatuor dotibus corporis sui glorificatissimi, 172 D' et s., per amplitudinem cœli empyrei splendidissimos suæ claritatis radios fundit, 173 C, et suæ fragrantiam suavitatis undique spargit, 173 D. Gloriatur quoad ubera et ventrem, 173 B', quoad pectus, manus, oculos, labia et singula membra, 173 C', quæ omni suavitate ac venustate sunt repleta et superimpleta, 173 D'. — Triplici aureola decoratur in gloria, 174 A, scilicet, aureola doctorum, 174 B, tanquam Apostolorum doctrix et Evangelistarum directrix, 174 C, aureola virginitatis, quia ipsa est Virgo virginum, 174 C, et aureola martyrum, quia tempore passionis Christi facta est plus quam martyr, 174 D, mente et corpore vehementissime afflicta et dolens, 174 A'. — Præterea, triplici fructu ornatur, 174 A, ut puta, fructu centesimo, qui castitati virginali correspondet, 174 A', fructu sexagesimo, qui castitati viduali debetur, et fructu tricesimo, castimonie conjugali proportionato, 174 B'.

Quum Sancti diversas opiniones inter se habeant de corpore B. Mariæ assumpto, licitum est cuique quod vult dicere, 593 C. — Ex Revelationibus S. Briggittæ fuse describitur assumptio B. Mariæ, 157 C et s. — Allegatur Joannes Damascenus de assumptione plenaria Virginis piissimæ, 158 A' et s. — An ex verbis S. Dionysii queat probari dulcissimam Dominam in corpore et anima esse assumptam, 154 D' et s.

Præconia, Nomina et Cultus. — Bene-

T. 36.

dicta Virgo a multis hæreticis blasphemata, 65 A' et s., laudatur non solum a generatione fidelium et Christianorum, 23 B', sed etiam a generatione pravorum ac reproborum, 23 A', præsertim a paganis astronomis, 56 C et s., 61 B, et a Sarracenis, 23 B', 24 A, 239 A' et s., 240 C', 242 B' et s., 282 D. — Accepit a parentibus nomen Mariæ, efficacissimum et virtuosissimum, 145 A' et s., quod fuit sublimiter commendatum a S. Bernardo, 145 C' et s., 146 D, a S. Brigitta, 146 C', ab Honorio anachoreta, 147 B', a Gilberto, 146 C, ab Alberto Magno, 146 D. — Insuper vocatur omnium decus, ornamentum et gloria creaturarum, 135 D, hortus deliciarum et fons voluptatis deificæ, 136 D', virginitatis primiceria, 145 A; Apostolorum doctrix et Evangelistarum directrix, 174 C, totius spiritualitatis magistra, 120 A, imperatrix angelorum et hominum, 125 B, 135 D, 170 A'; impetratrix veniæ, 135 B', victrix ac refrénatrix cunctorum spirituum malignorum, 135 D, terribilis ut castrorum acies ordinata, 48 D', 43 D'; nostra domina, 145 D, 134 B', D', 135 C, D, D', domina mundi, 125 B, nostra regina, 115 D, 134 B', regina pietatis, 114 B, clementiæ, 133 A, et misericordiæ, 135 A', 145 C, regina cœli, 125 B, regina reginarum omnium, 105 A', porta cœli, 145 B; mundi illuminatrix, 99 C', 100 A, 136 D, recreatrix, 100 A, salvatrix, 99 A, D, C', 100 A, 111 B', reparatrix, 119 B'; mater affectuosissima fidelium, 99 C', 114 B, 123 D', 134 B', D', 135 C, D, mater gratiæ, 132 D', 136 B, 171 A', et misericordiæ, 132 D', genitrix vitæ, 135 B'; mediatrix, 114 B, 124 A, 134 B', 136 D, cooperatrix nostræ salutis, 142 B', reconciliatrix piissima, 99 C', recuperatrix gratiæ, 135 B', 136 D, adjutrix et protectrix assidua peccatorum, 99 C', 134 B', 136 B, auxiliatrix, 136 D, miserorum refugium, 114 B, 133 A, miseratrix et consolatrix nostra, 111 B', 133 A, fidelissima advocata Ecclesiæ et fidelium, 99 C', 114 B, 123 D', 134 B', 144 C'.

Sicut in paradiso a Christo æternaliter veneratur, 168 B', atque coram Patre cœlesti et coram universa Ecclesia triumphanti laudatur ac commendatur, 169 A, tanquam carissima Mater, cui Unigenitus nil negat, 169 B, ita in militanti Ecclesia, per basilicarum structuras et fidelium devotionem copiosissime honoratur, 169 C. — Quoniam veri Dei Mater exstat, honore hyperdulie colenda

- est, 134 B, non cultu latriæ, qui soli Creatori est impendendus, 320 A; et post Deum, unice et devotissime diligenda est, 133 B' et s., 135 A, C, propter multas rationes, 133 C' et s., indesinenter laudanda, 135 D, cum puritate cordis, 20 A, D, fiducia, 20 D', et humilitate, 21 A, cum reverentia, pavore, 20 C', 21 B, C, et jucunditate, 20 D', 21 B, deiformiter procedendo, 21 C' et s., per viam positionis, qua ipsi cunctarum tribuuntur creaturarum perfectiones, 22 A et s., dempta omni imperfectione, 22 D et s. — Glorificanda est hæc beatissima creatura, in cujus manu est salus nostra, 19 B', et contemplanda cum debita reverentia ac munditia, 66 A, hilariter et amoroze, tanquam mater lætitiæ, 20 B', 46 D; in conspectu cujus erubescere debemus apparere mente immunda, 20 B. — Amplius, quia in redemptione tam excellenter cooperativa fuit, quod nulla creaturarum causarum naturalis causalitas ipsi valet æquari, 43 C', et habet omnes potestates, 43 D', quia demum liberalissima est ad dandum, et potentissima ad succurrendum, 133 B, debemus devote pronuntiare et incessabiliter invocare salvaticum consolatoriumque nomen Mariæ, 145 B' et s., ad repellendos dæmones Salutationem angelicam sæpius recitare, 147 A', et perseveranter implorare Matris nostræ misericordiam, maxime in adversitatibus, 137 A, in tentationibus et periculis, in dubiis et angustiis, 146 B'. — Denique, credamus Deum incarnatum esse et ex Virgine natum, 66 B; beatissimæ illi Virgini congaudeamus, 173 D'; congratulemur ei totis præcordiis de omni excellentia et præelectione, 45 C; ac super his tota mentis alacritate regratiemur Altissimo, 45 D, eumque laudemus in hac sua præclarissima creatura et præcarissima sponsa, 45 B, confitentes nos de tot et tantis beneficiis nobis desuper ex illa et per illam collatis, Deo nequaquam condigne gratias agere posse, 100 C', 133 B' et s.
- MARIA Magdalene (S.), Marthæ soror, beata fuit, quia Christus eam elegit in devotissimam audtricem, 58 B', 91 C'. In eremo triginta annis angelicam vitam ducens, 431 A', elevabatur quotidie septies in aere angelorum ministerio, 85 A'. Fecit multa miracula, 96 D, et dulciter obdormivit in Domino, quasi in soporem subitum resoluta, 152 B'. (Acta SS. die xxii^a Julii.)
- MARIA Ægyptiaca (S.), olim peccatrix magna, contemplando elevabatur in aere, 85 B'. Dulciter obdormivit in Domino, quasi in soporem subitum resoluta, 152 B'.
- MARSILIUS de Padua, hæresiarca, rector Universitatis Parisiensis, in scriptis suis auctoritatem Papæ impugnavit, 622 B'.
- MARTHA (S.), soror S. Mariæ Magdalene, beata fuit, quam Christus elegit in hospitam, 58 B', 91 C'. Fecit multa miracula, 96 D. (Acta SS. die xxii^a Julii.)
- MARTINIANUS (S.), unus ex septem sanctis Dormientibus, 342 C'.
- MARTINUS (S.) Papa I, martyr, prohibuit superstitiosas observationes, 228 D. Citatur de auctoritate generalis concilii, 532 C. (Migne *Patrol. lat.* tom. 87.)
- MARTINUS (S.), Turonensis episcopus, Arianis fortissime restitit, 430 D. Dono prophetiæ sublimiter splenduit, 94 D, et fecit miracula multa, 288 B', 430 D, 453 B. — Nunquam visus est moriens, iratus vel ridens, 121 D'. Ex divina revelatione diem mortis suæ cognovit, 131 A', ejusque anima in cælum ab angelis deferri a S. Severino visa est, 347 A'. (Acta SS. die xi^a Novembris.)
- MARTINUS (Polonus), Ord. Præd., Marcellini Papæ lapsus et pœnitentiam describit, 531 B'. Citatur de auctoritate summi Pontificis, 533 A'.
- MARTYRES pro Christo amarissimas mortes patientissime pertulerunt, 415 B, 427 B' et s., et sine intermedia pœna intrant regnum cœlorum, 347 A', 480 A. Morientes præliando contra Sarracenos, sunt martyres Christi, 314 A'. — Multi martyres habuerunt gratiam prophetiæ, 407 D, et ante suam passionem, in sua passione et post suam passionem magna miracula fecerunt, 251 B', 276 A', 453 B. — Innumerabiles christiani martyres probant divinitatem fidei nostræ, 250 D', 251 A', 453 A'. — Cf. Persecutiones.
- MATER dicitur, quæ de sua substantia producit simile sibi in specie, 488 A. Gloriat in sobole prolis suæ, dum soboli illi bene succedit, 171 B, A'. — Quomodo Ecclesia sit mater summi Pontificis, 560 A et s. — Cf. Filiæ, Filii, Parens.
- MATHEMATICI superstitionis arguendi sunt, dum ex constellationibus futuros eventus prædicere conantur, 227 D'.
- MATRIMONIUM est legis evangelicæ sacramentum, gratiæ contentivum, 308 D, quo contra-

- hentes sibi invicem corporum tradunt potestatem simpliciter usque ad terminum vitæ suæ, 462 D', 464 D. Indivisibile est, ut etiam sapientes gentilium sunt testati, 298 B', 463 C, et indissolubile ex lege Christi, 299 A. A Deo ordinatur ad proliferationem, 300 B, sed potius ad proliis bonitatem quam pluralitatem, 304 A', ac proinde ad proliis educationem, 300 B, et informationem in moribus, 462 D'; non ad nutrimentum et dilatationem concupiscentiæ, 464 A', sed ad ejusdem refrenationem in viris sicut in feminis, 300 A'; ad conversationem pacificam inter conjugatos, 306 A', et ad cohabitationem amicabilem, 464 B'. — Quum instituat ad amicitiam inter homines augendam et conservandam, 300 A', per novam consanguinitatem et affinitatem, 309 D, Ecclesia rationabiliter et juste, 309 C', posuit plura impedimenta matrimonium dirimentia, 309 D et s. — Multa habet annexa mala pœnalia, 463 B', quæ tamen per auxilia gratiæ facilliter tolerantur, 464 A. — An matrimonium cum licentia Papæ contrahi possit a monachis et a sanctimonialibus, 581 C, a clericis, 581 B, et cum consanguineis, 581 C, B'. — Verum ac spirituale matrimonium contrahitur inter episcopum et suam Ecclesiam, 644 B; item, sed solennius et immobilis, inter Papam et Ecclesiam, 644 C, quod solo Dei judicio et nulla humana potestate solvi potest, 644 D, nisi summus Pontifex per mortem vel per hæresim ab Ecclesia præcudatur, 647 D'; sed hoc spirituale matrimonium non est sacramentum ex quo consurgit indissolubilitas nexus matrimonialis, 648 B. — Cf. Repudium.
- MATTHÆUS** (S.), evangelista et apostolus, miraculis convertit Æthiopiæ regem et populum, 427 C. Non permisit sanctæ virgini Iphigeniæ nubere regi promittenti se cum regno suo ad fidem convertendum, 582 B'. — Docet Christum ex regia stirpe progenitum, 24 D et s. (Acta SS. die xxi^a Septembris.) — Cf. Evangelistæ.
- MAURITIUS** de Praga, theologiæ professor, et egregius sacræ Scripturæ doctor, allegatur de concilio generali, 628 A'.
- MAURUS** (S.) meritis S. Benedicti super aquas sine submersione cucurrit, 430 B'.
- MAXENTIUS** (Marcus Aurelius Valerius) imperator, atrocissimus fuit persecutor S. Catharinæ, 428 B' et s.
- MAXIMIANUS** (S.), unus ex septem sanctis Dormientibus, 342 C'.
- MAXIMUS** (S.), Tauriniensis episcopus, citatur de miraculosa nativitate S. Joannis Baptistæ, 27 D'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 57, col. 635.)
- MECHA**, urbs Arabiæ, ab idololatris et Judæis inhabitata, 274 A', in qua Mahometus primo idola coluit, 272 B', et quam deinde ipse « mœchus » elegit, 293 C', in civitatem sanctam, 293 D'. — Ante diluvium non fuit ista civitas, 385 A, nec a Deo tempore diluvii ad cœlum est sublata, 388 B', nec eam septies circumivit Noe, 384 D', et non est locus orationis congruus, neque immolationis, 319 A, neque oblationis, 318 D', quia ibi non colitur Christus, 293 D'. — Cf. Alcoran, Mahometus, Sarraceni.
- MEDICI** asserunt intendendum esse somniis ad cognoscendum interiores dispositiones, 223 D. — Fatui medici se ipsos faciunt regulam, 295 A.
- MELITON** (S.), Sardensis episcopus, discipulus S. Joannis, qui inter viros illustres connumeratur, 636 D', et multa scripsit opuscula, 657 A, allegatur, 656 D'. (Pseudo-Meliton, de Transitu Virginis, cap. 5 et 11. — Migne *Patrol. gr.* tom. 3, col. 1234 et 1236.)
- MEMBRUM** unumquodque inferius sua vocatione sit contentum, ut id ad quod deputatum est officium, fideliter exsequatur, 620 A'. — Omnia membra B. Mariæ beatificata sunt, 38 C', etiam quæ minus honesta apparere possent, 39 D. — Amorosorum membra afflunt, 435 C, quia ex vehementi cordis applicatione circa rem dîlectam, multiplicantur spiritus, 435 D. — Sicut sunt multa membra in corpore naturali, sic in Ecclesia, 562 D et s.; sed membra corporis naturalis sunt omnia simul, non autem membra corporis mystici, 563 A. Nam membra corporis mystici non solum accipiuntur secundum quod sunt in actu, sed etiam secundum quod sunt in potentia, 563 C: unde sunt membra Christi non tantum fideles, qui per fidem catholicam et per caritatem, 490 B', Christo proprie incorporantur, et tanquam membra suo capiti salubriter connectuntur, 490 C', sed et mali qui ad militantem pertinent Ecclesiam, 563 B'. — Quemadmodum unita sunt inter se corporis humani membra, ob quatuor rationes, 597 C', ita membra mystici corporis, 597 D'; et sicut in corpore naturali membra pro se invicem sollicita sunt, 595 A', sic in

- mystico corpore Ecclesiae, 595 B'. — Sicut ~~plura membra non~~ efficiunt unum corpus naturale nisi simul accepta, 615 B, sic congregationes diversae non constituunt unum corpus mysticum sub capite uno, nisi conjunctim accipiuntur, 615 A. — Sicut membra corporis naturalis non possunt esse caput, 620 C, ita membra corporis mystici, etiam omnes cardinales, archiepiscopi et episcopi, nequeunt esse caput Ecclesiae, 620 D. — Cf. Caput, Corpus.
- MENDICANTES** religiosi debent evangelizare, et ex eorum reformatione fructus magnus sequeretur, 580 D'.
- MERITUM** post iudicium ultra non erit, 394 A'. — Meritum Christi generalis est medicina curativa generis humani, 490 B', et universalis causa salutis humanae, 267 C'.
- MICHAEL** (S.) archangelus, olim princeps Synagogae, 585 B, est princeps, pastor, caput et rector totius Ecclesiae militantis, 595 C', 596 A. (Acta SS. die xxix^a Septembris.)
- MINISTER** agere debet juxta directionem et voluntatem dominatoris, 544 A'. — Per humilitatem Christus fuit minister discipulorum, 561 A, per officium minister est totius mundi, 669 C. — Quo sensu Papa dicatur minister Ecclesiae, 560 A et s.
- MIRACULA**. Sic improprie vocantur nonnquam naturalia Dei opera, quia in eis omnipotentia Creatoris magnifice declaratur, 294 A; sed proprie appellantur miracula, quae totius naturae et ordinis rerum facultatem transcendunt, 294 B. — Miracula vere divina nequaquam magica arte fieri valent, 231 B, nec unquam testimonium perhibent falsitati, 250 A', sed sunt tanquam sigilla Dei scripturis et verbis Sanctorum appensa, 495 D; idcirco facta sunt a principio mundi, 495 A', in auxilium fidei nostrae, 244 B', 246 B', 247 D, C', 248 C, 249 A, C, A', 250 C, 251 A', 294 B, 320 B', 329 D', 441 A, 451 D, 472 D, 496 D et s. : potissime enim movent et alliciunt homines ut credant ac faciant quae alias nullatenus crederent nec patrent, 321 A. — Maximum miraculum est conversio totius mundi, 497 D', et si absque miraculis totus mundus conversus fuisset, hoc esset omni miraculo mirabilius, 250 A'. — Multa miracula Christi narrantur in Evangelio, 419 A, et alia innumerabilia ab eo facta sunt, quae non narrantur, 420 B'. — Item multa patrata sunt ab Apostolis, 425 D' et s., qui converterunt mundum, 329 C'; a Sanctis tam in vita quam in morte et post mortem, 276 D, 317 B, et a plurimis Christianis, 430 A et s., 454 D' : ad canonizationem enim Sanctorum requiruntur miracula; quae non faciliter recipiuntur et diligentissime discutuntur, 430 A. Nunquam autem miracula divina facta sunt ab haereticis, 454 D', 455 D', neque a Mahometo, 275 C', 278 A, 287 D, neque ab aliquo Sarracenorum, 276 B'. — Miracula diabolica quae arte magica patrantur, 355 B', quomodo distinguantur a divinis, 304 C', 356 A et s.
- MISERICORDIA** Dei infinita est, 310 C, et in passione Christi maxime apparet, 313 B. — Misericordia virtus est qua proximis condolemus in eorum miseriis et pro posse eisdem subvenimus, 123 D; in caritate fundatur et ex dilectione procedit, 123 A'. — Ad principes et reges potissime spectat, 125 A. — Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur, quo sensu, 414 D.
- MONACHUS** contra voluntatem tam suam quam abbatis de claustro a Papa extrahi potest, 540 C. — An a Papa valeat dispensari in his quae sunt contra substantiam monachatus, 581 C.
- MONS PESSULANUS**, civitas Galliae, ubi floruit Universitas cui Eugenius Papa IV direxit epistolam contra Basileensem congregationem conscriptam, 575 C'.
- MONTANUS**, impiissimus haeresiarcha, a suis discipulis magnificatus, 405 D', sibi ipsi spiritum prophetiae mendaciter adscripsit, 362 A'.
- MORS** est privatio, non aliquid positivum, 401 C, terminus vitae praesentis, ad quem usque homo exstat viator, potens mereri ac demereri, 308 C', 385 B'. Quia mors et non esse est quaedam miseria, 396 D', naturale est timere mortem, 303 D'. — Mors sanctorum plerumque est dulcis, mors reproborum terribilis, sed frequenter, Deo sic volente, oppositum contingit, 358 A'. — Stultum Mahometi commentum de futura mortis occisione, 401 B.
- MOYSES**, sanctior Salomone, 370 A, vidit Deum per speciem, saltem semel et ad tempus determinatum, 86 A' et s., 87 C', D', 106 A'. Cum Domino saepe et per multos annos locutus est, 58 D, 370 C; quotidie etiam ad libitum suum loquebatur cum angelo, et in omni dubitatione ab eo docebatur, 344 D', attamen subinde dubitavit in fide, 107 A'. — Cunctis hominibus sapientia et miraculis

ita præfulsit, 344 C', ut multi Ægyptii ei crederint, 329 B'. — Zelo salutis animarum vehementissime accensus, 413 D', pro plebe Deum exoravit, 414 A. Etsi mitissimus super omnes homines, 428 A', ex Domini præcepto multa idololatrarum millia iussit interfici, 428 B', 328 B', ac rigore occidit Ægyptium, 428 B'. — Diurnas ac miras jejunationes et abstinentias sine defectu fecit, 452 B. — Ex divina revelatione conscripsit humani generis propagationem ab Adam usque ad tempora sua, 404 B', edidit libros, 368 A, et juxta Hieronymum, psalmos, 364 B. — Locus ejus exponitur de multitudine innumerabili hominum in hoc mundo viventium, 484 A' et s. — Stulta Mahometi fabula de morte Moysis, 383 A' et s.

MOYSES anachoreta, cujus vita abstinentissima fuit, 432 D, raptus et ecstases habuit, 432 A'. (In *Vitis Patrum*, lib. VIII, cap. 23.)
MOYSES Rabbi (Abu Amru Musa ben Maimun), Judæus philosophus, allegatur de matrimonio, 309 B'.

MULIER, de latere viri formata, 299 C', non est Ordinis susceptiva, quia est sexus subjectio- nis, 669 D, et non debet evangelizare publice, sed tantum privatim, 76 D, A', 96 B. C. — Multæ mulieres habuerunt dona gratiæ gratis datæ, 94 B', sed nulli, juxta Thomam, Christi tempore miracula facere datum est, 96 B, D. — B. Maria inter mulieres benedicta, 29 D', 94 A', mulieri forti comparatur, 418 C et s., et mulieri amictæ sole, 444 A' et s. — Turpissima mulier quæ nulli se negat, meretrix vocatur, 351 B'. — Cf. *Femina*.

MUNDUS iste sensibilis sic appellatur, quia a mundo illo mundissimo, archetypo, qui est in mente divina, processit, 384 D. — Durante judicio, stabit in igne conflagrationis, 398 A', sed post judicium generale innovabitur, 386 A, quia a parte post est perpetuus, 381 C.

MUTIUS eremita fecit solem ad tempus stare in cælo, 432 C. (In *Vitis Patrum*, lib. II, cap. 9.)

N

NATIO quælibet legem suam usque ad sanguinem tuetur, suæque legis impugnatores gladio persequitur, 450 B'. — Universæ nationes ad fidem Christi obligantur, 301 C'. — Quædam barbaricæ nationes, primum ad Chri-

stum gladio conversæ, 251 D, per viros sanctos miracula operantes, in fide plenius doctæ fuerunt, 251 A'.

NATURA naturata, id est a Deo instituta et facta, 72 D', Creatori obedit ad nutum, 492 D. — Natura nequaquam patitur vacuum, 378 A, et in infinitum quodammodo communicabilis exstat, 490 D. — Ipsa rerum natura est studii liber in quo invenitur magna scientia, 77 B'. — Omnium natura constantium certa est ratio et mensura magnitudinis, 493 C. — Non tollitur, sed perficitur natura per gratiam, 542 D. — Natura naturans est Deus auctor naturæ, 72 C'. — In Christo natura humana constituta ex conjunctione animæ et corporis, 487 D, assumpta est ad esse hypostaticum increatum Verbi æterni, 487 B. — Naturale est mortem timere, nam sicut omnia naturaliter appetunt esse, ita non esse refugiunt, 303 D'.

NAZARÆI propter perfectionem majorem a vino se abstinabant, 298 B. — Scripserunt gesta Salvatoris, sed Ecclesia illorum evangelium non admittit, 549 C.

NECESSITAS vera eturgens est origo et mater dispensationis, 463 D', 544 D'.

NEGATIO. Per negationem seu ablationem cognosci dicitur Deus, quum ab ipso, tanquam incomprehensibili, remouentur creaturarum perfectiones, 83 D', 84 A.

NEGLIGENTIA impedit spiritualem profectum et incrementum divini amoris, 498 D. — Negligentia præsulorum et sacerdotum mores disciplinæ ab Ecclesia expellit, 509 A, sicut negligentia principum Dei adjutorium impedit, 541 B', 543 A'. — Negligentia celebrandi concilia, sive generalia, 508 D', sive provincialia, 509 C', Ecclesiæ multum nocet, 508 D'.

NEMROD, rex Babylonis, a quo cœpit idololatria, 324 A.

NESTORIUS hæresiarcha, patriarcha Constantinopolitanus, inimicus Dei, 454 A', proprii capitis adinventionem, imo potius diabolicam inspirationem sapientiæ totius Ecclesiæ præferens, 279 D', docuit errorem contrarium errori Eutychiano, 648 D'. — Dogma Trinitatis Scripturæ repûtans contrarium, 250 A, Christi divinitatem negavit, 243 A, 249 B, 274 A', 413 C, 478 A'.

Nestoriani Christiani præ ceteris placuerunt Mahometo, 249 C, 274 A', qui fuit discipulus Sergii, monachi Nestoriani, 249 C, 274 B',

- 278B, 279C', 362B, et a Sarracenis laudantur, 318C'. — False Scripturas exposuerunt, 455A', C'. — In Ephesina synodo damnati, 576B, victi sunt per prædicationem et miracula Sanctorum, 249C. Confutantur per testimonium totius plebis christianæ confidentis Deum unum et trinum, et Christum unum, Deum et hominem, 250B et s.
- NICÆNUM concilium, in quo trecenti decem et octo episcopi fuerunt de toto mundo collecti, 248B', 551D', a S. Silvestro Papa fuit convocatum contra Arianos, 248A', 454B, 576A, quos damnavit, 454B, 551C'. — Ibi nonnulli episcopi causas particulares proponere nitentes, redarguti sunt, 664A'.
- NICODEMUS qui Christum sepelivit, gesta Salvatoris scripsit, seu evangelium, quod tamen non est canonicum, 549C.
- NICOLAUS Papa I increpavit Lotharium II regem, 551A'.
- NICOLAUS (S.), Myrensis episcopus, electus Dei, adhuc infantulus dabat signa præcipuæ devotionis, 32A', et innumera miracula fecit, 252B, 288B', 430C, 455B. (Acta SS. die vi^a Decembris.)
- NICOLAUS de Lyra, Scripturæ expositor, Ord. Min., citatur : de B. Maria, 76B', C', de auctoritate Papæ, 541C', 548A', 590C, de lege, 658A'.
- NICOLAUS de Gorra, Scripturæ expositor, Ord. Præd., citatur : de Christo, 556B', 561B, de Ecclesia, 548A', 567C, 636A, 640B, 643D', de auctoritate S. Petri, 541D', 590C, D'.
- NINUS, rex Ninive, juxta quosdam auctor fuit idololatriæ, 324A.
- NOBILITAS omnis Deo sublimi adscribenda est, 259B', 283C', ejusque Unigenito, totius nobilitatis fonti, 32D'. — Deum beatifice intueri, eo æternaliter frui, deiformis et incomparanda est nobilitas, 284B. — In quo consistat nobilitas carnis, 25D' et s. — Res illæ sunt nobiliores, quæ majoris et altioris exstant fecunditatis et causalitatis, 35C. — Nobilibus sunt mores laudabiles, 27B, nam solent esse magnanimes, 27B, magnifici, industrii et politici, 27C; sunt et vituperabiles mores, 27C, quia nimis exstant avidi honoris, et pene omnes mali, secundum quod divites sunt, 27D. — Parentes B. Mariæ non fuerunt excellenter nobiles juxta reputationem humanam, 33A, ne promulgatio evangelicæ legis posset adscribi nobilitati Genitricis Christi, 33B. — Apostoli non fuerunt nobiles, ut conversio mundi mirabilior appareret, 33B et s.
- NOE, vir sanctus, 404C', coævus suos, peccatores pessimos, hortatus est ad pœnitentiam, ipsis per centum annos prænuntians diluvium, nisi se emendarent, 330B. — Non direxit arcam, quæ ferebatur motu incerto juxta impetum aquæ, 385B, et in ea non timuit, quia divinitus certificatus fuit de sua præservatione, 391A. — Habuit tres filios, 330B'.
- NOMEN Dei proprium est, Esse, seu Qui est, quia esse vere ac propriissime illi competit, 189D', cujus comparatione nulla creatura dicitur esse, imo potius fertur non esse, 190A et s. — Alcoranum de nomine Dei stulta narrat, 368C', 376B'. — Nomen Jesu, sicut nomen Mariæ, habet efficaciam specialem, 145A', et magnifice extollitur a Sanctis, 145C' et s. — Nomen Joannis apud Hebræos satis commune fuit, 345C.
- NUMERUS electorum est certus, 391D. — Recitatur falsa et absurda enumeratio quæ fit in Alcorano ab uno usque ad centum, 365A et s.
- NUPTIÆ personales inter Verbum æternum et assumptam ab eo humanitatem, in ventre Mariæ celebratæ sunt, 54A.

O

- OBEDIENTIA, in Scriptura commendata, 131D', sumitur vel proprie, prout respicit præceptum superioris, vel generaliter pro virtute obtemperandi his quæ ab alio consuluntur vel admonentur, 602A. — Obediendum est prælato, principi et patrifamilias, 609C, sed modo gradui superioritatis proportionato, 609B : nam in omnibus solummodo quæ prælationem ejus concernunt, obediendum est prælato, 569B. — An summo Pontifici debeatur major obedientia in omnibus quam cuicumque alteri inferiori prælato, 572B et s. — Non obedientes legi a Papa conditæ, rebelles censentur et mortaliter peccant, 602D'.
- OBSERVATIO vana, species superstitionis latræ opposita, multiplex est, 215A', scilicet, observatio artis notoriæ, quæ est illicita, 215A', 226A, observationes in verbis vel scriptis pro curandis vulneribus aut sanitatibus acquirendis, quæ aliquando licitæ sunt, aliquando illicitæ, 246B' et s., 217B', 218D et s., 219A, 220B, observationes ordi-

- natae ad praecognoscendum fortuna ac dif-
fortuna, quae sunt superstitiosae, 226 B', ob-
servationes temporum, quae sunt interdum
licitae, 226 C', interdum illicitae, 226 D' et s.,
228 C'. — His adjunguntur millia inanissi-
marum observationum, 227 B', quae recen-
sentur, 216 D', 217 A et s., 218 B', 221 C et s.
— Cf. Adjuratio, Benedictio, Superstitio.
- OCCAM (Guillelmus), Ord. Min., Doctor invinci-
bilis, citatur de auctoritate Papae, 597 A',
609 B', et de sanctitate Ecclesiae, 642 B'.
- OCULI amantium sunt concavi, profundi,
434 D', et sicci, 435 D', quia dispositio cordis
relucere solet in oculis, 63 C'. — Oculi qui
Christum viderunt, beatificantur, 38 C'; un-
de beatissimi fuerunt oculi B. Mariae, 39 A.
- ODOR fragrans, sobrietatis et abstinentiae prae-
mium, e corpore Sanctorum effundebatur,
64 C, praesertim B. Mariae, ex assiduo divinae
Prolis contactu et deportatione, 64 D, et dul-
cis odor ille post ascensionem Christi auctus
fuit, 64 A'.
- OGERUS dux, tempore Caroli Magni, quasdam
infideles nationes gladio convertit, 251 D.
- OPERA singularis devotionis et supererogatio-
nis occultanda sunt, ut vana gloria evitetur,
445 B'. — Opera poenitentialia peccata nostra
vindican, 438 A, et delent, 642 A'.
- ORATIO, actus patriae, 213, est colloquium im-
mediatum cum Deo, 362 B'. — Quibusdam
orationibus superstitiosum est infallibilem
tribuere efficaciam, 221 D, 222 A. — Valent
orationes ad emendationem populi obtinen-
dam, 308 C'. — Oratio dominica efficacis-
sima est, 221 A', sententiosissima, prorsus-
que dignissima, 417 A'; continet septem
petitiones, quae explicantur, 417 A et s. —
Oportet perseveranter orare, 418 C.
- ORDO universi naturalis est, et omnia con-
gruenter disponit, 386 B': omnis enim ordo
qui in irrationalibus commendatur, est jux-
ta instinctum naturae et rationis dictamen,
654 C'. — Exigit congruam habitudinem in-
ter superiores et inferiores, 607 A', quia ordo
inferioris principii dependet ab ordine supe-
rioris, 543 C'; et in omnibus actibus et vir-
tutibus est ordo secundum ordinem finium,
564 D. — Sine ordine actio est praesumptio,
sine actione ordo est negligentia, sine scien-
tia ordo est inutilis, 597 B. — Ordo recipien-
di divinas illuminationes vocatur hierarchia,
quare, 596 C. — In choris angelicis semper
ordo inferior superiori ordini subjectus per-
manet, 543 D, et ordo hierarchiae est, ut in-
feriores purgentur et illuminentur, superio-
res vero purgent et illuminent inferiores
suos, 537 C'. — In omni communitate duplex
est ordo, videlicet unus omnium ad prae-
latum, alter singulorum ad invicem, 595 D.
- Ordo sextum est sacramentum, ponens
hominem in statu dignitatis eximiae, 646 C',
et importans potestatem traditam ordinato,
respectu veri corporis Christi, vel mystici,
647 B et s. — Imprimis characterem, 646 B',
et nunquam reiteratur super eandem per-
sonam, 646 C'. — Non confertur mulieri, quae
est sexus subjectionis, 143 D', 669 D. — Sep-
tem sunt ordines, quibus additur episcopa-
tus ab aliquibus, 646 C', praesertim ab Areo-
pagita, 647 D; sed ab aliis melius dicitur
eminentia ordinis, vel dignitas ordini sacer-
dotis superaddita, 646 D', quia nil addit sa-
cerdotis potestati quoad verum Christi cor-
pus, 647 B, sed tantum quoad mysticum,
647 C, D. — Omnes ordines, praeter episco-
palem, cum licentia Papae, conferri possunt
a sacerdote, 540 D, et quilibet ordo conferri
valet, cum licentia Papae, ab illo qui habet
hunc ordinem, 540 A'. — Cf. Episcopatus,
Sacerdotium.
- Ordo Cisterciensium rigorosior est quam
ordo Cluniacensium, 545 A. — Quatuor men-
dicantium Ordinum ruina defletur ab Ec-
clesia, 524 D. — Cf. Dispensatio.
- ORIGENES (Adamantius) misit epistolam Ro-
mano Pontifici, in qua poenitentiam egit
quod absurda quaedam scripsisset, 653 A'.
— Citatur: de amissione et inventione Jesu
in templo, 88 C', de auctoritate Papae, 653 D,
668 C', de pastore scandalizante, 666 C', de
oratione, 547 B'.
- OSCUA saepe dabantur sanctissimae Matri suae
a Christo, qui suos ad se venientes discipu-
los in sancto osculo recipere consuevit, 60 A,
et vicissim pura oscula genis et oculis Chri-
sti infantuli a Maria crebro impressa fu-
erunt, 39 A', 60 B, A'. — Viri excellenter
heroici se invicem amplectentes deoscula-
bantur, 60 B'.
- OSTIENSIS (Henricus de Segusia, cardinalis
Ostiensis) citatur de auctoritate Papae et con-
cilii generalis, 539 A, C, D, C', D', 544 C',
548 C, 602 D, atque praelati, 574 D'.
- OTHO IV, Superbus vocatus, imperator Ger-
maniae, ab Innocentio Papa III depositus fuit,
540 B.

P

www.libtool.com.cn

PACOMIUS (S.) abbas, cui angelus frequenter apparuit et regulam monachorum de cœlo attulit, 432 C. (In *Vitis Patrum*, lib. I. — *Migne Patrol. lat.* tom. 73, col. 242.)

PACTUM cum dæmonibus initum omnino est illicitum et vitandum, 226 D, 228 A.

PAMBO anachoreta, cujus vita erat abstinentissima, 432 D, ab omnibus sensibus sæpe omnino fuit abstractus, 432 A'. (In *Vitis Patrum*, lib. VIII, cap. 40.)

PAPA ex consecratione sua non recipit novum characterem, sed in eo ampliatur character sacerdotalis et episcopalis, 646 D' et s. — In terris a Deo ipso institutus est Christi vicarius, 537 A', immediatus, 534 D, plenus, 540 D, et generalis, 568 B, Ecclesiæ caput secundarium ac vicariale, 564 C', imo triplicis Ecclesiæ, scilicet Ecclesiæ militantis universalis, 536 A, 563 D' et s., 617 A, 619 B, Ecclesiæ Romanæ, et generalis concilii, 568 A', 619 C, non tamen sui ipsius caput, 635 B'. An Papa sit Ecclesiæ caput accidentale, et Christus caput essentielle, 565 C et s. — Est paranymphus Ecclesiæ, 587 A', Sponsæ custos, 670 C, amicus Sponsi, 587 B', atque Ecclesiæ sponsus legitimus, 644 D', unicus, indivisus, 599 B, et integer, 644 C, non principalis, sed tantum vicariale, 648 B. — Cœlestis et terrenus imperator, 592 A', summus hierarcha, 596 A', 597 D, totius Ecclesiæ pontifex, præses, 534 D, prælatus, 535 B', iudex, 520 D, princeps et dux, 533 C, universalis Ecclesiæ constructor, robur et petra, 592 B', fons, origo et regula cunctorum principatum ecclesiasticorum, 544 A, 555 B', nunquam deficiet usque in finem mundi, 653 D. — Inter Deum et homines medius et sequester, 520 D, 534 D, pastor pastorum, 584 D', totius populi pastor, medicus, 520 D, purgator, illuminator et perfectior, 537 D', 541 B', 545 D', 604 D', pater patrum omnium, 540 D', et universorum fidelium, 561 C', est simul frater noster seu cunctorum fidelium, 562 A, ac filius ac minister Ecclesiæ, dum ipsa Ecclesia ejus est mater et domina, 560 A et s.

Sub Christo et secundum mensuram ac legem sibi a Christo præfixam, 534 C, 542 B et s., 604 D', 609 B et s., Papa præsidet Urbi et Orbi, 615 B', et habet super universalem Ecclesiam collective sumptam, 532 B' et s., 534 A', 541 B', 583 C, scilicet super Ecclesiam

tam Græcorum quam Latinorum, 590 C, et super quamcumque particularem Ecclesiam, 532 C', 536 C', 583 B' et s., virtualiter et præminenter, 569 B', unicam, plenam summamque jurisdictionem et potestatem, 537 D et s., 604 B' et s., 628 A, ut testantur tum sacra Scriptura, 585 C et s., tum sancti Patres tam Græci quam Latini, utputa, Origenes, 653 D, Dionysius Areopagita, 537 D, 538 A', Cyrillus Jerosolymitanus, 653 A', Cyrillus Alexandrinus, 586 B', 590 D, 591 B, 593 A', 653 B', D', Chrysostomus, 533 D, A', 590 D, 653 C', 634 A, Damascenus, 533 C', 592 B', Hieronymus, 652 C et s., 654 B', Ambrosius, 533 B', 652 C', Leo Magnus, 592 C', 593 B, 655 C, Gregorius Magnus, 534 A, 586 B', 587 A, 590 C', 614 D et s., 652 D' et s., Isidorus, 633 C, Bernardus, 534 D, 538 A, 586 A et s., 587 A' et s., 591 A', 593 A'; tum viri catholici doctissimique theologi, 584 C', 590 B, C, 654 B, puta, Cassiodorus, 654 A', Beda, 533 C', 590 A' et s., Theophilus, 533 D, D', 534 A, 590 D, 592 B', Anselmus, 591 C, Hugo de S. Victore, 538 D, 648 D', Alanus, 541 C', Alexander de Hales, 648 A' et s., 654 C', Thomas, 535 D' et s., 538 B, 540 B', 590 A', 591 B, C', 592 B', 593 A', 594 B, 645 C' et s., Bonaventura, 540 D', 587 C, 645 A', Albertus Magnus, 538 D, 590 D', Raimundus de Pegnafort, 538 B', 592 B', Jacobus de Voragine, 651 D et s., Ubertinus a Casali, 644 A et s., 645 A' et s., 646 D et s., Durandus de S. Portiano, 541 A, Durandus Campanus, 541 C, Petrus de Alliaco, 613 B, D, 615 C et s., 616 D' et s., 655 B, Joannes Gerson, 613 D, 620 D et s., 621 A' et s., 622 B et s., 623 B et s., Hieronymus de Praga, 654 C, Guigo I, Prior majoris Cartusie, 591 A', Ludolphus Cartusianus, 534 B; tum declarationes summorum Pontificum, 591 B', videlicet, Gelasii, 586 B', 587 B, Bonifacii VIII, 591 D' et s., 592 C et s., Clementis V, 635 A, 592 B', et Innocentii IV, 593 C; tum sanctæ Scripturæ expositores, 590 C, ut Nicolaus de Lyra, 541 C', et Nicolaus de Gorra, 541 D', præcipui expositores symboli Apostolorum, 655 A', sermocinatores, 655 C'; tum Summæ, ut Summa Pisana, 538 B', et Summa confessorum, 538 C'; tum Legendæ Sanctorum, nempe S. Alexii, 656 A, et S. Bonifacii episcopi Moguntini, 656 C; et ut colligere est ex verbis collectæ quæ cantatur die festi S. Urbani Papæ V, 656 C, ex argumentis theologicis, 583 B' et s., 594 C' et s., 595 B et s., 596 B et

s., 597C et s., 598A et s., 599A' et s., 600D' et s., 637D' et s., 659D et s., ex absurdis consecretariis contrariæ doctrinæ, 594C et s.

Unde, continens in persona sua primum, patriarchatum, episcopatum et ordinem, 569D', plenam super quamlibet ecclesiasticam personam potestatem habet, 532C'. — Solus potest totam Ecclesiam reformare, 520D, synodum generalem convocare, 520A', 571A', et celebrare, 539C, 604B; legem vel canonem generalem condere, 539C, quæ omnes obligent, 564B', 602A' et s., tam conjunctim quam divisim, 652C', ita ut non obediens, censeatur rebelles et mortaliter peccent, 602D', tametsi aliqui fidelium ex diversis causis ab observantia quarundam ordinationum papalium rationabiliter excusentur, 660C, demum consuetudinem Ecclesiæ circa religionem amovere, 539C. — Universalis dispensator spiritualium ac temporalium honorum Ecclesiæ, 614B, 664C', 665C et s., petere valet decimas decimarum, 648B', quia omnia Ecclesiæ bona possidet, et accipit inde quantum vult, 664B', 665A; ubique indulgentias dare, 602D', universales et plenas, 603A, quoad remissionem totius pœnæ satisfactoriæ, 603B, quia habet potestatem plenariam super thesaurum Ecclesiæ, 541A', 603A, 661B'; non potest tamen sibi ipsi indulgentias facere, sed potest indulgentiæ quam aliis facit, esse particeps, 661D'. — Solus quædam specialia expedire valet, quæ ceteri episcopi nequeunt, 538D', videlicet symbolum fidei edere, 571C, 572A, 604B, 616C, Sanctorum miracula approbare et eos canonizare, 276A', 430A, 540B, quædam relative ad vota et juramenta, 539B, et multa alia, 538D' et s., 569C'. — Pro suo arbitrio facultatem habet instituendi et destituendi omnem aliam potestatem intra Ecclesiæ corpus contentam, 539C, 569C', 647C, majorum prælatorum usum potestatis limitandi et arcendi, 646A'; concedendi præbendam et Ecclesiam non vacantem, 539C, pallium, 539A', quo solus semper et ubique utitur, 539B', et insignia episcopalia abbatibus, 540C. Solus quædam permittit vel prohibet relative ad statum religiosum, 540A, C. — Solus concedere potest presbyteris ut chrismare infantes in fronte, et omnes ordines, præter episcopalem, conferre valeant, 540D; diaconis ut diaconatum conferant et consecrent virgines, 540A'. Solus

potest concedere laico spiritualia, 540C, et licentiam consecrandi virgines, 540A'. — Judex ordinarius singulorum, 649A, fidei errores corrigit, 653A'; solus absolvit de quibusdam excommunicationibus, 539D, C', et simpliciter cognoscit, remota appellatione, 539D. — Solus habet plenitudinem dispensandi in tota Ecclesia in omnibus votis dispensabilibus, 645D', in criminibus, 539B, in juramento, 645D' et s., in irregularitatibus, defectibus et impedimentis, relative ad ordines, 539A', vel ad dignitates ecclesiasticas, 539B', 540A, in multis casibus quoad matrimonium, 540C; sed semper dispensare debet ex rationabili causa, 544A'. — Omnia potest ducentia ad evangelicæ legis adimplerionem, 618C, sed non valet dare novum evangelium, 609A. — An possit dispensare in his quæ sunt simoniaca, 581A, A', 583A, contra jus naturale et divinum, 582B', D', contra fidei articulos, 581B, contra præcepta Decalogi, 582D', contra statuta Apostolorum quorumcumque, 582C', contra generale statutum Ecclesiæ, 581B, contra quatuor concilia, 581B', contra votum solenne, 581D, B', 582C et s., contra juramenta voluntaria, 581C', in omnibus quoad matrimonium, 581C, A', præsertim in omnibus gradibus consanguinitatis, 581C, B', in omnibus irregularitatibus, 581D', 582A et s.

Habet etiam sæcularem potestatem plenam, 569B', in urbe Roma, 592A', et super omnes principes, 537C. Ordinatur Imperatorem eique tradit auctoritatem ad suum officium, 648C', scilicet ad puniendum maleficos et occidendum, 648B'. Potest regem malum judicare, 648D', inutilem regno privare, illudque alteri dare, Imperatorem deponere, ejusque electionem cassare vel roborare, 569C'.

An Papa sit supra concilium generale, vel concilium generale supra Papam, arduissima est quæstio, 532A'. — Juxta audaces, Papa non præest universali Ecclesiæ conjunctim acceptæ, 639D', ac proinde, concilium generale, absolute loquendo et in omnibus est supra Papam, 567A', 570B', 571C', 617D', 629C, 633A et s.: quod probatur ex sancta Scriptura, 546C; ex verbis summorum Pontificum, 550B', videlicet, Damasi et Zosimi, 550D', Cœlestini I, 551B, Leonis Magni, 551A, Gelasii, 550C', Gregorii Magni, 551C, D, Nicolai I, 551A'; ex testimoniis sancto-

rum Patrum, 548 C', utputa, Cypriani, 667 C, Hieronymi, 549 D', 551 A', Ambrosii, 549 B', Augustini, 549 D', 667 C, Isidori, 550 D', 551 B; ex verbis doctorum theologorumque catholicorum, videlicet, Thomæ, 549 A', 550 B, Raimundi et Ostiensis, atque Martini Poloni, 551 B', Petri de Alliaco, 550 C, 667 D et s., Joannis Gersonis, 550 C, 623 A' et s., 624 A et s., 626 A et s., 627 A, B', 630 B', 632 A, Durandi de S. Portiano, 549 A et s.; ex his quæ in gestis conciliorum generalium leguntur, 551 C' et s.; ex argumentis theologis, 553 D et s. — Juxta Eugenium IV, 575 C', et plures immoderatos, 627 B', Papa est absolute supra concilium generale: quod probatur ex sacra Scriptura, 554 D'; ex verbis Chrysostomi, 555 D', Thomæ, 555 C, A', C', Bonaventuræ, 555 B'; Durandi de S. Portiano, 555 A', Durandi Campani, 555 B', Petri de Alliaco, 619 A et s., et cujusdam præcipui concionatoris Basileensis synodi, 620 B; ex epistola ab Universitate Parisiensi scripta imperatori Germaniæ, 619 D' et s.; ex argumentis theologis, 534 B', 558 D' et s., 616 B', 617 B', 619 A et s.; ex absurdis consecrariis oppositæ propositionis, 660 C' et s. Unde Papa totum concilium mortaliter peccans potest corrigere et punire, 662 A, vel aliquas personas conciliares graviter peccantes, 662 C; nec est ipse accusandus, 650 C, neque judicandus a concilio generali, 548 A', 649 A, neque corripiendus, 548 C, neque deponendus, 552 D' et s., 644 D. — Tandem, ut moderatius dicunt alii, Papa est super concilium generale, 547 D et s., 617 D', in his quæ papalis prælationis mensuram concernunt, 567 D' et s., 570 C, et quæ ad suam pertinent cathedram, 612 C', 618 D et s., 626 A' et s., 627 A et s., 629 D, vel in his quæ ipsi concilio exstant accommoda, saluti proficua evidenterque bona, 618 A', 661 B, non in his per quæ generalis synodi bonum impediretur, 618 D, 620 C', 627 C. Idcirco, quum Papa non sit in fide et moribus infallibilis regula et indeviabile fundamentum, 570 B', propter hæresim vel peccatum quodcumque notorium, a concilio generali potest accusari, 548 A, corripri, 546 D', judicari, 539 D', 649 B, 665 D', 666 B, sed cum reverentia, pietate ac longanimitate, 649 D, et tandem deponi, 547 A, 573 A' et s., 647 D', 650 A, 651 A et s., 666 C'.

In quantum homo et christianus, 574 A, Christi servus, subditus, ovis et obedientia-

rius, 542 B', subjicitur legi naturæ, 542 C, 545 B', legi divinæ et evangelicæ, 542 A'; in quantum legislator, nulli ecclesiasticæ legi subjacet: decet tamen eum jura servare, 540 C, C'. — Similis aliis, mortalis et fragilis, 571 C', nec confirmatus in gratia, 558 B', potest peccare et aliquando peccat, 542 C, 545 A et s., 547 C. Unde cum metu et tremore salutem suam operetur, 670 A, et sæpius legat librum S. Bernardi de Consideratione, 670 A'; nam tenetur esse in caritate et gratia, 566 C. — In primis, se ipsum totius sanctitatis exemplar exhibeat, 542 A', 669 D', ut de abundantia suæ perfectionis cunctis influat, 670 D, et tanto ardentius Deum amet, quanto plura et præstantiora ab ipso beneficia est sortitus, 670 B. — Persona deviabilis et peccabilis, 629 B', non debet indigne ferre si caritative et fervide a viris virtuosis admo- neatur, 580 D, et a fortiori, generalis concilii reprehensionem cum humilitate ac docilitate recipiat, 580 D. Scribit se servum servorum Dei, 668 D', et vere scribit, 669 D, sed oportet ut talem se vere sentiat, ut sit Christi imitator, 669 C. — Habet sollicitudinem super Ecclesiam, non dominationem, 668 B'; dominus est, 668 D, non ex inordinato et tyrannico dominio, 668 D' et s., sed dominio evangelico, quod secundum evangelicam legem exercetur, 669 D; præsidet non ad dominandum, sed ad factitandum, 668 B'; præest ut prosit, non ut imperet, 668 C'. Coram Deo non potest sua auctoritate ad libitum uti, sed sapienter et juste, 544 C, et ministerium suum gerere tenetur cardinalium consensu et directione, 615 B'. — Zelo animarum succensus, 670 C, ferventissime Dei honorem debet exquirere, cultum augere, glorificationem optare, 670 B. Ad conversionem infidelium sub peccato tenetur mittere Evangelii prædicatores, 610 B'. — Debet invigilare clericis, sacerdotibus et religiosis, 580 B', prælatis et episcopis, 580 C'; pro illorum ac suæ curiæ et plebis reformatione, 670 D, die ac nocte orare, hortari, scribere, 669 C', indesinenter scrutari, tractare, dictare, 670 A', Ecclesiam reverenter et diligentissime custodire, 670 C, satagere ut generalia, imo et provincialia concilia frequentius celebrentur, 670 A', breviter, pro omnium salvatione fidelissime laborare, 670 C. — An possit libere renuntiare papatu, 647 D', negant aliqui, 648 A, sed rectius affir-

- mant alii, 648 B; et reapse plures Papæ illa dignitate cedentes, *laudati sunt*, 648 C.
- Ab omnibus audiendus est sicut Christus, nunquam spernendus, 609 D, sed verbo et opere honorandus, 609 A' et s. — Obediendum est ei, 572 B et s., in his quæ cathedram suam concernunt, 609 B; at si non maneat Christo subjectus, Christiani illi obedire non debent, 543 C', quia minimus fidelis major est Papa infideli, 574 B et s. — Ut adimpleat officia sua omnia, admonendus est cum humilitate et reverentia, 579 C', atque affectuosissime, 580 C', sed publice et instanter, si bono communi aut fidei immineret periculum, 579 C'. — Illi solvendæ sunt decimæ decimarum, 648 A'. — Forma scribendi Papæ humillima et reverentissima designatur, 656 B. — Cf. Apostoli, Cardinales, Cathedra, Concilium, Curia, Ecclesia, Episcopatus, Petrus.
- PARADISUS terrestris fuit habitaculum primum parentum, 285 B, et nunc est habitaculum Eliæ et Enoch, 402 B. — Cœlestis paradus, locus animarum ab omni peccato purgatarum, 394 C', est cœlum empyreum, 284 D', et capacitatem cujuscumque cœli mobilis ac terræ simul sumptorum excedit, 306 A. Figuratur Ecclesiam, extra quam nemo salutem percipit, 667 A. — Describitur purissimus Christianorum paradus, 284 C', 468 D', carnalis vero et spurcissimus Mahometi paradus, 243 C', 278 D', 281 A et s., 282 D', 284 A, C, 389 A et s., 467 C' et s., 494 D'. — Cf. Beatitudo.
- PARENS naturaliter appetit proles suæ profectum et prosperitatem, 412 B', atque filio thesaurizat, quia filii parentum heredes sunt, 300 B. — Quo parens et proles in complexione sunt similiores, eo est inter ipsos dilectio naturalis ferventior, 412 B; sed parenti reddi nequit a filio æquivalens, 454 C. — Primi parentes in justitia originali creati sunt, 417 C', ad obtinendam æternam felicitatem, 489 D, in gratia quoque gratum faciente, juxta multos, 417 D'; sed in paradiso transgressi Dei præceptum, inde ejecti sunt, 489 C. Quomodo peccatum originale justitiam perdiderint, et originale peccatum transfuderint, 261 A et s., 489 A' et s. — Cf. Filiæ, Filii, Mater.
- PASSIO Christi, in qua relucet Dei misericordia et justitia, 313 B, prædicta fuit a Daniele, 312 A, ab omnibus Prophetis, 312 C et s., et a Christo in Cœna, 421 A', atque ab Evangelistis quatuor concorditer descripta, 312 C'. — Ex parte occidentium fuit gravissimum scelus, ex parte patientis, salus hominum, 313 B', 423 A et s., 490 D', 491 A. — Cf. Christus, Salvator.
- PASSIONALE Sanctorum citatur de B. Maria, 456 A', et de SS. Petro et Paulo, 608 B, 637 C, D.
- PASTOR bonus gregis sui fundamentum quoddam et robur consistit, 674 C; debet suos subditos instruere, 229 A', corripere et corrigere, 243. — Malus pastor, in lupum versus, amicus inimicorum Christi et cooperator dæmonis, quam sit damnabilis, 515 A et s. — Papa est pastor pastorum, 584 D', et pastor humani gregis, 653 D. — Cf. Abbas, Episcopatus, Prælatio, Sacerdotium, Superior.
- PASTOR, anachoreta, cujus vita fuit abstinentissima, 432 D, ab omnibus sensibus sæpe omnino fuit abstractus, 432 A'. (In *Vitis Patrum*, lib. x, cap. 167.)
- PATRIARCHATUS dignitas ad Papam pertinet, qui est primas atque in omnibus principalis, 569 D'. — Patriarchæ in consecratione sua non recipiunt novum characterem, sed ampliatur in eis character sacerdotalis, 646 D' et s. — Per privilegium possunt concedere pallium, 539 A'. — Paucissimi sunt, dum plures sunt episcopi, 540 D'.
Patriarchæ, filii Dei et amici, 396 D, ab exordio mundi supernaturaliter instructi ut infallibiliter docerent homines de necessariis ad salutem, 614 B, fidem de Christo venturo saltem implicitam habuerunt, 266 D. — Habuerunt concubinas, seu uxores legitimas secundarias, 465 C, plures, 307 B', ex divina dispensatione, 308 A, 467 D, ut augetur Dei cultus in filiis virorum fidelium, 308 B, 463 B.
- PATROCLUS, Neronis pincerna, defunctus, a S. Paulo ad vitam reductus est, 426 A'. (In *Legenda aurea*, cap. 83.)
- PAULINUS (S.), Nolanus episcopus, citatur de B. Maria, 442 C. (*Migne Patrol. lat.* tom. 64, col. 415.)
- PAULUS (S.) apostolus, primo durissimus Christi fidelium persecutor, 426 C, mirabiliter conversus est et ad viam salutis directus, 316 D'. — Raptus fuit usque ad tertium cœlum, 83 D, 452 C, et vidit Deum per speciem, 366 A', in hac vita, saltem semel et ad tempus determinatum, 86 A', C', 87 C', 406 A'.

— Certus erat se in caritate perseveraturum, 108 D. — Zelo salutis animarum vehementissime accensus, 113 D', optabat ipse anathema esse pro fratribus suis, 114 A, 117 D et s. — Ephesi, ad bestias pugnavit secundum hominem, quo sensu, 627 C'. — Tanta fecit prodigia, quod ex contactu sudariorum et semicinctiorum ipsius sanabantur infirmi, 426 D. — In visione apparuit Constantino imperatori Christianorum persecutori, 248 C. — In faciem restitit Petro, utique non pro mortali, sed veniali peccato, 543 D', 554 B', et illum publice reprehendit, 580 A', quia Petrus gentes conversas fecit judaizare, 650 A. — Petrus et Paulus, principes Apostolorum pluraliter vocantur, 657 B, sed nunquam legitur Paulus princeps Apostolorum, 657 C. Major est Petro in actu prædicationis, 657 D, non tamen æqualis illi quantum ad dignitatem prælationis, 656 C' et s. — Cf. Apostoli, Petrus.

PAULUS (S.), primus eremita, cujus vita mirabilis narratur, 431 A' et s., et anima post mortem ab angelis in cælum translata fuit, 347 A'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 23, col. 25 et 26.)

PECCATUM est legis divinæ transgressio, 542 C.

— Peccata quum sint vulnera animæ, 438 A, et offensiones Dei majestatis immensæ, sunt enormitatis quasi infinitæ, 490 A', et tanto graviora quanto major est sanctitas et majestas illius in quem peccatur, 263 A', et excellentior dignitas delinquentis, 669 B'; pariter ex loco, tempore et circumstantiis aliis aggravantur, 206 B. Quamvis horrenda, tamen quum in consuetudinem venerint, parva ac nulla esse videntur, 207 A'. — Cuncta mortalia ab homine non possunt vitari, nisi cum grandi et continuo conatu interno, 294 C'. — Omne peccatum pœna est dignum, 477 A', et quidem mortale pœna inferni, 347 C, 436 B'. In hac vita, electorum peccata a Deo frequenter puniuntur per temporalia damna, 207 D'; peccata enim Christianorum causa sunt victoriæ Sarracenorum, 503, et peccata populi, causa tribulationum, 330 C, 503, 505 B, C'. — Etiam venialia peccata maculam ponunt in anima, 567 A, beatitudinem impediunt, 432 D', et puniuntur per purgatorium, 347 C. Sunt quotidiana, 567 A, 642 D, sed et quotidie variis modis et remediis deleri possunt, 642 A'. — Omnia peccata, etiam gravissima, a Deo condonantur,

310 C; quædam tamen dicuntur irremissibilia, non quia nequaquam remittuntur, sed quia difficulter et raro remitti censentur, 340 A', 477 D. — De primorum parentum transgressione, et originalis peccati transfusione in omnes eorum posteros, 261 A et s., exceptis Christo, 262 D, et B. Maria, 69 D et s. — Beatitudine æterna privata, 267 B'. — In Baptismo, ut olim in circumcissione, 268 D', omne peccatum dimittitur, actuale et personale ac originale, quoad culpam et quoad pœnam, 143 D, 267 C', 268 A, D'. — Luciferi peccatum fuit quod voluit Creatori inordinate assimilari, 322 B' et s.

PERFECTIO hominis consistit in plena conversione sui ad proprium Creatorem, sine reflexione et respectu ad proprium commodum, 282 B, et in ordinata assimilatione ejus cum Deo, 284 C. — Omnium creaturarum perfectiones in Deo sunt idealiter atque causaliter, 569 B'.

PERIPATETICI, Aristotelis discipuli, stultitiam ac ruditatem Epicureorum reprobaverunt, 468 C'. — Allegantur, 257 D', 379 C'. — Cf. Albumasar Maurus, Algazel, Alkindi, Aristoteles, Averroes, Avicenna.

PERSECUTIONES, in quibus multi innocentes opprimuntur et trucidantur, 548 B', a Deo propter scelera Christianorum permittuntur, 546 D, et christianæ fidei sunt argumenta, 498 B. — Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum, quo sensu, 444 D'.

PERSONA quælibet divina est æterna, increata, sancta et adoranda, 482 D. — Tres personæ sunt numero unus Deus, una natura, una essentia, una voluntas et unus intellectus, 482 A': quia in essentia communicant atque conveniunt, sed per relationes distinctæ sunt, 482 D', 483 A', 484 A; sunt igitur tres personæ, secundum quod personæ in divinis dicuntur relative, 482 B', nec una persona est alia, nec plures sunt una persona, 482 C'. — In Trinitate una persona procedit ab alia, et tertia ab utraque, 486 D, et tres personæ se invicem suavissime perfruuntur, 486 A'. — Ex conjunctione immediata animæ rationalis et corporis resultat persona, 487 C; similiter in Christo, ex unione divinitatis et humanitatis exsurgit una persona, quia humana natura ad esse hypostaticum Verbi assumpta est, 487 B, et una dumtaxat, quia humana natura Christi nunquam ha-

buit propriæ speciei personalitatem, 487 D, 488 C; sed ex duobus existentibus in actu personalis actualisque existentiae, non fit per generationem una persona, 488 C. — Cf. Christus.

PES non potest esse caput, 620 C, et si capitis officia zelaret, confusio et totius corporis ruina provenirent ex hac monstruosa æmulatione, 620 D. — Beatissimi sunt pedes Mariæ, quibus Christum bajulavit, 39 C. — Ad oscula pedum summi Pontificis reges et imperatores procumbunt, 630 B.

PETRUS (S.) apostolus, a petra sic dictus est, id est firmus, 631 D', seu fundatus, in fidei scilicet firmitate et in officii sublimitate, 632 A. Vocatur etiam Cephæ, quod significat caput, 617 A, 634 D, totius Ecclesiæ cum Christo robur et petra, 674 C, firmamentum, 653 C, saxum immobile, 634 C, et fundamentum, 670 C', 671 A, non primum et principale, sed secundarium, 674 B, ac columna luminis, 657 A. Homo passibilis, super omnes homines ordinatus est a Christo, 534 A, cujus primus confessor fuit, 653 D, et inthronizatus orbis terrarum doctor et magister, 533 D, D', os discipulorum, 533 A', sanctissimus vertex veri et apostolici chori, 636 C', archi-apostolus, 580 A', eximia et maxima theologorum summitas, 453 A, 657 B. præses totius Ecclesiæ, 533 C', quæ diffusa est in Africa, Asia et Europa, propter quod ter in anno celebratur festum de ipso, 631 C'. — Insuper, est totius mundi prælatus et princeps, 631 A', B', domus Christi universalis dominus, 632 A', et constructor, 533 C', Pontifex summus et episcopus Romanus, 643 A', atque in primatu Apostolorum martyrii gloria coronatus, 656 B', clavicularius regni, 653 D.

Ter interrogatus est an Christum diligeret, quoniam ter illum timidus negavit, 633 C'. — Præhonoratus a Dei Filio, 643 B, et præ ceteris reputatus dignus ipsius auctoritatis et jurisdictionis successione, 643 C, potestatem suam immediate accepit a Christo, non ab Ecclesia, 604 A' et s., 646 C', 652 B'; sed habuit sollicitudinem super Ecclesiam, non dominationem, 668 B'. — Quoad excellentiam et auctoritatem ceteros Apostolos superat, 646 B', 656 D, A', 674 D, quod probatur ex verbis Melitonis, discipuli S. Joannis, 636 D', Dionysii Areopagitæ, 657 A, Joannis Chrysostomi, Alexandri de

Hales, 636 C', Petri de Alliaco, 636 A', Petri de Tarantasia, 657 C', et Joannis Ruysbroeck, 637 B. Sedet enim in cathedra regali, quoniam princeps est omnium regum, 631 A', 652 B, 664 B', in cathedra magistrali, quoniam doctor est omnium Christianorum, 631 B', in cathedra judiciali, quia ad ipsum spectat iudicium omnium causarum, 634 C'. — Prius fuit Papa orbis quam urbis, 645 A', 646 C': quatuor enim annis tenuit cathedram Ecclesiæ, nullam sibi particularem Ecclesiam eligendo, et tunc sedebat ubicumque volebat, 643 A'; deinde Antiochiæ sedit annis septem, denique Romam transtulit sedem suam, 643 B'.

Die Pentecostes præ omnibus tam efficacissime prædicavit, quod tria millia Judæorum convertit, 671 B', et post modicum temporis, quinque millia, 247 C, 329 C', 671 C'; et innumerabilia miracula fecit, 247 C, 423 D'. — Ananiæ et Saphiræ culpam redarguit, jus potestatis suæ aperiens, 653 A, et verbo eos prostravit, 671 D'; volens Judæ proditori alium subrogari, determinative et auctoritative locutus est, 671 A'; principibus sacerdotum prohibentibus amplius prædicare, pro omnibus grandi auctoritate respondit, 671 C'; primus simoniam condemnavit, 583 A. — A Cornelio immoderanter honorari recusavit, 652 D', et Judæis ipsum argumentibus quod ad Cornelium introisset, respondit, 630 A. Quamvis etiam superior fuerit Paulo quantum ad dignitatem prælationis, 606 A' et s., 608 A et s., illius reprehensionem publicam patientissime tulit, 580 A', quasi oblitus sui primatus, 669 A', atque ita exemplum posteris tribuit, ut non dedignentur majores a posterioribus corrigi, 649 C. — Ipso ab Herode capto, protinus Ecclesia oravit sine intermissione pro ipsius liberatione, quod pro liberatione Jacobi non fecerat, 671 D'. — Quatuor concilia cum Apostolis celebravit, 509 C. In concilio Jerosolymitano, audita controversia de observatione legalium, quasi iudex definivit, 672 A, et Jacobo verba ejus confirmante, omnes concorditer assenserunt, 672 B. — Jacobum episcopum Jerosolymorum ordinavit, 643 B', 645 D', et in Roma multos episcopos, quos ad loca diversa direxit, 643 D'. — Confessarius forsan B. Mariæ, 443 C', aderat illius morti et assumptioni, 453 A et s., atque eam summe reverebatur ut Dei Genitricem et totius Ecclesiæ Matrem, 645 D. — Diem mortis

- suæ divina revelatione præcognovit, 451 A'. — S. Agathæ, ad illam sanandam apparuit, 429 B, necnon et Constantino imperatori, Christianorum persecutori, 248 C. — Cf. Apostoli, Concilium, Ecclesia, Papa.
- PETRUS, venerabilis et devotus pater, abbas Cluniacensis, allegatur de doctrina Alcorani, 275 A. (*Migne Patrol. lat.* tom. 189, col. 649 et 653.)
- PETRUS de Tarantasia (B. Innocentius V), Ord. Præd., citatur, 558 A', 593 B', 597 D, C', 608 D', 657 C'.
- PETRUS de Luna (Benedictus XIII), antipapa, contra quem scripsit Gerson, cancellarius Parisiensis, 622 C', 627 B'.
- PETRUS de Alliaco, cardinalis, 509 C, reverendus pater et doctor præcipuus, qui in Constantiensi synodo inclite floruit, 613 D, conscripsit librum de Reformatione Ecclesiæ, 509 A, et Vitam Petri confessoris (Cælestini Papæ V) tam eleganter quam devote edidit, 635 B. — Citatur, 509 D, B', 517 D, 550 C, 557 A et s., 613 D et s., 615 C et s., 616 D', 618 B', 619 A, 626 D, C', 627 B, D', 631 B', 632 B.
- PETRUS Lombardus. *Vide* Magister in Sententiis.
- PHILIPPUS (S.) apostolus, miracula fecit, quæ narrantur, 427 C. (In *Legenda aurea*, cap. 62.)
- PHILOSOPHIA naturalis in Scripturis sæpe invenitur, 77 C. — Philosophi irrationales fuerunt qui de Deo nil credere voluerunt nisi quod per rationem potest comprehendi, 257 D. — Erraverunt, quia ex consideratione eorum quæ fiunt in rerum natura, de his quæ christianæ sunt fidei judicaverunt, 492 B.
- PHILOSOPHUS quid de nobilitate carnis doceat, 23 D'. — Citatur, 27 B, D, 33 A', 90 A'. — *Vide* Aristoteles.
- PHOTINUS, Mesopotamiæ episcopus, hæresiarcha, B. Mariam contendeat non Deum sed purum hominem peperisse, 65 A', 243 A, 249 B, 413 C, 454 B'.
- PLATO, quem Augustinus nobilem vocat philosophum, 179 C, Epicureos reprobavit, 281 C, 468 C'. Citatur, 183 D, 289 C, 381 D.
- PLATONICI falso ponebant animas ante corpora esse creatas, 185 A'. — *Adde* 406 A.
- PLOTINUS, philosophus Platonius, citatur de Dei contemplatione, 180 D.
- PLURALITAS quædam a Christo decenter disposita et congrue ordinata format totam multitudinem Ecclesiæ, 564 C. — Pluralitas principantium mala est, 600 D et s., 634 C'. — Pluralitas uxorum permessa in lege Moysis, 308 A, 464 D', ob certas causas, 308 B, 463 B, a Christo prohibita fuit, 306 D', quia repugnat finibus quibusdam matrimonii, 306 D et s., 307 A et s., 464 D et s., 465 A, 467 B. Apud Sarracenos quam sit vitiosa, 464 B et s. — Plures Dii esse non possunt, 664 C, quia plura non possunt esse absolute perfecta, 481 A. — Pluribus intentus, minor est ad singula sensus, 578 C, 663 B'.
- POENA est quædam miseria, 396 D', et inter corporales omnes pœnas, pœna ignis fertur gravissima, 393 C'. — In terra a Deo infligitur suis dilectis, ne æternaliter condemnentur, 343 C. — Licet pœna exigi possit secundum ordinem juris, laudabilis tamen est quandoque propter Deum eam dimittere, 417 D. — Pœna inferni acerbissima est, 329 C, A', 478 D', et sempiterna, 341 C'; verumtamen non augebitur nisi post diem iudicii, corporibus damnatorum resumptis, 341 D', vel accidentaliter tantum augetur, quum hi quibus causa fuerunt damnationis, in infernum corruunt, 342 A. — Pœna sensus non est in limbo puerorum, 267 C'.
- POENITENTIA sincera indulgentiam semper obtinet, 310 C, quia peccata nostra vindicat, 438 A. — Usque ad mortis horam non est differenda, quia tunc rara est penitentia vera, 308 D', et post mortem non est possibilis, 309 A.
- PONTIFEX primus fuit Aaron, 107 A'. Cf. Episcopatus, Papa, Prælatio.
- POPULUS unus est per légis et regentis communionem, 659 B, D'; nec ullus aliter durat, quum sine rectore regi non possit, 654 C'. — Populus christianus, qui est unum mysticum corpus, 673 A', populo Israel succedit, 625 B.
- PORPHYRIUS, philosophus Platonius, libros conscripsit contra Christianos, 243 D, et Christi divinitatem negavit, 243 A'. — Citatur, 289 C, 452 C, 491 C'.
- PORPHYRIUS, militum princeps, visitans nocte S. Catharinam in carcere, ab illa ad Christum fuit conversus, 428 C'. (In *Legenda aurea*, cap. 168.)
- PORTA clausa figurat B. Mariam, 28 A', 31 D'. — Portæ inferi sunt hæreses, schismata et peccata per quæ itur ad inferos, 547 B. Non prævalebunt adversus Ecclesiam, quo sensu, 642 C'.

PORTATIO et ligatio ad collum alicujus partis Evangelii, vel **verborum (sacrorum, sæpissime** illicitæ sunt, 217C', 218B'; unde peccant qui talia portant, vel portanda docent, nisi tam simplices sint quod per ignorantiam excusentur, 218D'. *Cf.* Superstitio.

POTESTAS inferior aliquando ex toto oritur a potestate superiori, 537A; sed nonnunquam potestas superior et inferior oriuntur ex una quadam summa potestate, 537B. — Potestas centurionis est in potestate tetrarchæ, potestas subdiaconi in potestate diaconi, sed non convertitur, 604A. — Spiritualis potestas ordinare habet sæcularem potestatem, 648C', ipsam instituere ut sit, et judicare, si bona non fuerit, 648D'. An possit occidere, 648B'. — Septem potestates Apostolis a Christo datæ sunt, 537A, 604D' et s., 607B et s., 615C et s. — Quam sublimis et admirabilis sit Papæ potestas, 609A'; quo sensu sit restricta et simul plena, 609A et s.; quomodo ab ipsa omnis potestas ecclesiastica derivetur, 557A' et s. — Ad absolutionem duplex potestas requiritur, scilicet ordinis et jurisdictionis, 606A. — Per chlamydem regis potestas regni intelligitur, 649D'. — *Cf.* Apostoli, Papa.

POTUS non amplius sumatur quam utile est naturæ, et expediens animæ ad bene agendum, 295A'. — Potus vini, illicitus apud Sarracenos, 391B', 393C, non est in se illicitus, 297D', 298C, siquidem Christus, 297C', Patriarchæ, 297D', Apostoli et Prophetæ vinum potaverunt, 298A.

PRÆCEPTUM est de actibus virtutum implendis vitisque vitandis, 363A. — Præcepta moralia V. T., quum sint de naturalis dictamine rationis, manent in evangelica lege, 268A'; similiter præcepta Decalogi, quæ sunt indispensabilia, 582D'. — Præcepta Christi observanda sunt ab hominibus, ne disperiant in æternum, 294C, 418C'. — Evangelii præcepta et Alcorani sunt sibi invicem incompatibilia, 317B'. — Præceptum primum caritatis divinæ tribus modis exponitur, et tribus modis impletur, 415A et s.

PRÆDICATIO legem evangelicam in mundum introduxit et roboravit, 246A', 247B, D, C', 248C, 249B, C, 312C', 498A. — Prædicatores, qui sunt sal terræ et lux mundi, 415D, debent verbo et opere instruere et ædificare sæculares, 510D.

PRÆLATIO, ratione sublimitatis et requisitæ

perfectionis, ipsis summis Seraphim tremenda est, 669C. — In angelicis spiritibus exstat prælatio, 566C'.

Prælati in Scripturis vocantur dii, 365C, sal terræ et lux mundi, 415D. — Sunt capita subditorum, 564D', in quantum vicem Christi gerunt, 565A, C', et vicarii Dei ad defendendam exaltandamque Ecclesiam, 514D'. — Habent potestatem liberam, sed aliquantulum limitatam quoad personas et quoad peccata, 541D. — Tenentur esse virtuosus et irreprehensibiles, 351B, 511A, et ad eos spectat potissime sapientia quæ est donum gratiæ gratis datæ, 74D'. — Verbo et opere debent sæculares ædificare et instruere, 510D, inferiores retrahere a peccato, et hortari ad meliora, 566B', plebem sibi commissam purgare, illuminare, perficere, 617B', 641A, judicare in his quæ prælationem suam respiciunt, 617B'. — Ad hoc in officio collocantur, ut legem a suis faciant subditis observari, 658B'. — Cogitent semper omnes prælationes esse servitutes, 668D', se, quo in altiori sunt gradu, eo in periculosiori statu consistere, 379B', et sibi summopere confusibile et pœnale fore post hanc vitam in infernum demergi, 670B'. — Prælati mali a Christo dolenter reprehenduntur, 514C' et s.; per Balaam figurantur, verumtamen et ipsi honorandi sunt, 650B. — *Cf.* Abbas, Episcopatus, Pastor, Sacerdotium, Superior.

PRÆMIUM æternum datur pro temporali ac brevi tormento, 313C. — Præmium essentialiter et consummatum, est deiformis assimilatio Beatorum, 414A', seu beatifica visio Deitatis, 162D, 469B'; accidentale seu secundarium, quod potest crescere usque ad diem judicii, 342B, consistit in visione humanitatis Christi, 169D, 469B', deinde in contemplatione B. Mariæ, 169A', 469B'. — *Cf.* Beatitudo.

PRESBYTERI succedunt septuaginta discipulis, 615D'. *Vide* Sacerdotium.

PRIMAS. *Vide* Patriarchatus.

PRIMUM in omni genere ac ordine rerum, est maximum, et magis perfectum in genere ac ordine illo, 128A. — In ecclesiastica hierarchia, Papa necessario est quid primum, 594C.

PRINCEPS evidens est Dei imago in terra, 511C, et vicarius, 514D', suorum subditorum minister, 510D, et caput, 564D', in quantum Christi vicem gerit, 565A, C'. — Habeat omnes vir-

tutes, 513D', in heroico gradu, 511 D, præcipue justitiam, 511 A, 514 A, prudentiam, 511 A, 514 C, magnanimitatem, 514 C, liberalitatem, 514 C, et fortitudinem, 514 B. Ad repugnandum infidelibus non sit formidolosus, nec tardus, neque parcus, 514 B'; Deum diligat, 510 B; suam conscientiam plene discutiat et animam suam armet contra invisibiles hostes, 511 A'; uno verbo, sit supra hominem et omnino divinus, imo et semideus, 511 D. — In optimo regimine unus est princeps, 600 C: nam in eodem gradu non possunt esse duo principes non subalternati, 654 D'. — Habet auctoritatem super omnes sibi subditos, non solum divisim, sed etiam conjunctim acceptos, 657 D' et s.; aliter non posset eos ad finem bonum dirigere, 639 A. — Gubernat pro bono spirituali suorum subditorum, 510 B, et curet universos reformare, 503, 512 A'. — Ut habeat multos oculos intellectuales, associet sibi multos sapientes, quorum utatur consiliis, 578 A'; quum immincant adversa, 508 B, consulat de modo præliandi adversus perfidos, 506 C', ne sit quasi Deum tentans, 506 B'. — Procu-ret ut generale concilium celebretur, 508 C, 510 C', et ne differat tam necessarium et saluberrimum illud bonum, 508 D, 509 D'; qui autem concilium prohibet aut impedit, canonicis pœnis subjacet, 667 C'. — Turcas sine Dei auxilio expugnare non præsumat, 520 C'. Igitur ante prælium deplangat culpas suas et Deo satisfaciat, 513 C'; ut mereatur in præliis triumphare, satagat habere pacem cum Deo, 506 D', et ejus misericordiam imploret, 508 C. Ab exercitu sceleratos homines excludat, 511 C' et s., et non eos in adjutorium scienter assumat, 512 A'. — Non habet jurisdictionem super ecclesiasticum statum, 510 B'; debet tamen esse sollicitus de reformatione clericorum, 510 A'. — Malus princeps a Christo dolenter reprehenditur, 514 C' et s.; negligens circa regnum vel circa hæresum extirpationem, a Papa potest deponi, 510 B. — *Cf.* Imperator, Regnum, Rex.

PRIOR. *Vide* Abbas, Pastor, Prælatio.

PROCESSIO Spiritus Sancti a Patre et Filio, quam Græci schismatici negant, 646 B, qualiter intelligenda sit, 258 C, 483 B.

PROCESSIONES Ecclesiæ in quibus corpus Christi, imago B. Virginis vel reliquiæ Sanctorum circumferuntur, 200 C, ortum ex V. T. sumpsisse videntur, 199 C', et figuratæ

sunt per deportationem arcæ Dei, 200 D, et tabernaculi Moysis, 200 A', quæ etsi inanimata et lignea, 201 B', deferebantur cum magna reverentia et ordinatione, 201 B, cum devotione et spirituali jucunditate, 201 C, absque carnali potatione et fabulatione, 201 D. — Institutæ sunt a sanctis Patribus, 200 C', ad commemorandum processionem qua Christus feria v^a eduxit Apostolos de cœnaculo Jerusalem in Bethaniam, 200 B', ad removendum ritum gentilium, qui faciebant idolis processiones, 200 C', et ex aliis causis, 200 B'. — Quam devotissime ac decentissime fieri debeant illæ processiones, 201 A, in quibus deferuntur sacramenta Christi et Sanctorum reliquiæ, 201 B', 203 B, et quam enormiter peccent qui in his processionibus dissolute se habent, et superstitione se gerunt, 201 C', 203 A, B, A'. — Istæ inordinatæ processiones condemnantur in Jure, 203 C', quia Christianos a Deo elongant, 203 C', devotorum salubres meditationes impediunt, 203 D', et paganorum consuetudines renovant, 204 A. Insuper reprobantur a sanctis Doctoribus, præsertim a Hieronymo, 204 D, 205 A, Damasceno, 204 D', Augustino, Bernardo, 204 B', et Thoma, 204 C'. Denique Deo et Sanctis displicent, 203 B, 207 C: quod probatur per auctoritatem Christi, 205 C, Isaiæ, 203 D, 206 A, Malachiæ, 205 A', Amos et Michææ, 205 C', Zachariæ, 206 B, Jeremiæ et Ezechielis, 206 C. — Processiones a communitate agendæ sunt ut patronus in civitate singulariter honoretur, 206 C, sine abusionibus, 206 D, sine choreis et potationibus, 206 A', quamvis consuetudo contraria vigeat, 206 B', quia ista consuetudo non minus quam pernicioza corruptela est abscindenda, 206 C', 207 C, et veritati postponenda, 206 D', quantumcumque sit antiqua et divulgata, 207 A, tanquam juri naturali, divino ac positivo contraria, 207 C. — Quidquid enim temporalis lucri ex his ovenire videatur civitati, 208 C, timendum est ne simul afferant retributionis gloriæ eternæ jacturam, 208 D; e contra, cum debita devotione peractæ, cœlestis præmium bonaque temporalia multo majora mererent, 208 C'.

PROCLUS, philosophus Platonicus, in Elementatione sua theologica subtilissime philosophatur de rei bonitate, 600 A'.

PROPHETIA quomodo nostræ fidei argumenta præbeat, 244 D' et s. — Prophetæ, amici et

filiis Dei, 396D, multi erant sub Samuele, Elia ac Eliseo, 407C. — Ex officio debebant jejunare, prædicare et orare, 273D'; divinis contemplationibus immorabantur et delectabantur, 351C. — Proprias suas visiones, Deo iubente, scripserunt, 368B, propter utilitatem, 519C'. — Supernaturaliter instructi, ut de necessariis ad salutem homines docerent, 611B, et a Deo missi, ut ad penitentiam infideles invitarent, 341A', trinitatem personarum in Deo insinuaverunt, 92B et s., 255A et s., habuerunt de Redemptore fidem, 266D, et multa de Christi adventu prædixerunt, 266C', 497B, præsertim de ejus divinitate, 497C, et passione, 312A, C, et de conversione omnium populorum ad fidem christianam, 327D'. — Annuntiabant Judæis tribulationes eis propter peccata imminentes, nisi se emendarent, 330C. — Christus fuit propheta, 421A'. Quomodo falsi prophetae sint lupi rapaces, 418A'.

PROPHETIATORIUM figurat B. Mariam, 31C'.

PROVIDENTIA Dei usque ad minima quæque pertingit, 506C, 512B'; itaque in bello sine ea non cadit quisquam, et ipsa triumphum confert, 506D. — Absque justa causa nil mali fieri permittit, 521C'. — Specialis providentia plebem Israeliticam gubernavit, 585A'. — Cf. Deus.

PRUDENTIA virtus est intellectualis, cujus actus est consilium, 579B, nobilior quam fortitudo, 514D, docens quid agendum, quid cavendum, atque ad agenda inclinans, et cavenda abhorrens, 97D. — Habet tres partes, scilicet memoriam præteritorum, intelligentiam præsentium et providentiam futurorum, 508A'. Præcipue principi convenit, 514A, 514C, 579C. — Qui docilitate carent, vera prudentia privantur, 593D'. — « Prudentes » nonnunquam vocantur superbi, qui in oculis propriis magni et docti sunt, 531B. — Cf. Discretio.

PSALMUS. Vide David.

PTOLEMÆUS (Claudius), astronomus summus, 223B, et eruditus, 376B', allegatur, 56C.

Q

QUANTITAS sola in Eucharistia sine subjecto consistit, atque in ea accidentia cetera fulciuntur, 493B.

QUINTIANUS iniquus iudex et atrox persecu-

tor S. Agathæ fuit, 429A et s. (In Legenda aurea, cap. 39.)

R

RABANUS (B.) Maurus, Moguntinus episcopus, citatur, 185A, 547D', 558B, 585D.

RACHEL, in Scripturis de eximia pulchritudine laudata, minus fuit formosa quam B. Maria, 61D.

RAIMUNDUS (S.) de Pegnafort, Ord. Præd., jurisperitus, citatur de superstitione, 203A, 218C', et de auctoritate Papæ, 538B', 540A', 552D', 564B', 573D, 592B', 602D, D'. (Acta SS. die xxiiiith Januarii.)

REBECCA, licet eximie pulchritudinis, minus formosa fuit quam B. Maria, 61D.

REGINA reginarum incomparabilis est B. Maria, 105A', et regina misericordiæ, 124C'. — Reginæ sunt animæ sanctæ et perfectæ, 105C.

REGNUM est politia, vel expressius congregatio communitatis perfectæ sub uno bono, 622D', juxta leges suas bonas pro republica, 623A, dum aristocratia est communitas perfecta sub paucis bonis, bonum reipublicæ per suas leges intendentibus, 625B', et democratia est communitas perfecta sub pluribus bonis, 625C'. — Regnum refertur ad regem, quemadmodum servus ad dominum, 598C, et totum regnum collective sumptum subjicitur regi vi et jurisdictione ejus, 598B'. — Diversa regna in unum regnum non coeunt, nisi in una lege unoque rege communicando, 598D. — Regnum propter peccata hominum a Deo punitur per aliud, 505A, et a gente in gentem transfertur, 505B. — Regna plurima et maxima a fide Christi corrueunt per violentiam Sarracenorum, 498A. — Regnum cœlorum designat patriam Beatorum et Ecclesiam militantem, 598B. — Cf. Imperator, Princeps, Rex.

RELIGIO dicitur a relegando, quoniam mentem a caducis relegat, 127D. Virtus est moralis, pars justitiæ, cultum et cærimoniam Deo offerens, 126C, cujus actus sunt: orare, adorare, laudare Altissimum eique sacrificium offerre, 126D. Consistit in medio inter duo vitiosa extrema, 202D'.

RELIGIOSUS est homo defunctus mundo et Deo consecratus, 582C. — Sæculares verbo et opere debet instruere et ædificare, 510D; reformatus, pro principibus eorumque politiiis

- efficacius orabit, 540C'. — *Cf.* Abbas, Monachus. www.nachusool.com.cn
- RELIQUIÆ** Sanctorum venerandæ sunt, 201D', sine superstitione, 202A, 203B, sine insolentiis vel dissolutionibus, 202B, 203A, sed cum vera religione et per opera virtuosa, 202B', cum ingenti devotione et spirituali jucunditate, 202B, quia fuerunt olim templa Spiritus Sancti et instrumentum virtutum Sanctorum, 202C, qui sunt amici, filii et heredes Dei, 202A', quia per copiosa et præclara miracula a Deo ornantur et extolluntur, 202D, et sunt tanquam fontes salutare per quos Christus irrigat nos multiformibus beneficiis, 202A', quia per eas dæmones abiguntur, infirmi curantur, tentationes et tristitiæ dissolvuntur, 202B', Sanctis sic ostendentibus gratissimum sibi esse suas reliquias decenter honorari, 202C. — Licite portantur ad collum aut aliter pro sui custodia, ex fiducia Dei et Sanctorum, 217D. — *Cf.* Sancti.
- RENATUS** presbyter a Leone Papa I deputatus fuit ad præsidendum Ephesinæ synodo secundæ, 376B.
- REPUDIUM**, in Alcorano permissum, 298B', olim Judæis permissum est propter eorum duritiam, 299D, et ad vitandum deterius malum, 463D; sed a Christo prohibitum est, 298D', 306D', sub pœna peccati mortalis, 299A', tanquam sceleratum et impium, 462B', ob multas rationes, 299B', 300A', C', 301A, B'. — *Cf.* Alcoran, Matrimonium.
- RESURRECTIO** mortuorum fiet in sonitu tubæ, 397D', celerrime ac momentanee, 398D. — Omnes resurgent in ætate virili, 329D, in pristino sexu, 469C', sed non cum eadem statura, 389B', neque eadem pulchritudine, neque eadem vultus physionomia, 389C'. — Resurrectio Christi ab ipso in Cœna prænuntiata, 424A', describitur, 424D' et s.
- REVELATIO** est donum gratiæ gratis datæ ad communem utilitatem, ideo publicanda est prout causa requirit et expedit, 549C', 522C, hujusque manifestatio non vanitati, sed virtuti est adscribenda, 523B. — Non solet fieri in medio hominum, sed in solitudine, 522D'. — Recitantur quædam revelationes S. Brigittæ de B. Maria, 23C, 29B, 41D, B', 48A', 52C, D, 57D et s., 90A, 132D, 146C', 156A', 157C et s., quæ non semper concordant cum revelationibus S. Elisabeth, 157B; item tres revelationes de statu lamentabili Ecclesiæ Dionysio Cartusiano factæ, 547C', 549D', 522D'.
- REX** in regno habet plenitudinem potestatis, 598A', super totam communitatem, sed a tota communitate potest aliquando judicari, 667A'; ordinarie tamen, quum sit omnibus superior, a solo Deo judicandus est, 649A'. — Ad hoc in suo officio collocatur, ut legem a suis subditis faciat observari, 638B'. — In lege institutus fuit unus rex, 654D', quia regium regimen, in quo unus singulariter principatur multitudini juxta virtutem, melius est, 625A. — Rex sapiens populi est stabilimentum, 671C, quia non proprium bonum principaliter, sed commune bonum intendit, 623A. — Propter sua peccata accidit reges superari et irreverenter tractari, 505B. — Rex et regina ab eodem principatu, regno ac dignitate denominantur, 466A'. — Rex Franciæ Parlamentum instituit, a quo judicari non refugit, 625A', in aliquibus casibus, 666A. — Ex consideratione stupendæ papalis potestatis, omnes reges ad osculum pedum Papæ procumbunt, 630B. — *Cf.* Imperator, Princeps, Regnum.
- RICHARDUS** de Mediavilla (Middletown), Ord. Min., qui Doctor solidus appellatur, de Papæ auctoritate citatur, 582B'.
- ROBERTUS**, monachus, S. Bernardi cognatus, ab Ordine Cisterciensium rigorosiori ad Ordinem Cluniacensium leniorem transiens, carpitur, 545A.
- ROMA** non potuit duos reges simul habere et fratricidio dedicatur, 654B'. — Superna dignatione effecta est caput et fundamentum christianæ religionis, 656B, et ratione apostolicæ Sedis quæ ibi est, domina mundi vocatur, 651A'.
- Romani pagani in libris Machabæorum laudantur, 600C, et propter virtutes suas monarchiam obtinuerunt, 507B'. — Putabant idololatriam suam esse justam, quia multos obtinebant triumphos, 208A', ideo atrocissimam persecutionem Christianis undique intulerunt, 248A. Deinde, legi ac fidei Salvatoris suum collum humiliter subjecerunt, 248B, sed principibus eorum Ariana hæresi infectis, Catholicos in exilium relegaverunt aut occiderunt, 248D'.
- RUBUS** sine læsione ardens B. Mariam figurat, 28D, 34D'.
- RUYSBROECK** (Joannes), vir magnæ illumi-

nationis, 487B', 657B, citatur de ecclesiasticis dignitatibus, 669B.

S

SACERDOTIUM est officium et servitus, 669C.

— Sacerdos habet ordinis seu consecrationis potestatem, 556C, qua tam plene potest quidquid possibile est circa consecrationem corporis Christi, sicut episcopus vel Papa, 647B, et quam impossibile est ei auferre, 647A. — Cum licentia summi Pontificis potest etiam chrismare infantes in fronte, chrisma conficere, et omnes ordines conferre, præter episcopalem, 540D. — An facultatem habeat episcopum suum excommunicandi, si fecerit in sua parochia occultum furtum, 666B'. — Cultu dulciæ honorandus est, 327C, non tanquam verus Deus, aut Deo æqualis, sed tanquam ejus vicarius, 327B. — Reformatus, pro principibus et eorum politiis efficacius orabit, 540C'. — Reprehenduntur a concilio Toletano sacerdotes synodum negligentem, 667C'. — In Ecclesia unus est summus sacerdos, 654D', successor et vicarius Christi, 536D, qui est verus sacerdos, 536C. — Cf. Presbyteri.

SACRAMENTA. In nova lege sunt septem sacramenta perfecta, 268D', seu vasa medicinalia spiritualis medelæ contentiva, et Christi meritum hominibus applicantia, 267D': quorum tria, scilicet Baptismus, Confirmatio et Ordo, characterem imprimunt, 646B', et nunquam super eandem personam reiterantur, 646C'.

SÆCULUM præsens nequam, tentationum procellis plenum, recte vocatur mare, 599B'. — Sæcularia ad spiritualia ordinantur, 648D'.

SALOMON præclaræ fuit sapientiæ, 59A, 453D', sed minus sanctus quam David, Elias et Moyses, 370A. Ad tempus exstitit totus carnalis, quapropter a Mahometo laudatur, 370A; pœnituisse tamen creditur, 370B, licet de ejus salute ambigatur, 593C. — De B. Maria multa in Cantico vaticinatus est, 31B', quam etiam figurat ejus thronus, 31D'. — Citatur de Verbo Dei, 256A, et de sapientibus, 611A et s. Ejus verba explanantur: Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, ibi erit, 309A.

SALVATOR. Christus est mundi salvator unicus, 99A, 266A, 267B', et necessarius, quia genus humanum salvatore indiguit dignita-

tis immensæ, 262D, 263B, 490A et s.; quapropter nullus salvari potest nisi credendo in Christum, 265C', 297A', fide saltem implicita, 266D, et evangelicam legem servando, 266B. — Cf. Christus, Generatio, Humanitas, Passio, Verbum.

SAMSON, judex Israel, cujus per angelum Deus prænuntiavit conceptum, nomen, officium, gratiam et vitam, 46D', a matre sterili fuit genitus, ad insinuandum quod futurus erat filius gratiæ potius quam naturæ, 28A.

SAMSON (S.), Dolensis episcopus, quatuor mortuos suscitavit, 430C', et alia miracula fecit, 455B. (Acta SS. die xxviii^a Julii.)

SAMUEL, ultimus judex Israel, per votum et repromissionem a matre sterili genitus fuit, 28C, ad insinuandum quod futurus erat filius gratiæ potius quam naturæ, 28A.

SANCTI in Scriptura vocantur amici Dei, 396D, et dii, 348B, propter excellentem quamdam participationem divinæ causalitatis, 363C. — Multi in hac vita beatitudinem cœlestem prægustabant, 284D, in tantum quod a sensibus exterioribus alienabantur, 284A', secretissime cum arctissima devotione Deo immediate colloquentes, 362B', et tamen nullus eorum, præter Christum ejusque Genitricem, hanc vitam sine veniali culpa transegit, 347D. — Egerunt miracula in V. T., 497A, et multo plura et majora in N. T., 497B, tam in vita quam in morte et post mortem, 276D, 498B'. — A Deo adversitatibus afflicti, ad majorem in gratia profectum, 385A', 396B, aliqui a dæmonibus corporaliter flagellati sunt et acerrime læsi, 344A, aliqui vero ab alto præcipitati, ab omni læsione servati sunt immunes, 325D'. — Hæreses per exemplarem vitam ab Ecclesia extirpaverunt, 249C, et eam reformaverunt, 249A'. — Quidam ad corporalem refectionem quasi ad carcerem accedebant, 449D'. — Multi vinum biberunt, 297D' et s.; aliqui autem ab illo se abstinerunt, 298C. — Usque ad Christi passionem in limbum inferni descenderunt, 262A' et s., a gloria æternali retardati, non quidem pro propria et personali culpa, 262D', sed propter reatum originalis peccati, 262A'; in N. autem T., multi sine pœna intermedia de corpore ad regnum cœlorum perveniunt, 347D. — Post judicium generale, omnes ascendent cum Christo in alta cœlorum, 386A,

scilicet in summum cœlum empyreum, ubi erunt cum Deo in sempiternum, 285 A. — Quandonam necessarium sit servare quod dicunt Sancti, 593 C. — A Sarracenis non fuit productus unus sanctus, 276 B'. — Cf. Beatitudo, Reliquiæ.

SAPIENTIA increata est Deus, a quo omnis sapientia quæ ipse non est, fontaliter manat, 67 A. — Sapientia Dei Patris est Christus, 67 B, qui in hunc mundum venit, ut hanc sapientiam nobis communicaret, 67 A'. — In Ecclesia invenitur increata et æterna Sapientia, 409 A', sapientia creata infusa, 409 A', et sapientia acquisita, quæ est divinarum Scripturarum notitia, 409 B'; ex quibus nulla in infidelibus reperitur, 409 A, B'. — Sapientiæ donum primum est et altissimum donorum, 439 B', hominem Dei consiliarium ac secretarium efficiens, 439 B', et per quod mens cognoscit et contemplatur cum gustu interno Deum atque ea quæ Dei sunt, 73 C. Tres habet gradus, 73 D, et quanto quis in caritate exstat perfectior, tanto in hoc dono eminentior esse censeatur, 73 A; et quia ubi fuerit humilitas, ibi et sapientia, 73 B', B. Maria universis Sanctis post Christum in dono sapientiæ exstitit major et splendidior, 73 A'. — Sapientia laudatur in Scriptura, 177. — Quid sit sapientia quæ est donum gratiæ gratis datæ, 74 C', et quæ ad doctores et prælatos potissime spectat, 74 D'.

Sapientes sunt sanitas orbis terrarum, 578 B', doctores catholici et magistri nostri, 611 A'. — « Sapientes » quoque vocantur aliquando superbi, qui in oculis propriis magni et docti sunt, 531 B.

SARA, Tobîæ uxor, quæ nunquam cum ludentibus se miscuit, 23 A, B. Mariam figurat, 32 A.

SARRACENI, filii hujus sæculi, perfidi, 65 D, carnales, ambitiosi, avari, 276 D', infinitisque ac gravissimis sceleribus pleni, 301 C', 308 A', inter quos nunquam fuit unus sanctus, 276 B', et qui ad religionem suam non attrahunt nisi pecorinos homines, 279 A, non debent gloriari, quasi Deo placeant, quia vicissim prævalent Christianis, 315 A', propter eorum peccata, 498 C, 503, et mutuam discordiam fidelis populi, 523 A', et alias causas, 512 C' et s. — Tanquam unius Dei cultores, virtutes naturales et acquisitas habere possunt, 507 B', et interdum victorias

temporales Deus eis concedit, 507 C', etiam injustissimam causam habentibus, 512 C'. — Maximas partes Asiæ cum tota Africa occupantes, 275 A', atque sanctum Sepulcrum detinentes, 509 A', per violentiam a plurimis regnis fidem christianam extirpaverunt, 498 A. At, quamvis in mundo catholicam religionem minoraverint, 327 D', non tam copiose diffusi sunt per orbem terrarum sicut Christiani, 446. — Græcorum imperium jam pene destruxerunt, 509 A', urbem Constantinopolim vastarunt, 509 B'; Græcos dure opprimunt et in captivitatem redigunt, 516 B', infantulosque eorum ad infidelium terras transmittunt, ut legem Mahometi addiscant, 524 C'. — Mille dolos contra Christianos cogitant et eorum interitum machinantur, 516 A'; imo præsumunt se Romanam Ecclesiam ac Romanum imperium suæ ditioni subjecturos, 507 B, 509 A', 516 C'. — Olim, Hispaniam, Franciam et Germaniam impleverunt, 507 D, sed Deo auxiliante, 507 A', a Carolo Magno expugnati sunt, 507 D. — Nunc prompte, audacter et jucunde sunt repellendi, 513 D' et s., 516 C'.

Cum Christianis in multis concordant, 237, et valde defendum est quod non omnino concordant, 232 C'. — Magnificat Abraham et Moysen, 405 A, S. Annam, 23 C', 242 D, S. Zachariam, 23 D', et B. Mariam, 23 B', 24 A, 239 A' et s., 240 C', 242 B', 282 D; affirmant Jesum Nazarenum esse Messiam, 24 A, virum optimum, 23 B', sanctitatem Joannis evangelistæ plurimum extollunt, 233 A, 313 C'. — Libris Moysis et ceterorum Prophetarum firmiter credunt, 233 B; fatentur Evangelium desuper Christo collatum et legem Christi esse divinam, 246 C, 249 D', 253 B, 286 A; sed contendunt in multis sacras Scripturas a Christianis esse inficiatas, 286 A, C, 449 C', 456 A'. — Negant trinitatem personarum in Deo, 286 B, Christi divinitatem, 24 A, 286 B, passionem, mortem, 65 A', 286 B, et resurrectionem, 286 D'. De Sacramento altaris derident Christianos, 491 C. — Statuunt beatitudinem post hanc vitam in carnalibus delectationibus, 280 D' et s. — Confutantur errantes circa Trinitatem, 250 B et s., 255 B et s., 256 C et s., 258 A' et s., 260 D', circa Christi divinitatem, 233 C et s., 234 A et s., 412 C et s., 454 B' et s., circa spurcissimum paradysum in Alcorano promissum, 281 C et s., 282 A et s., 283 A et s.

— Docentur de authenticitate et integritate sacræ Scripturæ, 286 D, 287 B, D, A', D', 288 C, 452 B', 456 C et s., de Dei incomprehensibilitate, 256 C' et s., de processione Spiritus Sancti, 258 C, de generatione Verbi, 257 A' et s., de Christi annuntiatione, conceptione, 410 C, nativitate, 411 B, præsentatione, 411 A', baptismo, 411 C', passione, morte, 423 A et s., resurrectione et ascensione, 424 D' et s., et de Sacramento altaris, 491 D et s.

Non sunt veri filii Abrahamæ, 266 B', quia non observant circumcisionem juxta legem Patriarchæ a Deo præscriptam, 269 A, A', 292 D', 474 B'. — Increduli et extra Ecclesiam, non habent caritatem Dei infusam et supernaturalem, 292 A', non regenerantur ex aqua et Spiritu Sancto, et sunt in statu æternæ damnationis, 237, 267 A, 292 A'. — Orationes faciunt et eleemosynas, quæ non sunt meritorie apud Deum, 277 A; imo sæpissime graviter peccant, 285 C', quoniam eorum opera etiam in se bona, mala intentione et perfido fine fiunt, 285 D'. — Veris Christianis vere dilecti, 303 B, ex mera compassione, 316 B, 328 B, invitantur ad Evangelium Christi æquendum, 267 A, 317 C, 324 C', 359 A, 361 A', 413 A', 418 C', 442 A, quod ex præcepto divino tenentur amplecti, 293 C, 294 C, 297 A', 301 C', 308 A', 313 C'; et quia magis indocti sunt quam infideles, admonentur ut ad Ecclesiam confugiant, 409 A et s. Legant Scripturas, et multa mendacia esse in Alcorano contenta conspicient, 293 A', 303 C, 312 D', 334 C, 339 A'. — Viis in concilio generali propositis reducendi sunt, 668 C. — Sacro Baptismate renati, æternam beatitudinem consequentur, 269 B', 317 A', quia ab universis peccatis purgabuntur, et gratiam donaque Spiritus Sancti accipient, 292 B'. — Cf. Alcoran, Mahometus, Turcæ.

SATANAS frequenter in specie Christi Sanctis apparuit, ut eos deciperet, 314 A. Cf. Dæmones, Diabolus.

SCANDALUM a Christo prohibetur, 351 A, 420 D'. — Quam sit damnabile, 415 B'.

SCHISMA nullum est quod non aliquam sibi hæresim confingat, ut ab unitate recte recessisse videatur, 662 D'. A concilio generali extirpatur, 578 C'. — Ne sit schisma, quod a S. Paulo prohibetur, 658 D', oportet fieri finalem reductionem omnium ad unum supremum, scilicet Papam, 622 B'. — Schisma Græcorum post quingentos annos, et schi-

sma Armeniorum post mille annos, in concilio Ferrariensi finita sunt, 576 D'.

Schismatici vocantur qui auctoritatem Papæ negant, quasi divisores ecclesiasticæ unitatis, 564 A', 662 A' et s.; peccant contra articulum fidei quo creditur Ecclesia sancta esse, una et catholica, 589 A'. — Rationibus in concilio generali propositis reducendi sunt, 668 C.

SCOTUS (Joannes Duns), O. M. theologus, Doctor subtilis, citatur de rationali anima, 185 C'.

SCRIPTURA N. et V. Testamenti miraculis antea inauditis roborata, 287 D, D', fidei nostræ argumenta præbet, 244 D' et s., maxime de divinitate et humanitate Christi, 252 C', ac de eminentia S. Petri apostoli, 671 D et s.; et quo plus Scripturæ testimoniis omnis sententia confirmatur, eo facilius creditur, 590 B. — Complementum est spiritualis sanitatis, et medium docet inter diversos errores, 618 C'. — Multa continet quæ ad naturalem philosophiam spectant, 77 C. — Toti aliquando quod partis est adscribit, 88 D'. — Sanctos Apostolos, iudices et prælatos, appellat deos, 318 B, 365 B, atque angelos, spiritus, 323 C'; sanctitatem hominum per plenitudinem eorum vitæ designat, 347 B; per montes intelligit cælos, 377 C; per cælum, angelos et cæli incolas, 382 C', per concubinas, uxores secundarias, 465 C. Multipliciter aliquid dicit caput, 565 B; adorationem extense accipit pro veneratione dulciæ, 327 D et s. — Illa dumtaxat Scriptura sacra habenda est quam Ecclesia sacram esse declaravit, 548 D'. Nunquam ab Apostolis inficiata fuit, 287 A, neque a Christianis, 286 B et s., sed a Judæis excæcatis et perfidis sæpe perperam intelligitur, 254 C, et ejusdem proprius textus corrumpitur, 254 D, 286 C. — Integre credenda est juxta expositionem Sanctorum, 314 B', quia divinitus revelata, nec unum potest mendacium continere, 462 C. — Melius intelligitur per puritatem cordis quam per multos libros, 76 A; unde clarius penetrabatur a B. Maria et ab Apostolis, 75 A et s. — Omnes translationes Scripturæ ad invicem concordant, 457 B. — Translatio Chaldaica citatur, 235 D', 346 D.

SECRETA divina ordinarie in solitudine revelantur, 522 D'; non sunt pandenda, nisi exigat magnitudo causæ et commune bonum efflagitet, 522 C. — Secreta conscientiarum

- et cogitationum suarum a Beatis mutuo cognoscuntur, 487 D'.
- SEDES** apostolica ab hæreticis impugnata fuit, 528. — Sedes sapphirina super firmamentum Ezechieli monstrata, B. Mariam figurat, 28 A'.
- SENES** debent esse in virtutibus stabiliti, 420 A', et habitualiter ita dispositi, quod si incidere turpia, mox verecundarentur, 420 C'.
- SEPTUAGINTA** interpretes, qui fuerunt inter Hebræos doctissimi, allegantur de loco Jeremiæ prophete, 234 D.
- SERAPION** (S.), unus ex septem sanctis Dormientibus, 342 C'. (Acta SS. die xxvii^a Julii.)
- SERGIUS**, monachus Nestorianus, 303 A. æternaliter damnatus, 445, Christi deitatem negavit, 249 B. Quum graviter peccasset, excommunicatus et ex monasterio expulsus, ad Mecham descendit, 274 D, et Mahometum instruxit, 249 C, 274 B', 275 C et s., 278 B, 279 C', 302 A, 362 B. — A satellitibus Mahometi probabiliter occisus fuit, 393 C. — Cf. Alcoran, Mahometus, Nestorius, Sarraceni.
- SERMO** Dei omnis ignitus est, 614 B'. — Recitantur sermo Christi in Cæna, 421 D et s. sermones S. Leonis Magni Papæ, 592 C', 653 C, S. Bernardi, 643 B, Joannis Gersonis, 623 B', 625 D, 628 D', et cujusdam doctoris devotissimi in concilio Basileensi, 620 B, 663 B'.
- SERPENS** fuit primum dæmonis instrumentum ad hominem decipiendum, 219 B.
- SERVATIUS** (S.), Tungrensis præsul, adhuc infansulus præcipue devotionis signa dabat, 32 A'. Dono prophetiæ sublimiter plenduit, 94 D, et fecit miracula, 288 B'. (In Legenda aurea, cap. 212; Acta SS. die xiii^a Maii.)
- SERVITUS** recte dicitur dominium ordinatum, quo sensu, 560 B, 668 D, D'. Quo major est et communior, tanto semper nobilior consistit, 669 C. — Servitutes sunt omnes prælationes, 668 D', et ecclesiasticæ dignitates, 669 B. — Servitus caritatis ac humilitatis, quæ ad Papam pertinet, et de qua multa scribit Apostolus, 560 D', ordinatur ad bonum Ecclesiæ et etiam ad ipsius Papæ salutem. 560 C'.
- Servus opponitur libero, 560 B. — Papa servus servorum Dei dicitur, 558 C', 560 B', et oportet ut talem se sentiat, si Christi esse velit imitator, 668 D', 669 C. — Primus qui scripsit se servum servorum Dei esse, est Gregorius Magnus, 669 A'.
- SEVERINUS** (S.), Agrippinensis Colonix episcopus, vidit animam S. Martini ab angelis ferri in cælum, 347 A'. (Acta SS. die xiiii^a Octobris.)
- SEVERUS** (Sulpicius), historiographus, S. Martinum laudat, 421 D'. (Migne *Patrol. lat.* tom. 20, col. 476.)
- SEXTUS** liber. *Vide* Decretum.
- SILVANUS** abbas, raptus ante thronum Dei, vidit ejus gloriam, 85 C'. (In *Vitis Patrum*, lib. vi, libel. 4, n. 4.)
- SILVESTER** Papa I Baptismum Constantino imperatori contulit. 248 C, et ei persuasit ut paganos ad fidem hortaretur sine violentia, 251 D, affirmans coacta obsequia Deo non esse grata, 311 D et s. — Urbem Romam accepit a Constantino Magno, 592 A', qui, juxta quosdam, nil Papæ dedit quod non esset prius suum, sed reddidit injuste detentum, 665 D. — Concilium generale Nicenum convocavit contra Arium, 454 B, 533 B, et confirmavit, 252 B, 575 D', 576 A. — Multa miracula fecit, 252 B. — (In *Legenda aurea*, cap. 12.)
- SIMEON**, senex ille justus ac timoratus, cum devotione accepit in ulnas suas Jesum infantulum, 414 B', et gavisus est, 40 A. Contra futuros dolores B. Mariam præmuniit, 40 B.
- SIMON** (S.) apostolus, quum confudisset coram omnibus duos nequissimos magos, non eos ad fidem coegit, 311 D. (In *Legenda aurea*, cap. 455.)
- SIMON** magus magna prodigia dæmonis ope fecit, 335 B'.
- SIMONIA** est voluntas vendendi aut emendi pretio temporali aliquid spirituale, 581 A'; a S. Petro primo condemnata est, 583 A. — An Papa illam committere possit, 581 A, 583 A, vel in his quæ sunt simoniaca dispensandi facultatem habeat, 581 A', 582 B.
- SISOIS** abbas, vir mirabilis innocentix, 85 C', cujus vita fuit abstinentissima, 432 D, quando manus suas in oratione extendebat, mox eas retrahebat, ne raperetur, 85 D', 432 A'. (In *Vitis Patrum*, lib. iii, n. 205.)
- SOBRIETAS** est virtus sapientia et caritate valde inferior, quæ carnis delectationes ordinat, 281 A'. — Homo sobrie vivens dignus est a Deo supernaturaliter informari, 361 A.
- SOL** situs in medio planetarum, 376 A', post judicium generale septies clarior erit quam

- nunc est, 386 B. — Cur a Deo creatus fuerit, 378 C' et s. — Per B. Mariam, quam figurat, 48 B', 24 C', 137 D', quæ etiam vocatur sol indeficiens justitiæ, 29 A', dignitatem suam præcipuam sortitus est, 36 B'. — Fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum, quo sensu, 173 A, 187 A, 189 C.
- SOMNIUM** diversas causas habet, scilicet, causam intrinsicam, animalem, 223 C, aut corporalem, 223 D, et causam extrinsecam corporalem, 223 A', aut spiritualem, 223 B', quæ iterum duplex est, una bona, altera mala, 223 C' : unde divinatio per somnia aliquando est licita, aliquando illicita, 223 D'. — Non expedit somniis faciliter et incaute credere, 224 A, debetque homo Deum rogare ne immoderanter somniis infestetur, et ne per ea fallatur, 224 B. — Cf. *Divinatio, Superstitio*.
- SORS** est divisoria, consultoria, vel divinatoria, 223 B. — Aliquando illicitum est sortibus uti, 225 C, aliquando licitum, 225 D et s., ut patet ex Scriptura, 228 B. — Cf. *Divinatio, Superstitio*.
- SPECULUM** historicale (Vincentii Bellovacensis) citatur, 507 A'.
- SPES** virtus est theologica per quam certitudinaliter præstolamur æternam salutem ex pietate Dei et propriis meritis, 107 D' : unde spes duobus innititur, scilicet gratiæ principaliter, deinde meritis, 108 A et s.
- SPIRITUS** dignior est quam corpus, 648 D'.
- Spiritus Sanctus quomodo procedat a Patre et Filio, 238 C, et recte vocetur amor et Spiritus, 238 A'. — Descendit in Christum baptizatum corporali specie sicut columba, 268 B, et in primitiva Ecclesia super eos qui baptizabantur in signo sensibili apparere consuevit, 268 C. — Dirigit Ecclesiam, 524 C', infallibiliter, 516 D, 546 A', C', et eam inhabitat, 524 A. — In amantibus, spiritus sicut oculi sese retrahunt et ad locum æstimatorum concurrunt, 434 D' ; ex vehementi cordis applicatione circa rem dilectam multiplicantur, 435 D, atque ex magnitudine affectionis absorbentur et dilecto insiguntur, 435 B'.
- SPONSA** non potest semper repudiari, etiam ante contactum ipsius, 303 A'. — Triplex est Christi sponsa, videlicet, singularis, seu B. Maria, 598 C', quæ est etiam Patris sponsa, 44 D, 45 B, 47 A, D ; specialis, seu cujuslibet justi anima, 435 B', 598 C' ; generalis, seu Ecclesia, 546 C', 598 C' et s. — Cf. *Sponsus*.
- SPONSUS** cœlestis animarum est Deus, 440 B' ; sponsus universalis Ecclesiæ, Papa, 541 A', 599 A, 644 C ; sponsi particularium Ecclesiarum, episcopi, 541 A', 599 B. Cf. *Sponsa*.
- STELLA** tribus Magis apparuit eosque in Judæam duxit, 411 D. — Post finale iudicium stellæ decorabuntur, 386 B. — B. Maria ob constantiam vocatur stella maris, 99 D' ; et in capite ejus corona stellarum duodecim, duodecim privilegia figurat, 144 A' et s. — Cf. *Cœlum*.
- STEPHANUS** (S.) protomartyr signa magna ante et post mortem fecit, 427 B'. (Acta SS. die xxvi^a Decembris.)
- STEPHANUS** episcopus laudavit S. Gregorium Magnum, qui laudem illam ferre non potuit, 587 A. (Gregor. Magni Epist. lib. vii, n. 8. — Migne *Patrol. lat.* tom. 77, col. 862.)
- STERILITAS** uxorum causa est justa repudii apud Sarracenos, 301 C, 463 A', non apud Christianos, 463 D'. — A multis annis steriles erant parentes B. Mariæ, 27 C', 28 A, Joannis Baptistæ, 27 D', Isaac, Samsonis et Samuelis, 28 A.
- STRABUS** (Walafridus), Glossæ ordinariæ auctor et Scripturæ expositor, citatur, 585 D.
- SUBDIACONUS** a Papa ordinatus, ab eodem diaconus ordinari debet, 539 A'. Cf. *Diaconus*.
- SUBDITI** eidem præsidenti obediunt, ut inter se pacifice vivant, in aliquibus legibus concordando, 638 D' ; et sunt unum corpus per comparisonem ad suum præsidentem, qui est ipsorum caput, 659 C. — Contra regentem superbire non debent, 553 C, sed illum revereri, et etiam eidem propter magnitudinem oneris sui misereri, 579 B'. An possint arguere prælatos, 650 A, C, D'. — Per asinam Balaam boni intelliguntur subditi, 650 B. — Cf. *Subjecti*.
- SUBJECTI**. De jure infideles sunt Papæ subjecti, 610 B' ; de facto et jure, totus populus christianus est unus grex Papæ subjectus, 584 A'. Cf. *Subditi*.
- SUBTILITAS** ingenii ad sapientiam divinorum naturalem plurimum confert, 77 C'. — Subtilitas dos est corporum glorificatorum, 172 A', 186 B', quæ erunt tanto subtiliora, quanto anima fuerit Deo magis intime copulata, 186 C'. — Cf. *Beatitudo*.
- SUMMA** confessorum (Joannis Bossinensis episc., Ord. Min.) allegatur, 207 A', 219 A, 538 C', 545 A', 552 D', 559 D', 573 D, 574 D', 582 A, 583 A, 602 D ; Summa Durandi (Cam-

pani, Ord. Min.), 207D, 541C, 545B', 548D, 574C', 584A; Summa Pisana (Bartholomæi Pisani, Ord. Præd.), 249B, 538B', 545B', 552D', 559D', 573D, 582B', 602D.

SUNAMITIS B. Mariam figurat, 44A.

SUPERIOR non institutus est ad imperandum, sed ad factitandum, 668B'. — Ab inferiore nunquam judicatur, solvitur aut ligatur, in quantum superior, 575A, sed potest corripri et moneri, 649C'; a Deo autem solo judicandus est, 649A'. — Cf. Abbas, Episcopatus, Pastor, Prælatio, Sacerdotium.

SUPERSTITIO est vitium religioni oppositum per excessum, 202D', 245A et s. — Ex suo genere est peccatum mortale, tanquam primo divino præcepto opposita, 203B', 248B', D', 220B', D', 221A, et ex Decreto prohibetur, 228B et s. — Tres sunt superstitionis species, scilicet: idololatria, 245B; divinatio, 245C, quæ fieri potest per invocationem dæmonum, 246D, 222B, per somnia, 223B' et s., augurium, 224C et s., astra, 222A' et s., vel sortes, 225B et s.; et observatio illicita, 245A', quales sunt benedictiones, adjurationes, 246B' et s., 247C' et s., 248B et s., 249C et s., et multæ aliæ fatuæ credulitates, 246D', 247A, 248B', 220A' et s., 224C et s., 226A et s. — De omnibus superstitionibus vitandis pastores suos subditos instruant, 229A'. — Superstitio a S. Augustino explicatur, 227D et s., et a Magistro quodam in tractatu suo de Superstitionibus, 220A' et s. — In Alcorano multæ superstitiones commendantur, 298A. — Cf. Adjuratio, Ars (notoria), Augurium, Benedictio, Divinatio, Idololatria, Incantatio, Ligatura, Magia, Observatio, Portatio, Somnium.

SUSANNA, de qua agitur in Daniele propheta, B. Mariam figurat, 77C.

SUSANNA (S.) beata fuit, quæ in Evangelio legitur Christum esse secuta et ei de suis facultatibus ministrasse, 58C'.

SYMMACHUS (forte Damasus) Papa de adulterio diffamatus, coram quadraginta duobus episcopis se purgavit, 553A'. (Ap. Anastas. de Vitis Rom. Pont., cap. 53.)

SYNODUS. *Vide* Concilium.

T

TABERNACULUM Moysis deportatum processiones quæ in Ecclesia fiunt figurat, 200A'. Cum quanta reverentia et ordinatione illud

deferretur, diffuse describitur in Scriptura, 204B. — B. Mariam signavit, 34C'.

TACTUS in homine, quia vehementius infectus, difficilius curatur, 420A. — In tactus vitiiis et delectationibus est maxima inhonestas et brutalitas, 420D. — In carnalibus delectationibus tactus consistit Mahometi paradisi, 280D' et s. — Ex contactu divinæ Prolis B. Maria existit deificata, 64D; unde ad deitatis Filii sui contemplationem mens ipsius elevabatur, 60C, et spiritualiter delectabatur, 60A'.

TARTARI et Sarraceni Christianismum in multis mundi partibus minoraverunt, 327D'. — De Sacramento altaris Catholicos derident, 494C et s. — Cf. Sarraceni, Turcæ.

TEMPERANTIA virtus est sapientia et caritate valde inferior, 284A', cujus est ordinare delectationes in potu et cibo, 295A', juxta Christi præcepta, 295C'.

TEMPLUM est locus supplicationis, 376D'. A Deo sic sunt honorata templa, ut non destruantur nisi ob peccata hominum, 453B, et quum ex naturalibus causis corrumpi cœperint, a Deo quoque mentes fidelium ad eorum instaurationem excitantur, 453C. — B. Maria, quæ est templum Dei, 31B, 453C, ad templum infantula a parentibus ducta est, 32C; nam decentissimum fuit ut præelecta concipere templi Dominum, in ipso templo Domino consecraretur, 32C'. — Immaterialia templa sunt ecclesiasticæ personæ et animæ Deo in Baptismate consecratæ, 518A', quia Deus carnem humanam, quæ est virtuosorum actuum instrumentum, tanquam suum templum inhabitat, 65C'.

TEMPUS in se et ex natura sua bonum est, 227A, et non malum formaliter, sed solum denominative, seu respectu malorum quæ in ipso contingunt, 227B. — In inferno, propter pœnarum acerbiteriam, brevissimum tempus longissimum esse videtur, 329C, A'.

TENEBRÆ mera sunt lucis privatio, 372A', non terminus alicujus realis productionis, 372C'.

TENTIO est dos animæ beatæ, quæ spei succedit et correspondet, 486B'. Cf. Beatitudo.

TERRA spississima est ac inter omnia elementa frigidissima, 368D', graviorque aqua, 387B'. — In fine sæculi igne purgabitur, non omnino consumenda, 369A, 385D', nec substantialiter neque quoad se totam corrumpenda, 357C'; sed mutabitur in aliam

- modo et qualitate, 340B, et ut aurum fulgebit, 386A. — Post sententiam condemnationis os suum aperiet reprobosque deglutiet, 399C', 402C'. — Terra sancta quacumque conditione recuperanda est, 515D, 523B'. — Quæ sit terra possidenda mitibus repromissa, 413D'.
- TERTULLIANUS** (Quintus Septimus Florens), Carthaginiensis sacerdos, vir eruditissimus, contra contemptores Sanctorum conscripsit, 202D. (*Migne Patrol. lat.* tom. 2, col. 143.)
- TEUCRI**. *Vide* Sarraceni, Turcæ.
- THECLA** (S.), apostoli Pauli discipula, multa fecit miracula, 96A'; nec ab igne neque a feris lædi potuit, 430C. (*Acta SS.* die xxiii^o Septembris.)
- THEODORUS** (S.) martyr in carcere et tormentis a Christo fuit visitatus, confortatus et ad æternæ felicitatis delicias invitatus, 151B'. (*In Legenda aurea*, cap. 161.)
- THEODOSIUS junior**, christianissimus et sanctus imperator, quotidie cilicio indutus plangebatur pro hæresis extirpatione futuram resurrectionem negantis, 343A. — Vidit septem sanctos Dormientes, 343D', suscitatos e sepulcro, 344A, et super eos cecidit, flens et ipsos deosculans, 344B. — Ad pestem Eutychnianam eliminandam, apud Ephesum secundo convocavit synodum, 576B. (*In Legenda aurea*, cap. 96.)
- THEODOTION**, hæreticus et Marcionis sectator, in linguam Græcam vetus Testamentum transtulit, 316A'.
- THEOLOGIA** mystica est affectuosissima et immediata mentis cum Deo locutio, 84D, 362B', atque perfectissima actio et contemplatio doni sapientiæ secundum gradum suum supremum, 84B et s. — Ad illam theologiam sex dicuntur concurrere ac requiri, quæ enumerantur, 84A'.
- THEOPHILUS** (id est Theophylactus) citatur de auctoritate S. Petri et Papæ, 533D, A', D', 534A, B, 568A, 590D, 592B', 606C, 607C', 633B', 671C.
- THOMAS** (S.) apostolus, in Indiam a Christo missus, præclara miracula fecit, 426C' et s. — Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, Brachmanis et Indis fidem prædicavit, 427B, 607D, et post multa tormenta, gladio occisus est, 427B. (*In Legenda aurea*, cap. 5.)
- THOMAS** (S.) Aquinas, sanctus Doctor, 591C', 659D, et Romanæ ac apostolicæ Sedis fidelissimus defensor, 569B', contra quorundam philosophorum astrologorum stultissimos errores scripsit, 223B. — Citatur: de plenitudine gratiæ Christi, 72A et s., de B. Maria, 76A', 96A, D, de Ecclesia, 561D, 562C, 566C', 567B, de auctoritate Papæ, 535D' et s., 538B, 555C, A', C', 564A, C, 565B', 571C, 590A', 592B', 593A', 594B, 596A', 598A', 602D', 604B, 605C, de infallibilitate concilii generalis, 546D, 549A', de angelis, 543A', de objecto formali fidei, 549A', de obedientia, 572B, D', de correptione fraterna, 574C, de dispensatione, 581D', 582A, C, D, A', C', de superstitione, 202D', 203C, 204C', 216C'. — *Adde* 180B', 181C', 185C', 223C', 510C, 533B, 542D, 548A', 556B et s., 585D, D', 606A.
- THOMAS Gallus**. *Vide* Vercellensis.
- THRONUS** Dei vere dicitur B. Mariæ uterus, quare, 42B'. — Thronus Salomonis B. Virginem præsignavit, 31D'.
- TOTUM** a parte denominationem frequenter sortitur, 88D', 585C', quamvis sua parte majus sit, 602B, et super partem suam, 626B', saltem in quantum universas partes includit, 630D'. — Tripliciter sumitur, scilicet categorématique, 636D, syncategorématique, tandem partim sic et partim sic, 636A'.
- TRANSSUBSTANTIATIO** eucharistica explicatur, 492D et s.
- TRINITAS** personarum in Deo, in lege et Prophetis insinuata, 92B et s., 255B, D, A', probatur ex scripturis N. T., 256C, ex verbis concilii Nicæni, a quo illud dogma definitum fuit, 251D', 454B, ex testimoniis multorum martyrum, qui pro fide hujus veritatis sanguinem suum fuderunt, 251A', ex argumentis rationis, 258A' et s., non quidem demonstrativis, sed probabilibus, 260D', ex dictis catholicorum theologorum qui defenderunt hanc veritatem, 482A et s., 485D et s., a Sarracenis impugnatam, 480D' et s. — An B. Maria agnoverit trinitatem personarum in Deo, antequam Filium Dei conceperit, 92C et s.
- TRIUMPHUS** in prælio a Deo confertur secundum ordinem ejus providentiæ, 506D. *Cf.* Victoria.
- TULLIUS** (Cicero) allegatur, 125A, 589A. *Cf.* Cicero.
- TURCÆ** aliquando, Deo permittente, Christianos castigant, 478A, monasteria et templa evertunt, multaque regna suæ ditioni adjiciunt, 234, et inde falso argumentantur

suam superstitionem esse veram religionem, 208 A'. Cf. Sarraceni.

TURTUR pudicissima, solitaria diligit loca, cui assimilatur B. Maria, 73 D'.

U

UBERA B. Mariæ magnifice commendantur, 39 B, B', 45 D et s.

UBERTINUS de Casali, Ord. Min. theologus, contemporaneus S. Bonaventuræ, 644 B, vir devotus et doctor facultatis theologicæ, 456 A, citatur de B. Maria, 153 D', 161 A et s., 163 B et s., 163 B, 171 B'. — Adde 644 B, 656 A, 657 A', 669 C.

UDALRICUS de Argentina, Ord. Præd. theologus. Alberti Magni discipulus, 606 A', citatur, 458 B, 606 A' et s., 608 D et s.

ULTIO. Vide Vindicta.

UNIO in entibus aggregatis est forma, 615 B. — Ex amore procedit, 44 D.

UNITAS subditorum est finis regentis, 536 B. — Ubi unitas, ibi est perfectio, 636 C': unde unus est Deus, 664 C, et nisi unus esset, tanta concordia rerum non foret, 664 D; una est Ecclesia sub Papa ut pastore, 638 A, 662 B', et unus populus christianus, 637 C'; unus est gubernator in navi et unus paterfamilias in domo, 654 B'. — In apibus commendatur unitas principatus, et in gruibus unitas ducatus, 654 D'.

UNIVERSITATES quædam multa scripserunt de generalibus conciliis et de Papa, 546 A, 577 A, 633 A, præsertim Universitas Parisiensis, 649 D' et s. — Ab Eugenio Papa Universitas Montis Pessulani accepit epistolam in qua Basileensis congregatio reprobat, 575 C'.

URBANUS Papa II, cui scripsit S. Anselmus de auctoritate summi Pontificis, 591 C. (Migne *Patrol. lat.* tom. 458, col. 261.)

URBANUS Papa IV (Jacobus Pantaleo) instituit festum SS. Sacramenti, 602 C'. Citatur de Ecclesia, 636 A.

URBANUS (B.) Papa V universalem Ecclesiam reformavit, ut dicitur in collecta quæ die festi ipsius cantatur, 636 C.

URSULA (S.) etsi eximiæ pulchritudinis, minus fuit formosa quam B. Maria, 61 D. — Gratiae et naturæ donis ornata, 90 D', cum undecim millibus virginum copiosis miraculis glorificata fuit, 431 A. (In *Legenda aurea*, cap. 154.)

USURA a Deo Judæis ob duritiam permissa fuit, 299 D, 463 A'.

USUS est quasi altera natura, faciens promptissime operari, 78 D'.

UTERUS B. Mariæ vere dicitur Dei thronus, 42 B', et thalamus, 138 A'. Magnifice laudatur, 42 A et s., 136 D'. Cf. Venter.

V

VALENTINUS hæresiarcha contendebat Filium Dei ex Maria nihil sumpsisse, sed per eam tanquam per aquæductum dumtaxat transisse, 65 B'.

VARRO (Terentius) affirmat idololatriam non esse contra rationem, 452 C.

VELAMEN templi B. Mariam præsignavit, 31 C'.

VELLUS Gedeonis B. Mariam præsignavit, 28 A'.

VENTER B. Virginis beatificatus est, quia Christum portavit, 38 B' et s., 42 A et s., 71 D'. — In illo celebratæ sunt nuptiæ personales inter Verbum æternum et assumptam ab ipso humanitatem, 53 D', 54 A. — A S. Bernardo commendatur, 42 A'. — Cf. Uterus.

VENTI sunt quatuor principales, multique alii collaterales, 379 B'.

VERBUM in principio erat, 253 C. — Quomodo a Patre generetur, 257 A' et s., et cum Patre producat Spiritum Sanctum, 258 C. — Cur sit necessario æternum, consubstantiale et coæquale Patri, 258 A, ita ut recte vocetur Filius Dei Patris, 258 D. — Quomodo Verbum æternum humanitati sit unitum, 488 C et s. — Quanta sit virtus verborum sapientium, 614 A' et s. — Cf. Christus, Generatio, Humanitas, Passio, Salvator.

VERCELLENSIS (Thomas Gallus, abbas), Areopagitæ commentator, post viginti annos studii libros divini Dionysii transtulit, 453 A'. — Citatur de hierarchia, 596 B.

VERECUNDIA seu timor ingloriationis vel de actu turpi, laudabilis est passio, non virtus, sed ad virtutes dispositio, 420 D, D'. Commendabilis est in juvenibus, 420 A'. An conveniat senibus, et in B. Virgine fuerit, 420 B'.

VERITAS inter duos errores extremos medium tenet, 204 D', 618 D'; non nisi paulatim aut tandem monstratur ac prævalet, 589 A. — Consuetudini præferenda est, 206 D' et s.,

- et ejus defensori nullus reprehensor formidandus est, 590 B.
- VIA salutis arcta est, 445 D', 522 A'. — Duplex est via ad Deum veniendi, via misericordiæ et via justitiæ, 518 B, 521 D.
- VIATOR purus non fuit in hoc mundo Christus, sed excellentissimus comprehensor, 265 C; homo vero usque ad mortem est viator et flexibilis, potens mereri et demereri, 308 C'. — Viatores omnes ad unam fidem et ad eadem sacramenta obligantur, 622 B'.
- VICARIUS Christi in terris est Papa a Deo ipso institutus, 527, 584 A'. vicarius plenus, generalis et summus, 618 C. — Vicarii quoque Dei sunt, sacerdotes et præsules, 327 B, atque principes, 514 D', propter quod timendi sunt, 213, et honorandi, 327 B, cultu dulciæ, 327 C.
- VICTORIA in bellis a Deo speranda est et postulanda, 505 B. — Quædam victoriæ infidelibus contra fideles a Deo conceduntur ad virtutum naturalium remunerationem, 507 B', et ob alias causas, 512 C' et s. — Cf. Triumphus.
- VIGILANTIUS vel potius « Dormitantius », hæresiarcha, contra quem conscripsit S. Hieronymus, 202 D. dixit nullam reverentiam Sanctorum reliquiis impendendam, 202 A.
- VINCENTIUS (S) martyr sua vix sensit tormenta, et in illis sicut in cunctis deliciis gloriabatur, 452 A, 428 C et s. (Acta SS. die xxi^a Januarii.)
- VINCENTIUS Bellovacensis, Ord. Præd., auctor Speculi historialis, citatur, 507 A'.
- VINCULUM conjugale indissolubile est, conjugatis in hac vita durantibus, 299 A, et non solvitur nisi in morte, 300 A'. — Solennius adhuc immobilis est vinculum spiritualis connubii Papæ cum Ecclesia, 644 C, quod nulla humana potestate solvi potest, sed tantum Dei judicio, 644 D. nisi Papa per mortem vel hæresim ab Ecclesia præcidatur, 647 D'; item vinculum spiritualis matrimonii ab episcopo cum sua Ecclesia contracti, 644 B et s. — Cf. Matrimonium, Repudium.
- VINDICTA in V. T. concessa, in N. T. prohibetur, 296 C et s., 475 C, et impie a Mahometo præscribitur, 296 B, 475 C. — Injurias Dei vindicare debent principes christiani, 514 B'.
- VINUM mærorem, infirmitatem ac debilitatem depellit, 297 D', 298 D : unde laudatur in Scriptura, 475 D'. Nec sapienti homini derogat exiguo vino uti, 297 D', siquidem Christus, 297 C', sancti Patriarchæ, 297 D', Apostoli et Prophetæ vinum biberunt, 298 A; sed ex speciali causa quidam Sancti se abstinuerunt a vino, sive ad tempus, sive per totum vitæ spatium, 298 B et s. — A Mahometo perperam prohibetur usus vini tanquam maximum peccatum, 297 B', 391 B', 475 C', qua de causa, 393 D.
- VIR, ad opera carnis proclivis, 462 B', communiter pronus est ad abjiciendam suam conjugem, 462 C'. — Uxori suæ debet esse fidelis, 300 B'. — Cf. Matrimonium, Repudium, Vinculum.
- VIRGA Aaron fructificans, B. Mariam præsignavit, 28 D, 29 B, 31 D'.
- VIRGINITAS, conjugali continentia præstantior, 282 D, a multis Christifidelibus custodita fuit, 295 D. — Illi debetur aureola, 174 B, fructusque centesimus, qui virginali castitati correspondet, 174 A'.
- Virgines sunt imitatrices, filiæ atque carissimæ ancillæ B. Virginis, 172 B. — Tenuerunt virgines pro Christo magna tormenta passæ sunt, quæ describuntur, 428 B'. — Felicitium virginum centum viginti collegium, post Christi ascensionem, 76 C', optime gubernavit B. Virgo, 97 D', et instruxit, 76 D', 95 A'.
- VIRTUS est robur mentis, 424 A, et circa difficilia versatur, 294 C'; in medio consistit, 618 C'; unita fortior est quam dispersa, 663 B'. — Virtutes naturales in præsentia a Deo remunerantur, quum non sint meritoriarum et infusæ, 507 B'. — Quatuor cardinales virtutes definiuntur, 418 D' et s. — Virtutes heroicæ principi conveniunt, 511 D, et necessariæ sunt, 513 D', præsertim justitia, 514 A, fortitudo, 514 B, liberalitas, magnanimitas et prudentia, 514 C.
- VISIO beatifica est facialis, clara, immediata ac fructiva contemplatio Dei unius et trini, 462 D, dos animæ beatæ, quæ fidei succedit et correspondet, 486 B'. Cf. Beatitudo. — Visiones frequenter sunt fallaces, 314 A. Cf. Revelatio.
- VITA præsens pessima, non est vita, sed mors, 521 A', brevis est, 522 A', et via ad aliam vitam, 308 B'. — Spiritualis vita dignior censetur quam terrena, 648 D', et duplex est, activa et contemplativa, 78 C'.
- VITASPATRUM (seu Vitæ Patrum) allegantur, 452 D, 407 D.

VITIA omnia a Deo Christianis prohibentur, 346 D'. maxime vitia carnis, quæ causa fuerunt diluvii, 324 A. — Itinera barbaris in exitium communis salutis aperiunt, 506 A, 507 C, 512 C' et s.

VOLUNTAS pro objecto habet bonum intellectualiter apprehensum et cognitum, 116 B. — Nisi esset una eademque voluntas unius Creatoris, cælum perpetua volubilitate non curreret, 664 D. — Amantis voluntas voluntati amati conformatur, 438 D. — Fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra, quo sensu, 417 C. — Propria voluntas impedit spiritualement profectum, 498 D : ideo si subditorum voluntas vaga relinquitur, amica culparum confusio generatur, 654 A'. — Duplex est velle, scilicet, desiderii, seu de bono futuro, et complacentiæ seu congratulationis, quod est de bono præsentis, 437 A'.

VOLUPTAS Beatorum non requirit omnem voluptatem, sed tantum voluptatem omnem decentem, 391 D. — Voluptuosus paradisi Mahometi describitur, 389 A et s.

VOLUSIANUS, princeps cujus filius a mortuis fuit suscitatus a S. Germano Antisiodorensi, 430 B'. (Acta SS. die xxxi^a Julii.)

VOTUM non debet boni majoris esse impeditivum, 582 A', nec in salutis detrimentum vel in exitum deteriorem vergere, alioqui non obligat, 648 B. — Papa dumtaxat Jerosolymitanum votum commutare potest, 539 B, et habet plenitudinem dispensandi in omnibus votis dispensabilibus, 581 D, 582 C et s., 645 D'.

VULTUS B. Mariæ et multorum Sanctorum erat purissimus, 72 A, angelicus, 64 A, igneus et lucifluus, 64 B, quoniam cordis dispositio relucere solet in vultu, 63 C'.

Z

ZACHARIAS (S.), pater S. Joannis Baptistæ, ex angelica nuntiatione filii sui nativitatem cognovit, 28 C', sed in fide dubitans, 107 A', usque ad horam circumcisionis Joannis mutus permansit, 304 A'. In suo cantico de Christo vaticinatus est, 30 D'. — In Alcorano laudatur, 23 D', 242 A'.

ZACHARIAS (S.) Papa eos qui Calendas Januarii ritu paganorum colere præsumperint, anathematizavit, 228 C'. — Ludovicum (id est Hildericum III), regem Francorum, deposuit, 540 B.

ZAHAR, juxta Alcoranum, mons est inferni, 386 D, 387 B.

ZEBEZIB (id est Yezid II, Arabum princeps) falsis miraculis magi Græci Cadarast seductus fuit, 355 C'.

ZELUS divini honoris quid sit, 437 D'. — Zelus animarum ex Dei amore et proximorum caritate procedens, 198, est fervens desiderium conversionis errantium et perseverantiæ bene viventium, 271 B. — Zelus domus tuæ comedit me, quo sensu, 197 et s. — Zelator veritatis eo cautius loqui debet, quo amplius veritati repugnantia detestatur, 590 B.

ZOSIMUS (S.) Papa citatur de auctoritate generalis concilii, 550 D'.

INDEX GENERALIS

Opuscula hujus voluminis	10	Virginis, et gaudio glorioso quod tunc fuit in mundo	28
DE DIGNITATE ET LAUDIBUS B. V. MARIE LIBRI QUATUOR		Articulus X. De comparatione Virginis summæ ad parentes S. Joannis Baptistæ	29
Epistola nuncupatoria	13	Articulus XI. Quod serenissima ac suavissima virgo Maria fuit a sæculis multipliciter præsignata ac prophetata	30
LIBER PRIMUS.		Articulus XII. De oblatione ac commemoratione Virginis benedictæ in templo	32
Proœmium	17	Articulus XIII. Cur Filius Dei non elegit nasci ex virgine opulenta, potenti, temporaliterque regnante.	32
Articulus I. De intentione, processu ac titulo hujus opusculi	18	Articulus XIV. Quod beatissima et admirabilissima virgo Maria verissime facta sit et existat Genitrix veri Dei	33
Articulus II. Qualis esse debeat contemplator et laudator præstantissimæ Virginis	19	Articulus XV. Quod dignitas et gratia, puritas et excellentia Mariæ dulcissime sit quodammodo infinita	34
Articulus III. Quam formidolosæ ac reverenter, quam amorosæ atque hilariter ad contemplandum, laudandum ac invocandum sacratissimam virginem Mariam debeamus semper procedere	20	Articulus XVI. Quod per intemeratam divinissimamque Mariam sol et luna, imo cuncta cælestia, et elementa ac inferiora, dignitatem præcipuam sunt sortita	36
Articulus IV. Quod ad contemplandum gloriosam incomparabilemque Mariam sit deiformiter procedendum	21	Articulus XVII. De supernaturali dignitate et admirabili puritate corporis sacratissimæ Virginis; et quod per illud dignificata sunt corpora omnium nostrum	37
Articulus V. Quod ab infidelibus quoque amabilissima virgo Maria sublimiter commendetur	23	Articulus XVIII. De dignitate et sanctitate singulorum membrorum virginæ Matris; et de copiosa jucunditate ipsius in præsentia, contrectatione et deoscultatione Unigeniti sui.	38
Articulus VI. De illustri genealogia ac procreatione glorificandæ ac præmandæ Mariæ, ex semine Patriarcharum, Prophetarum et regum, imo et sacerdotum	24	Articulus XIX. Quod præfatæ jucunditati benedictæ ac virginæ Matris admixtus fuit frequenter dolor et mœror multiplex et amarus	40
Articulus VII. De plena nobilitate gloriosæ ac benedictæ Mariæ in anima et corpore; et quid sit nobilitas carnis.	25	Articulus XX. Commendatio uteri virginei ac materni	42
Articulus VIII. An glorificanda et benedicta virgo Maria Deifera ex angelica nuntiatione ac miraculose concepta sit; et quid veritatis contineat liber ille apocryphus reputatus, de Ortu et vita Mariæ intitulatus.	27	Articulus XXI. De fecunditate gloriosæ ac generosæ Mariæ.	43
Articulus IX. De nativitate illustrissimæ		Articulus XXII. Quam specialiter et inef-	

fabiliter Deus hanc Virginem dilexit ac prædilexit, elegit et prælegit	44	verbum S. Anselmi, dicentis optimam piissimamque Mariam tanta puritate resplenduisse, quod major sub Deo in- telligi nequit.	68
Articulus XXIII. Commendatio sacratissi- morum uberum Virginis gloriosæ	45	Articulus II. Qualiter plenitudo gratiæ in- erat Virgini gloriosæ	71
Articulus XXIV. De annuntiatione domi- nica facta Virgini gloriosæ	46	Articulus III. De excellentia doni sapien- tiæ gloriosissimæ virginis Mariæ	73
Articulus XXV. In quo actu et loco et quali situ fuit gloriosa et præclarissima virgo Maria, dum ei fiebat annuntiatio de conceptione Filii Dei.	49	Articulus IV. De excellentia glorificandæ Mariæ in sapientia quæ est donum gra- tiæ gratis datæ	74
Articulus XXVI. Per quam virtutem ele- ctissima virgo Maria potissime dispone- batur ad hoc quod facta est Mater Dei.	50	Articulus V. An Deifera virgo Maria ha- buerit etiam usum et ministerium præ- fatæ sapientiæ atque scientiæ, alios in- formando	76
Articulus XXVII. De nativitate Sancti San- ctorum ex dulcissima ac sublimi Maria.	51	Articulus VI. De naturali sapientia et sci- entia glorificandæ Mariæ	77
Articulus XXVIII. De mirabilibus Dei in dulcissima ac piissima Maria peractis	53	Articulus VII. Quod sacratissimæ Mariæ vita fuit maxime contemplativa	78
Articulus XXIX. Adhuc de mirabili excel- lentiâ benedictæ et glorificandæ Mariæ; testimonium quoque astrologi cujusdam de ea; et qualiter ipsa adhuc in carne mortali vivente, viri sancti profundi sen- sus eam videre optabant ac festinabant.	54	Articulus VIII. Quod mitissima atque dul- cissima virgo Maria, præ omnibus San- ctis post Christum, in hac vita altis- simarum contemplationum splendore resplenduit	79
Articulus XXX. De dulcissima, familiari ac sancta cohabitatione Christi ac Ma- tris suæ virginæ in sæculo isto	56	Articulus IX. De speciebus contemplati- onis, et quam gloriose in illis præemi- nens fuit Genitrix virginalis	81
Articulus XXXI. De beatitudine Mariæ dul- cissimæ in hac vita	58	Articulus X. Quod ad mysticæ theologiæ perfectionem, affectuosissima ac mitis- sima Virgo præ cunctis viatoribus ex- cellenter pervenit	83
Articulus XXXII. De florido lectulo sponsi cælestis et ejus singularis sponsæ, vir- ginæ Genitricis.	59	Articulus XI. De excellentia contemplati- onis Mariæ mundissimæ comparatione contemplationis aliorum.	85
Articulus XXXIII. De hilari mensa regis Messiæ ac ejus Genitricis virginæ	60	Articulus XII. An glorificandissima virgo Maria vidit Deum per speciem in hac vita	86
Articulus XXXIV. De corporali pulchritu- dine benedictæ et gloriosæ Mariæ	61	Articulus XIII. Objectio contra prædicta, et ejus solutio	88
Articulus XXXV. De præcipua bonitate harmonis et complexionis Mariæ dig- nissimæ	62	Articulus XIV. Quod pie credendum sit, mitissimam ac tranquillissimam virgi- nem Mariam multa ab Unigenito suo secum commorante interrogasse ac di- dicisse	89
Articulus XXXVI. An aliquis supernatura- lis atque sensibilis splendor in beatissi- mæ Mariæ apparuerit vultu, suavitatis- que odor in sacratissimo corpore ejus.	63	Articulus XV. De ingeniositate atque in- genita bonitate Mariæ dulcissimæ	90
Articulus XXXVII. In qua ætate gratiosis- sima Virgo concepit Christum.	64	Articulus XVI. Quod laudabilissima virgo Maria sermones Filii sui præ cunctis avidius audivit, clarius intellexit, et am- plius inde profecit	91
Articulus XXXVIII. Quod ea quæ de in- carnatione Filii Dei et excellentia san- ctissimæ Mariæ asserimus, deitati non derogent	65	Articulus XVII. An beatissima virgo Maria agnoverit trinitatem personarum in Deo antequam Filium Dei concepit	92
LIBER SECUNDUS.			
Proœmium	67		
Articulus I. Qualiter intelligendum sit			

Articulus XVIII. Quod benedicta virgo Maria dono prophetiæ fuit ornata	93
Articulus XIX. An benedicta et gloriosa virgo Maria habuit cetera dona gratiæ gratis datæ, videlicet, gratiam sanitatum, operationem virtutum, id est miraculorum, discretionem spirituum, interpretationem sermonum, genera linguarum	94
Articulus XX. Quod in donis intellectus et consilii præstantissima virgo Maria post Christum perfectissima fuit.	96
Articulus XXI. Quam præclaræ prudentiæ fuerit suavissima ac divinissima virgo Maria	97
Articulus XXII. De perfectione scientiæ et cognitionis summæ et benedictæ Mariæ secundum Albertum	98
Articulus XXIII. Qualiter benignissima virgo Maria dicatur mundi salvatrix, ac Filio suo cooperata in mundi redemptione.	99
Articulus XXIV. Quam convenienter Maria dignissima nuncupetur mundi illuminatrix; et de beneficiis nobis per ipsam collatis	99
Articulus XXV. Quod divinissima virgo Maria certissime præcognovit Filium suum passurum.	100
Articulus XXVI. De excellentissimo Mariæ purissimæ incremento in donis Spiritus Sancti, in missione et infusione ejusdem Paracleti	101
Articulus XXVII. De profectu theorico contemplationis assidue, et vehementissimo profectu quotidiano misericordissimæ ac tranquillissimæ virginis Mariæ post ascensionem Filii sui	102

LIBER TERTIUS.

Proœmium	105
Articulus I. De claritate et certitudine fidei præamandæ et glorificandæ Mariæ.	106
Articulus II. De perfectione et excellentia spei in deiformi et serenissima virgine Maria	107
Articulus III. De ardentissima atque purissima caritate divinæ et gratiosæ Mariæ ad Deum.	109
Articulus IV. De naturali dilectione Mariæ illustrissimæ ad Filium suum unigenitum, secundum naturam ejus assumptam.	111

Articulus V. De ferventissima caritate ad proximos ac calidissimo zelo animarum Mariæ sanctissimæ.	113
Articulus VI. Quam plene et eminenter glorificanda et optima virgo Maria duo caritatis præcepta in hac vita implevit.	114
Articulus VII. De amorosis et ignitis affectibus beatissimæ Matris ac Domine, quibus fervebat sacra loca sui Filii visitando post ascensionem ipsius	116
Articulus VIII. Quod ad originalis justitiæ perfectionem et eminentiam illustrissima virgo Maria præclarissime est perducta	117
Articulus IX. Quam excellenter morales ac cardinales virtutes erant ac præfulgebant in ipsa	118
Articulus X. De temperantia, honestate, pudicitia, modestia ac verecundia purissimæ Virginis, gloriosæ Mariæ.	119
Articulus XI. De fortitudine, constantia ac stabilitate invictissimæ ac victoriosissimæ Mariæ clarissimæ.	121
Articulus XII. De justitia Mariæ rectissimæ.	122
Articulus XIII. De misericordia et pietate gloriosæ Mariæ	123
Articulus XIV. De magnitudine pietatis et misericordiæ admirabilis ac cœlestis Mariæ, ex verbis Patrum sanctorum.	125
Articulus XV. De religione et devotione benignissimæ ac sublimis Mariæ	126
Articulus XVI. De mansuetudine et patientia excellentissimæ virginis Mariæ	127
Articulus XVII. De ineffabili ac profundissima humilitate Mariæ altissimæ.	129
Articulus XVIII. De obedientia, diligentia, ac quotidiano, imo assiduo incessabilique profectu sapientissimæ ac deiformis Mariæ	131
Articulus XIX. De veris, spiritualibus, copiosis ac indeficientibus gloriosæ Mariæ divitiis.	132
Articulus XX. Quam amanda ac veneranda sit nobis virginea Mater salutis; quam multa ac magna sint nobis per eam collata beneficia desuper.	133
Articulus XXI. De dulcedine Virginis gloriosæ	136
Articulus XXII. De supernaturali ac plena pulchritudine Mariæ dignissimæ	137
Articulus XXIII. De perpetua virginitate Mariæ sanctissimæ, et de immunitate ejus ab omni peccato.	138

Articulus XXIV. De vehementissima affectuosissima Mariæ compassione in Filii sui passione	139	Virgini obviavit, et quam incomparabiliter gloriose eam suscepit et glorificavit	159
Articulus XXV. An gloriosa et benedicta virgo Maria, Filio suo in cruce pendente, habuit gaudium ex consideratione fructus dominicæ passionis.	140	Articulus X. De summa et ineffabili felicitate et gloria amantissimæ Dei Mariæ	162
Articulus XXVI. Cur Christus sapientia Patris voluit suam dilectissimam Matrem passioni suæ esse præsentem	142	Articulus XI. De processione illa sollemnissima qua Deus incarnatus suam præstantissimam Genitricem migrantem a corpore, deduxit cum universitate cœlestis militiæ usque in summum cœlum.	163
Articulus XXVII. An sacratissima virgo Maria fuerat baptizata	143	Articulus XII. Adhuc de eadem materia, et quod sincerissima virgo Maria super omnes choros angelorum sit elevata, Christum ore ad os alloquens, et oculo ad oculum intuens.	165
Articulus XXVIII. Utrum præstantissima virgo Maria cetera quoque evangelicæ legis acceperit sacramenta; et specialiter an confitebatur.	143	Articulus XIII. De ineffabili jucunditate quam habet beatissima virgo Maria in visione corporali ac interiori humanitatis Filii sui.	167
Articulus XXIX. De duodecim privilegiis mitissimæ atque sanctissimæ Virginis.	144	Articulus XIV. De honore et gloria quam Deus incarnatus suæ dilectissimæ Matri coram universis Beatis in triumphanti Ecclesia incessanter impendit	168
Articulus XXX. De virtute et efficacia nominis hujus, Maria.	145	Articulus XV. De dilectione ac veneratione quas universa triumphans Ecclesia impendit Reginæ cœli	169
LIBER QUARTUS.		Articulus XVI. De jucunditate et gloria quam habet optima virgo Maria in cunctis electis et Beatis	171
Proœmium	149	Articulus XVII. De dotibus glorificatissimi corporis felicissimæ Virginis	172
Articulus I. Quod Christo per resurrectionem et ascensionem glorificato, benedictissima virgo Maria cœpit etiam in hac vita cœliformiter glorificari	150	Articulus XVIII. An præstantissima virgo Maria triplici aureola ac triplici fructu decoretur in gloria	174
Articulus II. Quod dignissima virgo Maria, completo vitæ hujus curriculo, vere sit mortua; et de specialibus gratiis ei circa mortem concessis	150	DE MUTUA COGNITIONE BEATORUM IN PATRIA	
Articulus III. De quatuor primis gratiis istis	151	Proœmium	177
Articulus IV. De quinta gratia circa mortem beatæ virgini Mariæ collata, quod scilicet corpore et anima sit glorificata et gloriosissime in cœlum assumpta.	152	Articulus I. Propter quid rationalem creaturam Deus creaverit	179
Articulus V. An ex verbis magni et sancti Dionysii queat probari, sacrosanctam dulcissimamque Mariam in corpore et anima esse assumptam	154	Articulus II. Quod propter supernaturalem beatitudinem rationalem creaturam Deus condiderit.	180
Articulus VI. Quamdiu mundissima virgo Maria post Christi ascensionem vixerit in hoc mundo	156	Articulus III. Quomodo Deus omnia in se ipso cognoscit	180
Articulus VII. Ex Revelationibus S. Brigittæ, de modo et tempore assumptionis præstantissimæ Virginis	157	Articulus IV. Quod Beati Deum clare videntes, non comprehendunt Deum, nec omnia vident in eo quæ in ejus essentia splendent aut continentur	181
Articulus VIII. Introductio testimonii Joannis Damasceni de assumptione plenaria Mariæ piissimæ.	158	Articulus V. Quæ sint illa quæ omnes Beati vident indesinenter in Verbo	182
Articulus IX. Qualiter supergloriosissima Trinitas venienti ad cœlos electissimæ		Articulus VI. Auctoritates quædam San-	

ctorum, ex quibus alicui apparere potest quod Beati videant in Deo quidquid in toto ambitu creaturæ seu in toto mundo consistit; et quomodo auctoritates illæ sint intelligendæ.	182
Articulus VII. Quod Sancti in regno cœlesti distinctissime noscunt omnes secum in regno existentes; et de innumerabili multitudine angelorum.	183
Articulus VIII. Quomodo anima rationalis a corpore separata intelligat.	185
Articulus IX. De dotibus Beatorum in patria cœlestis paradisi.	186
Articulus X. De claritate corporum gloriatorum; et an erunt transparentia.	187
Articulus XI. Quod Beati secreta conscientiarum et cogitationum suarum mutuo intuentur.	187
Articulus XII. Solutio ad principale quæsitum.	188
Articulus XIII. De essentia, perfectione ac majestate Dei æterni.	189
Articulus XIV. De ineffabili et inestimabili gaudio præmii essentialis Sanctorum in regno cœlesti.	191
Articulus XV. De accidentali præmio Beatorum.	192

DE MODO AGENDI PROCESSIONES SANCTORUMQUE VENERATIONE

Proœmium.	197
Articulus I. De materia et causa motiva compilationis hujus tractatuli.	199
Articulus II. Quod processiones Ecclesiæ ex veteri Testamento ortum sumpsisse videntur.	199
Articulus III. Declaratio ex his quæ in veteri Testamento facta leguntur, quam devote, ordinate ac reverenter fieri debeant processiones et deportationes sacrorum ac reliquiarum in Ecclesia Dei.	200
Articulus IV. De veneratione Sanctorum reliquiis exhibenda, præsertim dum processionaliter circumferuntur.	201
Articulus V. Qualiter quidam in processionibus et deportationibus sacrorum superstitione et vitiose se habent.	202
Articulus VI. Contra prætactas abusiones, inordinationes et insolentias, ex corpore Juris.	203
Articulus VII. Reprobatio earumdem abusionum, ex verbis sanctorum Doctorum.	204

Articulus VIII. Declaratio ex diversis considerationibus in Scriptura fundatis, quod processiones præfatis abusionibus insolentis que fœdatæ, Deo et Sanctis displiceant.	205
Articulus IX. Quod prava consuetudo sit prorsus ac protinus extirpanda, non in auctoritatem assumenda, vel pro argumento alleganda.	206
Articulus X. Quid sentiendum sit de hoc, quod communitas illa præfata dicit urbem suam ditari ac prosperari ex processione sua insolentis, potationibus ac dissolutionibus assueta.	207

CONTRA VITIA SUPERSTITIONUM QUIBUS CIRCA CULTUM VERI DEI ERRATUR

Proœmium.	213
Articulus I. Quid sit superstitio, et de speciebus ipsius.	215
Articulus II. Quid sit divinatio, et de speciebus ipsius.	215
Articulus III. De superstitionibus observationum in verbis.	216
Articulus IV. Objectio contra prædicta, et ejus solutio.	217
Articulus V. Declaratio plenior prædictorum; et de multiplici superstitione, abusione atque errore multorum circa benedictiones, adjurationes seu invocationes prætactas, et etiam circa ligaturas ac deportationes verborum sacrorum ad collum, circa alias quoque credulitates quasdam inanes.	218
Articulus VI. Quod finaliter videatur esse consultum circa benedictiones, invocationes seu adjurationes præfatas.	219
Articulus VII. Solutio quæstionis quæ oritur ex prædictis, videlicet unde præfate benedictiones, adjurationes seu invocationes sortiantur effectum, etiam tunc quando inordinate fiunt.	219
Articulus VIII. Quam intimatori ac vitiosi sint homines multi.	220
Articulus IX. Qualiter variis modis superstitio committatur, ex dictis cujusdam magistri.	220
Articulus X. Quod divinatio quæ fit per invocationem dæmonum sit omnino illicita.	222
Articulus XI. An divinatio per astra sit licita.	222

Articulus XII. An divinatio quæ fit per somnia liceat	223	essentia unus ac simplex, et trinus verissime in personis	253
Articulus XIII. Utrum divinatio per augurium liceat	224	Articulus XI. Qualiter intelligenda sit generatio Verbi æterni, atque processio Spiritus Sancti, ac distinctio personarum in Deo, unitasque substantialis earum in ipso	256
Articulus XIV. An divinatio sortium liceat, et qualiter licitum sit sortibus uti.	225	Articulus XII. Rationes probabiles quod in Deo cum unitate essentiæ sit trinitas personarum	258
Articulus XV. De quibusdam observantiis superstitiosis atque illicitis	226	Articulus XIII. De primorum parentum transgressione, et originalis peccati transfusione	261
Articulus XVI. De materiis præinductis, ex verbis B. Augustini	227	Articulus XIV. Cur genus humanum indiguit salvatore; et cur necessarium fuit unigenitum Dei Filium incarnari.	262
Articulus XVII. De eadem materia ex Decreto	228	Articulus XV. De hypostatica unionematuræ humanæ cum Verbo æterno; et de perfectione ac beatitudine naturæ humanæ in Christo	264
CONTRA PERFIDIAM MAHOMETI LIBRI QUATUOR			
Epistola nuncupatoria	233	Articulus XVI. Quod nullus salvari potest nisi credendo in Christum, et evangelicam legem servando: imo quod nunquam quis salvari potuit nisi fidem de Christo habendo explicite, vel saltem implicite	265
Proœmium	237	Articulus XVII. In quo, secundum doctrinam sacræ Scripturæ, vera hominis beatitudo consistat.	267
LIBER PRIMUS.			
Articulus I. Testimonia Mahometi de Christo	239	Articulus XVIII. De sacramentis evangelicæ legis, et de cessatione circumcisionis ac cærimonialium observantiarum Mosaicæ legis, atque de Baptismo, qui circumcisioni secundum Christi doctrinam succedit	267
Articulus II. Resolutio dictorum Mahometi de Christo; et quid Mahon ac Sarraceni sentiant de Christo ac Christianis.	240	LIBER SECUNDUS.	
Articulus III. Scripta Alcorani et testimonia Mahometi de Maria virgine et Joanne Baptista, parentibusque eorum	242	Proœmium	271
Articulus IV. Quod Mahometus, omnium principalium hæresiarcharum qui eum tempore præcesserunt, hæreses perfidiasque resorbuit, et resorptas evomuit ac renovavit, multosque insuper errores sacrilegos et superstitiosos induxit, et pene tertiam partem hominum secum in profundum inferni, incomprehensibili et occulto sed justo Dei judicio permittente, demersit.	242	Articulus I. De Mahometo, et de introductione legis ipsius	273
Articulus V. De modo procedendi in isto tractatu	243	Articulus II. Qualiter et per quem ortum habuerit lex Mahometi	274
Articulus VI. De argumentis fidei christianæ in generali.	244	Articulus III. Recitatio domini Petri, abbatis Cluniacensis, de eadem materia	275
Articulus VII. Qualiter primo prædicata, divulgata et usque in præsens conservata sit fides christiana	246	Articulus IV. Contra quosdam errores in primo Alcorani capitulo contentos	276
Articulus VIII. Probatio eorum quæ in præcedenti articulo dicta sunt.	249	Articulus V. Responsio plena ad præallegatas Alcorani auctoritates, et reprobatio laudis et extollentiæ Alcorani.	278
Articulus IX. Probatio ex scripturis novi ac veteris Testamenti, quod Christus sit non homo dumtaxat, sed etiam verus Deus	252	Articulus VI. Disputatio contra irrationalissimum, rudissimum perfidissimumque errorem Mahometi, qui in primo	
Articulus X. Probatio ex eisdem scripturis, quod Deus æternus ac adorandus sit in			

capitulo aliisque diversis Alcorani azo- aris beatitudinem hominis post hanc vitam constituit in carnalibus delecta- tionibus gustus et tactus.	280	Articulus XXVIII. Destructio errorum ca- pituli octavidecimi.	326
Articulus VII. De ineffabili et incomparabili felicitate et gloria omnium electorum.	283	Articulus XXIX. Contra errores capituli nonidecimi	329
Articulus VIII. Quam vitiosa atque dam- nabilis sit vita Sarracenorum et omnium perfidiorum	285	Articulus XXX. Contra perfidias et errores capituli vicesimi	330
Articulus IX. Reprobatio infidelium asse- rentium quod nos Christiani non ha- beamus verum atque correctum Evan- gelii aliarumque scripturarum textum.	286	Articulus XXXI. Contra imperitissimam et mendosam recitationem capituli vicesi- mi primi	334
Articulus X. Contra alios quosdam errores primi capituli Alcorani	289	Articulus XXXII. Fidelis ac verax narratio præactæ de Joseph historix	334
Articulus XI. Prosecutio disputationis hu- jus contra ceteros errores primi capituli Alcorani	290	Articulus XXXIII. Demonstratio in parti- culari, in quibus narratio Alcorani de Joseph præacta a veritate discordet.	337
Articulus XII. Reprobatio errorum secun- di capituli Alcorani	293	Articulus XXXIV. Contra errores vicesi- mi secundi et vicesimi tertii capitu- lorum	339
Articulus XIII. Contra errores tertii capi- tuli Alcorani.	297	Articulus XXXV. Contra errores capituli vicesimi quarti	340
Articulus XIV. Contra legem quam Maho- met de uxorum repudio promulgavit	298	Articulus XXXVI. Contra errores capituli vicesimi quinti	340
Articulus XV. Contra reliquos hujus capi- tuli errores	302	Articulus XXXVII. Contra errores capituli vicesimi sexti	344
Articulus XVI. Contra errores quarti capi- tuli Alcorani.	303	Articulus XXXVIII. Contra errores capituli vicesimi septimi.	342
Articulus XVII. Adversus errores quinti capituli	304	Articulus XXXIX. Contra insanias atque perfidias capituli vicesimi octavi	345
Articulus XVIII. Reprobatio errorum sexti capituli	305	Articulus XL. Contra falsitates capituli vi- cesimi noni	348
Articulus XIX. Destructio falsitatum et injustitiarum octavi capituli, et speci- aliter quod pluralitas illa uxorum quam Mahomet licitam dixit, sit prorsus il- licita	306	Articulus XLI. Contra errores tricesimi quinti capituli	348
Articulus XX. Contra errores capituli noni.	309	Articulus XLII. Contra falsitates et fabulas capituli tricesimi sexti	349
Articulus XXI. Contra impietates et con- tradictiones capituli decimi.	310	Articulus XLIII. Contra errores tricesimi septimi capituli.	350
Articulus XXII. Contra perfidias undecimi capituli, videlicet quod Christus non sit passus	314	Articulus XLIV. Contra errores capituli tricesimi octavi.	350
Articulus XXIII. Contra insanias et errores duodecimi capituli.	314	Articulus XLV. Contra errores quorundam sequentium capitulorum.	354
Articulus XXIV. Contra errores tertiideci- mi capituli	318	Articulus XLVI. Contra errores capituli quadragiesimi septimi et quorundam sequentium	352
Articulus XXV. Contra errores capituli quartidecimi.	320	Articulus XLVII. Contra errores capituli sexagesimi tertii	354
Articulus XXVI. Contra errores quintide- cimi capituli.	324	Articulus XLVIII. Contra errores capituli septuagesimi quinti et quorundam se- quentium	357
Articulus XXVII. Contra stultitias sequen- tis capituli, scilicet septimidecimi	322		
		LIBER TERTIUS.	
		Procemium	364
		Articulus I. Contra exordium Doctrinæ Mahomet	364

tissimi, et operationibus ejus in anima amorsa et sancta	439
Articulus XX. Probatio veritatis fidei christi- anæ ex præinductis	440

DIALOGUS DISPUTATIONIS

INTER CHRISTIANUM ET SARRACENUM

Proœmium	445
Articulus I. Cur Christiani Mahometum in tantum reprobent, damnent ac dete- stentur	447
Articulus II. Quod lex Mahometi sit sacri- lega, injusta, impia et mendosa	448
Articulus III. Reprobatio Sarracenorum et aliorum quorundam hæreticorum, dicentium scripturam Evangelii novi- que Testamenti esse corruptam, infe- ctam et falsificatam per quosdam po- steros Christianos	449
Articulus IV. Responsio Sarraceni ad hæc quæsitæ	455
Articulus V. De quibusdam ridiculis, absurdis, fatuis et mendosis narratio- nibus in Alcorano contentis	457
Articulus VI. Quam mendose Mahon re- ferat historiam de Joseph et patre ac fratribus ejus	459
Articulus VII. De injustitia et impietate quarundam legum Mahometi	462
Articulus VIII. Quam vitiosa sit uxorum pluralitas quam Mahon concessit uni marito	464
Articulus IX. De vitiosissima libidinositate et malitiositate Mahometi	466
Articulus X. De rudi, mendoso detestabi- lique errore Mahometi, beatitudinem constituentis in carnalibus delectationi- bus gustus et tactus	467
Articulus XI. Quod liber legis Mahometi sibi ipsi multoties contradicat	471
Articulus XII. De quibusdam præceptis ac documentis Alcorani quæ in se ipsis injusta et falsa et stulta sunt	473
Articulus XIII. Prosecutio deductionis isti- us, et specialiter quam irrationabiliter et injuste prohibuerit Mahon cultoribus suæ legis vini potationem	475
Articulus XIV. Disputatio Sarraceni contra fidem trinitatis personarum in simplici Deo	480
Articulus XV. Solutio instantiarum ista- rum	482

Articulus XVI. Introductio probabili- um quod in Deo sit trinitas per- sonarum	485
Articulus XVII. Quod Christus una per- sona existens, sit verus Deus et verus homo	486
Articulus XVIII. Inquisitio et responsio de sacrificio atque præcipuo evangelicæ legis sacramento	491
Articulus XIX. De argumentis, fundamen- tis, rationibus et stabilitionibus fidei christianæ	494

EPISTOLA AD PRINCIPES CATHOLICOS

Proœmium	503
Articulus I. Quod propter peccata homi- num sunt permutationes regnorum, ita quod omnium justissimus judex Deus punit peccata unius regni per aliud	505
Articulus II. Quod in bellis victoria sit a Deo speranda et postulanda	506
Articulus III. Quod necesse sit, eo potissi- mum tempore, cum omni diligentia et conatu, absque dilatione, communi emendationi ac reformationi insistere ac studere	507
Articulus IV. Qualiter procedendum sit modo ad præactam emendationem con- dignam, reformationemque generalem totius Ecclesiæ seu populi christiani	507
Articulus V. Quam multa et gravia mala orta jam sint et quotidie in Ecclesia orientur, ex negligentia et dilatione ce- lebrandi concilia generalia	508
Articulus VI. Quam vehementer reforma- tio ecclesiastici status seu cleri prodesset bono regimini ac saluti sæcularium principum, et eorum qui eis sunt sub- jecti	510
Articulus VII. Quam virtuosos et justos esse debeant principes christiani	511
Articulus VIII. Quam periculosum sit ho- mines sceleratos habere in exercitu	514
Articulus IX. Cur justus ac sapiens Deus frequenter permittat in bellis impios, injustam causam et pravam intentio- nem habentes, prævalere hominibus ju- stis, justam causam et rectam intentio- nem tenentibus	512
Articulus X. Quam prompte, audacter, magnanimiter et jucunde debeant prin- cipes christiani et eorum ministri pro-	

cedere ad pugnandum contra Teucros et Sarracenos	513	Articulus VII. De excellentia, potestate ac præsidentia Papæ, secundum Bonaven- turam et Durandum de S. Portiano, itemque secundum Durandum qui fuit Ordinis S. Francisci	540
Articulus XI. Querimonia Christi contra prælatos et principes christianos	544	Articulus VIII. De subordinatione, limita- tione et subjectione potestatis seu au- ctoritatis papalis sub voluntate, lege atque imperio Christi.	542
Articulus XII. Querela Ecclesiæ de filiis suis et planctus ipsius	545	Articulus IX. Qualiter liceat summo Pon- tifici dispensare.	544
Articulus XIII. Confirmatio prædictorum ex verbis et revelationibus Sanctorum et Catholicorum.	546	Articulus X. De præcipua difficultate in negotio Ecclesiæ jam versante, videlicet an Papa sit super generale concilium, vel econtra, hoc est, an major sit pote- stas concilii quam Papæ, an vice versa. 545	545
Articulus ultimus. Sequuntur tres revela- tiones ei qui hæc scribit divinitus factæ, per quas omnia supra dicta etiamnum plenius comprobantur	547	Articulus XI. Probatio per Scripturam ca- nonicam, qua aliqui probant quod con- cilium generale sit supra Papam.	546
— Revelatio prima	547	Articulus XII. Quid obijci possit contra prædicta in articulo proximo	547
— Revelatio secunda.	549	Articulus XIII. Probatio qua aliqui pro- bant concilium esse super Papam, ex verbis sanctorum Patrum atque do- ctorum.	548
— Revelatio tertia.	522	Articulus XIV. De auctoritate generalium conciliorum, ex dictis summorum Pon- tificum.	550
DE AUCTORITATE SUMMI PONTIFICIS ET GENERALIS CONCILII LIBRI TRES			
Epistola nuncupatoria	527	Articulus XV. De auctoritate conciliorum generalium, ex his quæ in gestis conci- liorum leguntur	551
LIBER PRIMUS.			
Proœmium	531	Articulus XVI. Introductio objectionum contra prædicta, ex quibus apparet quod Papa a concilio non possit judicari ne- que deponi	552
Articulus I. De motivo editionis hujus tractatus	531	Articulus XVII. Solutio objectionum ista- rum.	554
Articulus II. De universali auctoritate ac præsidentia Papæ super totam Eccle- siam, seu universos fideles simul acce- ptos, secundum sanctos catholicosque Doctores, tam Græcos quam Latinos.	532	Articulus XVIII. An omnis seu tota pote- stas et auctoritas generalis concilii sive Ecclesiæ sit a Papa	554
Articulus III. De mirabili excellentia et plenitudine potestatis domini Papæ, ex verbis S. Bernardi ad Eugenium Pa- pam, ex quibus præhabita confirmantur. 534	534	Articulus XIX. Solutio quæstionis istius, et de sex potestatibus ecclesiasticis	556
Articulus IV. De potestate, dignitate ac præsidentia Papæ, secundum Thomam in Summa contra gentiles et super se- cundum Sententiarum	535	Articulus XX. De rationibus propter quas quidam jam temporis asserunt conci- lium esse super Papam, et de modo lo- quendi aliorum in ista materia	558
Articulus V. De dispositione ecclesiasticæ hierarchiæ instar hierarchiæ angelicæ, secundum divum Dionysium, S. Bernar- dum, B. Thomam et Hugonem de S. Vi- ctore: ex quibus probatur, quod in tota Ecclesia unus summus præsideat Pon- tifex	537	Articulus XXI. Solutio sive discussio ra- tionum istarum	558
Articulus VI. De potestate et excellentia Papæ, atque de casibus ad ipsum speci- aliter pertinentibus, ex Raimundo, et ex Summa Pisana, item ex Summa con- fessorum	538	Articulus XXII. Quomodo summus Ponti- fex dicatur filius et minister Ecclesiæ, et ipsa Ecclesia mater ac domina ejus	560
		Articulus XXIII. Quomodo competat Chri- sto esse caput Ecclesiæ	562

Articulus XXIV. An Papa sit caput totius militantis Ecclesie, et qualiter . . .	563
Articulus XXV. De modo loquendi quorundam circa materiam istam . . .	565
Articulus XXVI. Determinatio difficultatis præcipuæ, an scilicet Papa sit super concilium, an econtra.	567
Articulus XXVII. Declaratio exemplaris eorum quæ in præcedenti articulo sunt inducta	568
Articulus XXVIII. Quod universæ potestates et dignitates ecclesiasticæ virtualiter concurrunt et simul existunt in summo Pontifice, etiam perfectiori sublimiorique modo quam in ceteris prælatis atque principibus	569
Articulus XXIX. Quæ sunt illa in quibus potestas atque auctoritas concilii generalis dicitur esse super potestatem et auctoritatem papalem	570
Articulus XXX. An et quomodo ad summum Pontificem pertineat Symbolum fidei edere	571
Articulus XXXI. An summo Pontifici sit magis obediendum in omnibus quam cuicumque alteri inferiori potestati seu prælato	572
Articulus XXXII. Quomodo Papa possit a generali concilio judicari atque deponi.	573
Articulus XXXIII. De rationibus et auctoritatibus quas dominus Eugenius in quadam epistola allegat contra Basileense (ut fertur) concilium.	575
Articulus XXXIV. Responsio quorundam ad recitata in præcedenti articulo	577
Articulus XXXV. De utilitate generalium conciliorum	577
Articulus XXXVI. Qualia decet esse generalium conciliorum supposita	578
Articulus XXXVII. Qualiter admonendus, et (si opus fuerit) etiam reprehendus sit Papa a viris sanctis seu familiaribus sibi ad hoc idoneis; et de exhortatione facienda summo Pontifici	579
Articulus XXXVIII. De his in quibus Papa dispensare aut non potest aut debet; et an Papa possit simoniam committere	580
Articulus XXXIX. Demonstratio quod Papa est supra totam Ecclesiam simul seu collective acceptam, tanquam caput, pastor et pontifex ejus	583

LIBER SECUNDUS.

Proœmium	589
Articulus I. Demonstratio quod Papa toti Ecclesie militanti simul seu collective acceptæ præsideat, ex dictis catholicorum doctorum	590
Articulus II. De auctoritate et præsentia summi Pontificis super totam Ecclesiam simul sumptam, ex dictis summorum Pontificum	591
Articulus III. Demonstratio quod summus Pontifex universæ militanti Ecclesie collectim acceptæ præsideat, ex dictis Innocentii Papæ et aliorum.	593
Articulus IV. Summaria perstrictio inconvenientium quæ sequi videntur ex hoc quod summus Pontifex dicitur non præsidere toti Ecclesie simul sumptæ	594
Articulus V. Quod necesse sit fateri Papam toti simul acceptæ præsidere Ecclesie, eo quod tota sic sumpta Ecclesia sit exercitus Dei.	594
Articulus VI. Quod ordo ac unitas ecclesiasticæ hierarchiæ exigunt summum Pontificem præsidere toti Ecclesie simul acceptæ	596
Articulus VII. Quod perfectio mystici corporis totius Ecclesie exigat summum Pontificem esse caput et præsidem totius Ecclesie collectim acceptæ	597
Articulus VIII. Quod complementum regni militantis Ecclesie exigit in ea esse verum rectorem, qui toti præsit Ecclesie pariter sumptæ	598
Articulus IX. Quod perfectio Ecclesie, eo quod dicitur sponsa, exigit summum Pontificem præesse toti Ecclesie simul acceptæ	598
Articulus X. Quod Ecclesia, eo quod navis vocatur, indiget uno summo gubernatore, qui totius navis hujus curam gubernationemque habeat	599
Articulus XI. Probatio veritatis ejusdem ex hoc quod tota Ecclesia est una civitas unaque domus Dei	599
Articulus XII. An Papa toti Ecclesie simul seu collective acceptæ præcipere possit, loquendo proprie de præcepto, an scilicet habeat jurisdictionem super eam.	601
Articulus XIII. An Petrus apostolus potestatem suam et auctoritatem potesta-	

- tisque plenitudinem immediate a Christo accepit et habuit 604
- Articulus XIV. De quibusdam verbis fratris Udalrici in Summa sua. 606
- Articulus XV. Objectio brevis contra præhabita, et ejus solutio. 608
- Articulus XVI. Cum quanta reverentia loquendum sit de summo Pontifice et de dignitate papali; quam etiam reverenter occurrendum ac deferendum sit ei . . . 609
- LIBER TERTIUS.**
- Proœmium 611
- Articulus I. De motivo atque materia tractatuli hujus. 612
- Articulus II. Quæ sunt illa in quibus quibusdam videor in præfatis opusculis deviasse 612
- Articulus III. Confirmatio prædictorum, videlicet quod Papa præsit toti ac universali Ecclesiæ etiam simul sumptæ seu collective consideratæ, ex dictis præclari doctoris reverendique patris domini Petri de Alliaco cardinalis . . 613
- Articulus IV. Demonstratio earumdem veritatum, et de prælatione ac præeminentia beatissimi Petri super ceteros Apostolos, et qualiter domini cardinales succedunt Apostolis, ex dictis ejusdem doctoris, cujus scripta cælesti revelatione facta de S. Clara corroborantur . . 615
- Articulus V. De comparatione domini Papæ ad triplicem Ecclesiam: ubi probantur quæ in primo libro induxi de potestate et jurisdictione summi Pontificis super ipsum quoque generale concilium quantum ad aliqua, secundum præfatum doctorem 617
- Articulus VI. Confirmatio prædictorum, et de præsentia summi Pontificis super universalem Ecclesiam, ex dictis Cancellarii Parisiensis. 620
- Articulus VII. Objectio contra præhabita, ex dictis ejusdem doctoris, ubi agitur de auctoritate generalis concilii . . . 623
- Articulus VIII. De triplici regimine et triplici politia Ecclesiæ, et quomodo in gubernatione Ecclesiæ ista concurrant, ubi partim solvuntur præinductæ instantiæ. 624
- Articulus IX. Quod in solo Papa resideat subjective atque formaliter, proprie et existentially, vertex, supremitas et plenitudo ecclesiasticæ potestatis, et quomodo in generali concilio et in universali Ecclesia esse dicatur 627
- Articulus X. Confirmatio quorundam verborum in primo opusculo contentorum, ex dictis in præcedenti articulo . . . 629
- Articulus XI. Objectio contra præhabita, ubi designatur et alius sensus secundum quem potestas Papæ ab aliquibus minor dicitur potestate universalis Ecclesiæ ac generalis concilii; itemque de concordantia et intelligentia quorundam verborum Cancellarii, quæ sibi invicem videntur contraria 630
- Articulus XII. Contra eos qui dicunt non præesse summum Pontificem toti ac universali Ecclesiæ, et de resolutione positionis illorum ac reprobatione ejusdem 633
- Articulus XIII. De multiplici acceptione Ecclesiæ, et quomodo intelligendum sit quod Papa dicitur præesse toti ac universali Ecclesiæ. 634
- Articulus XIV. Contra responsionem quorundam, qua conantur plurimas rationes et auctoritates evadere quibus in præcedentibus opusculis est probatum, quod toti et universali Ecclesiæ præsit dominus Papa 636
- Articulus XV. Contra fundamentum eorum qui dicunt Papam non præesse universali Ecclesiæ conjunctim acceptæ. 639
- Articulus XVI. Quomodo intelligendum sit quod Ecclesia catholica dicitur sancta, et an sit confirmata in gratia; et quomodo dicitur non posse errare, et an non possit errare; quomodo etiam intelligendum sit quod generale concilium dicitur infallibiliter regi a Spiritu Sancto et non posse errare . . . 644
- Articulus XVII. De plenitudine potestatis papalis, et de auctoritate ac præsentia summi Pontificis super totam et universalem Ecclesiam, secundum Ubertinum, et de confirmatione quorundam quæ ait, ex dictis Thomæ ac Bonaventuræ . 644
- Articulus XVIII. An summus Pontifex possit libere papatui renuntiare ac cedere. 647
- Articulus XIX. De eminentia et præsentia summi Pontificis, et an possit judicari ab homine, secundum Hugonem de S. Victore et Alexandrum de Hales . . 648

- Articulus XX. De plenitudine potestatis et
præsidentia summi Pontificis super uni-
versalem Ecclesiam, ex dictis reverendi
patris domini Jacobi de Voragine, ar-
chiepiscopi Januensis. 651
- Articulus XXI. De potestate et prælatione
domini Papæ super universam Eccle-
siam militantem, ex dictis sanctorum
patrum et excellentissimorum doctorum
Hieronymi, Ambrosii, Gregorii et Isi-
dori : quorum dictis concordant verba
Origenis, et beatissimorum patriarcharum
Cyrilli Alexandrini et Cyrilli Jero-
solymitani atque Chrysostomi. 652
- Articulus XXII. De præsidentia Papæ super
totam et universalem Ecclesiam, ex di-
ctis catholicis diversorum doctorum. 654
- Articulus XXIII. De prælatione et auctori-
tate Petri super alios Apostolos 656
- Articulus XXIV. Quod omnis princeps,
prælatus ac legislator per prius com-
paretur ad totum populum sibi subdi-
tum et commissum conjunctim, quam
ad eum divisim, vel ad aliquam ejus
partem. 657
- Articulus XXV. De specialibus rationibus
propter quas concedi oportet, quod sum-
mus Pontifex per prius comparetur ad
universalem Ecclesiam conjunctim con-
sideratam quam divisim. 659
- Articulus XXVI. Rationes ducentes ad
quædam inconvenientia et absurda et
periculosa, si Papa dicatur non habere
auctoritatem et præsidentiam et juris-
dictionem super totam Ecclesiam simul
acceptam et super generale concilium . 660
- Articulus XXVII. De negotiis quæ imper-
tinentia et vitanda videntur generali
concilio; et cur in primo opusculo scri-
psi sic, quod concilium non erret in
his in quibus conciliariter procedit . . 663
- Articulus XXVIII. Quomodo omnia bona
Ecclesiæ sint summi Pontificis, et qua-
liter etiam regna et imperium ac cetera
bona terrena sint ejus. 664
- Articulus XXIX. Quomodo summus Ponti-
fex possit a generali concilio judicari,
secundum quosdam doctores præcipuos. 665
- Articulus XXX. De auctoritate et utilitate
generalium conciliorum, secundum Au-
gustinum et Petrum de Alliaco 666
- Articulus XXXI. An Papa sit dominus Ec-
clesiæ 668
- Articulus XXXII. De specialissimis causis
propter quas Pontifex summus ejusque
curia et ceteri prælati majores, inces-
santer conari debent ad reformationem
Ecclesiæ, et ut generalia concilia tem-
pore opportuno salubriter celebrentur . 669
- Articulus XXXIII. An sacratissimus Petrus
apostolus fuit fundamentum Ecclesiæ . 670
- Articulus XXXIV. De eminentia Petri ex
Scriptura canonica. 671
- Articulus XXXV. Epilogus prædictorum, et
contra quoddam dictum quorundam . 672
- Index locorum S. Scripturæ 677
- Index analyticus 687

EMENDANDA. Pag. 50 D', lin. 7 : medietate, *lege* mediate; — 68 B in margine : Baruch 1, 38, ...
Baruch III, 38; — 202 D, lin. 9, 10 : in libro contra sceleratum Eunomium, ... in libro Scorpiaco;
— 279 B', lin. 1 : ranam, putat, ... ranam, ranam putat; — 295 D, lin. 4 : conjugales, ... conjuges;
— 295 A', lin. 9 : domatu, ... dominatu; — 317 C, lin. 1 : confirmatio, ... confirmatio Testamenti;
— 372 D, lin. 1 : procella, ... procellæ; — 550 D', lin. 3 : Zozimus, ... Zosimus.



Typis Cartusie Sanctæ Mariæ de Pratis. Tornaci.
A. BAUDUCHON typographus.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn



Typis Cartusiae Sanctae Mariae de Pratis. Tornaci.
A. BAUDECHON typographus.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

MAY 17 1952 H

~~55 H~~

~~FEB 10 1955 H~~

FEB 10 1955 H

6583
AUG 30 1979
CANCELLED
BOOK DUE WID



3 2044 105 205 686

www.libtool.com.cn